Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XVIII
F
40
NAPOLI

CONSILIA DOCTISSIMA

OLIM EDITA

PER CELEBERRIMOS, ET PRIMARIOS ITALIAE IVRECONSVLTOS,

IN FAVOREM ILLVSTRISSIMORVM, ET EXCELLENTISSIMORVM DD. MANTVÆ DVCVM,

SVPER STATV MONTISFERRATI.



MANTVAE,

EX OFFICINA FRANCISCI OSANNAE DVCALIS TYPOGRAPHI. M. D. C I I.

CONSILIA hæc lectiſſima, ea iampridem ratione in vnum volumen congeſta, & typis tradita fuere, vt Illuſtriſs.rum tunc & Excell.ium Mantuę Ducum iura in Montisferrati controuerſia luculentiſſimè comprobata, in vnum collecta, & impreſſa, faciliùs, & accuratiùs ab eruditiſſimis uiris, quibus iudicium dicti Marchionatus ab Inuictiſſimo Imperatore Carolo Quinto fuerat demandatum, reuolui, legi, & expendi poſſent; At cùm excuſſa olim volumina apud quamplurimos fuerint dimiſſa, prout tantæ cauſæ expedire viſum fuit, factum eſt vt ſecunda eorundem Reſponſorum impreſſio à Sereniſs. VINCENTIO Duce fuerit decreta, cui ea eſt data opera, vt quantum fert hominum diligentia nullus excideret error, immò multa ad meliorem ſenſum reſtituerentur; Index itaq; materiarum certior eſt redditus, multa paſſim expurgata, & correcta, & alter Index ſuperadditus, in quo nomina celeberrimorum DD. qui hæc Conſilia reddiderunt ſunt adnotata, & animaduerſum quo numero ſint impreſſa ea reſponſa, quæ ab eiſdemmet auctoribus in proprijs voluminibus poſtea edita fuere.

INDEX IVRISCONSVLTORVM, QVI PRO DD. MARCHIONIBVS MONTISFERRATI DE IVRE RESPONDERVNT.

Primũ in hoc volumine. HIERONYMI *Lucenſis, & Nicolai Aliprandi Ducalium Mantuæ Senatorum. folio* 3

II. *Mariani Socini, cum ſubſcriptione Philippi Decij: inter impreſſa Conſilia ſub nomine ſuo ſeptuageſimumquintũ in primo volumine. f.* 14

III. *Ludouici Gozadini: in eius volumine ſeptimum.* 23

IV. *Petri Pauli Pariſij: ſecundum ſupra vigeſimum in primo volumine.* 31

V. *Hieronymi Lucenſis.* 47

VI. *Eiuſdem, & Nicolai Aliprandi:* 50

VII. *Mariani Socini: inter illius propria primi voluminis ſeptuageſimum ſextum.* 74

VIII. *Ludouici Gozadini: quod inter ſua octauum ſibi vindicat locum.* 105

IX. *Petri Pauli Pariſij: Inter ipſius propria prioris libri vigeſimum tertium.* 118

X. *Andreæ Alciati: vt quarto in volumine, ſic quarto loco ſitum.* 147

XI. *Jacobi Simonettæ.* 158

XII. *Cæſaris de Nobilibus:* 165

XIII. *Nicolai Aliprandi, Pars prima.* 167

Pars ſecunda. 188

Pars tertia. 207

XIV. *Collegij Bononienſis.* 233

XV. *Eiuſdem Collegij.* 239

XVI. *Eiuſdem itidem Collegij:* 247

A *Augu-*

XVII.	*Auguſtini Beroi: ſui primi voluminis ſexageſimum ſeptimum.*	253
XVIII.	*Nicolai Aliprandi.*	268
XIX.	*Eiuſdem Aliprandi.*	275
XX.	*Mariani Socini: In primo volumine ſuorum Conſiliorum ſeptimum, ac ſeptuageſimum.*	292
XXI.	*Ludouici Gozadini: Inter ſua Conſilia ordine nonū. f.*	330
XXII.	*Andreæ Alciati: In tertio voluminum, tertio quoq; loco poſitum:*	346
XXIII.	*Iacobi Simonettæ:*	351
XXIV.	*Nicolai Aliprandi.*	357
XXV.	*Hieronymi Lucenſis, & Ioannis Baptiſtæ Albriſij. f.*	362
XXVI.	*Rolandi à Valle, Pars prima: In ſuo ſecundo volumine primum.*	365
	Pars ſecunda.	387
XXVII.	*Ludouici Gozadini.*	405
XXVIII.	*Iacobi Simonettæ.*	407
XXIX.	*Nicolai Aliprandi.*	410
XXX.	*Eiuſdem Aliprandi.*	420
XXXI.	*Mariani Socini.*	423
XXXII.	*Iacobi Simonettæ.*	424
XXXIII.	*Ludouici Maynoldi.*	429
XXXIV.	*Nicolai Aliprandi.*	434
XXXV.	*Iacobi Simonettæ.*	440
	Caſus in terminis, mutatis nominibus.	445
XXXVI.	*Mariani Socini veteris.*	451
XXXVII.	*Hieronymi Lucenſis, & Io: Bapt. Albriſij.*	457
	Caſus ſimiliter ĩ terminis, ꝓprijs appoſitis nominibus.	459
XXXVIII.	*Incerti Authoris ſuper caſu præcedenti.*	466
XXXIX.	*Iacobi Simonettæ.*	475
XL.	*Hieronymi Lucenſis, & Albriſij.*	482
XLI.	*Eorundem Lucenſis, & Albriſij.*	483
XLII.	*Ludouici Gozadini: in proprio volumine decimum.*	491

FINIS.

A

CONSILIVM ELEGANTISSIMVM MAGNIficorum, ac Excellentiſs. Dominorum Ducalium MANTVAE Senatorum, D. HIERONYMI LVCENSIS, & D. Nicolai Aliprandi Mantuani, in ordine primum.

IN VIAM IVSTItiæ dirigat nos Dominus, & veritatẽ
deducat ex ore nõ
ſtro: ſeruet perpetuô Illuſtriſs. ac Ex
cellentiſs. Principi
FEDERICO Duci Mantuæ DEVS
optimus maximus hãnc quam dedit op-
1 timam mentem: qui non ſolùm, ne quid
cõtra ius agat, plurimûm ſemper cauet;
ſed etiam, ne quid iuri non conſentaneũ
petat, diligentiſſimè animaduertit. Atq;
ideo petiturus à Cæſarea Maieſta. vt ip-
ſum ac Illuſtriſs. Dominam Duciſſam
coniugem ſuam in poſſeſſionem ſtatus,
Dominij, Ciuitatum, Caſtrorum, & loco-
rum per Illuſtriſs. q. Gulielmum ipſius
Illuſtriſs. Dominæ Duciſſæ patrem: Bo-
nifacium fratrem, Ioannem Georgium
patruum Marchiones Montisferrati (qui
bus ipſa vt proximior ſuccedit) & de qui-
bus per ipſam Cæſaream Maieſt. ambo
per ſolẽne priuilegium inueſtiti fuerunt,
induci, conſeruari, ac tueri mandet; An
& id ſua Excellentia petere poſſit, & ſua
Maieſt. concedere debeat, nos (quos ſyn
cerô animô, quod ſentimus, explicaturos
cognoſcit) conſulere voluit, nobiſque, vt
in ſcriptis opinionem noſtram redigere-
mus, mandauit. Qua in re Excellen. ſuæ
parûimus, vt fideles ſeruitores decet, &
vt iuſſit, non pompæ, aut multitudini al-
legationum, ſed breuitati, & veritati in-
ſeruiuimus. Et omiſsa pompa arguendi
ad partes, firmamus hãnc concluſionem,
Illuſtriſs. Dñam Duciſsam debere eſse,
& conſeruari in poſseſſione omnium bo
norum poſseſsorum per ſupradictos eius
Patrem, Fratrem, & Patruum, & id iuſti-
tiæ Cæſareæ Maieſt. conuenire. Pro qua
concluſione firmanda, nonnulla præſup-
ponenda eſſe duximus, quæ præſentem
conſultationem clariorem, & indubita-
bilem reddent.
2 ¶ Primò itaq; prȩſupponimus, ꝙ Illuſtr.
Dña Duciſſa licèt fȩmina, tamen maſcu-
lis non extantibus, ad ſucceſſionem etiã
feudorum, de quibus agitur, poterat ad-
mitti, quantum ſit reſpectu tenoris inue-
ſtiturarũ. Quia inueſtitura Caroli quar-
ti, facta Illuſtriſs. Marchioni Ioanni fuit
facta pro ſe, & hæredibus ſuis maſculis, &
fœminis; & fœmina poteſt etiam in feu-
dis ſuccedere, quando eſt pactum, vt eſt
tex. in c. 1. §. & quia vidimus, qui feud. da.
poſ. & declarat Cur. in tract. feud. in tertia
par. in 1. col. verſ. iſta prima regula.
¶ Et licet ſubſequentes inueſtiturȩ, & cõ-
firmationes cæterorum Imperatorũ ſint
conceptæ ſolùm pro hæredibus, & quòd
hæc dictio hæredibus in feudis reſtringi
ſoleat ad maſculos deſcendentes: vt per
Bal. in c. 1. an agna. vel fil. Bart. & Doct. in
l. Gallus, § etiam ſi parente. ff. de liber. &
3 poſthu. ¶ Tamen cùm in caſu noſtro p̃-
cederet cõuentio, ſeu inueſtitura, in qua
fœminæ erant habiles ad ſuccedendum,
dictio hȩredibus non eſt reſtringenda ad
maſculos, ſed ſecundùm vim præceden-
tis inueſtituræ compræhendet etiam fœ-
minas, & ita in terminis declarat Cor. in
conſ. ſuo. 16. col. 4. verſ. & licet alias, vol.
1. Et de hoc eſt tex. in c. 1. de duobus fra.
à cap. inueſt. in quo, quia ex pacto fœminȩ
ſuccedebant, in duobus locis ponitur di-
ctio hæredibus, & refertur ad fœminas.
4 ¶ Hoc fortius firmatur ex doctrina Curt.
in tract. feud. in 3. parte, ĩ prima materia,
col. 2. vbi in fortioribus terminis voluit
dictionem filijs, quæ in contractibus ſui
natura non compræhendit fœminas, vt
per Iaſ. latè in l. maritus, C. de procurato.
& in l. ſi quis id quod, col. 5. ff. de iuriſd.
omn. iud. & alibi ſæpè Doct. tamen ĩ feu-

do apto tranſire ad fœminas non intelli-
gi ſolum de maſculis,ſed etiam fœminas
comprehendere. Cũ igitur in caſu no-
ſtro præcederet inueſtitura ex qua feu-
dum poterat etiam tranſire ad fœminas,
ſequitur quòd dictio hæredibus non de-
bet reſtringi ad maſculos.
5 ¶ Et cùm hæc interpretatio capi poſſit,
non eſt dicendum, quòd recipientes in-
ueſtituras voluerint ſibi præiudicare,nec
deſcendentes, argum. eorum, quæ dicit
Paul.de Caſtr.in conſ.142.in vlt.col.vol.
2.incipit conſiliũ. Item quòd dictus Do-
minus Prior,& eorum,quæ vult Brun.in
conſ.11.col.2.verſic.redeo ad primum.
Pro quo facit,quia nemo præſumitur ia-
ctare ſuum,l.cum de indebito.de proba.
6 ¶ Et maximè in renouationibus inueſti-
turarum,quę fiunt ex neceſſitate propter
capitulum primum,quo tempore miles;
& capitulum primũ; quæ fuit prima cau.
benef.amit. & in neceſſitatibus nemo li-
beralis exiſtit. l. rem legatam. ff. de adi-
men.leg. Et ideò Cur.in conſ.49.col.36.
verſ.decimum.&col.ſeq.verſ.& ideo.di-
cit, quòd renouationes inueſtiturarum
fiunt ad confirmationem, non ad dero-
gationem. Et propterea ſtatur primis. Ex
quo ſequitur,quòd ex natura inueſtituræ
ipſa Illuſt.Domina Duciſſa erat admiſſi-
7 bilis etiam ad feuda. ¶ Sed prædictis vnũ
videtur opponi poſſe, ꝙ ipſa Illuſtr. Dñã
Duciſſa,tanquam excluſa per fratrem,&
patruum,fuerit perpetuò excluſa. Ita ꝙ
potius ad dictum feudum ſit reuerſum.vt
habetur in §.quin etiam Epiſcopum, vel
Abb.vbi doct.Cur.in tract.feud.in 3. par-
te.verſic.27.& Sozin. in conſ.19. col. 2.
cum ſimili.
¶ Et propterea ſecundo. Præſupponimus
Cæſaream Maieſt. ipſam Illuſt. Dominã
ad tale feudum admiſiſſe,vt patet per in-
ueſtituram. Id autem dicimus per Cæſa-
ream Maieſt. non ſolum fieri potuiſſe,
ſed fieri congrue debuiſſe.
8 ¶ Quòd .n. Cæſar poſſit habilitare aliàs
inhabilem ad feudum. apparet tex. in c.
1.in princ.an mutus vel alias imperfect⁹.
& in c.1.quemadmo. feud. ad fil. pti. Et
ideo, quòd Imperator poſſit fœminam,
etiam quando non erat in feudo com-
præhẽſa, habilitare ad feudum,etiam in
fortioribus terminis ĩ præiudicium agna-
torum latiſſimè firmat Curt. in conſ. 1.
poſt tract.feudorum.colum.7.verſic. ter-
tiam facio concluſionem.& col.8. verſic.
circa vero partem. & colum. 10. verſic.
præterea,& verſic.6.aduertẽdum. & col.
14.verſic.ſed ad iſta etiam.vbi fortius lo-
quitur in præiudicium agnatorum,quod
non venit conſiderãdum in caſu noſtro,
in quo ex agnatione ipſorum Marchio-
num de Paleologis nullus ſupereſt præ-
9 ter ipſam Dñam Duciſſam. ¶ Vnde ſi li-
nea eſſet finita,ad ipſum Cæſarem,qui in
ueſtiuit,reuerteretur.c.1.in fin. de feud.
ſucceſſ.c.1.§.ſi duo.de feud.March.cùm
ſimilibus. vnde poteſt illi ſuo fauori re-
nunciare. l.poſtquam, C. ad repri. hære.
10 ¶ Et regulariter Imperator poteſt infeu-
dare Ciuitates,& Caſtra.c.primo.qui feu-
da poſſ.Bal. in l.humanum. col.2. verſic.
11 hodie,C.de legi. ¶ Et etiam non ſolita
infeudari.vt not.in cap.abbate ſane.de re
iudica.lib.6. Bart. in l. prohibere.§. pla-
nè.ff.quod vi aut clam.Cur.in ſuo conſil.
49.col.15.verſic.vlt. reſpondet & in eo.
12 conſ.col.53.verſic.4.&vlt. ¶ Quinimmò
etiam libere donat, vt donauit Conſtan-
tinus Syluestro Papæ. de qua donatione
loquuntur Bar.& alij. in prohemio ff.
& Pipinus donauit Bononiam, & Romã-
diolam.vt per Mart.Caracciolum. in tra-
ctat. de Principe. concluſ. 507. incipit
13 Pipinus. ¶ In quo non inſiſtendum,
quia extra terminos noſtros, in quibus
loquimur de ſolitis infeudari, quod etiã
minoribus conceditur. & in Prælatis,
vt per Abbat. in cap. vt ſuper. de rebus
Eccleſiæ non alienatis. & multa Cur. in
tract.feudorum.in ſecunda parte princi-
pali.verſic.primo. igitur quæro. Ex qui-
bus apparet non poſſe in dubium refrica-
ri, an Imperator potuerit fœminam ad
feudum habilitare.
14 ¶ Et tantominus dubium cadit in caſu
noſtro,in quo fœmina nõ erat excluſa ex
ipſius feudi, & inueſtituræ verbis: ſed ſi
erat excluſa,erat ſolùm ex regula, & vi-
gore conſuetudinis feudalis, quæ vult ꝙ
fœmina

fœmina ſemel excluſa nũquam ampliùs admittatur,cui regulæ,& diſpoſitioni iuris non videtur dubium,quòd Imperator derogare poſſit. vt in ſimili dixit Cur. in dicto conſ. 1. colum. 10. verſic. præterea non eſt dubium.& verſic. 6. aduertẽdum. & voluit in fortioribus terminis Fulgo. in conſilio 4.

15 ¶ Præterea cùm Imperator hoc fecerit ex certa ſcientia,& de plenitudine. poteſtatis,ſacrilegium videretur de eius poteſtate dubitari. vt per Bal. in prohemio feudorum. col. 2. in verſic. expedita. per Iaſ. latè in l. reſcripta. C. de precibus impera. offeren. Barba. in conſ. 24. in princ. in ſecunda parte. Sozin. in conſil. 87. col. 2. & 8. vol. 3. circa quod non inſiſtimus, quia non putamus negari poteſtatem Cæſaris quo ad hoc.

16 ¶ Quod autem congrue fecerit inueſtiẽdo Illuſtriſs. Dominam Duciſſam: & ita debuerit. Primò apparet ex materia. l. primæ. §. permittitur. de acqua quot. & eſti. Congruum enim videtur,quòd feudum per lineam finitam, vel aliter ad ſe reuerſum Cæſar concedat filiæ defuncti, tantomagis cum in caſu noſtro nõ extarent

17 agnati ex Paleologis. ¶ Licet etiam vbi extarent, honeſtius eſſet gratificari filiæ. vt concludit Cur. conſ. 49. colum. antepenult. verſic. ſcrupulus. vbi concludit intrepide quando feudum reuertitur ad dominum ex æquitate. l. primæ. §. permittitur. de aqua quot. & eſti. potius filiam, quàm agnatos admitti debere.

18 ¶ Secundo, quia Imperator, in quo debet eſſe ſuprema liberalitas, debet feudum ad ſe reuerſum concedere, vel agnatis, vel alteri, vt dixit Bal. in cap. 1. §. ſi verò qualiter olim. feud. pot. alie. refert & ſequitur Sicul. in c. ſedes. col. 1. verſ. nota ibi liberalem. de reſcrip. & profecto ſi cui erat cõceſſurus, non video cui magis cõgrue quàm Illuſtriſs. Dominæ Duciſſæ compræhenſę in priori inueſtitura, natæ ex Illuſtriſs. Dominis Marchionibus, nuptæ ei Principi, qui Cæſareæ Maieſtati ſemper fideliſſimus extitit; & tot animi

19 & corporis dotibus ornatæ. ¶ Accedat ad hæc quòd cum in eo ſtatu multa prætendere poſſit Illuſtriſs. Domina Duciſſa tanquam non feudalia, in quibus vt hęres ſine dubio ſucceſſura erat, ad ſtatus vnitatem, & conſeruationem, pertinuit ipsã potius quàm alium quemlibet inueſtire. Non eſt igitur dubium, quòd potuit Cæſarea Maieſtas ipsã Illuſtriſs. Dñam Duciſſam inueſtire, prout fecit, & etiam ſatis apparet quòd congrue & bene fecit.

20 ¶ Nec ẽt minus iuridicè, & congrue factũ fuit inueſtiendo vna cum ipſa, Ill.mum Dñum Ducem Mãtuæ eius virũ: & omiſſis pro nunc meritis ſuæ Excellentiæ, id fuit optime factum: quia quando fœminę fit gratia de feudo, quia ipſa non poteſt exhibere debita ſeruitia domino, maritus ipſe domino ſeruire debet, & fidelitatem iurare; & cum ea inueſtiri: ita dixit in terminis Fulgo. in conſ. 4. per. l. tertiã. in fin. C. de natur. liber. & ita dicit fuiſſe Paduæ de conſilio peritorum obſeruatũ: ſequitur eius dictum, Curt. in tract. feudorum. in tertia parte col. 2. verſ. hanc quartam limitationem.

21 ¶ Nec etiam poteſt dubitari de tali inueſtitura, eo quia facta fuerit viuente Illuſt. Domino IoanneGeorgio, & ſic dùm alius poſſidebat: quia facta fuit inueſtitura conditionaliter ipſo decedente ſine filijs, quod fieri potuit, vt habetur in cap. moribus. ſi de feudo fuerit controuer. inter Dominum & agna. Præpo. in c. 1. hic poteſt eſſe titulus qui ſuc. tene. Sozin. cõſ. 167. col. quinta. verſic. confirmo hanc concluſionem. Iſer. in §. præterea ducatus, verſ. nec dñus. de ꝓhibita feud. alien. per Federicum. Et licet Iſer. in cap. 1. in 6. colum. qui ſuc. ten. aliqua dicat contra huiuſmodi conceſſiones, tamen communis opinio eſt, quòd fieri poſſint, & ſeruandæ ſint, vt ſunt text. aperti ſupra allegati. & in cap. primo, qui ſucceſſ. tene. & in capit. ſi quis. de feud. dato inuicem legis commiſ. Et ita fuit etiam deciſum per ſacrum conſilium Regni, vt dicit Matthe9 de Afflicto deciſ. 292. & Signo. idem tenet in conſ. 60. colum. 2. verſic. ſecundo caſu. Et hoc tanto maxime reſpectu Dominæ Duciſſæ, quæ erat comprehenſa, & ſic potius habilitatur, quàm feudum cõcedatur

cedatur de nouo,& nemo dubitat habilitationes poſſe fieri alio poſſidente.

22 ¶ Præterea in caſu noſtro fuit conſenſus Illuſt.Domini Ioãnis Georgij,qui de hoc dedit expreſſe mandatum Oratori ſuo,

23 vnde ceſſant, quæ habentur in l.fina. C. de pact.&conceſſio fuit ex nunc,prout ex tunc,& ſic ſortitur effectum tempore cõgruo,argumento eius, quod dixit Bal. in cap.primo,de mili.vaſal.qui contu.eſt. & Fely.in capit.licet, colum.quarta, verſic. nota ſexto. de proba.

24 ¶ Hijs ſic præpoſitis, ex illis infertur, ꝙ ipſa Illuſtriſs.Domina Duciſſa, & vt habilitata occaſione antiquarum inueſtiturarum: & vt inueſtita à Cæſarea Maieſtate debet poni in poſſeſſionem bonorũ, de quibus fuit inueſtita,& in ea tueri. Nõ enim debet Cæſar auferre feudum vaſallo,niſi coniuncta culpa,nec ſuum beneficium reuocare ſecundum Ioan. And. in nouella. in cap.quod dilecto,de conſanguinitate,& affini.& in ore Principis firmior debet eſſe veritas ſecundum Bal.in cap.primo.§.& quia vidimus,qui feu. dare poſ.per Cur.in dicto cõſ.49.colum.73.

25 verſic.quia conſuetudo. ¶ Hinc contractus omnes,etiam qui ĩ priuatis ſunt ſtricti iuris,in Principe habent effectum bonæ fidei ſecundum Bald.in §.ſi qua vero. de pace conſtan.Iaſ.in l. ſi poſt tres. colu. penult.ff.ſi quis cautio. Et propterea tenetur Maieſtas Cæſarea recepto fidelitatis iuramento tradere tenutam,& poſſeſſionem bonorum,de quibus eos inueſtiuit,ipſi Illuſt.Dominæ Duciſſæ.

26 ¶ Si enim conſideramus inueſtituras antiquas,& quòd earum virtute veniat Illuſt.Domina Duciſſa,vt infra dicetur, licet in earum confirmatione non ſit neceſſaria noua traditio;vt in cap.primo.de feudo marchiæ. cap. ſciendum; de feud. cogni.Aluaro. in cap.primo; quid ſit inueſtitura;& cap.primo,quo tempore miles;& Præpo.in prælud.feudorum.col.13.

27 verſic.ſciendum. ¶ tamen cum ſua Maieſtas teneatur ad poſſeſſionẽ prẽſtãdam, vt declarat Lauden.in cap.primo.quid ſit inueſtitura. & poſſeſſio ad manus ſuæ Maieſtatis peruenerit ſaltim actualis; tenetur ad illam tradendam,iſta eſt elegãs doctrina Bal.in c.ſi facta.in 2. col. verſic. extra quæro.ſi de feud. fuerit controuer.

28 ¶ Si verò conſideramus nouam inueſtituram,adhuc tenetur, recepto iuramẽto fidelitatis (quod offerunt præſtare ambo Illuſtriſſimi coniuges) tradere illis poſſeſſionem vacuam.tex.vbi Doct.in capit. primo.§.fina. de noua forma fidelitatis; & in dicto capitulo ſi facta. ſi de feudo fuerit controuer. Aluaro.& Præpo.in capitulo primo, columna ſecunda, verſic. intelligas tamen,quid ſit inueſtitura.

29 ¶ Quod etiam eſt commune ad alios cõtractus,in quibus partes tenentur pro parte ſua implere: & qui tenetur ad tradendum,tenetur tradere poſſeſſionem liberam & vacuam. l.prima, ſecunda,& tertia. l.ex empto.ff.de act.empt.l.ſi quis ar-

30 gentum. in principio,de donationi. ¶ & quomodo dicatur vacua, declarat Fely. in capitulo,cum Ioannes in nona colum, verſ.in gloſ.ſecunda,de fide inſtrumẽto.

31 ¶ Quinimmo hic eſt de caſibus, in quibus inferior ab Imperatore proprietatem amitteret,ſi negaret tradere poſſeſſionẽ iuxta capit. primum. qualiter Dominus propri.pri.à pari enim iudicantur dominus,& vaſallus:ſicut igitur vaſallus priuatur feudo, ſi recuſat præſtare iuramentũ fidelitatis. capitulo primo. quo tempore miles.capitulo primo,quę fuit prima cauſa benef.amitt. Eodem modo ſi dominus recuſat realem inueſtituram facere, priuatur proprietate, loquendo ſemper de inferioribus,non aũt de Cæſarea Maieſt.

32 ¶ Quæ tamen Maieſtas etiam in caſu,in quo non teneretur tanquam ex contractu,ſed ſolùm ex gratia, & alius poſſideret,debet ei, cui gratiam facit, & quem

33 inueſtiuit, eſſe fauorabilis;nec facilia: vt Bal.verbis vtamur: reddere difficilia: & quando ſcit veritatem,per ſe ſine alio iudicio expedire,vt dixit Bald.in capit.1. §. fina.de noua forma fidelita. Quanto igitur fortius in caſu noſtro, cùm poſſeſſio ſit penes ſuã Maieſt.eam tradere debet.

34 ¶ Fortius conſiderandum eſt,quòd Illuſtriſs.Domina Duciſſa potuiſſet, & poſſet apprehendere poſſeſſionem, ex quo enim

enim erat de comprehenſis in inueſtitura; quæ erat, vt dictum eſt, pro maſculis, & fœminis: & inquãtum ſibi obſtare poterat regula, quod ſemel excluſa &c. per inueſtituram fuerat habilitata; videtur habere facultatem apprehendendi feudum propria auctoritate; nec eo caſu requiritur quòd capiat à dño, iuxtà tex. in capit. 1. quo tempore miles. & ponit Aluarot. in capit. 1. col. 3. verſic. in text. ibi poſſeſſio. quid ſit inueſtitura.

35 ¶ Et in ipſa inueſtitura Caroli quarti ſemper confirmata, dicitur q; Ceſarea Maieſtas conceſſit de ſpeciali gratia, & de poteſtatis plenitudine, Illuſtri Marchioni Ioanni, & eius ſucceſſoribus, vt ſupra, licentiam, bayliam, & auctoritatem intrãdi, & apprehendendi quomodocunq; & qñcunq; tenutam, & corporalem poſſeſſionem, ſeu quaſi, omnium, & ſingulorũ conceſſorum, donatorum, & tranſlatorũ, vt ſupra, ſine requiſitione alicuius ſuperioris &c. ad omnem dicti Marchionis, & hæredum, & ſucceſſorum, vt ſupra, liberam voluntatem; & ſic dubitari non poteſt, q; ex licentia ſibi conceſſa potuiſſet talem poſſeſſionem apprehendere.

36 ¶ Quæ inueſtitura antiqua debet attendi, cùm ipſa D. Duciſſa eſſet de comprehenſis, & admiſſa fuit, non obſtante, q; fuiſſet excluſa: quo caſu dicitur venire ad feudum ex antiqua inueſtitura; vt apparet ex dictis Aluar. & Præpoſ. in capit. primo, columna fin. de vaſallo decre. ętatis. & per ipſum Præpo. in prælud. feudorum, columna 13. ante mediũ, verſic. immò etiam ibi multa adducit, ſed in terminis conſuluit Corn. plura adducens in conſ. 16. col. 4. verſic. item quando feudum. & facit quod dixit Curt. in tractat. feudorum, in ſecunda parte, in illa quęſt. an poſſit Prelatus ſine conſenſu capituli: vbi dicit, q; non eſt noua alienatio.

37 ¶ Et quòd taliter debeat intelligi, probat quia in gratioſis fit pleniſſima interpretatio, capit. cùm dilecti. vbi Abb. & alij de donat. Et ideo debet intelligi facta omni

38 meliori modo. ¶ Pro quo facit quod voluit gloſ. in l. cohæredi. §. ſed an filiæ. ff. de vulgari, & pupillari. vbi ex eo, quod teſtamentum inter liberos eſt fauorabile, in illo cenſetur appoſita clauſula, quod valeat omni meliori modo, etiam ſi nõ apponatur: quod dictum ſequitur Imo. in capitu. Raynucius de teſtamen. refert, & ſequitur Alex. in l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto. C. de teſtam. ĩ vltimis verbis.

39 ¶ Sed poſito adhuc quòd non ſuccederet tanquàm ex veteri inueſtitura, ſed ſolùm ex noua, in qua ipſa, & Illuſtriſs. Dominus Dux fuerunt inueſtiti; adhuc eandem licentiam haberent, & facultatem apprehẽdẽdi poſſeſſionem propria auctoritate. Primò etiam, quia in hac noua inueſtitura Cæſarea Maieſtas ipſis inueſtitis confirmat omnia priuilegia, & in ſpecie priuilegium Caroli quarti in eo dẽſcriptum ad verbum, in quo eſt eadem licentia; & ſic conceſſa eſt, quia in termino referente intelliguntur repetita ea, q̃ ſunt in termino, ad quem fit relatio, l. aſſe toto. ff. de hęre. inſtituẽ. l. ſi ita ſcripſero. & ibi Bart. ff. de condit. & demon.

40 ¶ Præterea cùm Cæſarea Maieſtas hanc verbalem inueſtituram fecerit, licèt ex ea non transferatur dominium, & poſſeſſio, & ius in re, ſed ſolùm ius ad rem, vt habetur in capitulo, per tuas, de donatio. & in capitulo primo, per Doct. de noua forma fidelitatis; & in capit. primo, quid

41 ſit inueſtitura; Tamen inueſtito videt data licentia accipiendi poſſeſſionem ꝓpria auctoritate. ita dixit Innocen. poſt Azo. in capitulo ſecundo, in vltimis verbis de conſuetudi. & ibi Abb. in penultima columna. idem Bald. in rubrica. C. de contrahen. emptio. q. 17. & in l. 2. q. 17. de rerum diuiſio. Barba. in dicto capitulo ex litteris de conſuetud. 18. columna; & in capitulo, per tuas, de donatio. & Bald. ĩ l. traditionibus, in prima columna, verſ. ſit autem traditio. C. de pactis. & ibi Saly. & Alexan. in l. 3. in princip. columna 3. verſic. fallit niſi in re præſenti. ff. de acquirenda poſſeſſio. Iaſ. in l. quotiens, in materia duodecimæ limitationis, verſic. item inueſtitura. C. de rei vendic. Doct. in capitulo primo, quid ſit inueſtitura. Iacob. de ſancto Georgio in ſua inueſtitura feudali. in verb. inueſtiuit. in 1. columna. verſic.

verſ.ſed per talē.Cur.in tract.feudorū,in 2.par.ī materia,quot modis feudū in eſſe deducatur,1.q.in verſ.circa primū modū.

41 ¶ Et licèt Aluaro.in dicto cap. 1. quid ſit inueſtitura,videatur requirere copulatiuè quod inueſtiuit,& tradidit,& ſic vltra inueſtituram videatur requirere traditionem verbalem: tamen cū fundet ſe in dicto Innocen.in dicto cap. ex litteris, vbi non requirit traditionem, ſed ſolam inueſtituram; & etiam in dicto Doct. in l.prædia.ff.de acquirenda poſſ. vbi Doct. ſolùm loquuntur quando tradidit,& non inueſtiuit, intelligenda ſunt eius dicta ſecundum ea,quæ allegat iuxtà doctrinā Bart.in l.non ſolū.§.liberationis verba, ff.de liber. legata. & ſic ꝙ voluerit,quòd idem operetur inueſtitura verbalis, quod traditio verbalis; & ſic diſiunctiuè,& nō copulatiuè: & ꝙ velit quod idem ſit, ſi dominus vtatur verbo,trado, & ſi vtatur verbo,inueſtio; & non eſt dicendum, ꝙ voluerit dicere contra dictum Innoc. cōmuniter approbatum.

43 ¶ Nō obſtat etiam quod voluit Lauden. in dicto capitulo, qui voluit, ꝙ ad hoc vt talis licentia intelligatur conceſſa,requiratur interuentus alicuius rei corporalis; puta annuli,vel baculi,quod etiam videtur alij feudiſtæ ſentire: qui exempla ponunt abuſiuè inueſtituræ,per interuentū alicuius corporalis rei. Quia reſpondemus,ꝙ cęteri ſupra allegati non ita diſtinguunt, ſed ſimpliciter dicunt, ꝙ ex verbali inueſtitura videtur conceſſa licentia.

44 ¶ Et propterea,vt clariùs res intelligatur,tria ſunt conſiderāda,vt dicit Aluaro.& ſequitur Præpo.in dicto capit. 1. quid ſit inueſtitura,videlicet conceſſio feudi inueſtitura verbalis, & realis; Prima eſt conceſſio,& per eam nō transfertur poſſeſſio, nec licentia appręhendendi; & in hoc verificantur verba Lauden. qui dicit,quòd ſola conceſſio non infert licentiam appręhendendi poſſeſſionem. Secunda inueſtitura verbalis,& abuſiua, & quia in ea conſueuit in ſignum tradi aliquid corporale; ideo Doct. ita exempla ponunt,non tamen ita neceſſarium eſt, ſed etiam per verbalem inueſtituram, licèt non traſferatur poſſeſſio; tamen videtur conceſſa facultas, vt ſupra dictum eſt.

45 ¶ Quod comprobatur,quia vt dicūt Doct.in dicto cap. 1. quid ſit inueſtitura; propriè eſt inueſtitura,vt dicit Iſer.ibi.& cęteri ſequuntur verè quando traditur actualis poſſeſſio, ſicut propriè veſtitus quis dicitur quando eſt indutus veſte, impropriè autem quando verbo dicitur, inueſtio te &c. Ex quo apparet ꝙ dictio, inueſtio,ſignificat idem quòd, trado: & ideo Innocen. in dicto capit. ex litteris; dum voluit probare,quòd ex verbali inueſtitura conceditur licentia appręhendendi, allegat not.in l.prædia. vbi habetur de verbali traditione.Cùm igitur qui donat,vel vendit, & verbo tradit, etiā ſine aliquo ſigno corporeo, videtur dare licentiā appręhendendi poſſeſſionem;vt habetur in dicta l.prædia. & voluit Imo. in dicto capit. ex litteris, ad fin. de conſuetudine. Ergo eodem modo dicendū eſt,ꝙ qui concedit feudum,& inueſtit,ſi non transfert poſſeſſionem, tamē videatur dare licentiam apprehendendi.

46 ¶ Et qui ponunt de illis ſignis, ponunt quia ita ſolebat fieri; & ideo Præpo. in dicto cap. 1. & Iaco.in dicto verbo, inueſtiuit: dicunt quòd non refert an fiat per enſem,vel annulum.& And. de Iſern.in cap. 1. in verbo,inueſtitura, de noua forma fidelit. exemplificans inueſtituram verbalem, dicit facta conceſſione cum his verbis,inueſtio te.& in cap. 1. de contro.inueſt. ponit à pari,quòd fiat per verbum, inueſtio, vel ꝙ fiat cum aliquo ſigno, & vtramq; appellat inueſtituram verbalem. & Præpo. in dicto cap. 1. in 2. columna, verſic. nota ſecundo; dicit ꝙ ſeruanda eſt conſuetudo: vnde cùm Imperator ſuas inueſtituras ſoleat ſine corporali ſigno cōcedere, debebit talis verbalis īueſtitura talē importare facultatē apprehendendi poſſeſſionē.

47 ¶ Pro quo facit,quia quilibet concedens titulū,ſi ſibi ſit adimpletum, cenſetur dare licentiam habenti titulum capiendi poſſeſſionem.l.hoc ſi res.& ibi glo.ff.de rei vendica. probatur in l.non ſolùm.§.fin. ff.de vſucap. Ang. Aret.in §.ſed iſte. colum.7. verſic.

verſ.idem, inſtit.de actio. vbi habens titulũ ſi reperitur in poſſeſſione, præſumitur eſſe de voluntate illius, qui titulũ cõceſſit, vt eſt gl. in §.vẽdere. inſti. de rerũ diuiſio. Ex prædictis igitur apparet, ꝙ ex verbali inueſtitura, ſicut ex verbali traditione, videtur conceſſa licentia apprehẽdendi poſſeſſionem; maximè oblato iuramento fidelitatis, prout offertur.

48 ¶ Quod ſi in alijs poſſet eſſe dubitabile; tamen in inueſtitura Cęſaris non debet habere dubitationem, in qua pleriq; voluerunt ex ſola inueſtitura transferri poſſeſſionẽ, de quo per Iaſ.in l.quotiens, col. 3.verſ.4.& facit col.4.verſ.id tenendum, de rei vend.Bal.in prelud.feud.col.7.ver. ſed in priuilegijs, & col.12. & Flor. in l. ſeruitutes, col.tertia, verſ.adde, ff.de ſeruitutibus, & communiter in contractibus. Iaſ.in d.l.quotiens, Angel. in l. officium.ff.de rei vend. Ludouicus Rom. in conſ.298. Dec. conſ.30. inter 40. per ſe impreſſa, & de inueſtitura. Bal. in capitulo cæterum, col.3. verſic.alia.de iudic. & conſ. 345. incip.ad euidentiam, vol.1. & Corſ. in ſuo tract.de poteſtate, & excellentia regia, q.102. & tex.videtur, vbi Bal. not. in cap. ad euidentiam, de præſcript. in quo tamen articulo pro nunc non expedit concludere, id tamen certum eſt ex contractu Principis faciliùs ius transferri, quàm ex contractu priuati; vnde eius inueſtitura, poſito quòd in alijs poſſet dubitari, an videatur cõcedere licentiam apprehendendi, hoc tamen non debet eſſe dubium in conceſſione, & inueſtitura Principis.

¶ Ex quibus ſequitur concluſio, quòd Illuſt. Domina Duciſſa, & etiam Illuſtr. Dñs Dux, propria auctoritate habent facultatem apprehendendi poſſeſſionem; licèt ob magnã reuerẽtiam, quã habent Cæſareæ Maieſt.id nõ fecerũt, ſed vrbanius agẽdo, id velint auctore Cæſare cõſequi.

49 ¶ Ex quo ſequitur, quòd Cæſarea Maieſtas, vti ſuperior, ſi eius auxilium imploretur, vt aſſociari mandet Illuſt. Dominum Ducem, & Ill. Dñam Duciſſam in poſſeſſionem pro ſcandalis euitãdis: id pro ſua iuſtitia concedere debet, & permittere: vt apparet ex conſilio Alex. 131.in 4. vol. & ex dictis Iaſ. in l. ſecunda, C. de iure emphy. in illa queſt. an dominus poſſit emphyteotam propria auctoritate expellere; in 31.colum.ad fin. cum princip. ſequentis columnæ, & eſt ſub num.113. Et ſic cum Cæſarea Maieſtas ſit in poſſeſſione; ſi deberet dare auxilium, vt contra alium Domini Duces admitterentur, fortius debet poſſeſſionẽ penès ſe exiſtentem tradere.

50 ¶ Sed poſito, quòd Illuſtr. Domina Duciſſa, nec ex veteri inueſtitura admittetur, nec ex noua eſſet inueſtita, quæ quidem in contrarium certa ſunt: tamen adhuc non eſſet ſuæ Excellentiæ denegãda poſſeſſio omnium bonorum poſſeſſorum per Illuſtriſſimum quondam Dominum Ioannem Georgium eius Patruum, cuius ipſa abinteſtato eſt hæres, nec agnati, ſi qui adeſſent, eſſent legitimi contradictores. ita voluit Ioan. And. in additio. Specul. in titulo.de teſte. §.fina. prope fin. poſt Gui. de Suza. qui volunt quòd fœmina hæres ſit in poſſeſſione, nec agnatus ſit legitimus contradictor, & poſt miſſionem in poſſeſſionem cognoſcent de iuribus. & ſi pactum, vel conſuetudo, aut aliud iuuabit fœminam, ſibi remanebit, aliàs reſtituet: quod ſequitur Alexan. in l.fina. columna fin. C. de edicto diui Adriani tollen. & idem ibi Iaſo. colum. antepenult. verſic. nota etiam. vltra Bart. & Curt. in tract.feudorum, in tertia parte, in qu.21. Et ad hoc propius accedendo videtur text.in c.1. §. inter filiam, ſi de feudo fuerit controuer. & ibi Iſer. Bal. & Lauden. Aluar. & Præpoſ. qui dicunt hoc procedere etiam ſi fę-

51 mina dicat eſſe feudum; ſed ſe habilem ad ſuccedendum in eo: puta, quia fœminæũ, vel ex pacto; fortius in caſu noſtro, in quo dicit ſe admiſſam; quod Aluar. ibi

52 dicit habere locum in quolibet hærede: pro quo facit quod voluit Alex. in l.ſi patronum, in princ. ff.ad trebell. & Iaſ. in ꝑlud.feud.col.15.dum tractat, an feuda veniant in petitionem hæreditatis, vbi concludunt hæredem poſſe petere etiam nudam poſſeſſionem eorum bonorum, quę

erant penes defunctum: quod etiam vo-
luit Bru.in conſ.18.col.5.in fin. cum ſeq.
53 ¶ Et licet eo caſu, quando ab inteſtato
ſucceditur,non habet locum edictum.de
quo in l.fin.C. de edicto diui Adr.tollen.
tamen habet locum iudicis officium, vt
apparet ex dictis. poſt gloſ. per Bart. &
Præp.in cap.1.de contro.inter maſculos,
54 & fęminas. ¶ Et quòd filia hæres debeat
eſſe in poſſeſſione, etiam ſi agnati ius p̃-
tendant, voluit Dec. in conſ.390. col. 6.
55 verſic. & primo intentio. ¶ Et idem in
ſorore voluit in conſ. 22. inter quadra-
ginta per ſe impreſſa; quod eſt alias 424.
quod multum eſt ad propoſitum caſus
noſtri;& loquitur etiam contra agnatum
poſſidentem,& vt in principio apparet,
fuit conſilium pro veritate petitum.
¶ Sequitur igitur, quòd Illuſtriſ. Do-
mina Ducíſſa debet eſſe in poſſeſſione,
nec eſt aliquis legitimus contradictor:
maximè cum ipſa Illuſt.Domina, etiam
quòd non eſſet inueſtita, poſſet allegare,
ꝙ non fuerit d̃ iure excluſa. Et ſi fuit ex-
cluſa, quòd tale feudum conſueuit trãſi-
re ad excluſas; vt fecit ad Violantidem
Andronici Paleologi vxorem, & Theo-
dorum eius filium, cum tamen ipſa Vio-
lantidis fuiſſet per fratrem excluſa.
56 ¶ Item quòd habet ius inſiſtendi prop-
ter melioramenta; à quibus non debet de
iure remoueri, niſi illis ſolutis: iuxta text.
& ibi gloſ. in l. ſi quis rem. ff. de acqui-
renda poſſeſ. & in l. colonus, in fin. ff. de
vi & vi armata; & in l. ſi neceſſarias, in
principio, ff.de pignora. actio.cum multis
ad hoc propoſitum copioſe allegatis per
D.Barthol.Vero.in ſuo conſil. incip. ma-
57 ter habens filium, in tertio dubio, poſſet
etiam dicere, & inſtare ſe cæteris antepo
nendam; cum ſit filia Illuſtriſ. Marchio-
nis, & quia ſui prædeceſſores ſunt bene-
meriti: & quòd nupſit optime merito ſuæ
Maieſt. Et ideo potius inueſtiendam eſſe
iuxta dictam, l.primam, in §.permittitur,
58 de aqua quot.& æſti. ¶ Item poteſt inſta-
re, pleraq; non eſſe feudalia, ſed donata,
quæ ad ſe vtcunque à feudis excluſam p̃-
tinerent, & ꝙ fuerint quàmplurima do-
nata, apparet ex priuilegio Ottonis con-
ceſſo Aledramo de anno. 967. & ex pri-
uilegio Caroli quarti conceſſo Ioanni
Marchioni, de anno 1355. iuxta conſiliũ
Oldrad.159.incipiens, ex præſenti the-
mate: cum quo tranſit Alexan. in conſil.
24.in fin.col.4. vol.5. & Dec. conſ 208.
col.2.verſ.poſtremo.quæ ſupraſcriptę ra-
tiones faciunt, quòd nullus poteſt eſſe le-
gitimus contradictor; quominus Illuſtr.
Domina Duciſſa debeat poni ad poſſeſ-
ſionem dictorum bonorum.
59 ¶ Supereſt, vt videamus, an contrarium
aliquid allegari poſſit, ex quo talis poſ-
ſeſſio non concedatur. Et primò quidẽ
huic intentioni ſe opponere videntur
quidam populi, dicentes ſe nolle aſſenti-
re, quòd Domina Duciſſa & minus Illu-
ſtriſſimus Dñus Dux Mantuæ ſint eorũ
Domini, & pro ipſis facere videtur pri-
mò, quia populi regulariter inuiti non
ſunt ſupponendi nouo domino, vt eſt do
ctrina Hoſtien. Abb.& aliorum, in capit.
dilecti, de maiorit.& obedientia; vbi latè
Fely.Bald.in capit. generali, ſi de feudo
fuerit controuer. inter domino, & agnat.
Dec.in cap.1.n.4.de probat. Iaſ. vt anti-
quiores omittamus, quos iſti moderni al-
legant in l.debitores, n.7.C. de pac. facit
lex inuitis, cum ibi not. ff. de fideicom-
miſ.liber, text. in cap.1. §. ex eadem le-
ge, de lege corr. latiſſimè per Neuizanũ
inter conſilia Bru.conſ.12. col.20. ad qđ
60 breuitatis cauſa nos remittimus. ¶ Et
tantomagìs, quia videntur poſſe præten-
dere intereſſe vltra mutationem Domi-
ni; quia Dña Duciſſa, cùm ſit nupta Illu-
ſtriſ. Dño Duci Mantuæ, ibi eſt habita-
tura: Et ſic prætendunt intereſſe propter
abſentiam domini, iuxta doctrinam Bal.
in cap.1.de maioritate, & obedientię, vbi
dicit, quòd ſubditi deſiderant præſentiã
ſui domini; & allegat dictum Innocen. in
c.quapropter, de elect. quòd dulcius eſt
bibere ex aqua fonte, quàm ex torrente;
& dicit ibi Bal. quòd Vaſcones dicunt, ꝙ
non ſubſunt Regi Angliæ, niſi præſenti:
quam deciſ. Bal. refert Matth. de afflictis.
in deciſ. Regni, n.265. in ſecunda fallen.
61 in fin. ¶ Item quia, cùm Illuſt. Dominus
Dux, vnà cum Illuſtr. Domina Duciſſa
fuerit

fuerit inueſtitus: videtur populorum intereſſe non habere plures Dominos, quia vt in ſuperioribus vnus eſt Deus, ita videtur, quòd in inferioribus vnus debeat eſſe Princeps: & Philoſophi atteſtantur, quòd vnius ſtatus optimus eſt, quæ & alia ponit Sicu. in c. nouit. de iudi. colum. 14. verſic. item Papa, & eſt ſub num. 124. & Alber. in prima conſtit. ff. veteris. de quo nõ meminit Sicul. in loco prædicto; ſed de eo meminit Marti. Carraci. in ſuo tracta. de Principe, colum. 131. qui etiam in concl. 194. dicit quòd ſi Prouincia eſt adeo magna, quòd non poſſit per vnum Præſidem gubernari; debet potius diuidi, quam quòd duo ĩ eadem ſint Præſides; quia homines ſunt faciles ad diſſentiẽdum; & idem voluit Signo. de Homo. in ſuo conſ. 26. vbi cõcludit quòd melior eſt adminiſtratio, quæ fit per vnum, quam quæ per plures: quod idem dixit idem Barba. in c. prudẽtiam, num. 38. de off. deleg. allegat Philoſophum. item Lucanum dicentem, omniſq; poteſtas impatiens conſortis erit.

62 ¶ Dux præterea Sabaudiæ, & Marchio Salutiarum, prætendunt quoddam ius in dicto ſtatu, qui ſe opponere fortè poſſẽt ex eo quòd in ſtatu prædicto ſunt aliqua bona fortilitia; quæ ſi traderentur Illuſt. Dño Duci Mantuæ, eſſent poſtea difficilis recuperationis; & ideo poſſeſſio tradi non debet, per ea quæ habentur in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquiren. poſſeſſ. vbi Alex. col. 10: vbi volunt: quòd licet regulariter non admittatur exceptio dominij contra agentem remedio reſtitutorio; tamen quando eſſet aliquod fortilitium difficilis recuperationis, ante reſtitutionem cognoſceretur de tali exceptione. Item etiam Paul. de Caſt. & Iaſ. in l. 2. C. de edicto Diui Adriani toll. & concludit Socin. in conſ. 87. colum. penult. & fi. vol. 3. & Felyn. in c. 2. colum. 2. verſic. 6. propter ſcandalum, de præſcript. quod ſi habet locum ĩ remedio reſtitutorio, fortius debet habere locũ in remedio adipiſcendæ poſſeſſionis minus fauorabili.

63 ¶ Sed profectò hęc etiam minime obſtare poſſunt quin Illuſt. Dña Ducíſſa in poſſeſſionem ponatur. Cũ enim ipſa Illuſt. Domina Ducíſſa, vt ſupra declaratũ fuit; poſſit venire ex veteri inueſtitura Caroli quarti: in qua expreſſè conceduntur oĩa loca, & inter alia Caſale ſancti Euaſij; & pro maſculis & fœminis; & ex inueſtitura Federici, in qua inter alia nominatur Alba.

64 ¶ Et eodem modo per ſupradicta debeat intelligi pro maſculis & fœminis; cũ confirmet inueſtituram Caroli quarti: & licet nominetur Alba; debet intelligi eodem modo quo reliqua. argum. l. iam hoc iure. ff. de vulga. & pupilla. & eorum quæ vult Socin. in l. cum auus. colum. 29. ff. de conditio. & demonſt. ex quo cętera in inueſtitura contenta habent ex ſupradictis certam determinationem: eodem modo ea, quæ ſunt addita, determinari debent: pro quo facit, quod voluit Bal. in l. in rem actio. §. item quæcunque ff. de rei vendic. poſt Oldr. per illum tex. qui dicit, quòd natura plurium, quæ deducuntur in vnũ, eſt quòd in vnum conſtituãtur vniformiter, quia vna eſſentia non debet diuerſo iure cenſeri. Pro quo faciunt infinita, quæ tradit Bru. in ſuo tract. de augum. in quinta concluſ. & Neuiz. in ſupra allegato conſ. 12. inter cõſilia Bru. colum. 16. ſed in terminis; quòd vbi inueſtitura antiqua recipit certam interpretationem, quòd ſi in eius cõfirmatione addatur aliquod caſtrum, quod intelligatur datum eiſdem modis, & interpretentur verba eodem modo; eſt conſilium Corn. 16. colum. 5. verſic. & licet, quo ad Caſtrum, volumine primo.

65 ¶ Cum igitur, vt dixi ipſa Illuſt. Domina eſſet de comprehenſis in inueſtituris, quibus ipſi populi conſenſerunt; non poſſunt reclamare, nec ſubiectionem euitare: vt voluit clarè Barba. in conſ. 11. colu. 3. volum. 2. qui fortius voluit, ſi ſtatim, cum ſciuerint, non reclamauerint, induci conſenſum. & dicit Neuiz. in prædallegato conſ. 12. colum. 20. circa medium, in verſic. non tamen. propterea quòd qui longo tempore ſubditi fuerunt, non debẽt ab ea ſeruitute, in qua nati ſunt, deficere. & dicit Cacialup. in l. 1. C. de ſumma Trinit. & fide Cathol. colum. 2. quòd ſemel ſubiectus, ſi deficit, magis contumax ſeruus, quàm libertatis amator cenſendus eſt.

66 ¶ Et tantomagis cum, vt ex cronicis apparet, conſenſerant, vt fœmina & deſcendentes ex ea, licet excluſa, admitterẽtur. Cum finita ſtirpe Saxonum Violantides ſoror vltimi, qui deceſſit, nupta Andronico Paleologo, fuerit communi conſenſu accerſita; vt vel ipſa veniret, vel filium mitteret ad ſuſcipiendum dominium; vnde non poſſunt ampliùs reclamare per ſupradicta.

67 ¶ Sed poſito quòd reuerſum eſſet feudũ ad Cæſarem: et iſta eſſet noua inueſtitura; adhuc talis conſenſus populi nõ eſſet neceſſarius; quia talis conſenſus non eſt neceſſarius in his, quæ ſolita ſunt infeudari, vt ſunt hæc loca omnia, de quib⁹ apparent antiquę, & ſucceſſiuę inueſtituræ; & fuerunt ſub Dñis Marchionibus ꝑ multa ſecula: vnde ſuccedit regula, quòd ſemel factum infeudabile, ſemper durat infeudabile, argu. text. in l. cum pater. §. quindecim, de legat. 2. & eorum, quæ dicit Socin. in l. cum auus. 44. col. de conditio. & demonſt. Iaſ. in l. 1. ff. de offic. eius cui mand. eſt iuriſd. & Sozin. ĩ l. qui duos, in 7. lectura, ff. de rebus dubijs. & ad terminos noſtros Bar. in l. 1. C. de impo. lucr. deſcrip. quòd res ſemel facta, vt ipſe dicit, emphyteotuabilis, ſemper durat talis; ita etiam Curt. in tract. feudorum, in ſecũda parte, q. 1. col. 2. verſic. 2. me mouet. Et ideo Neuiz. in ſupra alleg. conſil. 12. inter conſilia Bru. in 9. col. conſiderat, quòd in ſuo caſu illa caſtra non erant ſolita ſubeſſe alicui domicello. Et Iſer. in d. §. præterea Ducatus; dum loquitur de cõſenſu ſubditorum; loquitur de his, quæ ſunt de demanio non autem de ſolitis.

68 Et ita clarè vult Socin. in conſ. 4. n. 8. & 9. in 3. vol. Et ideo in deciſ. Regni, deciſio. 305. col. 2. cum ſeq. vbi tractat materiam demanij; dicit quòd Reges poſſunt feudum ad ſe reuerſum libere concedere, ẽt ſi mutet cõditionem feudi, & Bru. in cõſ. 65. dicit ꝙ quando feudum ad dominum reuertitur, poteſt de eo libere diſponere. Et ideo vult quòd potuerit etiam inueſtire filium fœminæ excluſæ: & Bal. in terminis, quo ad conſenſum populorum, facit differẽtiam inter loca ſolita infeudari, & non ſolita: in conſ. 324. incip. quæritur vtrum Papa, in primo vol. ver. itẽ laudabile puto, & allegat. d. §. quindecim; vnde quo ad hæc loca ſolita infeudari nõ eſt ad hoc ipſorum populorum conſenſus neceſſarius.

69 ¶ Et tantomagis cum hæc ſubiectio non fiat particulariter de aliquo loco, ſed cũ vniuerſitate concedẽdo omnia, quæ erãt Marchionum, & totum Principatum, & dominium, quo caſu omnes concludunt non eſſe neceſſarium conſenſum particularium locorum. per tex. in c. 2. §. ex eadem lege. de lege corr. Bald. in l. 2. in fi. ĩ princ. ff. ſoluto matrim. & ibi Areti. qui ponit exemplum, & ibi dñs Alex. ita etiã vult Bald. in l. ſi plures, col. 2. verſ. item & ius vaſallorum, de cond. inſer. & in l. 2. C. de dona. Alex. conſ. 25. col. penult. vol. 5. & Bal. in d. §. ex eadem lege. & in c. 1. §. præterea ducatus. de prohib. feud. aliena. per Feder. vbi etiam Lauden. Roma. in conſ. 26. prope finem, & hãc opinionem dicit communem Deci. in conſ. 61. in 2. col. & Iaſ. in l. ſi nõ ſortem. §. libertus, col. antepen. ff. de condit. indeb. vbi dicit hoc verum, etiam ſi alienaretur vniuerſitas in ruſticum; vnde, cum in caſu noſtro iſta omnia ſub vniuerſitate concedantur: nõ poſſunt iſti populi reclamare; & tantomagis cùm non ipſa vniuerſitas, ſtatus, & Marchionatus; ſed quædam particularia loca reclament, vt eſt Caſale, & forte Alba, quo caſu nõ debet admitti talis reclamatio.

70 ¶ Nec erit tunc neceſſaria conſuetudo: quam requirit Fely. in d. c. dilecti, de maio. & obe. licet etiam in ſuo caſu non putamus eam neceſſariam. Quia vbi eſt conſuetudo, poſſet fieri etiam ſine vniuerſitate, vt ibi ipſemet Fely. dicit. & pro hoc facit; quod voluit Odoffre. & Bal. in tit. de pace conſtan. in ver. inueſtiturã recipientes; vbi dicunt ꝙ ſi vacãte regno Papa fecit duos Barones, & vaſallos; ſi Papa creat Regem, tales vaſalli tenenť Regem recognoſcere: ita ĩ ꝓpoſito, cũ Marchionatus, & Principatus Montisferrati comprehendat vniuerſitatem locorum: tenentur particularia loca ipſum, qui de eo inueſtitus eſt, recognoſcere.

71 ¶ Præterea

rea in caſu noſtro non poteſt eſſe difficultas, cum fecerit de plenitudine poteſtatis ſua Maieſt. per ea, quæ ſupra dicta ſunt. Et in terminis quando ſupponit aliquos, faciendo aliquem in loco Principem, Bal. ĩ conſ. 333. incip. ad intelligentiam ſequẽdorum, vol. 1. quia dicitur ponere ſub re-
72 gula iuſtitiæ &c. ¶ Pro quo facit, quia hęc prohibitio fuit in vaſallis transferendis inducta per conſtitutionem Federici, in d. §. præterea ducatus ne transferantur inuiti; Et poſtea per doct. extenſa etiã ad Ciuitates: ne inuitis ciuibus transferantur. vt declarat Corn. in conſ. 321. in 4.
73 col. vol. 4. ¶ Vnde cum Imperator tollere poſſit omnia, quæ ſunt iuris ciuilis: vt ꝑ Iaſo. in d. l. reſcripta. C. de præci. Imper. offeren. & illis ſola voluntas ſufficiat; vt dicit Fely. in c. quæ in Eccleſiarũ, col. 20. verſ. primus eſt, de conſtit. Potuit huic conſtitutioni extenſæ per Doct. derogare: maximè cũ adſit pleniſſima derogatio facta de plenitudine poteſtatis; & ſecundum formam, q̃ ponit Fely. in c. non nulli, in 8. col. verſ. fallit ſecundo, de re-
74 ſcrip. ¶ Et ita ſemper Cæſarea Maieſta. conſueuit feuda ad ſe reuerſa pro libito infeudare; vnde non requiritur alius cõſenſus; qui etiam non requireretur in nõ ſolitis ſtante conſuetudine, vt per Abba. in c. auditis, de præſcrip. ſequitur Fely. in d. c. dilecti, ſub n. 7. in fin. de maio. & obedi. Et certè multum abbreuiaretur poteſtas Cæſarea, ſi non poſſet feuda ad ſe reuerſa cõcedere, niſi de cõſenſu populorũ. ¶ Sequitur igitur ex his, quòd non obſtãte aſſerta contradictione aliquorum, debet Domina Duciſſa eſſe in poſſeſſione.
75 ¶ Nec illud intereſſe præſentiæ eſt certum, cùm poſſit eſſe, quòd ibi etiam congruis temporibus habitabunt: quod ſufficit l. ſi quis ita legauerit, de condit. & demonſt. Pręterea non reperitur l. cautum. ꝙ Principes debeat habitare in Ciuitate, cuius eſt Princeps; & tantominus quãdo habet plures Prouincias: vt videmus in Cæſare, Regibus, & alijs magnis Principibus, qui non poſſunt vbiq; morari; & ideo inuenti ſunt vicarij, & viceſgerẽtes. Nec ideo quòd populi gaudeant præſentia ſui Regis, ſunt Reges arctandi ad habitandum in quolibet loco. Nec Vaſcones habent poteſtatem legem inducendi
76 in mundo. ¶ Aliud etiam intereſſe pluralitatis Dominorum nõ ob. Primo, quia etiam pluralitati ipſi cõſentire videtur, conſentiendo inueſtituræ pro hæredib⁹, & ſucceſſoribus; quo caſu omnes filij, & hæredes pariter ſuccedunt de iure, ſi ſunt in eodem gradu. c. 1. §. & quia vidimus. qui feud. da. poſſ. & licet Marchiones ſeruauerint ordinem primogenituræ, hoc vel fuit ex teſtamentis, quæ ſeruare voluerunt, vel ex eorum voluntate; non tamen eſt, quin ipſi populi cõſenſerint inueſtituræ: ex cuius tenore plures ſuccedere potuiſſent, non ſolum duo, ſed quatuor, vel quinque &c. Item plures poſſũt diuidere adminiſtrationem, & Reſpublica bene gubernatur; & poteſt diuidi per menſes: vt dicit feliciter ſeruatum Bononiæ. d. Siculus, in d. c. prudentiam, de offi. deleg. dicto num. 38. per maiores vxoris eius. d. And. Siculi.
77 ¶ Præterea vir, & vxor pro eadem perſona reputantur: iuxta ea, quæ habentur in c. dudum, de Bigamis. & dicit text. in cap. admonere 37. q. 2. quòd vxor eſt pars corporis viri. & text. in c. de neptis. 31. q. 2. dicit virum, & vxorem vnum corpus eſſe, & vnum animum eſſe debere. & text. in c. agathoſa, in fi. 27. q. 2. dicit per coniugium vnum corpus fieri; & videmus ꝙ relicta habitatione mulieri, intelligitur etiam cum viro. l. cæterum. §. mulieri. ff. d vſu & habit. & in §. item is qui. inſtit. eodem: vbi Aret. & vt ſupra fuit dictum, q̃n fœmina inueſtitur, cogitur maritum fidelitatem iurare, vt dixit Fulgo. in dicto conſ. 4. & maritus, etiam ſi nõ eſſet inueſtitus, haberet mãdatum à lege in rebus vxoris. l. maritus, de procura. & poſſent multa adduci. Ideo nec hoc ob.
78 ¶ Ad ea autem, quæ dicta ſunt, ꝙ Dux Sabaudiæ, & Marchio Salutiarum dicunt ſe ius prætendere; ſupra ſatis apparet reſponſum, quòd non ſunt legitimi contradictores; quin D. Duciſſa Mantuæ, vt deſcendens à Marchionibus, hæres vltimi, & inueſtita, ponatur in poſſeſſionem. Et

ſi ius

ſi ius prætendunt, agant. pro quo faciũt, quæ ponit latè Fely. in c. veniens, il ſecundo, in 3. & 4. col. de teſt. & tertius quando non mouit litem, nec ipſe poſſidet, nec ē poſſeſſio vacans, non poteſt impedire, ne poſſeſſio detur. Nec eorum iuribus pro nunc aliter reſpondebimus; cum nō ſint deducta, ſed ſufficit, quòd non poſſunt im-
79 pedire traditionem poſſeſſionis. ¶ Nec obſtat, quod fuit dictũ de fortilitijs. Quia primò in facto negatur eſſe aliqua fortilia, quæ eſſet apta reſiſtere Cæſareæ voluntati, & nō eſt veriſimile, Illuſtriſſimũ D. Ducem Mantuæ non eſſe pariturum ſuæ Maieſtati: & ſi nollet parere, poſſet coërceri, & ſubijceretur periculo etiam ſtatus Mantuæ. Præterea cum lex mandet hæredem poni in poſſeſſione; Item teneri dominum inueſtientem tradere liberam poſſeſſionem; non reperitur iure cautum, quòd tertius poſſit obijcere, q.
80 loca ſint fortia, & allegata in contrarium loquuntur; quando poſſidens negat reſtituere poſſeſſionem pro iuribus ſuis, non autem quando alius poſſidet, & tantomagis quando is, qui poſſidet, eſt etiam potentior; vt in caſu noſtro arg. eorum, quę habentur per Fely. in d. c. veniens, in loco ſupra allegato.

¶ Ex quibus ſequitur indubitata concluſio, quòd Illuſtriſ. Dña Duciſſa, & etiam Illuſt. Dñus eius vir, cum ea, vbi fidelitatem iurare obtulerunt; ſunt ponendi in poſſeſſionem omnium per q. Marchionē Ioannem Georgium poſſeſſorum: & id iuſtitiæ, & bonitati Cæſareæ Maieſtatis conuenit. Et ita iuris eſſe concluſimus communicato Conſilio Nos Hieronym[9] de Medicis, & Nicolaus Aliprandus, ipſius Illuſt. Domini Ducis Mantuæ Senatores; cuiuſcunque rectiùs ſentientis iudicio ſemper ſaluo.

LAVS DEO.

¶ Et ita vt ſup. communicato Conſilio, cũ ſupraſcripto Mag. D. Nicolao Aliprand. concluſum eſt, arbitror Iuris eſſe, Ego Hieron. de Medicis Luceñ. Ducalis Mãt. Senator Iur. V. Doct. Et in fidem me propria manu ſubſcripſi, & ſolito ſigillo ſigillari mandaui, cuiuſcũque rectiùs ſentientis iudicio ſemper ſaluo.

¶ Et prout ſupra concluſum eſt; cũ Mag. D. Hieron. Luceñ. ita iuris eſſe arbitror, Ego Nicol. Alipr. I. V. D. & Ducalis Mãt. Senator. Et in fidem præmiſſorum manu propria ſcripſi, & ſolito ſigillo muniui.

CONSILIVM ELEGANTISSIMVM Mag.[ci] & Excell. I. C. D. Mariani Socini, in ordine ſecundũ; cum ſubſcriptione Excellent. D. Philippi Decij:

PVNCTVS.

ILLVSTRISSIMVS Dñus BONIFACIVS Paleologus Marchio Montisferrati, ſine aliqua prole īteſtatus deceſſit ſuperſtitibus ſibi Dña Margarita ſorore vtrinque coniuncta, & Io: Georgio patruo. Qui Ioan. Georgius dum vixit, ipſum Marchionatum tenuit, & poſſedit. Domina Margarita prædicta nupſit Illuſt. Duci Mantuæ.

¶ Viuente Io. Georgio, Dña Margarita, iam effecta Illuſt. Duciſſa Mantuæ, fuit per Cæſaream Maieſtatem inueſtita vna cum Illuſt. eius viro, de dicto Marchionatu, ipſo Io: Georgio decedente ſine liberis legitimis, ex nunc prout extunc.

¶ Deceſſit poſtea Ioan Georrgius ſine filijs legitimis, inteſtatus.

¶ Cæſarea Maieſtas tunc pro maiori pace, & pro ſcandalis remouendis, ne ad arma deueniatur, voluit totum Statum ad manus eius, ſiue ſuorum agentium deuenire,

uenire,& ita factum fuit.

¶ Eadem Maieſtas Cæſarea, vt nemini iniuriam inferreret,ſed vt omnibus parẽ iuſtitiam adminiſtraret, cauſam totam commiſit quibuſdam Iudicibus delegatis,inter omnes,& quoſcunque prætendentes aliquod ius habere in toto Marchionatu,aut in eius parte.

¶ His ſic ſtãtibus, Dña Margarita Illuſt. Duciſſa Mantuæ,petit ante omnia ſe mitti in poſſeſſionem omnium, & quorumcunque bonorũ, etiam feudalium, olim poſſeſſorum per Bonifacium fratrem ſuũ Marchionem prædictum, & demum per Io: Georgium patruum, quibus illa vti proximior agnata ab inteſtato ſucceſſit.

¶ Quæritur an ſit audienda.

DIRIGAT Dominus verba mea in viam veritatis, & iuſtitiæ. ¶ Quanquam(vt audio)de bonis,& ſtatu Marchionat⁹ Mõtisferrati, de quo in puncto, quæſtio,& contentio oriatur inter Illuſtriſſimos Principes,nedùm reſpectu poſſeſſionis,ſed etiam,& principalius reſpe-
1 ctu dominij. Tamen conueniens eſt,& à iure ſic ſtatuitur,vt prius, & ante omnia diſcutiatur cauſa poſſeſſionis,vt ſic tradita poſſeſſione ei, cui tradi debet; ille in cauſa proprietatis ſit futurus reus, & commodo poſſeſſoris fruatur,de quo in §. cõmodum,inſtit.de interdict.in l.fina.C.de rei vend.in l.qui accuſare. C.de eden. & in c.ex litteris,de prob. cum multis ſimilibus: Et aduerſarius ſuſtineat partes actoris,cum onere probandi. Ita, quòd eo non probãte,reus,& poſſeſſor veniat abſoluendus, etiam quòd de iure ſuo non probaſſet,d.l.fin.& d.l. qui accuſare, pro quo etiam facit,l.2.& l.actor.C.de proba. & l.verius, ff.de proba.& alia multa iura, & in omnibus prædictis iuribus tradunt doct.& hoc in iure eſt exploratiſſimus.
2 ¶ Conuenit enim in litibus,& controuerſijs iudiciarijs alterum actoris, alterũ rei perſonam ſuſtinere,vt in §.1.& 2. l. 1. ff. vti poſſi. cum ſimil.adeò,vt etiam in duplicibus iudicijs illud conſtare oporteat, ſaltem per ſortem,vt l.in tribus,cum ſeq. ff. de iudi.

3 ¶ De poſſeſſione ergo ſemper prius eſt tractandum, proùt vltra prædicta clarè probatur in l.ordinarij,C.de rei vend. in l.incerti,C.de interdict.& in c.paſtoralis, verſ.alijs poſſeſſorijs,de cauſa poſſ. & ꝓprie.tradunt Doct.poſt gloſ.ĩ l.ſi de vi. ff. de iud.& in l.naturaliter.§.nihil commune,ff.de acquiren.poſſ.& alibi ſępiſſimè. Qua re optimo iure, & conſultiſſimè Illuſt.Duciſſa petit prius, & ante omnia ſe mitti in poſſeſſionem omnium bonorũ, vt in puncto,ſeu in eius quæſtione dicitur. ¶ Vnde pro ipſius quæſtionis reſolutione quærendum eſt de tribus. ¶ Primo, an poſſeſſorium remedium ſibi competat. ¶ Secundo,vtrum in eo debeat obtinere. ¶ Tertio,in quibus bonis.
4 ¶ Circa primũ breuiter concludendum eſt,quòd prædictę Dñæ Margaritę Illuſt. Duciſſę,competit poſſeſſorium adipiſcẽdæ. Nam cum illa,vti proximior ſucceſſerit ab inteſtato tam fratri, quã patruo, & velit tunc,vt hæres, adipiſci poſſeſſionem bonorum, quæ per prædictos poſſidebantur,dicitur in effectu vti interdicto adipiſcendæ poſſeſſionis;vt in §.ſequens, inſtit.de interdict. (loquor de illis bonis quorum poſſeſſionem illa nondum na-
5 cta ſit.) Et in ſpecie dicitur competere ſibi interdictum quorum bonorum, ſaltẽ vtile,cùm ſucceſſerit,& hęres facta ſit de iure ciuili,vel directum, ſi ſine prætorio diceretur ſuccedere.iuxta gloſ.magìs cõmuniter approbatam,in rubr. ff.quorum bonorum,& ĩ rub.C.eo.vbi in ſpecie Salyc.ita concludit,& dicit cõiter teneri. ¶ Et quòd ſuccedenti ab inteſtato etiam tranſuerſali (proùt eſt iſta Illuſtriſ.Dña Margarita) competat eiuſmodi interdictum,quorum bonorum,eſt text.ad litteram,in l.1. C. quorum bonorum, & ibi omnes Doct.tradunt;tradit etiam Specu. in tit.de teſtam.§.nunc videndũ, in prin. & eſt apud noſtros Doct.indubitatum. Ideò vlterius non inſiſto, ſed concludo, quòd ei competit poſſeſſorium adipiſcendæ, vt eſt dictum, ſecundùm tamen, ꝙ dicetur in ſecundo quæſito.
6 ¶ Circa ſecundũ,dicet fortaſſe aliquis,ꝙ Illuſt.

Illuſt.Duciſſa non debeat in hoc poſſeſſorio iudicio obtinere ex duobus.

¶ Primo, quia interdictum quorum bonorũ non videtur poſſe exerceri niſi contra eos,qui pro hærede,vel pro poſſeſſore poſſident.vt.l.1.ff.&l.2.C.quorum bonorum;& ideo eſt, quòd non datur contra titulo aliquo poſſidentem,vt nota. Saly. ĩ d.l.1.& vbiq; Doct.dicũt. Et in hoc æquiparatur petitioni hæreditatis;vt per Saly. in l.1.in fi.C.quorum bonorum:nam nec ipſa datur contra titulo poſſidentem, ſed contra eos, qui pro hærede, vel pro poſſeſſore poſſident,vt l.regulariter,& l.pro hærede.ff.de peti.hære. & l. hæreditatis, & ibi per Doct.C.eo. tit. ſed in caſu iſto nullus eſt,qui pro hærede,vel pro poſſeſſore poſsideat; ſed Cæſarea Maieſtas, ſiue eius agentes,ipſius nomine, poſſident ex cauſa quietis, & pro ſedandis ſcandalis,quaſi ſequeſtrata apud eos; meritò videtur, quòd tale interdictum non poſſit exerceri,ſeu quòd illud exercens Illuſt. Duciſſa non poſſit obtinere.Nemo enim eſt,qui poſſit condemnari ad reſtituendum;quod videtur in tali interdicto neceſſarium,cum dicatur reſtitutorium,vt l.1.§.hoc interdictum,ff. quorũ bonorũ.

8 ¶ Secundo, quia eiuſmodi interdictum non habet locum, quo ad effectum, quã ex aduerſo illi opponitur exceptio dominij incontinenti probandi; vt voluit glo. in ver.reſtiruas,in l.1.ff.quorum bonorũ, & ibi eam Ang.& alij ſequuntur,& gl.fi. in l.fi.C.eo.tit.vbi glo.illam ſequẽdo, ita concludunt Bar.Bal. Saly. & alij, & ſimpliciter hoc procedere ĩ poſſeſſorio adipiſcendæ,voluit Bar.in l.1.C.quorũ lega. & in d.§.nihil commune,in 1.lectu. in 3. opin.dicens ſic debere intelligi,gl. in l. ſi de vi.ff.de iudi.in fi. hoc idẽ voluit Imo. in l.ſi ſocer.§.lucius,in fi.ff.ſol.mat.Ang. in conſ.135.Nautius Maſſiuoli,& Pet.de Ancha.in conſ.146.in prædicta quæſt. & ego aliquando dixi in d.§.nihil commune,in 5.concl.circa primam lecturam; ſed in propoſito(vt audio)Illuſt.Marchio Salutij,& quidam alij prætendunt prædictũ Marchionatum,& eius bona iure dominij,& proprietatis ad ſe ſpectare, & forte offerunt ſe hoc incontinenti probaturos, meritò videtur, quòd poſſit ſe opponere prædicto iudicio poſſeſſorio adipiſcẽdæ, & videtur,quòd dici poſſint legittimi cõtradictores,vt ſcilicet illud impediant.

¶ Sed his non obſtantibus contrariũ puto in caſu noſtro concludendum,& ſic ꝙ Illuſt.Duciſſa debeat in prædicto omnino poſſeſſorio obtinere,& in poſſeſſionẽ bonorum mittit ſecundum quod petit.

9 ¶ Nam cùm illa ab inteſtato, vti proximior ſucceſſerit prædictis fratri,& patruo iuxtà autent.defuncto,C.de leg. hære. & auten.itaq; , C.communia de ſuc. quibus probatur,quòd ſucceſſerit fratri,& auten. poſt fratres,la.2.vbi probatur, quòd ſucceſſit patruo C.de legit.hære. Atq; etiam prædictas hæreditates ſibi delatas adierit,non eſt dubitandum, quin ſit in poſſeſſionem mittenda,vt l.1.& 2. C. quorũ bon.& ibi Doct. tradunt, & ſupra etiam dictum fuit,& iſta concluſione de plano, & ſine ſcrupulo procederet ſi allegata in contrarium remoueãtur, in quibus ſtat omnis difficultas.

¶ Non obſtat ergo, quod primò allegabatur. Quoniam (ni fallor) & optimè, ac
10 ſecundum Iuris mentẽ reſpondetur. Et pro intelligentia præſuppono, quòd hæres,poſtquam adiuit hæreditatem,poteſt omnia bona hæreditaria,ſi à nemine poſſidentur,propria auctoritate accipere, vt tradit Bart.in l.fi. 6.col. C. de edic. diui Adr.toll.cum cõcor.vt ſcribit ibi Excell. ætate noſtra,ac primarius Iuriſconſultus, D.Philip. Deci. compater meus ſemper honoran.in 2.col.ver. poteſt tamen hæres &c.ſecùs ſi ab aliquo poſſideatur etiã iniuſtè,quia tunc erit opus adire iudicẽ;
11 vt in locis prædictis traditur.Sed ſi hæres nolit tali licentia vti,vt propria auctoritate accipiat poſſeſſionem,ſed vrbanius agendo velit Iudicis auctoritate mitti in poſſeſſionem bonorum,vel etiam ſibi nõ liceat propria auctoritate accipere, quia ſcilicet alius poſſideat, per legem inuenta ſunt remedia. Nam ſi ſit hæres ſcript' in teſtamento,quo oſtendat non deletũ, non cancellatum,nec in aliqua parte vitioſum,poteſt vti remedio.l.fi.C.de edic. diui

12 diui Adria.col.vel etiam poteſt vti interdicto quorum bon.quod dicitur poſſeſſorium adipiſcendæ. Et hoc generalius dicitur remedium, quia datur etiam ſuccedēti ab inteſtato, vt l.2.C.quorum bonorum, & ſupra dictum fuit.

13 ¶ Eſt tamē verum, quòd iſtud ſolum reperitur conceſſum hæredi aduerſus poſſidentem aliquem, qui pro hærede, vel pro poſſeſſore poſſideat, ſecundum quòd in iure ſcriptum legimus, & hoc ideo ſic dicitur, quia non competit aduerſus poſſidentem aliquo titulo vero, vt pro emptore, pro ſoluto, & ſimilibus, vt ſupra dicebatur in argum. & ratio eſt ſecundū Bar. & alios magis communiter in d.l. hęreditatis, C. de peti. hæred. quia cum hęres ſolùm titulum habeat, in quo fundatur, & ī poſſeſſione defuncti, poſſidens verò habeat titulum, & propriam ſolutionem: debet ipſe ratione ſuæ poſſeſſionis præferri, quia in pari cauſa potior eſt conditio poſſidentis.

¶ Quæ ratio procedit, quando poſſeſſor non habet aliquem titulum; vt quando poſſidet pro hærede, vel pro poſſeſſore; nam tunc hæres ratione ſui veri tituli poſſeſſionem obtinebit per interdictum quorum bonorum; & conuenit, vt ei tale remedium competat, cum ꝓ ſe, & propria auctoritate eam accipere non poſſit, quia poſſeſſio non eſt vacans.

14 ¶ His ſic præmiſſis, & bene conſideratis, iuſtiſſimùm videtur, & ita ex mente iuris concludendum puto, quod in caſu iſto Illuſtr. Ducißa in prædicto remedio poſſeſſorio debeat omnino obtinere, & ſic quòd Cæſarea Maieſtas, aut Iudices ab ea delegati debeant illi tradere poſſeſſionem. Nam conuenit, vt ipſi de aliquo remedio in accipienda poſſeſſione ſuccurratur circa bona ꝑ fratrem, & patruum eius poſſeſſa (de ijs loquor, quæ per aliquem particulari, & vero titulo non poſſidentur) ſed illa non poteſt propria auctoritate poſſeſſionem accipere, cum non vacet, ſed ſit apud agentes ſuæ Maieſtatis; igitur videtur neceſſariò dicendum, quòd habeat prædictum interdictum quorum bonorum, & in eo debeat obtinere; dato millies, quòd

15 agentes Cæſareæ Maieſtatis non poſſideant pro hærede, vel pro poſſeſſore. Nam videtur, quòd omnino concurrat eadem ratio, quoniam illi poſſident, ſeu res apud ſe habent, & non poſſident aliquo titulo, per quem excludatur interdictum iſtud quorum bonorum. Ergo per identitatem rationis dicendum eſt, quòd Illuſt. Ducißa per tale interdictū poſſeſſionem obtinere debeat, perinde, ac ſi intentaretur contra poſſidentem ꝓ

16 hærede, vel pro poſſeſſore. Fortiſſimum etenim eſt argm̄ qđ ex rōnis identitate ſumitur, l. fin. C. ad l. falc. & c. cōſtitutionem, de regular. lib. 6. cum vulgaribus.

17 non enim omnes caſus poſſunt expreſſa lege terminari, ſed ad non expreſſos arguitur ex expreſſis per identitatem, & etiam paritatem rationis. vt l. non poſſunt. ff. de legi. & c. inter cæteras. in fin. de reſcript. & ibi plenè tradit Barba. in vlt. not.

¶ Et ad hoc plurima cumulari poſſent, ſed quia hoc dictū notiſſimum eſt, gratia breuitatis vltra non inſiſtam. Sed concludo ęquiſsimum eſſe, & omni rationi conuenire, quòd Illuſt. D. Margarita Ducißa prędicta in poſſeſſionem mittatur per prędicta.

18 ¶ Et licèt qui nunc res omnes poſſidēt, ſeu potius apud ſe quaſi ſequeſtratas, & depoſitas habent, pro ſuo iure non contendant, ſed detineant pro his, quibus dandæ erunt de iure, & ad inſtantiam Cæſareæ Maieſtatis, & propterea videatur, quòd non ſit, qui ad reſtituendum poſſit condemnari, prout ſit in interdicto quorum bonorum, vt ſupra arguebatur: tamen negari non poteſt, quin res habeāt, & quodammodo poſſideant; ita quòd non liceat Illuſtr. D. Margaritę propria auctoritate poſſeſſionem accipere, vt ſupra dixi.

19 ¶ Et licèt ipſa non dirigat iudicium contra dictos detinentes, quaſi cum ea de iure ſuo contendentes; tamen petit ſimpliciter ſe mitti in poſſeſſionem, & declarari, quòd per iſtos detinentes poſſeſſio ei debeat tradi, & largo modo reſtitui, ꝓ ut

capitur in tali interdicto, vt per gloſ. Bar. & alios. in d.l.1.ff.quorum bonorum, & iſtud ipſi facere poterũt, vt eſt clariſsimũ.
20 ¶ Et vt iuris ſubtilitati ſatisfiat circa pdictum interdictum, quorũ bon. poteſt dici, vel q iſti agentes Cęſareę Maieſt. quodammodo pro poſſeſſore poſſideãt; cum interrogati, cur poſſideãt, reſpõſuri, quia poſſidemus ſcilicet ad inſtãtiam ſuæ Maieſt. & cauſam aliam non haben. r. ar. l. pro hærede. in fi. cum ſeq. ff. de pet. hære. Vel
21 ſaltem dici poteſt, quòd tale interdictũ competat vtiliter, id eſt per interpretationem ex mẽte. l. quæ oĩno videtur velle, vt iſta Illuſt. D. Duciſſa mittatur in poſſeſſionem, & eius commodo fruatur; vt ex
22 prædictis conſtat, & quod ex mente. l. venit, ex ipſa. l. venire dicitur, l. nominis & rei. §. verbum ex legibus, ff. de verbo. ſig. ſicut dicitur in ſimili de tutela patronorum, quæ dicitur legittima. vt inſtit. de legi. patr. tutel. & ibi per Doct. in princ.
23 Vel & tertio dici poſſet, quòd hoc fieri dbet per officiũ iud. ſi volumꝰ, qđ de ſtricto iure tale interdictũ nullo modo dari poſſit. Nã cùm conſtet Illuſt. Duciſſam eſſe hæredem, & hereditatem adiuiſſe; conuenit, vt ĩ poſſeſſione mittatur: vnde ſi deſunt remedia iure ſcripta, fieri debet hoc per officium iud. ſicùt in ſimili concludit Bal. in c.1. de cõtrou. inter maſc. & fœm. de benef. volens, quòd filia ab inteſtato ſuccedens, cum ſibi deficiat remedium. l. edicto. C. de edict. diui Adr. tol. mitti debet in poſſeſſionem per officium iud. vt per eum, qui dicit hoc eſſe notan-
24 dum, & cum eo tranſit ibi Præpoſ. ¶ Et ſi bene ponderentur, loquuntur etiam reſpectu bonorum feudalium; & iſta doctrina plurimum ſeruit in propoſito, vt etiam infra dicam.

¶ Et ſi dicatur, quòd eiuſmodi depoſitio
25 rerum, & ſtatus, de quibus agitur apud agẽtes Cæſareæ Maieſtatis facta pro ſcdandis ſcandalis debet perdurare vſque quo de proprietate, & de iure in petitorio fuerit cognitum, vt tunc reſtituantur cui debentur: reſpondetur, quòd non iſta fuit, neque eſt intentio Cæſareæ Maieſtatis, quæ tanquàm iuſtiſſima noluit, neque intendit iuri alicuius præiudicare; ſed tantum voluit obuiare ſcandalis, quæ ſequi potuiſſent, ſi prætendentes ius ſuper dicto ſtatu ad eius poſſeſſionem adipiſcendam armata manu, & propria auctoritate ſimùl acceſſiſſent, quibus ſcandalis iam pleniſſimè occurſum eſt per prædictam depoſitionem.

26 ¶ Nunc autem cùm Illuſt. Duciſsa Do. Margarita oſtendat iuridicè ſe debere mitti in poſſeſſionem, & eſſe gauiſuram poſſeſſionis commodo; ſi Maieſtas Cæſarea hoc denegaret, mirum immodum illi præiudicaret, vt conſtat ex dictis ſupra in principio, quod eſt omnino alienũ à mente ſuæ Maieſtatis; quæ, vt ſemper, & in omnibus, ac inter quoſcunque fecit nihil aliud vult, niſi vt vſque ad minimũ ſumma, ac ſanctiſſima iuſtitia obſeruetur, nedùm reſpectu proprietatis, & dominij, ſed etiam reſpectu poſſeſſionis. Meritò ergo concludendum eſt, quòd ſua Maieſtas, aut Iudices per eam delegati, debeant pro obſeruatione iuſtitiæ tradere poſſeſſionem, ſiue declarare eam tradi debere prædictæ Illuſt. Duciſsæ, vt ſic illa, tanquàm hæres ab inteſtato, tàm fratris, quàm patrui per eos poſſeſſa poſſideat, & commodo poſſeſsionis fruatur, proùt iura volunt. Et ipſa poſtea cuicunq; ius aliqđ prętendenti parata erit reſpondere. Et qq ipſa confidat ſe omnino, & in petitorio, & circa proprietatem contra quoſcunque obtenturam, vt aliàs, ſi opus fuerit, pleniſſimè oſtendetur: tamen nũc vult, prout iura ſibi cõcedũt, gaudere poſſeſſionis priuilegio; vt ſcilicet aduerſarijs de iure ſuo non docentibus contra eos obtineat, & in poſſeſſione remaneat, vt ſupra dictum fuit; & ita ſic exiſtente iuſtitia, & pro eius obſeruatione ſperat per Cæſaream Maieſtatem, aut eius iudices delegatos declarari, & iudicari.

27 ¶ Nec ſunt ampliùs timenda ſcandala, quoniam, cùm à Cæſarea Maieſtate, vel per eius delegatos declaratum fuerit D. Margaritam Illuſt. Duciſſam debere eſſe in poſſeſſione; & ita in eam miſsa fuerit ſine prȩiudicio alicuius, nullꝰ recalcitrabit, ſed oẽs acquieſcent, & in petitorio prępa-

præparabunt ſe iura ſua reſponſuri. ¶ Ceſſante itaq; ſcandalorum timore, debet ceſſare illa depoſitio apud agentes ſuæ Maieſt. facta, & tradi poſſeſſio Illuſt. Duciſſæ, quæ de iure poſſidere debet, donec alius de iure ſuo docuerit, vt ex prædictis conſtat, & ex his ſit rñſum ad primū arg.

28 ¶ Nec obſtat etiam ſecundum, quia vere nihil. Nam vt quis in huiuſmodi poſſeſſorio iudicio ſit legittimus contradictor: Et ſic impediat petentem mitti in poſſeſſionem, requiruntur tria præcipue. Primò, quòd poſſideat bona de quibus agitur. Secundo, quòd non vitioſe poſſideat bona, de quibus agitur. Tertio, quod de iure ſuo incontinenti doceat, ita in effectu voluit Bart. in l. filiam fratribus. ff. ad treb. Et cum eo tranſeunt Doct. ibi, & alibi ſæpe. ſed clarum eſt, quòd tam Illuſt. Marchioni Salutiarum, quam cuicunque prætendenti ius ſuper bonis, & ſtatu prędictis, deeſt primum requiſitum, quia nullus ipſorū reperitur poſſidere, cùm ſtat ipſe, & bona cætera per agentes Cæſareę Maieſtatis teneantur. Ergo clariſsimè ſequitur neminem ex illis poſſe contradicere huic poſſeſſorio intentato, nec poſſe impedire, quominus Illuſt. Dña Margarita mittatur in poſſeſſionem, prout petit, & iſta ſit vna, & clariſſima reſponſio ad illud ſecundum fundamentum.

¶ Secundo etiam reſpondetur negando, quòd aliquis contradicentium poſsit de iure ſuo incontinenti docere; immo creditur, quòd nunquàm de eo docere poterunt, cum verum ius ſuper ſtatu, & bonis prædictis competat prædictæ D. Margaritæ Illuſt. Duciſſæ, prout illa, ſi opus fuerit, apertisſimè oſtendet.

29 ¶ Sed poſito abſque veritatis pręiudicio, quòd aliquis ex contradicētibus aliquod ius habere poſsit; certè impoſsibile eſt, quod de eo incontinenti doceat. Nam nec Illuſt. Marchio Salutiarum, nec alius quiſq; qui aſſeritur contradictor, reperitur in aliqua inueſtitura nominatus: ita, vt ea oſtenſa, dicere poſsit ius ad ſe ſpectare, ſed potius omnibus inueſtituris inſpectis (cū in eis nullus ex contradicentibus appareat vocatus) poteſt dici, probari, & quidem incontinenti de non iure eorum, ſicut dicimus, quòd probatur Titio nō eſſe legatum, ſi inſpecto teſtamento non reperitur aliquod legatum ſibi factum, vt p Bar. & alios in l. fi. per illum tex. C. de reb. cred. cum concor. vt tradit Excell. Deci. in conſ. 424. proponitur, quòd Magnifica. col. fi. ¶ Et ſi dicatur, quod Illuſt. Marchio Salut. prætendit ius ſuper ſtatu prædicto; quia aſſerit ſe eſse de linea cuiuſdam antiquiſsimi Principis primo inueſtiti.

30 ¶ Dico, quòd iſtud difficilis probationis erit, & requirit altiorem indaginem; oportebat enim probare longam genealogiam, quod forte nunquàm fiet, vel ſi fiet, in longum protrahetur, & erit opus multorum teſtium examinatione, & alijs probationibus, quæ non poſſunt incontinenti fieri, ſed lōgiorem indaginem expoſtulabunt, & propterea quod plus eſt, probata etiam ſua genealogia, vt aſserit; non ſequitur: ergo ipſi talis ſtatus competit; quia hoc apertisſimè negatur, & creditur ius eſse in cōtrarium. Quicquid tamē ſit, iſtud erit difficillimę, & longisſimæ diſcusſionis; & propterea manifeſtè ſequitur, quòd Illuſt. Marchio prædictus non poteſt cōtradicere, & impedire, quin D. Margarita Illuſtriſ. Duciſsa mittatur in poſseſsionem, cùm allegata per illum altiorem indaginem requirant, & ſic incontinenti probari non poſsint. Tamen enim diſputatio in præſenti iudicio poſſeſſorio non eſt admittenda, ſed in petitorio de ea cognoſcetur iuxta l. fi. C. quorum bon. & in ſimili habetur in l. 2. vbi Bar. & alij, C. de edict. diu. Adr. toll. & in terminis noſtris ita concludit Dec. in d. conſ. 424. col. fi.

¶ Similiter etiam dicendum eſt de quocunque alio prætendente ius ſuper dicto ſtatu; eius enim allegatio, qualiſcunque fuerit (cū in inueſtitura aliqua nullus reperiatur vocatus) requiret altiorem indaginem, nec incontinenti probari poterit.

¶ Sic ergo ex his indubitanter concluditur poſseſsorium adipiſcendæ intentatū non poſse per aliquem impediri, tū quia nemo de iure ſuo incontinenti probare poteſt, tùm etiam quia nemo reperitur

 poſsidere

poſſidere. Et ſic etiam ex tribus requiſitis
ſecundum Bart.in d.l.filiam fratribus, &
ſupra dixi; & primum, & tertium defi-
ciunt,& ideò concluditur Illuſt. Duciſſã
omnino eſſe in poſſeſſionem mittẽdam;
& hæc quo ad ſecundum quæſitum.

31 ¶ Circa tertium dùm quæritur, in quib'
bonis prædicta procedunt. Reſpondẽdũ
primo eſt,quòd generaliter mittenda eſt
Illuſt. Duciſſa in poſſeſſionem omnium
bonorum,quæ fuerunt prædictorum fra-
tris,& patrui eius,quum morerentur, vt
dixit tex.in l.2.C.quorum bon.& tunc ẽ,
quòd eiuſmodi poſſeſſorium dicitur vni-
uerſitatis,vt l.1.ff.eo.tit.

¶ Hoc ita poſito, quod eſt indubitatum,
deueniendo ad particularia dico.

32 ¶ Primò,quòd abſque dubio procedunt
prædicta ĩ omnibus bonis,quæ libera erãt
prædictorum fratris,& patrui D. Marga-
ritæ Illuſt.Duciſſæ;quæ bona dicuntur a-
lodialia,vt ſentit glo.magna,prope fi.in l.
ſi familiæ. C. famil. herc. & ibi tradunt
Doct.maximè Albe.de Roſa.qui dicit, ꝙ
alodium dicitur quaſi aliunde non reco-
gnitum,ſed liberum, & purum, & idem
eſt,quod proprium,de quo habetur ĩ tit.
de alod.in vſib.feu.In his ergo bonis,quę
alodialia ſunt, & libera erant prædicto-
rum defunctorum,de plano procedunt
prædicta Illuſt.Duciſſam; vti proximio-
rem,& hæredem prædictorũ ab inteſta-
to iuxta autent.defunct.C.de leg.hære.&
autenti.poſt fratres,eo,tit.cum alijs ſupra
alleg.ſucceſſiſſe. Et hoc nedùm reſpectu
poſſeſſionis(de qua nunc agitur,) ſed etiã
reſpectu dominij, & proprietatis.

33 ¶ Secundò dico, quòd ſimiliter abſque
dubio procedunt prædicta in bonis, quæ
non probentur feudalia,quia in dubio bo
na quælibet ab aliquo poſſeſſa præſumũ-
tur alodialia,& libera,niſi contrarium o-
ſtendatur; vt tradunt Io.And.& alij in c.
nimis,de iureiur.Bal.in c. cęterum, in fi.
poſt Innoc.de iud.& in c. ſignificauit, 1.
col.de reſcrip.Paul.de Caſt.in conſ.179.
in cauſa:quam Mag.D.Tittus in princ.1.
vol. ſecundum nouam impreſ. Alex. in
conſ.129.Ponderatis his,in princ. 1.vol.
cum concor.vt plenè per Excell. Deci. in
conſ.269.conſultus ab Illuſt. in princ. &
pleniùs in d.conſ.424. 2.col.& per Præ-
poſ.Mediol.ĩ c.1.§.inter filiam,ſi de feu.
fue.controu.inter dom.& agnat.& vltra
allegatos per eos; ita etiam dixit plura al-
legando,D.Franc.Cur.Senior in conſ.75
D.Lud.2.col.ver.tamen hoc non obſtan
te;& Alber.Bru.in conſ.1.circa primum
artic.1.col. & etiam Illuſt. Doct. D. Io.
Campe. aliquando præceptor meus,ĩ ſuo
conſ.incip.viſo themate,2.col. quod re-
peritur inter conſ.Bru.n.2.licèt enim per
aduerſarios bona aliqua allegarentur ſeu
dalia;& ita,an ſint feudalia, reuocetur in
dubium. Tamen donec re ipſa probẽtur
feudalia,& tanquàm de alodialibus iudi-
candum eſt,vt per Doct.in locis prædi-
ctis. Et propterea ſicut de ijs, quæ alodia-
lia ſunt ſine controuerſia,ità & de ijs, de
quibus dubitari poteſt, concludendũ eſt
abſque vlla dubitatione Illuſtriſſ.D.Mar
garitam mittendam eſſe in poſſeſſionẽ,
cum nedùm reſpectu poſſeſſionis; ſed ẽt
reſpectu proprietatis ad eam ſpectare de-
beant,donec aliud probetur.

34 ¶ Tertiò,& fortiùs dico,quòd immo etiã
in feudalibus ipſa eſt mittenda in poſſeſ-
ſionem; donec de iure, & proprietate al-
terius cognoſcatur in petitorio; & ſic di-
co,quòd prędicta concluſio(vt ſcilicèt Il-
luſt.Duciſſa ſit mittenda in poſſeſſionẽ,
& in ea conſeruanda; quouſque alius de
ſuo potiori iure docuerit) procedit etiam
in bonis,quæ ſine dubio feudalia appare-
rent; ita videtur voluiſſe gloſ.1.in fi. in c.
1.de controuer.inter maſcul.& fœmi. de
benef.vbi gloſ.dicit,quòd ſemper fœmi-
na iure communi hæres,vt filia,debet po
ni in poſſeſſionem,& agnatus poſtea pe-
tere debeat ab ea,ſi ius prætendat; & ita
in terminis declarat Io. And. in additio.
Spec.in tit.de teſta.§.ſequitur videre,cir-
ca fi.in addi.in ver.perſonã,in fi. vbi poſt
Gui.ď Suza.notabiliter determinat,quòd
fœmina hæres petẽs ſe mitti in poſſeſſio-
nem omnium bonorum,quæ fuerunt de-
functi,etiam feudalium eſt (proùt petit)
mittenda, quia ſub vniuerſitate venient
etiam feuda,licet fortaſſe per ſe ſola non
35 competerent fœminæ.¶ Et dicit, ꝙ quo
ad

ad miſſionem in poſſeſſionẽ agnati maſculi prætendentes ius ſuper bonis feudalibus non ſunt legittimi contradictores, nec poſſunt impedire, quin fœmina mittatur in poſſeſſionem etiam bonorũ feudalium (quia forte poſtea) cum de eis in petitorio diſputabitur, illa defẽdetur, vel ex conſuetudine, vel ex alio iure. & vbi nihil pro ea faciat feudum, poterit aſſignari agnatis de ſuo iure docentibus hãc deciſionem pro multum notabili refert, & ſequitur Alex. in l. fi. ver. aliud notabile. C. de edic. diui Adr. toll. vbi etiam idẽ facit Iaſ. in 10. col. ver. nota; etiam vltra Bar. eandem deciſ. Io. And. referunt, & ſequuntur Alber. Bru. in d. conſ. 1. 3. col. ver. & hęc maxime; & in cõſ. 18. in cauſa vertente. 3. col. in fi. ver. eſt bene verũ, quòd difficultas, & Io. Camp. in præalleg. conſ. 2. col. ver. tertia in hoc patrimonio. Item Præpoſ. Mediolañ. in c. 1. §. inter filiam, fi. de feu. fuer. controu. inter dom. & agn. & Cur. iunior in tract. feud. in 3. par. col. 9 ver. 21. quæro.

36 ¶ Et licet Doct. prædicti loquantur in filia, tamen per identitatem rationis idem dicendum eſt in fœmina trãſuerſali, modo ſit hæres defuncti, qui feuda illa cum alijs bonis poſſidebat. Nam, quod ipſi in filia dicunt, non dicunt, quia filia ſit, ſed quia hæres: etiam tãquàm hæres dicitur habere intentionem fundatam ex poſſeſſione defuncti, & ideò eſt in transuerſali etiam idem dicendum, ſi hæres ſit; ſic eſt cum intentione Aluaro. in d. §. inter filiã, dum generaliter dicit, quòd hæres defuncti debet conſeruari in poſſeſſione.

37 ¶ Ad quæ facit, quia feudum dicitur venire in petitionẽ hæreditatis, à quocunq; hærede petatur; ſolũ habito reſpectu ad poſſeſſionem defuncti, ſecundum Bar. in l. ſi patroni, in princ. ff. ad treb. qui ſic intelligit glo. fi. in l. item videndum, §. fi. ff. de pet. hære. vbi Ang. eam ſequitur; & licèt Bar. aliquando variauerit, & quidam etiam aliud teneant; tamen hoc videtur verius ſecundum Iaſ. in prælud. feud. col. 14. & ſequenti, & ita in indiuiduo in ꝓpoſito noſtro in tranſuerſali fœmina hærede, vt ſcilicèt mittatur in poſſeſſionem etiam bonorum feudalium per prædictas doctrinas concludit Excell. Deci. in d. conſ. 424. tertia col.

¶ Et iſta deciſio probatur in d. §. inter filiam, prout illum teſt. allegant Doc. prædicti.

38 ¶ Nam ſi fœmina hæres defuncti dicat quædam bona non eſse feuda, ſed alodialia, agnatus verò dicat eſse feuda; donec de veritate cognoſcatur, fœmina debet eſse in poſſeſſione, vt ibi dicitur; ita ergo, & in caſu noſtro, & in caſu Io. And. & aliorum Doc. in locis præalleg. Quando agnatus dicit eſse feudum, in quo fœmina non ſuccedit: Fœmina verò dicit, quòd licet ſit feudum; tamẽ ipſa ad illud debet admitti, vel ex conſuetudine, vel quia feudum ſit ſic datum, vt etiam ad fęminas tranſeat, vel ex aliquo alio fundamento. Nam pro fœmina, quia eſt hæres ſic lex præſumit, vt velit eam interim eſſe in poſſeſſione etiam bonorum feudalium, de quibus eſset controuerſia per d. §. inter filiam, ratione eius conſiderata; & ita voluit Mart. de lau. in 1. nota. dum intelligit, quòd ibi fœmina allegabat rẽ, de qua erat quæſtio eſse alodialem, vel feudum fœmineum, & ita in terminis d. clarant, & concludunt Alber. Bru. & Io. Campe. in conſilijs, & locis proxime alleg. & maximè hoc procedit ſecundũ Io. Camp. ibi. quando cauſa veroſimilis per fœminam allegatur; propter quam dicit feudum ad ſe pertinere, vt per eum, quæ omnia ſi rectè aduertãtur, ponunt in caſu iſto claram deciſionem in fauorem Illuſt. Ducisſæ, vt ſcilicet illa vniuerſaliter, etiam incluſis bonis feudalibus mittatur in poſſeſſione omnium bonorum, quæ ꝑ fratrem, & patruum eius prædefunctos poſsidebantur tanquàm eorum hæres.

¶ Nam licèt aliqua bona apertè appareãt feudalia (poſito tamen, quòd ita ſit,) tamen illa allegat, quòd ad ſe pertinere debent ex pluribus nedum veriſimilibus, ſed forte etiam veris.

¶ Primò enim dicit, quòd feudum conceſſum ſic fuit, vt etiam ad fœminas tranſiret.

¶ Secundò, quòd alias realiter trãſiuit ad fœminas, vel eius deſcendentes, & ſic allegat

legat conſuetudinem feudi; vt ſcilicet tranſeat ad fœminas deficientibus maſculis proximioribus.

¶ Allegat & alia plura, ex quibꝰ dicit adſe feudum & totum ſtatum pertinere.

39 ¶ Nam non eſt nouum fœminam tranſuerſalem in ſimilibus ſuccedere; vt eſt tex.& ibi Doct.tradunt in c. ſignificauit, de reſcript. vbi dicitur, quòd ſoror ſucceſſit fratri in Comitatu.

40 ¶ Et inter alia etiam allegat ſe de dicto feudo per Cæſaream Maieſtatem inueſtitam, vigore cuius inueſtituræ, vbi aliud non eſſet, debet omnino in poſſeſſionem mitti, & in ea conſeruari, donec de eius validitate cognoſcatur: cùm, alio non apparente, præſumendum ſit eam iuridicè inueſtitam; cum Cæſarea Maieſtas nunquàm præſumatur facere actum iniuſtũ, & inualidum, ſecundum Innoc.in c. quæ in eccleſiarum, de conſtit. vbi etiã Abb. in 5.col.qui dicit adeò præſumi pro Principe, vt probatio non admittatur in contrarium, de quo tamen videndum eſt ibi.

41 Et q̃ Principis actus valeat, ſaltem præſumptiuè, & ſic quòd præſumatur ſemp cum iuſta cauſa tradit Bar. ĩ l.relegati, ff. de pen.cum multis concor.vt per Alber. Bru.in d. conſ.1.2.col. in fi. & ideò dicit Bal.in prælud.feud.mihi, col.11. ver. aliqua, ſed pauca, quòd quę per prĩcipalem fiunt, dicuntur ſeu præſumuntur decẽter facta, prout eum refert, & ſequit Io.Campeg.in conſilio præallegato, 3.col.

42 ¶ Et attento, quòd prædicta inueſtitura ſtatus, & Marchionatus, de quo agitur, conceditur nedùm prædictæ Illuſt. Duciſſæ, ſed vnà cum ea etiam Illuſtr. Duci eius viro, dicendum eſt, quòd etiã Illuſt. Dux vnà cum Illuſt. eius coniuge debet mitti in poſſeſſionem ſtatus, & Marchionatus prædicti vigore prædictę inueſtituræ, quę (vt dixi) iuſte, ac decenter facta pręſumitur.

¶ Et iuſtitiæ, ac bonitati Cęſareæ Maieſt. omnino conuenit ſecundum iuris regulas, ex eo, quòd inueſtiens aliquos tenetur poſtea vacuam poſſeſſionem tradere inueſtitis (modò fidelitatem pręſtent) & etiam pati, vt in poſſeſſione ſint, & vtantur, & fruantur, iuxta c.1.§.fi. de noua for.fidel.& c.1.§.ſi facta fuer.cõtrouer.inter dom.& agn.& vtrobique Doc. tradunt maxime Bal.in d.§.ſi facta, 1.col. ver.extra quçro, il primo, qui expreſſe dicit dominum inueſtientem teneri ad traditionem, & ad patientiam, & Mart. de Lau.in d.§.fi.in fi.qui dicit, quòd facta in ueſtitura, & etiam traditione adhùc dominus tenetur, vt patiatur vaſallũ vti frui. & hoc etiam poſt Bal.ibi concludit Præpoſ.Mediolañ.in c.1.2.& 3.col.ver.intelligas tamen quòd vbi ſola quid ſit inueſtitura; dicens, quòd dominus, qui abuſiuam fecit inueſtituram compellitur tradere vacuam poſſeſſionem, & pati etiam vaſallum vti frui.

¶ Sed in caſu iſto prædicti Illuſt. coniuges (vt credo) quia inueſtituram non vidi, fuerunt ſic abuſiue inueſtiti, & parati ſunt debitam præſtare fidelitatem, quã ſemper obtulerunt, & offerunt, meritò debent per Cæſaream Maieſtatem vigore prædictæ inueſtituræ in poſſeſſionem mitti, & in ea conſeruari, ſaltem donec ꝑ alium de ſuo iure potiori doceatur.

43 ¶ Et maximè hoc dicendum eſt, quia Imperator debet eſſe promptus, & facilis, vt gratia per ſe facta, & ſic inueſtitura prędicta effectum ſortiatur, & ad illud ſe fauorabilem exhibere, iuxta not.per Bal.in d.§.fin.đ noua forma fidelit.verſ.aut verò Princeps gr̃am. Et hoc ſuæ celſitudini pro ſua immenſa iuſtitia conueniret etiã ſi res, de quibus ageretur, per alium poſſideretur pręſtando inueſtitis omne auxilium; arg.no.per Alexan. in conſ.131.in cauſa& lite, 1.col.ver.ſecundo pręſuppono ſi quatuor. Fortiùs igitur iſto caſu conuenit prędicta fieri, cũ poſſeſſio reperiat apud ipſum Imperatorem, vel eius agentes, autent. multo magis C. de Epiſc. & Cler.cum ſimili. Debet itaq; ſummus, ac iuſtiſſimus Imperator Carolus, aut iudices per eum delegati, inueſtituram per ſuam Celſitudinem factam tueri, ac conſeruare, ſaltem vt per ſuam Maieſtatem inueſtiti Illuſt. Dux, & Duciſſa Mantuę in poſſeſſionem mittantur, ipſa omnium bonorum etiam feudalium, tanquã hęres

res

tes prædictorum fratris, & patrui; & Illu. vir eius vná cum ea bonorum feudaliũ, & ſic ſtatus,& Marchionatus p̄dicti,tanq̃ de ipſis nouiter inueſtiti, atq; etiam vt quilibet eorum in prædicta poſſeſſione conſeruetur, donec alius quilibet de ſuo potiori iure docuerit,& ita tantæ Maieſt. conuenire arbitramur per prædicta.

44 ¶ Quod dictum eſt de ipſa Illuſt.Duciſſa,vt ſcilicet etiam feudalium bonorum poſſeſſionem adipiſci debeat, tanquàm hæres, iam videtur apud noſtros Doctores indubitatum: ita enim conſuluerunt Excell.Deci.in d.conſ.424.Alber.Bru.in d.conſ.1.& Ioan.Campeg.in conſ. ſupra alleg.per quæ cōſ.deciditur caſus noſter vltra alios Doct. de quibus ſupra dictum eſt,& qui per eos allegantur.

¶ Et iſtud obtinebit Illuſt. Duciſſa per poſſeſſorium adipiſcendæ, intentando interdictum quorum bon. ſaltem vtiliter, vel ad minus officium iudi.implorando, cùm ſuccedat ab inteſtato iuxtà notabilem illam doctrinam Bal.& Præpoſ. in c. 1.de contro.inter maſc.& fœm.de benef. quæ(vt etiam ſupra dixi)multum in propoſito prędictæ Illuſt.Duciſſæ deſeruit.

¶ Vt ſupra concluſum eſt,de iure eſſe arbitror,ego Marianus Socinus Senenſis, Iur.V.Doct.Paduæ legens in primo loco iuris ciuilis de ſero, & in fidem propria manu ſubſcripſi,& ſolito ſigillo roboraui;ſaluo ſemper conſ.rectiùs ſentientis, ad laudem omnipotentis Dei, & Virginis glorioſæ.

¶ Subſcriptio Excell.D.Philippi Decij.

¶ Diuino implorato præſidio viſo,& p̄lecto conſilio Excell. V.Iu.Doct. D. Mariani ſupra ſcribentis cōcluſionem ab eo eleganter firmatam amplector,& in fidẽ manu propria me ſubſcripſi, & ſigillum conſuetum appoſui, Ego Philippus Decius V.Iu.Doct.& in fidem me manu p̄pria ſubſcripſi,& ſigillum appoſui, ſaluo iudicio ſaniori ad laudem omnipotentis Dei, Amen.

CONSILIVM TERTIVM MAGNIFICI, *& Excellentiſſimi D. Ludouici Gozadini.*

IN CHRISTI nomine Amen. In hac cauſa poſſeſſoria Illuſt. ac Excelleñ. Principis Federici Ducis Mantuæ,ac Illuſtriſſ.Duciſſæ eius coniugis,an debeant per Maieſtatem Cæſaream conſeruari in poſſeſſionem omnium bonorũ Status,Dominij,Caſtrorum, Ciuitatum, & locorum per Illuſt.Dominos q. Gulielmum ipſius D.Duciſſæ fratrem, Bonifacium eius patrem,necnon Georgium patruum Marchiones Montisferrati; quibus ipſa,vt proximior, ſuccedit; & quia præſens conſultatio ſubtilitèr, & elegantèr examinata eſt per Magnif.& Excell. Iureconſultos D. Hieronymum de Medicis,& D. Nicolaum Aliprandum Illuſtriſſ.Ducis Mantuę Senatores,& vti fratres hoñ. vt nihil melius,nil vtilius,nil elegantius dici,aut excogitari vlterius poſſit; Idcircò vltra proloqui neceſſariũ nō eſt,ſed quia maiores noſtri illud quemq̃ ſcire arbitrati ſunt, quod optima ratione demonſtraſsent, ideò pauca in medium afferre decreui: & pro intelligentia clara adducã. Primò ea,quę videbanť poſſe in contrarium adduci, poſtea ea reſoluã.

1 ¶ Et primò mortuo patre,ſi contẽtio ſit inter filiam,& agnatos; licèt filia debeat conſeruari in poſſeſſione bonorum patris.c.1.§.inter filiam.ſi de feu.fuer. controuer.inter dom.& agna.tamen illud limitatur procedere in filia, non autem in alijs; & ratio eſt,quia præſumptio eſt pro ea,cum viuo patre dicatur quodammodo domina.l.in ſuis.ff. de libe. & poſthu. ità dixit.d.Prępoſ.in d.§.inter filiam, quę ratio ceſsat in extraneis, vt ibi not.Cùm

ergo

ergo Illuſt.D.Duciſſa ſit neptis ex fratre, & ſic tractetur de ſucceſſione patrui, in qua penitus ceſſat ratio Præpoſiti; ſequitur q non debet mitti in poſſeſſionem bonorum contradicentibus agnatis.

2 ¶ Secundò etiam ſi eſſet filia, non tamen debet mitti in poſſeſſionẽ, quia quotieſcunque agnati ſunt parati ſtatim probare quòd eſſet feudum, dicendo, hodie conſtat, hodie agatur, tunc ſunt legittimi cõtradictores, vt ipſa non mittatur in poſſeſſionem. argum. l. ſi is. §. 1. ff. vt in poſ. lega. ità dixit And. de Iſer. in d. §. inter filiã. & Præpoſ. Alex. Mart. Lau. & Aluaro. ſed Illuſt. D. Marchio Salutij habet inſtrumenta, & priuilegia in promptu, in quibus apparet eſſe feudum, ergo &c. faciũt not. in ſimili per Bart. in l. filiam fratrib⁹. ff. ad Trebel. vbi circa fi. concludit, quòd fideicommiſſarius vniuerſalis, ſi eſt paratus incontinenti probare de fideicommiſſo, tunc impeditur hæres mitti in poſſeſſionem vigore. l. fin. C. de edict. diui Adrian. tollen. Nam in interdicto poſſeſſionis adipiſcendæ obſtat exceptio defectus dominij, ſi incontinenti de tali iure probetur. vt no. Bart. in l. fin. C. quorũ bonorum, & in l. 1. quorum leg. in fin. & in l. 11. C. de edict. diui Adr. toll. & in l. ſi de vi. ff. de iudi. facit quod voluit dom. Abb. in c. ſuſcitata. extra de reſtit. in integ. col. pen. verſ. ſoleo multum adducere, vbi dicit, quòd ſi ſtatutum reijcit omnes exceptiones cõtra ſententiam, vel inſtrumẽtum, non videtur excludere quando quis vellet probare exceptionem legittimam incontinenti, quia ſtatutum videtur excludere legittimas exceptiones propter præſumptam fraudem malitiæ, quæ quidem præſumptio ceſſat in probatione, q̃ offertur incontinẽti, idem ipſemet tenet in c. ſuper eo. in fi. de off. deleg. & in conſ. 64. incipiente; venio ad primum.

3 ¶ Tertiò moueor; nam tex. in d. §. inter filiam, loquitur quando filia dicebat eſſe allodium agnati vero feudum, quo caſu filia eſt in poſſeſſionem mittenda; ratio eſt, quia ipſa habet fundatam intẽtionẽ, cùm in dubio res non præſumatur feudalis, ſed libera, vt ibi not. omnes Doct. maximè Præpoſitus, & Bald. facit. l. cum res. C. de proba. ſed in caſu propoſito, non poſſunt negare Illuſt. Dux Mãtuæ, & Illuſt. coniunx eius non eſſe feudum, vt patet ĩ omnibus iueſtituris factis per omnes Imperatores, ergo ceſſante ratione legis, ceſſat & lex. l. adigere. §. quamuis, ff. de iure pat. c. cum ceſſante, extra de appel. ergo etiam ſi eſſet filia non poſſet petere mitti in poſſeſſionem contra agnatos.

4 ¶ Quartò, diſpoſitio illius tex. in d. §. inter filiam, ſolùm locum habet quando ipſa eſſet hæres inſtituta, quo caſu habet locũ benefitium, l. fin. C. đ edict. diui, ità Alex. in d. l. fi. col. vlt. allegat Spec. in tit. de teſte. §. 1. ibi Io. And. ĩ addit. vbi dixit, quòd filia hæres inſtituta petens ſe mitti in poſſeſſionem, mittitur etiam in poſſeſſionẽ rerum, quę fuerunt patri in feudum conceſſæ, nec agnati maſculi erunt legittimi cõtradictores; idem tenet Iaſ. ibi, ſed iſta Illuſtriſ. D. Ducisſa non fuit hæres inſtituta, ſed ab inteſtato ſuccedit patruo ſuo,

5 quo caſu ſecũdum communẽ opin. Doc. non habet locum benefitium. l. fin. C. de edict. diui Adri. vt ibi atteſtatur Alex. ità Cyn. Saly. Fulgo. & Moder. ibi, ergo nec diſpoſitio, d. §. inter filiam.

6 ¶ Quintò, alia ratione non videntur poſſe mitti in poſſeſſionem prædicti Illuſtr. Dux, & Duciſsa Mantuæ; quia nunquàm debet quis mitti in poſſeſſionem, vel cognoſci in poſſeſſorio, quando cauſa proprietatis non remaneret ſalua, vt ſi ageretur de poſſeſſione alicuius Caſtri, vel fortilitij; quia ſi mitteretur quis in poſſeſſionem, nõ poſſet recuperare, vel ſaltim difficulter arg. tex. in c. litteris, de reſtit. ſpoli. ità dixit Paul. de Caſt. in d. l. fin. de edict. diui Adr. toll. in fi. ſequitur ibi etiã Iaſ. Alex. in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquir. poſſ. do. meus Socin. in conſ. 87. incipiente viſis inueſtitura feuda. vol. 3. col. fin. Fely. in c. 11. extra de p̃ſcrip. idem Paul. de Caſt. in l. ſi de vi. ff. de iud. Anto. de but. in c. ex parte, de reſt. ſpo. & in c. fi. de ordi. cog.

7 ¶ Sextò quotiens tertius comparet pro ſuo intereſſe; ad hoc, vt admittatur, ſufficit probare de ſuo intereſſe per apparentiam

parentiam,& ſatis eſt probare ſe electũ, nec requiritur, quòd probetur ſe canonice electum; ita dixerunt Innoc. & Abb. ĩ c.veniens, il ſecundo,de teſti. & ita not. Ioan.And.Ioan.de Imo.& Fely. ſequuntur moderni,in l.fi.C.de edic.diui Adria. ergo,cùm Illuſt.D.Marchio Salutiarum, tanquàm tertius oſtendat titulum,quia ẽ de compræhenſis in priuilegio Ottonis Imperatoris,in quo deſcẽdentes Aledrami ſunt vocati ad feudũ,& ipſe eſt de deſcendentibus Aledrami,ergo ſatis eſt ad impediendum miſſionem in poſſeſſionẽ reſpectu Illuſt.Ducis, & Duciſſæ.

8 ¶ Septimò,videtur etiam obſtare diſſenſus populorum. Nam illis inuitis non videtur quòd debeat per Cæſaream Maieſtatem tradi poſſeſſio Illuſt.Duci,& Duciſſæ,arg.not.in c.dilecti,de maio.& obe. & eſt tex.in c. 1. §. præterea ducatus, de prohib. alien.feud. per Feder.Bal.in c. 1. §. ſi quis miles, in primo not. in titulo, quo tempo. mil. in vſi.feud.& in l. in teſtamento,C. ad legem falcid. & in c. 1. circa fi. de reſtit. ſpol.

9 ¶ Octauò, quia ſatis tractatur de intereſſe populorum: Ex quo Illuſtriſs. Domina Duciſſa eſt nupta Illuſt.Duci Mantuę cum quo debet morari,& ſic eſſet abſẽs, quo caſu valde intereſt populorum Dominum eſſe abſentem,arg. no.per Bal.in

10 c.1.de maio.& obed.Item quia cum ambo ſint inueſtiti pariter Illuſtr. Dux, & Duciſſa,intereſt populorum non habere plures dños,ſed vnum tãtum,vt not.Moder.in c.nouit.de iud.cũ ſimilib⁹.Signo.đ Homo.in ſuo conſ.26.Marti. Carraccio. in ſuo tract.de Principe, col.130.& 193.

¶ Quibus tamen non obſtantibus intrepidè dico contrarium eſſe veriſſimum, videlicet quòd Maieſtas Cæſarea, de iure,de æquitate,& honeſtate nullo modo poteſt denegare, quin tradat poſſeſſionẽ omnium rerum,de quibus agitur Illuſt. Duci,& Duciſſæ.

11 ¶ Et primò habemus text.clarum in d.c. 1.§.inter filiam,ſi de feud. fuer.controu. inter dom.& agnat. vbi mortuo vaſallo, ſuperſtite filia,& quæſtio ſit inter eam, & agnatos defuncti,filia hæres debet interim mitti in poſſeſſionem, donec poſtea de iure eorum cognoſcatur,& ita fatentur omnes ibi.

12 ¶ Secundò ille tex. ampliatur non ſolũ procedere in filia,ſed etiam in quocunq; hærede,etiam in extraneo, quod probatur,quia ratio illius.§.eſt,quia filia habet fundatam ſuam intentionem, cũ defunctus cenſeatur dominus, ita & eius hæres.argu.l.ſiue poſſidetis,C.de prob.& ita ſẽtit glo.ibi & expreſsè Aluar.& alij feudiſtæ;ſed iſta ratio habet locum in quolibet hærede, etiam extraneo: ergo &c.Et iſtam rationem ponit Deci. in conſ. 22. incipiente. Proponitur quòd Magnifica Domina Franciſca in vlt. volum. Conſiliorum,vbi dicit quòd illa ratio,quę habet locum in filia,vt mittatur in poſſeſſionem, cùm habeat intẽtionem fundatam de iure communi, vt ad hæreditatẽ patris admittatur,auten. in ſucceſ. C. de ſuis & legit.vbi Bal.§.1.in auten.de hęre.

13 ab inteſtato. Et iſta ratio pariter militat in ſorore,quæ non exiſtentibus filijs fratris ſuccedit, auten.defuncto. C. ad Tert. meritò dicit ipſe,quòd ipſa petit mitti in poſſeſſionem bonorum,& in ea tueri debet,quæ ratio militat ĩ nepte,quæ patruo ſuccedit, tanquàm proximior, vt in autẽt.poſt fratres.C.de legit.hæred. & §. 2. in auten.de hæred. quæ ab inteſta. vide-

14 mus,quòd hęres,ſiue filius,ſiue extrane⁹ agit petitione hæreditatis ad feudũ contra poſſidentem.glo.in l. item videndũ, in §.fin.in ver.iura.ff.de petit.hæred. quã ſequitur Bart.in l.ſi patroni. ff. ad treb.& Alex. ibi.& licet Bar. in l. vt iuſiurandum.§. ſi liberi.ff.de oper.liber.dicat illam gloſ.reſtringi,vt habeat locũ,quando ille, qui ageret petitione hæreditatis ad bona feudalia,erat de filijs, vel de cõpræhenſis in inueſtitura, alias ſecus. Tamen communiter Docto. tenent illam glo. indiſtinctè procedere,vt per Alex. in d.l. ſi patroni. Mod.ſequuntur,in prelud.feu.num.44.in ver.an autem feudum

15 peti poſſit. Prætetea dato,quòd alia opinio eſſet verior, tamen facit etiam pro Illuſtr.Dominis, quia ſunt de compræhenſis in inueſtituris, tàm antiquis, quã mo-

mo dernis, vt oſtendetur latiſſimè in cõſilio circa petitorium.

16 ¶ Tertiò ille tex. in d. §. inter filiam, procedit in fortioribus terminis, etiam ſi appareret res eſſe feudales. tamen hæres debet mitti in poſſeſſionem bonorum, & in ea cõſeruari, donec poſtea cognoſcatur, quis habeat meliora iura, probatur hoc per text. in cap. 1. §. defuncto milite. ſi de feud. fuer. controu. inter dom. & agnat. vbi filia in poſſeſſione feudi manere debet, donec de eo iudicetur, & ſic præſupponit eſſe feudum, & hoc tenet gloſ. in c. 1. de controu. inter maſc. & fœmin. de benefi. Ioan. Andr. in addit. ad Specu. in tit. de teſte, in §. pen. in fi. vbi dicit, quòd filia, quæ petit mitti in poſſeſſionem bonorum, debet mitti etiam in poſſeſſionem rerum, quæ patri in feudum fuerunt conceſſæ; nec agnati maſculi erunt legittimi contradictores; refert, & ſequit' Alex. in l. fin. in fin. C. de edict. diui Adr. tollen. & ibi Moder. & ita conſuluit Deci. in d. conſ. 22. vbi clariſſimè loquitur. Ego vltra Deci. allego Aluaro. in d. §. inter filiam, verſic. quæro ab extra, vbi quærit iuxta illum text. quid ſi filia, prius dixit eſſe allodium, & ſuccubuit; poſtea vult dicere, quòd eſt liuellarium, vel feudale fœmineum, in quo ipſa poteſt ſuccedere, quod poteſt. §. filia, de ſucceſſ. feud. & ſic vult illum text. habere locum, quando dicit eſſe feudale fœminæum, vt mittatur in poſſeſſionem, non obſtantibus agnatis. Idem conſuluit D. Ioan. Campe. in conſ. ſuo, quod eſt inter conſilia Alberti Bruni, n. 2. & ſequitur Bru. in ſuo conſ. 1. & ibi D. Io. Campeg. dicit etiam ſi apertè conſtaret, quòd eſſent feudalia, tamen ipſa debet mitti in poſſeſſionem eorum, non obſtantibus agnatis, quod tamen intelligit, quando ipſa allegaret eam debere admitti, vel ex conſuetudine, vel ex pacto, vel ex alia veriſimili cauſa, vt eſt habilitatio facta per principem de ea; ſed in caſu noſtro, primò dicitur non eſſe feudum, vt in conceſſione facta Aledramo, ſed donatio. Item ſi eſſet feudum, quia eſt data poteſtas alienandi, etiam fœminæ ſuccedunt. Item & tertiò, quia eſt habilitata fœmina per Carolum quartum, & Cæſarem modernum. Item & quartò, quia ex conſuetudine, & præſcriptione admiſſæ fuerunt fœminæ, vt patet in Theodoro. Ergo indubitanter debet mitti in poſſeſſionem bonorum prædictorum; quoniam apparet eſſe fœminæum ex prima conceſſione facta per Imperatorem Ottonem; quia dicitur in ea. Donamus,

17 atq; elargimur, &c. quo caſu non inducit' feudum, ſed donatio, vt dixit Oldra. in conſil. 159. incipien. ex præſenti themate, ſequitur Alberic. in rubr. C. de dona. quo caſu pariter fœminæ cum maſculis admittuntur. Angel. conſil. 242. ſuper primo puncto. Cardi. conſ. 64. incip. quòd Domina Nera. Bal. conſil. 301. incip. in bonis feudalibus, volu. 3. Deci. conſ. 390. incip. quoniam ex facto, col. 3. ver. tertio

18 in eadem. Præterea ex alio manifeſtiſſimè apparet; quia idem Otto dedit Aledramo, & ſuis hæredibus poteſtatem vendendi, cõmutandi, alienandi, & quicquid eorum decreuerit animus faciendi, quo caſu fœminæ admittũtur, & ſunt habiles, vt declarat Deci. in d. conſil. & latiſſimè dicam in conſ. circa petitorium, in alijs inueſtituris etiam eſt idem, vt fęminę ſint compræhenſæ. Ergo cùm Illuſtriſs. Duciſſa ſit hæres, & apparet non eſſe feudum; vel ſi ſit, eſt fœminęum; certiſſimùm eſt eam debere conſeruari in poſſeſſione bonorum, & maxime, quia fuit à Cæſare moderno habilitata, & inueſtita, vt dicam in alio conſilio.

19 ¶ Quartò diſpoſitio illius. §. inter filiam habet locũ non ſolùm quando hæres inſtitutus eſt, ſiue filia, ſiue extraneus, ſed etiam qñ eſt hæres ab inteſtato, vt mittatur in poſſeſſionem bonorum, excluſis agnatis, & hoc probatur per d. §. inter filiam, qui loquitur generaliter, ſiue ſit inſtituta hæres, ſiue ab inteſtato, & ſic cum gñaliter loquat', ſequitur ergo generał' ītelligi debere l. 1. §. generaliter. ff. đ leg. pręſt. cum ſimil. & maxime quia militat

20 eadem ratio, de qua dixi ſupra. Videmus ꝙ ab inteſtato ſuccedens habet interdictũ quorũ bonorũ, & interdictũ quorum

leg.

leg. vt per gloſ. in l. 2. C. quorum leg. vt eſt tex. in l. 2. C. quorum bon. vbi interdictum quorum bon. datur in hæreditate ſororis patruelis inteſtatæ defunctæ ſine liberis ad poſſeſſionem bonorum, quę cum moreretur, eius fuerunt &c. ità determinauit cōſulendo Deci. in alleg. cōſ.

21 22. Ego vltra Deci. dico, quòd gloſ. in d. §. inter filiam, loquitur ſimpliciter, & generaliter non ſe reſtringendo, an ſit inſtitutus hæres; & Aluar. ibi ponit caſum ſimpliciter de hęrede; & omnes doct. ibi. Addo etiam Mart. Lauden. in c. 1. in pric. in eo. tit. ſi de feu. fuer. controu. &c. qui parificat interdictum quorum bon. quod competit ab inteſtato, & edict. l. fi. C. de edict. diui Adr. tol. & hoc tenet Præpoſit. Alex. in c. 1. in prin. de contro. inter maſ. & fœmi. dùm loquitur, quòd fœmina petebat mitti in poſſeſſionem officio iudi. Bru. conſ. 83. incipien. in cauſa miſerabili, idem tenet, D. Io. Campe. in conſ. ſuo, quod eſt poſitum inter conſilia Bru. 11.

IN VIAM IVSTITIAE dirigat nos DOMINVS, & veritatem deducat ex ore nr̃o: Conſuluimus p̃teritis diebus Illuſt. Dños Ducẽ, & Duciſſ. Mant. ponendos eſſe in poſſeſſionem omnium bonorum, quæ poſſidebat tpe mortis Illuſt. q. Dñus Io. Georg. Marchio Montisferrati, nec aliquẽ eſſe legittimũ contradictorem. Iuribus autem, quæ prætendere dicitur Illuſt. Dñs Marchio Salutiarum, non aliter reſpondimus; Tum quia quo ad poſſeſſionem, quam dandam eſſe dicebamus non pertinebant; tum quia eius prætenſa iura ignorabamus. Cùm verò nuper ea, in quibus fundari videtur eius intentio deuenerint ad notitiam noſtram, pro veritate defenſione illis reſpondere decreuimus, quæ nobis relata ſunt.

1 ¶ Præſupponit igitur, vt audiuimus, prædictus Illuſt. Dñus Marchio Salut. Ottonem Imperatorem donauiſſe, q. Aledramo primo Marchioni Montisferrati, & ex domo de Saxonia, quicquid iuris habebat de Italico Regno, & inter ea compræhenſas fuiſſe Marchias Salut. & Mõtisferrati; deſcendentes autem Aledrami per lineã maſculinam perſeueraiuiſſe in Marchia Montisferrati, quouſq; Paleologi deſcendẽtes ex fœmina in illa ſe interpoſuerunt, quorum etiam maſculina linea finita eſt per mortem Illuſt. Domini Ioannis Georgij vltimi Marchionis defuncti. Marchiones autem Salutiarũ ex eodem Aledramo deſcendẽtes, & tenuiſſe, & tenere Marchiam Salut. & hoc per famam probari poſſe: Et propterea Marchionatum Montisferrari, & olim pertinuiſſe, & nunc pertinere ad ipſum Marchionem Salut. attento primo ſtipite acquirentis.

2 ¶ Quibus ſtantibus videtur prima facie dicendum, quòd eius intentio bene fundetur, ſtante enim quod ſit agnatus deſcendens à primo acquiſitore, videtur q̃ quocunque gradu ſit etiam in infinitum ad feudum admitti debeat, vt declarant Doc. in c. 1. §. hoc quoque, qui feud. dar. poſ. & in cap. 1. §. 1. de feud. march. Radix enim Aledrami, tanquàm ſtipitis ducit feudum ad Dominum Marchionem prædictum, tanquàm ad ſuum palmitẽ, vt fons ad riuos, vt dixit Angel. in conſ. 116. col. 3. arg. tex. in l. pronunciatio. §. item appellatur, ibi ex fonte memoriæ. ff. de verb. ſig.

3 ¶ Quod autem Dñus Marchio Salut. ſit deſcendens ex Aledramo, per famam videtur, quòd ſufficienter probari poſſit, q̃ in antiquis plenè probat, vt voluit Inno. in c. veniẽs, de uer. ſig. & in c. cũ in cã. de iura. calum. Bal. in auten. quas actiones. C.

de

de ſac.ſan.Eccleſ.& hī per Alex. in cōſ. 116.in 2.col.vo.5.per Barba. in conſ.27. col.3.in fi.vol.3.Soci.in conſ.266.& Fely.in c.poſt ceſſionem,col.5. de proba.

4 ¶ Nec interpoſitio Paleologorum videt' obſtare,quia in feudis principium, & nō proceſſus conſideratur ſm̄ Bal. per illum text.in c.1.§.ſi verò,circa fin.de grad.ſuc ceſ.in feudo. & Cur.in conſ.49.incipien-

5 te,Recolendæ memoriæ,col.9. Nec Paleologi tanq̃ occupatores iuris alterius videtur quòd ius aliquod etiam ex inueſtituris ſibi factis acquirere potuerint, vt per Barba.latiſſimè in conſ.55. per qua-

6 tuor,aut quinque col. volum. 4. Et quia tales occupatores dominij ſunt tirāni, & geſta per tirannos pro non factis habentur,vt dicit Bart.in l.pen.C.de condit.ob turpem cauſam; nec potuerunt præſcribere,vt per Alex.in conſ.3.vol.5.& Bal. in l.decernimus.C.de ſacroſanc.Eccl.

7 ¶ Quibus ſtantibus videtur, ꝙ Maieſtas Cæſarea non poſſit feudum retinere,nec alteri concedere. Non enim poteſt dn̄us auferre ius agnatis ſuccedere debentibꝰ, nec illos ſine culpa priuare.c.1.vbi Doct. de feu.ſine culpa nō amit. glo. & ibi Bal. in c.fin.qui feu.dare poſ.& licèt Imperator habeat plenitudinem poteſtatis,& ei ſubſint leges, non tamen ei ſubſunt actꝰ;

8 ex quibus obligatur,Bal.in l.Princeps. ff. de leg.& in l.1.ff.de pact.Iaſ. inter conſilia Bru.conſ.8.col.3.& 4.

9 ¶ Et eadem ratione non videt,quòd gratiam facere potuerit Violantidi quondā, &Theodoro eius filio;aut nunc poſſit Illuſt.Dn̄æ Duciſſæ in præiudicium ipſius

10 Dn̄i Marchionis; Fœminæ enim regulariter ad feuda non admittuntur. c.1.in prin.& §.filia.de ſucceſ.feu.c.1.§.quin ēt Epiſc.vel Abb.gloſ.Bald.& alij in c.1.qui feu.dare poſ.Bal.in l.fi.C.de ſuis,& legit.

11 Et in termiuis ꝙ non poſſit dominus facere gratiam fœminæ in præiudicium agnatorum ſine eorum conſenſu, text.videtur in c.1.& ibi Doct.de aliena.feu.pater.& ita tenuit D.Alex.in conſ.10. col. 2.vol.5.hoc etiam volunt Doct. in cap.1. quemadmo.feu.ad fil.perti.intelligentes illum tex.dum vult poſſe fieri gratiā fœminæ,quando non extabant agnati, qui ex tenore inueſtituræ ſuccedere deberēt,

12 ſed ſolū prætendentes ſe ex æquitate debere admitti.ꝑ tex.in l. 1. §. permittitur, de aqua quoti.& eſti.quod ſequitur Cur. in tract.feu.in 3.par.in 2.col.ver.ſecundo adde.& Cur.ſenior. in conſ.49. col.pen. ver.ſcrupulum.vnde videtur ꝙ ad ipſum Dn̄um Marchionem Salutiarum feuda huiuſmodi debeāt pertinere,& caſu quo eſſet ad Cæſarem deuolutū,quòd ipſi, vt agnato ſit concedendum per l. primam. §.permittitur,de aqua quoti.& eſti.

¶ Quibus tamen non obſtantibus adhuc perſiſtimus in prima opinione,ꝙ iura Illuſt.D.Duciſſæ,& etiam Illuſt. D. Ducis ſint clara,& Illuſt.D.Marchionem Salutiarum nullum ius prætendere poſſe.

13 ¶ Et in primis inquantum præſupponitur,ꝙ Marchio Salutiarum ſit deſcēdēs, & de progeniæ Aledrami ſaltem ex linea maſculina;ita vt ſit agnatꝰ,iuxtà tex. in §.1.& §.at qui ꝑ fœminā,inſtit.de legi. agna.tutel. in facto negatur. Ideo cum facti ſit,per dicentem probari debet. argu. l.in bello,§.factæ.ff.de capt.& quia,cū ſit fundamentū intentionis ſuę, per ipsū ꝓbari debet.l.actor.C.de proba.cum ſimil.

14 ¶ Et quia præſupponitur poſſe probare ꝑ famā,vt ſupra dictum eſt; ad hoc primò dicimus,ꝙ nō putamus famam eiuſmodi probari poſſe contra veritatem facti, q̃ ex hiſtorijs, & publicis documentis apparet. Et ideo reſeruamus ea, quæ cōtra talem probationem dicenda ſunt quando erit facta, & tunc examinabimus, an teſtes probent eo modo, quo debent ſm̄ doctrinas Doctorum, maximè Bart. in l. de minore.§. plurimū,de quæſtion.

15 Præterea poſito ꝙ probaretur per famā, ꝙ Marchio Salutiarum ex deſcendentibus Aledrami,vel de eius prole, ſtirpe, ſobole,progeniæ,& proſapia,non tamen hæc probatio concluderet intētum, quia omnia iſta nomina ſunt communia tam deſcendentibus ex fœmina, ſicut deſcendentibus ex maſculo,vt declarat Pau. de Caſt.l.ſi quis in ſuo,in 1.col.C.de inoffic. teſta.& de dictione,proles,vltra eum eſt optimus tex.in l. liberorum. §. fin.ff. de

verb.ſig.& ſi ipſi eſſent ex linea fœmini-
16 na deſcendentes: prout etiam ex croni-
cis colligi poteſt, quia Alaſia, ſiue Alaſi-
na filia Bonifacij tertij, qui fuit Marchio
octauus, nupſit Mãfredo Marchioni Sa-
lutiarum, ſequeretur quòd tempore, quo
deceſſit Marchio Ioãnes vltimus ex ſtir-
pe Saxonica, ſi ad fœminas, vel ex fœmi-
17 nis deſcendentes erat feudum transfe-
rendum; potius transferri debuit in eũ,
qui erat proximior. Quinimmo poſito ẽt
quòd probaret fama, q̃ eſſet ex agnatio-
ne Aledrami, non ſufficeret; cùm poſſet
eſſe ex eius agnatione, non tñ ex eo de-
ſcendens per lineam maſculinã, ſed for-
te deſcendens ex patro, vel auo Aledra-
mi, & deinde ex eo per fœminam; vnde
non probat hoc eſſe, quòd ab hoc contin
git abeſſe. iuxtà l. neq; natales. C. de pro-
ba. c. in præſentia. eo. tit. cum ſimil. & ideo
tex. in c. 1. ſi vaſal. feu. priue. &c. requirit,
quòd conſtet, quod per lineam maſculi-
nam deſcenderit à primo inueſtito.
19 ¶ Et poſito q̃ concludenter probaretur.
Nos etiam facilè probabimus contrariã
famam, quo caſu noſtra probatio famæ
præualere debebit; quia erit probabilior,
& melioribus inditijs, & coniecturis ful-
cita; quo caſu illa præualet, vt dixit Bal. ĩ
c. 1. §. notandum; qui feud. dare poſ. ĩ vlt.
col. ver. quæro quid de fama, & in l. ſi mr.
C. ne de ſtatu defunc. Bar. in ſupra alle-
gata. l. de minore. §. plurium. col. 5. verſ.
quæro vtrum poſſit. ff. de quæſt. quod ẽt
20 apparet in teſtibus contraria deponenti-
bus; quia ſtatur his, qui veriſimiliora de-
poſuerint. c. licèt cauſam, de proba. c. præ-
terea. in fi. de teſti. c. in noſtra. vbi Abb.
21 & Fely. in 2. col. eo. tit. concordabit enim
fama noſtra cum hiſtorijs, & cronicis, ex
quibus colligitur, quòd Aledramus tres
tm̃ habuit filios, ex quibus Gulielmus,
quem genuerat ex Gilberga filia Beren-
garij tertij Regis Italiæ, viuo patre, ſine
prole deceſſit; Bonifacius autem ex filia
Ottonis Imperatoris ab eo ſuſceptus, qui
Aledramo patri ſucceſſit, etiam ſine pro-
le deceſſit, & ſolùm ex filijs Aledrami al
ter Gulielmus ex eadem filia Ottonis ge-
nitus ſuperfuit, qui fratri ſucceſſit. Et ex
quo deſcenderunt Marchiones Montiſ-
ferrati, & ſic non ſuperfuit ex Aledramo
alter: Ex quo Marchiones Salut. deſcen-
22 derint. Ex eiſdem etiam hiſtorijs appa-
ret alia coniectura, quia ſi Marchiones
Salutiarum fuiſſent ex progeniæ maſcu-
lina Aledrami, non eſt veriſimile, quòd
ex toto ſtatu fuiſſent miſſi Oratores vſq;
Conſtantinopolim ad accerſendum filiũ
Violantidis poſt mortem Ioannis Mar-
chionis, ſi dominium fuiſſet deuolutum
ad Marchionem Salutiarũ tam propin-
quum. Extat etiam alia, quia nõ eſt veri-
23 ſimile, q̃ Marchiones Salutiarũ per tot
annos, ſunt enim 235. anni, vel circa, ta-
cuiſſent. Pro quo faciunt, quæ infra dicẽ-
tur de ſcientia, & conſenſu ipſorum.
24 ¶ Nec id, quod dicitur in facto (vt ex eo
fama fortè adiuuetur) quod in donatione
facta Aledramo compræhenſa fuit Mar-
chia Salutiarum; quaſi ex hoc præſuman
tur Marchiones deſcendere ex Aledrã-
mo de ea inueſtito, eſt in ſe verum niſi a-
lia oſtendãtur, q̃ ea, quam nos vidimus ĩ
illa enim, quæ fuit facta per Ottonem A-
ledramo de anno 977. decimo Kalen. A-
prilis, exprimũtur certa loca, & certa cõ-
finia, & poſtea ſubijcit; Quicquid ibidem
hactenus regni Italici pertineat, quæ di-
25 ctio, ibidem, limitat ad identitatem loci,
l. 3. §. ibidem. ff. ad exhib. c. 1. §. contrahẽ-
tes. ibi inueniantur ibidem. de foro com
peten. in 6. Nec aliter intelligi poteſt, aut
debet alias non ſolùm Marchia Salutia-
rum, ſed alij Ducatus, Marchionatus, &
ſtatus Italiæ fuiſſent compræhenſi, quod
nec eſt verum, nec euentus oſtẽdit, quia
ea non poſſedit Aledramus, & profectò ſi
Aledramus fuiſſet etiam Marchio Salu-
tiarum in illa cõceſſione; ſicut illum ap-
pellat primum Marchionem Montisfer-
26 rati, appellaſſet etiam Salutiarum, & de
tali Marchia mentionem feciſſet, quæ
enim ſpeciali nota ſunt digna, exprimi
debent. l. item apud labeonem. §. hoc e-
dictum. ff. de iniur. facit quòd de perſonis
dicitur ĩ c. 1. de ſciſma. lib. 6. c. r. c. felicis,
de pen. eo. lib. Pet. de Anch. in conſ. 296.
pro clariori euidentia Barba. in conſ. 36.
in 2. col. in 2. vol. Felyn. in c. ad aures. & in
c. ſedes,

c.ſedes,de reſcrip.intelligendo igitur ꝑ ut loquitur de his,quæ ibidem habebat, 27 non credimus eſſe verum, ꝗ Marchia Salutiarum contineatur inter loca,& cõfinia ibi expreſſa,licet forte compræhendantur aliqua loca,quæ per Marchiones Salutiarum in feudum à Marchionibus Montisferrati recognoſci ſolent, & ſi eſſet inter ea confinia adhuc,ſi fuiſſet alterius,non fuiſſet cõpræhenſa,immò vtens tali diſpoſitione,probare deberet, quòd tunc fuiſſet Regni Italici,vt habetur per 28 Bart.Bal.& alios in l.ſi ſic.ff.de lega. primo.& ſic nõ apparet, quòd Marchia Salutiarum fuerit conceſſa Aledramo, ſed poſito quòd eſſet verum, nec per hoc iſta eſſet idonea coniectura, quòd Marchiones Salutiarum præſumerentur deſcendentes ex Aledramo per lineam ma 29 ſculinã,cũ potuerint ad eos deuenire ex linea fœminina, vt Marchionatus Montisferrati ad Paleologos,vel aſr,prout aliqua ex conceſſis expreſsè Marchioni Montisferrati per alios poſſidentur.

30 ¶ Ex his igitur ſequitur quòd fama,ꝗ nõ ſint tales, præualebit aſſertæ eorũ famæ, tanꝗ pluribus,melioribus, & veroſimilioribus indicijs confirmata,& inquantũ non prǫualeret,ſaltem per eam elidetur, & tolletur fama aduerſaria,vt dixit Bal.ĩ l.1.in 5.q.C.de teſta.Bart.in d.§.plurimũ. col.9.ver.quid ergo.ff.de quæſt.& Alex. in conſ.24.col.7.ver.& fortius. vol.2.

31 ¶ Sed poſito etiam ꝗ pro parte nr̃a nulla fama probaretur,adhuc talis aſſerta fama non probaret contra Illuſtr. Dñam Duciſſam,quia tali famæ, vt dictum eſt, cętera non conueniunt; conuenirent enĩ cętera, ſi mortuo Marchione Ioanne vltimo familiæ Saxonię,Marchiones Salutiarum,Marchionatum Mõtisferrati poſſediſſent,vel ſaltem rem in iudicium deduxiſſent,& proſequuti fuiſſent,ſed cum illum Paleologi ſemper poſſederint, nec veriſimile ſit,vt dictum eſt, Marchiones Salutiarum,ſi ad eos Marchionatus Mõtisferrati pertinuiſſet,tacitos fuiſſe, cum iactare ſuum nemo præſumatur, l. cum de indebito.ff.de probatio. hoc profectò 32 multum derogat tali famæ. Cùm enim fama,vt probet,debeat habere ortum ex legittimis inditijs,vt dixit Bart.in d.§.plurimum.& ſm̃ eorum qualitatem probet, & niſi adiuuetur præſumptionibus; potius eſt quædam vana vox populi; certè ea,quæ habet tot contraria inditia, non ꝓbabit;nam vt inquit Philoſophus;vero omnia conſonant,falſo omnia diſſonant, cuius propoſitionis meminit Soci. in cõſ. 89.col.6.ver.præterea,vol.1. & alibi.

33 ¶ Diutina itaq; tanti temporis poſſeſſio Paleologorum oſtendit famam aſſertam non eſſe veram,nec ei ſtandum eſſe, niſi adſint aliæ coniecturæ; prout in ſimili vi 34 dimus,ꝗ licet temporis diuturnitas non facit præſumi ſolemnitatem extrinſecã, ſed diuturnitas cum poſſeſſione per tex. in l.qui in aliena.§.ſed ſi adierit.ff. de acquir.hære.& in l.ſi filius.C.de peti.hære. vbi ſola diuturnitas tẽpori non facit præſumi patrem conſenſiſſe filio; nec ècon
tra, ſed ſi pater diu poſſedit,diuturnitas iuncta poſſeſſione id facit præſumi.Quare ſi alius poſſediſſet,quàm pater, aut filius; potius cenſeri deberet repudiatio, cũ oppoſitorum eadem ſit regula, & qđ operatur propoſitum in propoſito,operatur oppoſitum in oppoſito;de qua regula pulchrè loquitur Soci. ĩ rub.ff.de acquir. poſ.Et ſic poſſeſſio concurrẽs cũ antiquitate eã adiuuat,cõtraria verò illi đtrahit.

35 ¶ Facit ad hæc, quod voluit Socin. in conſ.153.col.2.in 2.vol. quod ſi iamdiu geſta per tutricem,de cuius tutela legittimè non conſtat; & ꝗ ſeruauerit ſeruãda habuerunt effectũ,&diu ſeruata ſunt, nec reuocata,diuturnitas temporis,cum obſeruantia facit præſumi fuiſſe ſeruata ſeruanda,& ſic per dictam regulam; ex contrario,ſi diu non habuiſſent effectũ, non inducerent talem præſumptionem. Et propterea Ange.in d.l.cùm in aliena. ſuper dicto verbo, ſed ſi adierit; dicit ꝗ cum eſſet dubium, an quædam ſolennitas requiſita in additione hęreditatis cuiuſdam mulieris interueniſſet, probare fecit,quòd illa mulier diu poſſederat, vt ſic ex diuturnitate temporis,& poſſeſſionis ſolemnitas probaretur,vnde ſi in illo caſu,èccontra probata eſſet poſſeſſio alterius,

rius,non eſt dubium,ꝙ non fuiſſet ex lõginquitate temporis probata ſolemnitas.

36 ¶ Et hoc eſt,quod eleganter dixit Abb. in c.Albericus, col.3. ver. ſed quæro. de teſti.vbi dicit,quòd ſi ſolus temporis curſus induceret præſumptionem ſolemnitatis extrinſecæ,quòd facilè quis poſſet fabricare falſum inſtrumentum,& retinere occultum longo tempore, & habere præſumptionem ſolemnitatis ex lõgitudine tẽporis. Et ideo vltra eam dicit requiri alias coniecturas quod concurrit cũ dictis Soci.requirentis quòd habuerit effectum longo tempore; hoc idem poſſet contingere in caſu nr̃o, quia fama facilè poſſet diſſeminari,ſi ſola ſine alijs coniecturis ſufficeret; & daretur via fraudib⁹, quod fieri non debet,quo argumento vtitur Soci.in conſ.288.col.antepen. in 2. vol.& Abb.poſt Hoſtien.in c.2.col. pen. in fin.de reſtit.in integrum;vbi reprobat vnam opinionem, quia per eam daretur locus fraudibus;ad hoc igitur,vt fama ꝓbet,requiritur,ꝙ aliæ coniecturę concurrãt,quia alias,vt dictũ fuit poti⁹ vana vox, & vanus rumor quã fama cenſeri debet.

37 ¶ Quod multomagis dicendum eſt in caſu noſtro,in quo etiã contraria inditia extant,quæ ſupradicta fuerunt; ſed inter alia extat pacifica poſſeſſio Paleologorũ per 235. annos, vel circa, quæ derogat huic famæ,& facit, vt talis fama habens contra ſe hanc fortiſſimam coniecturam non probet.

38 ¶ Et nõ ſtando in generalibus,de hoc eſt deciſio ſacri conſilij Neapol. relata per Dñm Matthæum de Afflicto deciſ.277. incipiente: An teſtes,vbi arguit primò, quòd in antiquis ſola fama probat dominium,& ad hoc multa adducit, tñ dicit quòd attento, quòd altera pars poſſedit per 30.annos,quæ poſſeſſio antiqua præſumitur habere iuſtitiam permanentem ſm̃Cyn.in l.ſi ſolemnibus,de fideiuſ.Bal. in c.1.de contro.inueſt. quod propterea talis fama,licèt antiqua, non præiudicat, aut præualet poſſeſſioni 30.annorum;qđ non poteſt eſſe magis notabile ad propoſitum,in quo poſſeſſio Paleologorum nõ ſolũ eſt 30.ſed 235.annorum,cùm Ioannes vltimus ex domo Saxoniæ deceſſerit de anno 1295.pro quo facit, quod vult

39 Cæpolla in conſ.22.col.3.ver. nam cùm illud inſtrumentũ,qui dicit, quòd in antiquis facilè præſumitur pro poſſeſſore.

¶ Quod quidẽ etiam fortius procedit in caſu noſtro,in quo concurrunt cum tam diuturna poſſeſſione tituli habiti à Cæſare: Nam Carolus quartus Ioannem filium Theodori inueſtiuit, & ſucceſſiuè omnes Marchiones fuerunt inueſtiti ꝑ renouatiuas inueſtituras,quo fitvt publica fama etiam in antiquis,& etiã pro Eccleſia ſi pugnet cum titulo,magis præſumitur pro titulo,quã pro fama, ita voluit Bal.in c.vigilanti.de præſcript. vbi dicit, quòd ſi emi ab eo,qui poſſedit longo tẽpore cum titulo,licèt fama ſit publica ꝙ res eſſet Eccl'æ, tamen per hoc non emo mala fide,quia ſæpe fama deuiat à veritate,& magis præſumitur ꝓ titulo, quàm pro fama,quod dictum refert,& ſequitur dicens eſſe aureum Felyn.in c.ſi diligenti,in 3.col.de præſcript. & ſm̃ illud dictũ iudicauit antedictum conſilium Neapolitanum,vt refert idem Matth.de Afflic. deciſ.178.incipit in cauſa filiorum, col. 6.verſ.8.dubitatur: Cùm itaq; contra aſſertam famam ſint pro parte noſtra tituli, & tam diuturna poſſeſſio, talis fama probare non poteſt.

¶ Pro quo etiam facit, quia leges contra negligentem petere, & recuperare res ſuas ſtatuerunt vſucapiones,& præſcriptiones,vt toto titulo de vſucap. & plurib⁹ titulis de præſcriptionibus.ff.& C. ſi igit leges eos, de quorum dñio conſtat per diuturnam poſſeſſionem alterius; nõ admittunt ad ius ſuum, quantomagis non eſt dicendum,quòd eum,de cuius dominio non apparet,niſi per famã noluit admitti contra eum,qui diu, & tanto tempore,& cum titulo poſſedit;& propterea quod dicitur,quòd fama probat dñium, đbet intelligi reſpectu eius,qui poſſidet, vel poſſederit,non pro his, qui nõ poſſe-

40 derunt: immò negligentes longiſſimo

41 tẽpore fuerunt. et ideo Eccleſia Romana per famam probat donationem Conſtãtini, quia reperitur in poſſeſſione donatorum

41 natorum longiſſimo tempore. Ideo videmus, quòd titulus præſumitur ſimulatus, & ſi is cui conceditur, non eſt in poſſeſſione per longum tps, ſed concedens, vt dixit Bar. in l. ſicut ſuperuacuũ. col. 2. quib. mo. pig. vel hyp. ſol. & Bal. in l. cum eiuſdem. ff. de edili. edict. & Deci. conſil. 14. col. pen. in 1. vol. quia non eſt veriſimile ꝙ emptor tamdiu paſſus fuiſſet venditorem poſſidere; ſi igitur titulus certus præſumitur non verus ex diuturna contraria poſſeſſione, quanto magis fama ſola præſumetur non vera, cùm ex aduerſo conſtet de contrarijs titulis, & tam diuturna poſſeſſione.

43 ¶ Cùm igitur nulla fama ſit tanti effectus, quę non admittat ꝓbationes in contrariũ, & eodem modo præſumptiones;
44 cũ vna præſumptio tollat aliam. l. diuus. ff. de reſtit. in integrum. l. cũ de indebito. ff. de proba. c. in noſtra. de teſtibus, cum ſimil. et quod voluit Innoc. in c. ſolicite. de reſti. ſpol. Bal. in ſua margarita. in verbo fama. Hippo. Marſ. in d. l. de minore. §. plurium. col. penult. verſ. ſed ad vnum aduerte. ff. de quæſtioni. poſito quòd fama aſſerta probaretur ex ſupraſcriptis ꝑſumptionibus, & probationibus elideretur, & tolleretur.

45 ¶ Licèt autem, quæ contra aſſertam famam adducuntur, partim notoria ſint, partim publicis, & autenticis documẽtis oſtendi poſſint, quia tamen nonnulla ex hiſtorijs, & cronicis fundantur: Dicimus etiam illis eſſe credeñ. Nam à cronicis arguit glo. in c. placuit. vbi Dñicus de ſancto Gemin. 16. diſtin. not. Bar. in l. 1. in 4. col. ver. quędã ſunt ſcripturæ. ff. ſi cer. peta. & ibi Doct. vbi dicit, quòd libris hiſtoriarum, qui procedunt narrãdo facta, fides adhibetur, & glo. in c. venerabilis. in verbo tranſtulit. de elect. in re ardua id eſt cauſa, quare Leo trãſtulit Imperium in Germanos vtitur argumẽto cronicarum, ad idem glo. in c. inter dilectos, de fide inſtr. idem voluit Abb. in c. cum cauſam, col. 2. ver. ex his infero. de proba. & multa ad hoc adducit Fely. in c. ex parte, col. fi. ver. & dum ſupra tactum eſt, de reſcrip. & in c. inter dilectos, col. 7. ver. gl. in verb. magis, de fide inſtr. & Iaſ. in d. l. 1. ſub n. 24. ff. ſi cer. peta.

46 ¶ Et hæc tantomagis procedunt in caſu noſtro, in quo tales cronicæ emanauerũt à nobili viro doctiſſimo Præſidente Senatus Montisferrati habito, & reputato fideli, & bonæ opinionis, & famæ, q̃ qualitates exiſtentes in viris, de quorum dictis agitur, multum fides addunt per ea, quæ habentur in Epiſtola inter claras. C. de ſumma trinit. & fide cathol. l. 1. §. his cunabulis, de off. præfec. præto. l. humanũ. C. de leg. per Fely. in c. ſuper his. col. 9. de accuſatio. & in c. cæterum, col. 5. de iudi. Iaſ. in l. properandum. §. ſin autem alterultra. C. de iudi.

47 ¶ Nec obſtat, ſi fortè diceretur, ꝙ tales Cronicæ non ſunt antiquę, quia ędittę de anno 1521. & tractant etiã de rebus vſq; ad id tempus. Et ideo non videatur eis fides adhibenda per id, quod dicit Felyn. in d. c. inter dilectos, de fide inſtru. col. 7. qui allegat ad hoc Abb. in c. cũ cauſam, de probatio. quia præterq̃ quòd Abb. hoc non dicit de antiquitate, ſed quòd ꝑ maiores noſtros fides ſit adhibita, qđ verificatur in caſu noſtro, in quo pro eis habentur. Adhuc non loquitur, quando de legalitate, & fidelitate viri apparet, vt ĩ caſu noſtro dictum fuit. Præterea harum Cronicarum auctoritas iuuatur, quia pleraq; in eis deſcripta per autenticas ſcripturas probari poſſunt, & vera demonſtrari; vnde ex illis arguitur ad veritatẽ cæterorum, ſicut ex falſitate vnius arguit ad falſitatem cæterorum; ita in terminis in libro rationum, Paul. de Caſt. r 38. incipien. Ad bene examinandũ, quod alias eſt 301. in 1. vol. in 2. col. refert Aret. in §. actionum, in materia tutelarum. q. 13. inſtit. de actio. & dicit eſſe valde notabile D. Iaſ. in repeti. l. admonendi, col. 48. ver. quinto principaliter limita, & eſt ſub nu. 128. ff. de iureiur.

48 ¶ Quinimmo cùm Marchio Salutiarũ intendat probare ius ſuum per famam, q̃ regulariter ſolam ſemiplene probat. vt per Bart. in d. §. plurimum. & per Iaſo. in repeti. l. admonendi, col. 84. ver. tangit & hic remiſſiuè, & eſt ſub n. 242. & nitatur

ratione antiquitatis, eodem modo videt dicendum, quòd quatenus hiſtoriæ ſunt ſuper antiquis, eis magis ſit credendum maximè, cū etiam recentes, licèt nō probent tamen faciant præſumptionem, vt dixit Abb. in d.c. cum cauſam. & ſic tollent, & elident probationem priuilegia-
49 tā famæ. Facilius enim tolli debet priuilegiata probatio per aliam priuilegiatā, quàm ſi eſſet vera probatio, ſicut videm⁹ quòd hypotheca priuilegiata inducta priuilegio legis facilius tollit per aliud pri-
50 uilegium; q̄ vera hypotheca expreſſa per partes inducta, vt habetur ī l. aſſiduis. C. qui potior. in pig\~no. hab. & plura exēpla adduci poſſunt.
51 ¶ Hæc enim ex ſuperabundanti dicta ſint, quia quæ nos intendimus, partim sūt notoria, partim probabuntur per publica inſtrumenta, vel per teſtes, & alijs modis legittimis; ex quibus aſſerta fama oſtendetur falſa.
52 ¶ Obſtaret etiā huic aſſertæ famæ, quia in nulla ratione fundaretur, quo caſu vltra quòd vt dixit Bar. eſt potius vana vox populi, adhuc ſi non habeat rationem nō probat; ita dixit Innoc. in c. veniens, col. 2. ver. item nota. de verb. ſig. quod etiam voluit ſupra allegata deciſ. regni. 277. & maximè cōtra longam poſſeſſionē, vt dictum eſt, & fortius contra poſſeſſionem, & titulū; ſequitur igitur ꝙ aſſerta fama, vt reprobata, & eliſa fidem non faciet.
53 ¶ Sed poſito quòd talis fama probaret, ꝙ Dñus Marchio Salutiarum eſſet ex deſcendentibus Aledrami, adhuc non haberet Dñus Marchio intentionem fundatam, quia conceſſio Ottonis, in qua ſe fundare videtur, non fuit pro ſe, & deſcēdentibus, ſed ſimpliciter ſine mentione filiorum, & ſolùm in quibuſdam clauſulis fuit habita mentio hæredum, & ſucceſſorum; vnde ſuccedit ꝙ feudum ſimpliciter conceſſum intelligitur conceſſū pro deſcendentibus, ita tamen ſi ſint hæredes. c. 1. an agna. vel fil. vbi Bal. & alij. Bal. in l. ſi pactum. ff. de proba. glo. in c. 1. quibus mod. feu. conſti. poteſt. Iſer. in c. 1 qui. mo. feu. amit. Cuma. conſ. 166. Alex. in conſ. 26. in 5. vol. Barba. cōſ. 54. col. 10. vol. 2. & conſ. 22. eo. vol. Cur. in conſ. 3. pō feu. col. 2. quod fortius procedit quando eſt acceptū pro hæredibus, quia licet dictio hæredes, reſtringatur ad deſcendentes, non tamen ſuccedit deſcendens, niſi ſit hæres, vt habetur ī l. ex facto. ff. ad trebel. in §. fin. Bal. in d. c. 1. an agna. vel fil. Cyn. in l. ſi manumiſſus. C. de libert. & eorum lib. Bar. in l. eum qui. in prin. de inter dict. & releg. & in l. iuſiurandi. §. ſi liberi. in prin. ff. de oper. liber. Ex quo ſequitur, quòd niſi Dominus Marchio probet ſe hæredem (quod putamus, vt falſum ſit improbabile) quòd nō poteſt habere intentionem fundatam.
54 ¶ Illud præterea, quod pro conſtanti ꝓſupponitur, quòd collaterales agnati dūmodo deſcendāt à primo inueſtito, ſuccedant in infinitum, ſi verum amare volumus, nō videtur vſquequaq; verū, quia immò non ſuccedunt, niſi vſq; ad ſeptimum gradum, & de hoc eſt primo text. in c. 1. §. hoc autem, qui feu. dare poſ. vbi tex. explicitè dicit vſq; ad ſeptimum gradum; nec poteſt ille text. intelligi, aut cauillari, vt fit per tenentes cōtrariam opinionem, quòd loquatur in feudo non paterno, ſed in quo ſuccedit collateralis ex pacto, vel aliter, quia vltra ꝙ talis intellectus contineret diuinationem, & decideret caſum, qui rarius accidit, adhuc non conuenit ordini illius text. ſupra enim in §. & quia vidimus, & §. cum autē. dixerat quòd feudum olim non excedebat filios, & ſic primum gradum deſcendentium, & quòd inuicem fratres etiā in feudo paterno nō ſuccedebant; ſed à Conrado fuit impetratum reſpectu deſcendentium, ꝙ etiam nepotes ſuccederent, reſpectu verò tranſuerſalium, quòd frater ſuccederet fratri in feudo tamen paterno, & non in feudo nouo; procedit deinde text. oſtendendo extenſiones vſu inductas in vtroq; capite, & reſpectu tranſuerſalium refert duas extenſiones; vnam vſq; ad patrueles, qui ſint filij duorum fratrum, & ſic in quarto gradu; aliam vſq; ad ſeptimum gradum, quæ extenſiones ſunt reſpectu conceſſionis Conradi, & ſic in ſuo caſu in feudo paterno, quia in nouo non

datur ſucceſſio, quo autem ad ſucceſſionem deſcendentium dicit vſurpatum in infinitũ, quod intelligi debet, quando eſt deſcendens vltimo decedẽtis, quia vt infra lati⁹ ſuo loco dicetur, licèt dici ſoleat, q̃ in feudis ſucceditur primo inueſtito, tamen habetur etiã ratio perſonæ vltimo decedentis, & hoc patet quia frater, fratri in feudo paterno non ſuccedebat; & tamen filius ſuccedebat patri, vnde ſuccedendo primo debuiſſet fratri ſuccedere; & quod ſucceſſio etiam in feudo paterno, ſi ſuccedatur tranſuerſali, non excedat ſeptimum gradum, eſt tex. clarus, in §. hoc quoq; de ſuc. feu. qui non poteſt dici, quòd non loquatur de feudo paterno; tum quia aliter non ſuccederent, niſi diuinaremus pactum; tum quia hoc expreſsè dicit tex. dum loquitur de quarto gradu, quia vlterius non dicebatur paternum, & ſic præſupponit feudum paternum, & tamen refert opiniones, quod ſuccedatur vſque ad quartum gradum, & demum vſque ad ſeptimum; & ſic eſt ibi tex. ineuitabilis quod in feudo, & paterno, & antiquo non ſucceditur tranſuerſali, niſi vſque ad ſeptimum gradum; ad idem eſt tex. in c. 1. §. ſi Capitanei, de feudo Marchiæ. vbi tex. apertè vſque ad §. ſi duo. loquitur in feudo paterno: & tamen id, quod erat dictum, vt fratres & filijs frũm ſuccederẽt, dixit extendi ad cõſobrinos; qui tex. licèt per aliquos intelligatur de filijs fratrũ, tamen hoc non poteſt, quia eſſet ſuperfluus, & inquantum dr̃ de conſobrinis, ideſt ex ſororibus, op⁹ eſſet diuinare; Vnde putarem tex. intelligi poti⁹ de ſobrinis, qui ſunt filij patruelium, & ſunt in ſexto gradu. §. 6. inſtit. de gradibus, eiuſq; ad quem gradum olim cognati de iure prætorio admittebantur additis filijs ſobrinorum in ſeptimo. §. ſi. inſti. de ſuc. cog. Ecce ergo quòd non in infinitũ, ſed vſq; ad certum gradũ, tranſuerſales etiã in feudo paterno admittuntur. faciẽt tex. in c. ſatis bene. de prohib. feu. alie. per Lothariũ, qui tex. ſine dubitatione loquitur de feudo paterno, ac acquiſito per pr̃em. Pater ibi quidã miles duos filios reliquit, & loquitur qñ in tali feudo trãſuerſales ſuccedunt, vt patet ibi defuncto poſteriore fratre ſine filijs, & in pluribus alijs verbis, & tñ dicit ĩ fine vſq; in infinitum perueniat, ſi hoc actũ ſit, & ſic præſupponit ille text. quod niſi actum ſit, non perueniat in infinitũ, vel arguendo à contrario ſenſu, iuxtà l. primam. §. huius rei. ff. de off. eius cui manda. eſt iuriſd. vel quia alias illa verba eſſent omnino ſuperflua, ſi etiam ſi hoc non eſſet actum, ſuccederetur in infinitum contra ea, quæ habentur in §. quibus, in prima conſtit. C. cum ſimil. ex quibus apparet, quòd illa diſtinctio inter feudum paternum, & prouenientem ex pacto in ſucceſſione tranſuerſalium, quo ad pręmiſſa non poteſt procedere, ſed indiſtinctè, quando ſucceditur, tranſuerſali non ſuccedi, niſi vſq; ad ſeptimum gradum.

55 ¶ Confirmatur hæc concluſio, quia ſucceſſio feudorum eſt magis ſtricta, quã cæterorum bonorũ; multi enim ad ſucceſſionem illorum non admittuntur, qui admittunt̃ ad hæreditatẽ, & olim nepos nõ ſuccedebat auo, nec frater fratri etiã in feudo paterno, vt in d. §. & quia vidimus; vnde inconueniens eſſet dicere, q̃ eſſet extenſa talis ſucceſſio etiã vltra gradus, qui admittuntur ad hæreditatem, & olim nepos non ſuccedebat auo, nec frater fratri etiam in feudo paterno, vt in d. §. & quia vidimus: vnde inconueniens eſſet dicere, q̃ eſſet extenſa talis ſucceſſio etiam vltra gradus, qui admittuntur ad hęreditatẽ, in qua vſq; de iure duodecim tabularum, ſucceſſio agnatorum nõ excedebat decimum gradum, de iure autẽ prætorio cognati non admittebantur, niſi vſque ad ſextum, & quædam perſonæ ex ſeptimo §. fina. inſtitu. de ſucc. cogna. & ibi Doct. glo. & ibi Aret. in §. cæterum, inſtit. de legit. agna. ſuc. vnde nõ eſt veriſimile, quòd in feudis fuerit inducta ſucceſſio in infinitum; maximè cum hoc non reperiatur per aliquem tex. apertè deciſum, arg. tex. in l. ſi quando, in

56 prin. C. de inoff. teſt. ibi, Neq; enim credendũ eſt Romanum Principẽ, qui iura tuetur, hoc verbo totam obſeruationem teſtamẽtorum multis vigilijs excogitatã

velle euerti. Sic in propoſito, nõ eſt veriſimile, quòd fuerit aliter inductũ peruertẽdo gradum ſucceſſionis inductũ per l. 12. tabularum, qui etiã per prætorem, qui æquitatem ſequitur. l. quod ſi ephesi. ff. de eo, quod cer. loc. in cognatis ad ſextũ tantùm, & ad quoſdã ex ſeptimo gradu reſtrictus eſt, niſi hoc verbis claris reperiat̃
57 inductũ. Nec obſtat, ſi dicatur, quòd alia ſit ratio in feudo, in quo ſucceditur ſtipiti, & alia in hæreditate, in qua ſucceditur ipſi agnato. §. reliquum, in auten. de hær. quæ ab inteſta. & inſti. de legit. agna. ſuc. per totũ; quia, vt infra dicet̃, hoc non eſt ſimpl̃r verum, quod ſolũ ſuccedatur primo; ꝑterea non incõuenit, quòd etiã ſucceſſio, in qua ſucceditur primo, reſtringatur ad certũ gradum; nam in fideicõmiſſis ſucceditur teſtatori, & tñ prohibitio alienationis, & fideicommiſſum factũ familiæ non extenditur vltra quartum gradum, vt voluit Iac. de Belui. & Ange. in auten. de reſti. de fidei. vbi eſt tex. col. 9. de quo meminit Soci. in conſ. 43. in 1. col. ver. & magis. vol. 3.
58 ¶ Facit ẽt quia feudum ęquiparatur vſufructui ſm̃ Ioan. Monaci, quẽ refert Bal. in l. 1. C. ſi plures vná ſent. de quo meminit D. Iaſ. in prælud. feu. licèt ad aliud ꝓpoſitum in 7. col. ver. in dubio, ex quo ſequitur, ꝙ quanto magis tranſit ad plures gradus, tãto magis impropriatur eius natura, quæ eſt, vt vſufructuarij morte finiatur. §. finitur, inſtit. de vſufr. vnde magnũ inconueniẽs eſt, cùm ſucceſſio in his, in quibus plenum dñium habemus nõ tranſeat decimum gradum, quòd feudum ꝓ
59 cedat in infinitum, cũ præſertim infinitas regul̃r ſit euitanda, Bal. in c. tua nos in fi. de app. & in c. olim, de reſcrip. Doct. poſt glo. in l. vt diuinum. C. de ſacroſanc. Eccl. & ibi Iaſ. col. 5. ver. glo. ſuper verbo, & ver. vnum tamen nota.
60 ¶ Et hanc opinionem, quòd ſuccedant ſolùm vſque ad ſeptimum gradũ, tenuit And. de Iſern. optimus inter feudiſtas, in d. §. hoc autem, qui feu. dare poſſ. & in c. 1. §. ſi Capitanei, d̃ feudo March. vbi Bal. dicit hanc eſſe communem opinionem, & aſſignat rationẽ, quia feudũ reuertitur ad relictos, pro quo facit quod dr̃ in fœmina, in §. quin etiam Epiſcop. vel Abb. quã etiam excluſionem in maſculis conſiderauit Deci. in cõſ. 390. col. 4. ver. nec obſtat, ſi dicatur, idem tenet Iſern. in c. ſi vaſallus culpam, ſi de feu. fue. controu. in fi. reſtringens gloſ. ibi, quæ dicit in infinitum ad ſeptimum gradũ; eãdem op. tenet Bal. in auten. defuncto. C. ad Tertul. in 2. col. vbi dicit cõtrarium eſſe, ſine æquitate, aut rõne, hanc etiam opi. tenet Io. Fabri. cuius maxima eſt auctoritas in §. fi. inſtit. de ſuc. cog. & ibi ſequitur eandẽ Ang. Aret. eandem tenuit Io. Faxoli. prout eum refert Bal. in d. §. ſi Capitanei, & ſic pro hac opinione ſunt auctoritates doc. rationes concludentes & tex. clari.
61 ¶ Nec obſtant nonnulla, quæ in contrariũ adduci ſolent: Primo enim allegatur ratio, quòd ideo debent in infinitum ſuccedere, ſi ſint deſcẽdentes à primo, quia primo ſucceditur per text. in d. c. 1. ſi Capitanei, de feudo Marchiæ, & ſic pariter eſt ſucceſſio deſcendentium, quando ſuccedit tranſuerſali, ſi modo feudum ſit paternum; ſicut ſi ſuccedatur aſcendenti, quia vtroque caſu dicitur ſuccedere primo, & ſic aſcendenti ſuo.

¶ Sed talis ratio nõ obſtat; Primò enim inquantũ dicitur, ꝙ non ſucceditur vltimo morienti, ſed primo inueſtito: hoc non videtur ſimpliciter verum, & text. eſt in contrarium, in §. & quia vidimus ſupra alleg. vbi expreſsè dicit text. fuiſſe obtentum, ut frater fratri in paterno bñficio ſuccederet; cõprobatur, quia ſi diceretur ſuccedere primo, ſuperfluè hoc impetratũ fuiſſet, quia ſatis fuiſſet, quod erat obtentũ, vt filius patri ſuccederet, & ideo text. qui ad hoc allegatur in §. ſi capitanei, nõ dicit, quòd ſuccedatur pr̃i, & auo, ſed bene dicit per inueſtiturã pr̃is, & aui, & ita no. ibi Bal. & Alu. qđ dr̃ ſuccedi ꝑ inueſtiturã primi; nec eſt bona cõſeq̃ntia, ſuccedit̃ ex ꝓuiſione primi, ergò ſuc
62 cedit̃ primo. Nã videm⁹ ꝙ pupillariter ſubſtitut⁹ ſuccedit pupillo ex ordinatione, & prouiſione pr̃is, & tñ dr̃ ſuccedere ipſi pupillo, & ei⁹ eſſe hęres, inſti. de pup. ſubſti. in prin. & ideo Pau. de Ca. in conſ.

286.

286.incip.Qm̄ fundamētū, in 5. col.ver. nā pupillaris, in 1. vol. dicit q. pupillaris ſubſtitutio quo ad ordinationem eſt vere teſtamentum patris, & tñ per eam ſucceditur pupillo, & nō patri, bene dici poteſt, quòd ſuccedatur primo mediate; ſicut etiā hæres hæredis eſt teſtatoris hæ-
63 res.l.paterfamilias.in fi.ff.de vulg.& pup. vbi Bar.in l.fi.C.de hære.inſtit.plura ponit Iaſ.in §.actionum.in prin.materiæ petitionis hæreditatis,inſtit. de act. & pulchrum dictū ponit glo.in l.3. in glo. magna.in ver.intendere.ff.de peti. hære. qđ ſi primus ſit inteſtatus, & ſecundus fecit teſtamētum, poteſt hæres ſecundi dicere ſe hæredem primi ex teſtamento; ſic in propoſito noſtro bene dici poteſt, q ſuccedatur primo, & ex primi inueſtitura, ſed tamen mediante vltimo decedente, cui etiam ſucceditur, vt eſt tex.in d.§. & quia vidimus.cauſa autē mediata non tantum influit quantum cauſa immediata. Bal.in l.ex placito.col.1.& 2. C. de rerum permuta. & in l. ſub prætextu, la prima.C.de tranſac.& probat tex. in ſupra alleg.§. & quia vidimus.
64 ¶ Præterea poſito quòd ſolùm diceretur ſuccedere primo acquiſitori, tamen negari nō poteſt, quin perſona immediatè defuncti nō ſit in cōſideratione, reſpectu ſucceſſionis, & proximitatis, vt pote quæ defert feudùm ad ſuum proximiorem, licèt ille proximior habeat ex inueſtitura primi acquirentis, de hoc eſt text. clarus in c.1 de natu.ſuc. in feu. vbi in ſucceſſione attenditur linea vltimo decedentis, & qui ſunt ex ea linea, ſuccedunt ante alios, qui ſunt ex alijs lineis deſcendentes teſtatoris, etiam ſi eſſent, qui sūt ex ſua linea remotiores à ſtipite primi acquirentis, quā exiſtentes in alijs lineis, vt patet ex illo tex. quem etiam infra declarabimus in alio propoſito, & tamen ſi ſola perſona primi conſideraretur, deberet ſuccedere linea, & perſona, quæ eſt proximior ſtipiti, non verò vltimo decedenti, & ſi perſona vltimo decedentis nō cōſideraretur in ſucceſſione, ſequeretur q non poſſet dari ſucceſſio tranſuerſalis in feudo paterno, quia ſemper ſuccederet aſcendenti, & fruſtra fieret differentia ĩter ſucceſſionem deſcendentiū, & tranſuerſalium, quam facit tex.ĩ c.1. de grad. ſuc.in feudo, vbi dicit primā cauſam eſſe deſcendentium, deinde collateralium in feudo paterno, quod certè intelligi đbet de deſcendentibus, & collateralibus decedentis, non primi, quia eius reſpectu oēs eſſent deſcendentes, & ſic apparet, q perſona decedentis eſt in cōſideratione in deferenda ſucceſſione, licèt primo ſuccedatur, vel ex inueſtitura primi.
65 ¶ Et facit optimum ſimile, quia patronus, qui præſentat ad beneficium, eſt qui aperit viam pręſentato, ipſumq; facit habere ius ad beneficiū, & tamen præſentatus non conſequitur beneficiū, nec ius in beneficio à præſentante, ſed ab inueſtiente.c.quod autem, de iure patr. & ibi hoc not. Abb.in 1.no.de iure pat.& idem Abb.in c.2.& in c.nobis, col. 2. ver. nota ibi à patronis eligiť eo. tit. vbi vult quòd electio patroni nullum ius tribuat; licèt cæteræ electiones ius tribuant, vt per Fely.in c.cum Bertoldus. 1. & 2. col. de re iud. Rochus de Curte.in trac.de iure patro.car.1.col.4. ver. quarto quæro.
66 ¶ Similiter quærela nō nata, nec præparata in caſu, quo tranſmittitur in deſcendentes, nō tranſmittitur, niſi ſint hæredes, & tamen non habet, vt hæres, ſed vt deſcendens, vt dixit Paul.de Caſt.in l. ſi quis filium, col.2.ver.nota ſecundo. C. đ inoff.teſta. Et ſic hæreditas aperit querelam, licèt eam non habeat, vt hæres, ſic licet in feudo ſuccedatur virtute inueſtiture primi, tamen perſona, quæ decedit, vt feudum deferens conſideratur.
67 ¶ Et ſi aliter diceremus, quòd ſola perſona primi acquirentis eſſet in conſideratione, cogeremur dicere, q non ſuccederent, niſi nati, aut concepti tpe mortis primi. Cæteri enim non concepti nō poſſent dici eſſe de liberis, nec de agnatis đfuncti. vt eſt tex. clarus. in l. Titius. ff. de ſuis, & leg. & in l.1.§.ſi quis proximior.ff. vnde cog. Ex eo autem ſuccedunt quòd ſucceſſiuè vſq; ad vltimum defunctū deficientes tranſmiſerunt, & ipſe tranſmittit in ſuccedere debentē ius agnationis,

& filiationis,quod eidem ſuo iure nõ cõ-
petebat,& ex ſua perſona cũ viuente pri-
mo non eſſent concepti; ita in feudo, &
emphyteoſi in terminis clarè voluit Pau.
de Caſt.poſt Cyn.& alios in l.ſi quis filiũ.
col.3.ver.primo oppono. C. de inoff. te-
ſta. & ſic apparet perſonam vltimo de-
cedentis eſſe in conſideratione.
68 ¶ Et quod etiã vbi ſucceditur primo, qđ
quo ad perſonam, quæ ſuccedere debet,
& proximitatem,& gradus habeatur cõ-
ſideratio perſonæ vltimo loco decedẽtis
vltra text.ſupra alleg.in c.1.de natu. ſuc.
feu.& in c.1.de grad.ſuc.in feudo.proba-
tur ex his,quę voluit Soci.in conſ.249.in
2.vol.& 86.in 3.& conſ.73. in 4.vol. in
quibus locis concludit,ꝙ licet per fidei-
69 commiſſum ſuccedatur primo teſtatori;
& non grauato; tamen ſi ſit fideicõmiſ-
ſum in proximiorem, conſiderabitur, an
ſit proximior in gradu grauatu, non aũt
teſtatori,quia licèt ſuccedatur teſtatori;
tñ ſuccediтur per mediã perſonã graua-
ti;ideo eius perſona conſideratur, & pro-
pterea aliud eſſet ĩ vulgari ſubſtitutione.
¶ Ex quibus ſequitur quòd licet poſſit di-
ci,ꝙ ſuccedatur primo,tñ perſona vltimò
deficientis quo ad proximitatem,& gra-
dum eſt in conſideratione,& ſic non va-
let argumentũ,ſuccediтur ex prouiſione
primi,vel etiam primo,ergo licet ſit trãſ-
uerſalis vltimo decedenti,quia tamen de-
ſcendens primi,debet admitti in infini-
tum,quia conſiderata perſona vltimi cui
ſuccedit,eſt collateralis,& nõ debet ad-
mitti vltra ſeptimum gradum, qđ clarè
probat tex.in ſup.alleg.§.& quia vidim⁹.
70 ¶ Nec prædictis obſtat tex. qui in cõtra-
riũ allegatur in c.1.de natu.ſuc.feu. quia
ille tex. nihil facit contra concluſionem
ſupra firmatã,quòd non ſuccedant tranſ-
uerſales in infinitum,quia in quantũ di-
cit ſuccedere nepotem ex filio, & ſic in
infinitum loquitur in ſucceſſione deſcen
dentis aſcendenti, in qua fatendum eſt
ſuccedi in infinitum,vt in d.§. hoc autẽ,
qui feu.da.poſſ. Si verò inferius conſide-
retur;dum enumerat quaſdam perſonas,
adhuc nõ tranſit ad ſobrinos, .i. filios pa-
truelium;& quia tex.eſt aliqualiter con-
fuſus,ponemus caſum clarũ;Dicit enim
tex.ſi quis decedat relictis pluribus filijs
puta quattuor,& ſint verbigrã,A.B.C.D.
& feudum ad vnum pertineat ex diuiſio-
ne,& ſit verbigratia.A. qui filios habeat
puta.E.& F.& præſupponit text. quod ẽt
ex alijs filijs extent filij, cũ dicat vocari
patrueles,E.enim,& F. non patrueles in-
ter ſe,ſed fratres eſſẽt;ſunt enim patrue-
les filij ex fratribus.§.eos vero, inſtitu. de
gradi.ſint igitur ex B.C.& D. G. H. & I.
reſpectiuè,qui inter ſe,& cũ E.& F.erunt
patrueles ſubdit text.quòd feudum ad v-
num ex filijs A. perueniat ex diuiſione,
vel aliter,& ſit E.habeant etiam,E.& F.
filios,& ſint K.& L.qui etiã inter ſe ſunt
patrueles,& deueniat feudum ad vnum
puta K.qui decedat ſine filijs,declarat il-
le tex.ꝙ ad ſucceſſionem primò admitti-
tur linea decedentis, quæ venit ab A. &
deinde aliæ lineæ,& ſic non venit etiam
ad ſeptimũ gradũ,quia præſuppoſita etiã
æquali deſcendentia ex parte fratrum A.
adhuc erunt ſobrini,ideſt filij patrueliũ,
qui ſunt in ſexto gradu. §. ſexto. inſtitut.
de grad.& ſic ille tex. nihil facit contra
opinionem noſtram; immò inquantum
conſiderat perſonam, & lineam vltimò
decedẽtis, vt ſupra dictum fuit opitulat̃.
71 ¶ Fortius obſtare videtur tex. in quo eſt
potiſſimum fundamentum tenentiũ con
trariam opinionem in c.1.ſi vaſal. feud.
priuetur,cui deferatur;vbi tex.dicit ad pe-
titionem feudi, quo vaſallus priuatur ex
delicto, quando non defertur domino,
admitti agnatos,non ſolũ vſque ad quar-
tum gradum,ſed in infinitum; dummo-
do conſtet eos eſſe ex deſcendentibus ex
primo acquiſitore, & ſic apertè probare
videtur, quòd qui deſcendunt ex primo
acquiſitore admittant̃ inter ſe in ĩfinitũ.
72 ¶ Sed ad illum text. reſponderi poteſt.
Et primò ꝙ inquantum dicit in infinitũ,
intelligatur,& declaretur, ideſt vſq; ad
ſeptimũ gradũ,qui eſt extremus, in quo
in feudo agnati inter ſe ſuccedunt,prout
etiam reſtrinxit Iſern.glo.in c.ſi vaſallus
culpam,in fi.ſi de feu.fue.cõtro. quia iſte
ſeptimus grad⁹ poteſt dici infinitus,quia
eſt finis ſucceſſionis, prout etiam appel-

73 lantur perpetuæ actiones, quæ non præ-
ſcribuntur minori tempore 30. annorũ,
cum illud tempus ſit finis conſtitutionis,
vt probat tex.iuncta rubri.inſtit. de perp.
& temp.act.glo.in l.ait prætor.§. interdi-
ctum.ff.de oper. no. nunci. & interdum
74 verbũ, perpetuò, capitur, ſm quendam
modum loquendi,& nõ propriè ſm Bar.
in l.1.ff.de iudic.latè Sicu. in l.Stichum,
aut Pamphilum.§.1.ff. de ver.oblig.
75 ¶ Et propius ad terminos nr̃os tex. in c.
cæterum.inſtit.de legi.agna.ſuc. dicit ad
mitti agnatos,& ſi lõgiſſimo ſint gradu;
& tñ per tex.in §.fin.inſtit.de ſuc. cogna.
ille longiſſimus gradus declaratur, & re-
ſtringitur ad decimum, ſic igitur in caſu
noſtro cũ tot ſint tex. ſupra inducti, qui
dicunt ſuccedi inter agnatos etiã in feu-
do paterno vſq; ad ſeptimum gradum, vt
iſte tex.cũ illis concordet,iuxtà tex. in §.
quibus. in prima conſtitu.C.intelligi de-
bebit in infinitum,ideſt vſq; ad ſeptimũ
gradum per ſupradicta.
76 ¶ Vel ſecundò capiendo etiam verbũ in
infinitum, vt ſonat, reſpõderi poteſt, ꝑ,
ut reſpondet Bal.in auten. defuncto. col.
2.ver.ſed feuda laicorũ.C.ad Tertul. qđ
ille tex.loquitur in ſuo caſu; quãdo vaſal-
lus priuatur feudo ex delicto, nec ad alios
caſus trahi debet, quia non habet æqui-
tatem, nec rationẽ, cui addi poteſt, ne ſit
contrarijs alijs ſupra alleg. Poſſet tamen
in ſuo caſu habere fortè aliquam rõnem
ille tex. quia inquantum noluit filios ad-
mitti, fuit in exemplum art.tex.in cle. fi-
na.§.i.ibi & cęteris ſit exemplum de pęn.
77 & quia ex delicto patris de eius fide, quę
eſt potiſſimum fundamentũ feudi, dubi-
tatur, quia ſolent filij eſſe ſimiles patri, &
tam in qualitatibus animi, q̃ corporis, l.
quod ſi nolit.§.mancipia.ff.de edil. edic.
& ibi gl.& glo.in c.ſi quis.6.quæſt.2. Hic
apud Virgilium legitur;

Et verba parentis,
Et vocem Anchiſæ magni, multumq́, recordor.

& apud Ouidium,

Pyrrh⁹ Achilleides animos⁹ imagine pr̃is; & alibi
Vix fieri ſi ſint vires in ſemine amoris:
Et Ionis; & ſede filia caſta potes; & in alio loco,
Nam mater qualis filia talis erit.

Ideo Bragmani ad religionem ſuam nõ
admittebãt, niſi natos ex bonis parentib⁹
ſaltem per duos gradus teſte Filoſtrate,
& ipſa Veritas dixit, Arbor mala, malos
fructus facit. His rationibus feudalis con-
ſuetudo, ex delicto patris ſuſpicata de in-
fidelitate filij, qui etiam cenſetur eadem
perſona.l.fin.C. de impub. & alijs ſubſt.
noluit excluſo patre per delictum, filium
eius admitti, ꝙ autem cæteri agnati in in
finitum eo caſu admittãtur, ratio eſſe po-
teſt, vt excludatur ſuſpitio auaritiæ; ne
78 ea de cauſa priuati videantur, vt domi-
nium acquiratur, & dñi de facili nõ pro-
cedant ad priuationem; cùm omnino cõ-
modum non ſit ad eos peruenturum, vbi
enim commodum pœnæ applicatur pu-
nienti, facilè præſumitur fieri potius oc-
caſione auaritiæ, q̃ ĩtuitu iuſtitiæ, vt dicit
eleganter Panor. poſt Hoſtiẽ.& Io. And.
in c. vt clericorũ, in fi. de vita, & ho. cle.
79 ¶ Hinc videmus ꝙ ex eo, ꝙ à Regibus,
& Imperatoribus debet abeſſe omnis ſu-
ſpitio auaritiæ, cùm debeant eſſe ſummę
liberales; vbi feudum propter culpam va-
ſalli ipſis aperitur, non poſſunt tale feudũ
per ſe retinere, ſed de eo alicui gratiam
facere, & alium inueſtire, qui eadem ſer-
uitia exhibeat, ſecundũ Bal.in c.1.§.ſive-
rò qualiter olim feu.pote.alie. quem re-
fert Sicul.in c.prudentiam, col.fin.ver. &
adde ſingulare dictum de donatio.
80 ¶ Poteſt ẽt alia ratio aſſignari, quòd cum
in illo caſu ſit inductum, ꝙ deſcendentes
delinquentis fauore dñi non admittãtur
ad feudum, & delictum patris noceat fi-
lio, aliud inducatur contra dominum in
fauorem agnatorũ, vt alij agnati non de-
ſcendentes ex delinquente, dummodo
deſcendant à primo acquiſitore, in infi-
nitum admittantur, licẽt alias ſolùm vſq;
81 ad ſeptimum gradum, ſolet enim, qui in
vno grauatur, in alio releuari. l. eum qui
not.ff. de iureiur.c.ex inſinuatione, de ꝓ-
cur.Spec.in tit.de teſte.§.1.ver. ſed quid
ſi admiſſus, cum ſimili. quæ rationes non
militant in caſu noſtro, & ſic ille tex. in
c.1.ſi vaſal.feu.priue. qui loquitur in ſuo
caſu, & habet ſuas particulares diuerſas
rõnes, non eſt extendendus ad regulam
generalẽ, & tantominus contra alios tex.
ſupra

ſupra deductos,ſed fortiꝰ ſi recte ille tex.
82 conſideretur,nihil facit ad propoſitum; non enim loquitur de his, qui diſtant in infinitum ab eo,qui feudo priuatur, ſed ab eo, qui primò acquiſiuit, vt expreſsè dicit tex.& nos non negamus, quin poſſint admitti diſtantes in infinitum à primo acquiſitore,ſed negamus admitti,niſi ſint ſeptimo gradu ei,qui vltimo deceſſit,& cui ſucceditur; vnde ſi ſint ſeptimo gradu ei,cui ſucceditur,etiã ſi diſtant in infinitum à primo acquiſitore admittentur: Et iſte eſt verus intellectus illius tex. & ſic ille tex. in quo eſt totum fundamẽtum tenentium, quòd tranſuerſales admittantur in infinitum, nihil facit, ex quibus concluditur,ſi veritatẽ ſequi volumus,veriorem opinionem eſſe in ſucceſſione tranſuerſalium, etiam ſi tractetur de feudo paterno, non admitti agnatos vltra ſeptimum gradum.

¶ Secundum quam opinionem clarum erit Illuſtrem Dñum Marchionem Salut. tanquàm longiſſimè à tali gradu remotum, non poſſe habere intentionem fundatam ad ſucceſſionem.

83 ¶ Sed adhuc tenendo aliam opin.quã nõ negamus à multis teneri, non propterea in præſenti cauſa haberet D.Marchio Salut.intentionem fundatam. Clarum enĩ eſt ꝙ de iure communi non ſucceditur vltra decimũ gradum,vt ſupra dictũ eſt, qui gradus computandi ſunt de iure ciuili;vt latè deduxit Nicol.de Vbal.in ſuo tract.de ſuc.ab inteſta.ĩ tertia parte prin. col.pen.& fin. Quo fit quòd cũ ab Aledramo vſq; ad Ioannem vltimum Marchionẽ ex domo Saxoniæ fuerint decem generationes à Ioanne vltimo vſque ad Marchionẽ Salut.eo tempore exiſtentẽ, poſito ꝙ ab Aledramo deſcendiſſet, fuiſſent forte viginti gradus, & ſaltem non apparet,qđ eſſet infra decimũ, vt requiruntur,vnde probatio non concluderet.

¶ Et licèt verum eſſet,quòd per conſuetudines feudales eſſet introductũ, ꝙ ſuccederetur vſq; in infinitum, quando habuit initium à cõi ſtipite, tamen certum eſt,quòd tempore conceſſionis factæ Aledramo tales conſuetudines non erant inductæ,aut ligabant: Fuit enim,vt ſupra dictum fuit, facta conceſſio, & donatio Aledramo de anno 967. Compilatio aũt feudorum facta per Obertum de Orto,& Gerardum,fuit neceſſario multopoſt. In ea enim compilatione ponuntur conſtitutiones Lotharij tertij,qui imperauit ab anno 1128.citra,ponuntur etiam conſtitutiones Federici,& tñ Federicus primus imperauit poſt annum 1150. Et ſic neceſſe eſt compilationẽ conſuetudinũ feudaliũ fuiſſe longo tempore poſt Aledramum; quinimmo et Conradus primus, cuius lex inſeritur in illa compoſitione, & in primo titulo dr̃ de eius conceſſione facta fidelibus,fuit Imperator circa annũ 1024.& ſic poſt Aledramum: Ex quibus ſequitur,quòd non poteſt dici, ꝙ ex prouiſione Aledrami per conſuetudinẽ feudorum,quæ eo tpe non probantur fuiſſe, feudum fuerit ſucceſſoribus acquiſitum: Et ſi dicatur,quòd licet tunc fuerint cõpilatæ, tñ prius erant conſuetudines, reſpondetur ꝙ nõ poteſt in eis fieri fundamentum,cùm non probetur quales tunc extiterint,& clarum eſt,quòd illa,qđ ſuccedant deſcendentes in infinitum, fuit vltima,& poſt Conradũ,vt patet in c.1.§. deniq; qui feu.dare poſ. & tamen Cõradus,vt diximus,fuit poſt Aledramum.

84 ¶ Nec obſtat ẽt ſi replicetur, ꝙ ſufficit, quòd tales conſuetudines fuerint tẽpore Ioannis vltimi de domo Saxoniæ, qui deceſſit de anno 1305. Et quòd tunc tales conſuetudines, & conſtitutiones feudales vigerent, apparet ex eo, quòd dixit Odof.in auten.caſſa. C.de ſacroſanc. Eccleſ. quòd Federicus ſecundus mandauit Doctorib.Bononiẽ. vt ponerent ſub congruis titulis,quem refert Bal. in præludi.feu.col.3.ver.porrò,aduertant ignorantes,& meminit Iaſ.in vſib. feu. col. 2. ver.pro cõi ſententia. Federicus autem ſecundus regnauit circa annũ 1212.& ſic ante mortem præfati Marchionis Ioannis;Quia rñdetur, quòd ſi tractaretur de ſuccedendo ſimpl'r Marchioni Ioanni, res poſſet habere difficultatem, quia cõſtitutiones trahuntur ad futura ſm Bart. & alios in l.omnis populi.ff.de iuſtit. & iur.

& reſpectu

& reſpectu March. Ioannis iſta eſt futura ſucceſſio, ſed quia in feudis, vt ſup. dictũ fuit, ſucceditur primo, vel ex prouiſione primi, & dixit Bal. in c. 1. de eo, qui ſibi, vel hære. ſuis, quòd ſucceditur habito reſpectu ad primum ſtipitẽ, & primum conſenſum dñi, & And. de Iſer. in c. 1. de inueſtitura de re aliena facta, quã refert Coll. Bonon. inter conſ. Cur. cõſ. 50. col. 9. ver. propterea dixit Iſer. dicit quòd agnati oẽs habent cauſam à concedente; vnde velle quòd conſuetudines, & conſtitutiones poſtea ſecutæ, & confirmatæ darent ſucceſſorem Aledramo vltra eos, qui veniebant habito reſpectu ad temp⁹ inueſtituræ, & ad conſenſum primũ dñi; iſtud nihil aliud eſſet, ꝙ velle, quòd nouæ conſuetudines, ſeu conſtitutiones ligarent, & diſponerent etiam reſpectu ꝑteritorum contractuum, quod eſt contra terminos iuris, per ea quæ habentur per Bart. in l. omnes populi, in 5. q. ptin. ff. de iuſti. & iur. ex quo ſequitur, quòd poſito quòd per conſuetudines feudales ſuccederent tranſuerſales in infinitum; hoc tñ in præſenti caſu non procedit, confirmatur quia Aledramus conceſſionem recipiens videtur recipere, & velle, prout ius diſponebat; ergo videtur ſtipulatus pro deſcendentibus in tantum, quantũ futuri deſcendentes ab eo, & inuicem tranſuerſales non diſtarent inter ſe tot gradibus, vt inter ipſos non daret ſucceſſio, cũ præſumatur ſe iuris diſpoſitioni cõformare, Bart. in l. ſi vt iureiur. §. liberi. ff. de oper. liber. ergo impoſſibile eſt, quòd voluerit cogitare, quòd inuicem ſuccederent, ſi eſt feudum vltra gradum, in quo tunc ſuccedebatur, aut ſi eſt donatio vltra decimum, cũ eo tempore nulla extaret in contrarium conſuetudo.

85 ¶ Ex alio etiã in præſenti caſu non poteſt habere locũ, quòd ſuccedatur vltra ſeptimum gradum, quia poſita etiam illa opinione pro vera; quod inter agnatos ſuccedatur in infinitum; tamen illud nõ procedit in feudis dignitatũ, prout Marchionatus, Ducatus, & ſimilium, in quibus nõ habet locũ perpetua ſucceſſio; imò vita finiũtur, niſi expreſsè ꝓ poſteris cõcedat, tex. eſt clarus, in c. 1. de feu. mar. ¶ Et licèt Bal. & alij ibi dicant, quòd hodie ſuccedatur, etiam ĩ talibus feudis regalium dignitatũ ex conſuetudine, tamẽ quando talis conſuetudo cœperit, nõ dicunt; vnde cùm Bal. fuerit circa annum 1373. & ſic multo poſt mortẽ Marchionis Ioannis, qui deceſſit, vt dictum eſt, anno 1305. non concludit, quòd eſſet tpe mortis Ioannis, & qui fundat ſe in tempore, illud concludenter probare debet, glo. & ibi Bart. in l. cum actum, ff. de neg. geſt. glo. in l. qui iuraſſe. §. ſi pater, il ſecundo. ff. de iureiur. Bart. in l. non ſolum. §. ſed & probari, ff. de oper. noui. nunc. & multo minus probatur quòd eſſet conſuetudo tempore Aledrami.

86 ¶ Præterea non poteſt Dñs Marchio Salutiarum in præſenti caſu habere intentionem fundatam, qđ debuiſſet in feudo ſuccedere, ut deſcendens ex Aledramo, quia ſupraſcripta conceſſio facta Aledramo nõ fuit feudũ, ſed donatio; fuit enim facta titulo donationis, transferẽdo quicquid in dictis locis erat iuriũ Italici Regni, de natura autẽ tituli donationis eſt, ut dñium plenum transferatur, ſi eſt penès donantem; alias aũt uſucapiendi cõditio, l. 1. in prin. ff. de dona. l. 1. & per totum titulum. ff. pro donato. & hoc maximè per dictionem, quicquid, quæ eſt uni-

87 uerſalis, & omnia comprǽhendit, & de qua tex. cum glo. in l. meuio. § à me. ff. de leg. 2. Alex. in conſ. 133. col. 2. uer. ꝓ hoc

88 etiam, uol. 5. Præterea in illa conceſſione non fuit præſtitum aliquod fidelitatis iuramentum, quod præſtatur in feudis, ut toto tit. qualiter uaſal. iur. debeat.

89 & de noua forma fideli. Confirmať quia eaſdem facultates ſibi concedit in illis donatis, quas in acquiſitis per ipſum; unde ſicut quæſita per ipſum non erãt feuda, ſic nec donata, arg. l. iam hoc iure. ff. de uulg. & pup. & ita in fortioribus etiã

90 terminis, quòd ſit donatio, cõſuluit Old. in conſ. 159. incipien. ex pręſenti themate, in primo dubio. & Ang. conſ. 242. Alexan. conſ. 24. in fin. 4. col. uol. 5. Deci. conſ. 208. uer. poſtremo, & licèt in caſu Oldr. in quo erat præſtitum iuramentũ,

& erat

& erat inueſtitura, & ſolũ fundabatur ex tranſlatione directi dñij, poſſit eſſe quæſtio dubia, quã examinauit Alber. in rub. C. de dona. & latiſſimè Iaſ. in vſi. feu. col. 5. ſub n. 11. & Deci. in conſ. 390. & Curt. in tract. feud. car. 5. col. 3. tamen reſpectu conceſſionis factę per Ottonem Aledramo illa omnia ceſſant, cũ ſit ſimplex donatio, vt fuit ſup. dictum, nec contra eam militãt, quæ in caſu Aledrami faciunt difficultatem, vt in dictis locis videri poteſt.

91 ¶ Et poſito ꝙ aliquo modo dici poſſet feudum, vel aliquid habere de feudo, cũ tamen ſit feudũ habens naturã donationis, in eius ſucceſſione non ſuccederetur, ſm̃ conſuetudines feudales, ſed ſm̃ regulas iuris communis; hoc dixit in terminis Soci. in conſ. 152. in vlt. col. vet. 5. confirmatur, & dixit Bal. in prælud. feu. in 5. col. quod quãdo conceſſa eſt proprietas, licèt eſſet obligatio ad aliqua ſeruitia, non per hoc dr̃ feudũ, ſed contractus innominatus, nec habet naturam feudi, quod multomagis erit in caſu noſtro, in quo nulla ſunt ꝓmiſſa ſeruitia, nec fidelitas iurata.

¶ Sequitur igitur ex prædictis, quòd in eiuſmodi ſucceſſione tẽpore mortis Marchionis Ioannis prædicti, erat ſuccedendum, & nunc etiam ſuccedi debet in prædictis, ſecundum regulas iuris, & non ſecundum conſuetudines feudorum.

¶ Ex quo ſequitur, ꝙ Dñs Marchio Saluciarũ, qui erat tempore mortis Marchionis Ioannis, cũ eſſet, vt ſupra dictum eſt, vltra decimũ gradum, non poterat prætendere ſucceſſionẽ, vt agnatus, cùm agnati non ſuccedant vltra decimũ gradum; vt in d. §. fin. inſtit. de ſuc. cogna. & poſito quòd fuiſſet in gradu, in quo ſibi
92 fuiſſet delata hereditas; tñ cum non adiuerit, tale ius non potuit trãſmittere. l. 1. §. in nouiſſimo. C. de cadu. tol. l. 1. C. đ his qui ante aper. tabu. & quod ibi not. & in l. ſi infanti. C. de iure delib. aditio autẽ, & appræhenſio, cùm facti ſint, non præſumuntur, & multominus poteſt præſens Marchio, qui longius diſtat, & reſpectu Marchionis Georgij non eſt agnatus: ſecũdò ſequitur ꝙ præfato Illuſt. Marchioni Ioanni rectè ſucceſſit tunc ſoror, & ea volente, filius ſororis tanꝗ proximiores,
93 cùm ſecundũ regulas iuris hodie pariter cognati, ſicut agnati ſuccedãt, in auten. de hære. quæ ab inteſta. §. nullam, & in auten. poſt fratres. C. de legit. hæredi. & ſoror ſicut frater in ſucceſſione tranſuerſali primum locũ tenet. §. reliquum. eo. tit. & eodẽ modo ſororis filius; ſimiliter nunc Illuſt. Dña Duciſſa in eiſdem patruo ſuccedere debet, cũ ſit proximior, & eidem in tertio gradu, inſtit. de grad. §. tertio gradu, & talia bona ꝓ huiuſmodi fuiſſe habita, in quibus ſuccederetur ſm̃ ius cõmune, nõ ſecundũ feuda, appa-
94 ret, quia filij in eis ſucceſſerunt ſecundũ teſtamentũ patris; ideo Bonifacius huius nomiuis tertius, Marchio autẽ octauus, cum regnũ Theſſaliæ Demetrio reliquiſſet, Marchionatũ Montisferrati Gulielmo reliquit, & ita ſeruatum fuit, cũ tamẽ in feudis teſtatoris diſpoſitio regulariter non attendatur. c. 1. in prin. de ſucc. feud. ibi, Nulla ordinatione defuncti manẽte, eodem modo per mortem Ioannis ſupradicti, ſiue ex eius teſtamento, ſiue ab inteſtato ſucceſſit Theodorus ex ſorore nepos, vt dictum eſt.

95 ¶ Ex quo ſequitur quòd minimè mutanda ſunt, quæ diu certam interpretationẽ habuerunt. l. minime. ff. de legi.

96 Et hoc maximè in caſu noſtro, in quo diu, & per ſecula Marchionatus Montisferrati conſeruatus eſt in domo Illuſt. Paleologa, & in actibus iamdiu factis, & quę diu perſeuerauerunt, multum præſumitur pro eorum validitate, & iuſtitia, l. qui in aliena. §. ſed ſi non adiecit, vbi Doct. ff. de acquir. hære. l. ſi filius. C. de peti. hære. But. in c. ea noſcitur, de his quæ fiunt à Præla. ſine conſenſu cap. & ita arguit Soci. in conſ. 153. incip. pulchra & ſubtilis, in 2. vol. Ex quo ſequitur ꝙ ſi quod dubium fuiſſet, an cõceſſio Ottonis fuiſſet
97 donatio; id ex ſequela facti fuit declaratum, quæ quidem ſequela facti multum attenditur. l. ſemper in ſtipulationib⁹. ff. de reg. iur. & per illum tex. dixit Bar. in conſ. 58. incip. Commune Spoleti, quòd verba antiqua ſtipulationum intelliguntur iuxta modũ vtendi, & Soci. in conſ.

15.

15.col.11.ver.præterea etiam, vol. 1. dicit quòd ſequela arguit mentem contrahentium.per text. in l.ſed Iulianus.§.proinde.ff.ad maced. Et per alia idem voluit Sicul.in conſ.36.col.1.in 2.volu. & dixit Roma.in conſ.271.col.1.ver. tertio &c. quod ſcientia,& patientia ſequẽs, declarationem inducunt retrogeſtorum, factis enim demonſtrat voluntas.l. de quibus,ff.de legi.gloſ.in l. repræhendenda. C.de inſtit. & ſubſtit. ſub cond. fact. Ex quibus omnibus liquido apparet Dñum Marchionem Salutiarum non poſſe habere aliquo modo intentionem fundatã in Marchionatu Montisferrati.

98 ¶ Sed poſito quòd Marchio Montisferrati habuiſſet intentionem fundatã, adhuc ex pluribus obtinere non poſſet. Et primò,quia poſito quòd per mortem prædicti Marchionis Ioannis feudum fuiſſet apertum Marchioni Salutiarum, tamen dicti Marchiones cecidiſſent à iure ſuo, eo quòd infra annum,& diem non petierunt ſe inueſtiri,iuxtà tex.in c. quo tempore miles,& in c.1.in prin.quæ fue. prima cau. benef. amitt.

99 ¶ Nec obſtat,ſi dicatur,quòd non tenebantur petere inueſtituram,quia nõ poſſidebant,iuxtà doct.Guil.de Cun.in l.ſolemnibus.C.de rei vend.per tex.in l.forma.§.ſi cũ ergo. ff. de cenſi. per Aluaro. in c.1. in princ. col.7. ver. quæro quid ſi vaſal. quæ fuer. pri.cauſ. benefi.amit. & per Curt. in tract. feu.car.36.col.4. verſ. ſeptimo limitanda eſt; quia reſpõdetur, quòd tenebantur vendicare,& cum tanto tempore fuerint negligentes ad vendicandũ, præcipue cùm interim tot Imperatores fuerint in Italia,ad quos potuit haberi recurſus; ſequitur quòd non poſſunt ſe excuſare à contumacia.d.c.1.quo tempore miles, ita Calde. in conſ.6. ſub rub. de feud. & Pau.de Caſt.in cõſ.156. quem refert, & ſequitur Præpoſ.vbi plura allegat in d.c.1.quo tempore miles,ad quem nos pro breuitate remittimus; addendo Ang.in conſ.321. qui vult ꝙ ſola iniuria ſit apta ad faciendum, quòd feudum perdatur,& ita alias fuit conſultum per Excellen.Doctorem Dñm Carolum Ruinum in cauſa Comitum de Arco.

100 ¶ Obſtat etiã Dño Marchioni Salutiarũ,etiam ſi fundata eſſet eius intẽtio, exceptio pſcriptionis, feuda enim præſcribuntur nõ ſolùm contra dñm,vt eſt text. in c.1.§.ſi quis per triginta,ſi de feu. fuer. contro.de quo nunc quærimus, quia con tra dñm nulla eſt controuerſia, ſed etiã reſpectu tertij vaſalli,ſaltẽ ſpacio 30. annorũ,vt latè per Abb.& alios in c. ad audientiam, de præſcrip. per Roma. conſ. 166. Franc. Bal. in ſuo vtili trac. de præſcrip. car.34.ver.ſecundo quæro,& ver. tertio quęro, vbi ex mẽte Doc. requirit ſpacium triginta annorum.allegat glo. vbi Bal.Aluar.& Prepo.in c.1.de cap.qui cur.vendi.ſed in caſu noſtro non mõ eſt ſpacium 30.annorum,ſed 200. & vltra. ¶ Et pro firmiori concluſione,& vt omnia contraria tollantur.

101 ¶ Præſupponendum eſt,quòd Marchio Ioannes prædictus vltimus de domo Saxoniæ, tempore eius mortis erat in poſſeſſione locorum,& quaſi poſſeſſione iurium Marchionatus. Et quòd ſiue ex diſpoſitione ipſius,ſiue vt hæres de iure cõmuni Theodorus eiuſdem ex Violantide ſorore nepos poni,& eſſe debuit in poſſeſſione omnium bonorum per ipſum quondã Ioannem poſſeſſorum; prout apparet ex doctr. Ioan.And. in addi. Speo. in tit. de teſta. §. fi. propè fi. & Alex. & Iaſ.in l.fi.C.de edic. diui Adriani tollen. & Curt.in tract. feu.in tertia parte,q.21. & per ea quæ habentur in c.1.§. inter filiam,ſi de feu. fue. controu.cum alijs quę latè in alio conſilio adduximus; dum pbauimus Illuſt. Dñam Duciſſam vti hæredem ponendam eſſe in poſſeſſionẽ. Ex quibus modo ſequitur ꝙ etiã ſi aliqui agnati potuiſſent ius prætendere in Marchionatu,tamen poſſeſſio Illuſtriſs. Dñi Theodori primi ex Paleologis fuit iuſta, nec potuit dici occupatio, & multo minꝰ ſpoliatio; Cùm Dñus Marchio Salutiarum minimè poſſideret, & tantomagis cũ Dominus Theodorus ex rationibus ſupradictis,etiam ſi alij agnati extitiſſet, rationabiliter prætenderet ea omnia ad ſe pertinere, & ſic nulla mala fides, nec

 dolus

dolus ei impingi potuit; præſertim cum minimè appareat, quòd ipſe ſcientiam habuerit, quòd agnati adeſſent, qui ius prætenderę; nec putamus probari poſſe, quòd tunc de hoc eſſet fama, ſaltem quę ad eius notitiam deuenerit; præcipue cũ ſtetiſſet Conſtantinopolim, quæ abſentia etiã inter conſanguineos præſumere facit ignorantiam, argum. l. Titius. §. Lucius. ff. de libe. & poſthu. per quem text. ita dixit Soci. in l. qui duos, colum. penul.
102 verſ. octauo quærit hic Bart. ff. de rebus dubijs, & cùm Oratores miſſi fuerint per ſtatum eum vocantem, tanquàm ad eũ, ad quem ſucceſſio eſſet deuoluta poſt matrem, de cuius voluntate acceſſit, rationabiliter illis credidit. Si enim excuſator, qui credit vni viro probo ad euitãdam præſumptionem calumniæ, ſecundũ Geminia. in c. de capitulis, 10. diſtinc. & per Iaſ. in l. properandum. §. ſin autem alterutra, col. 4. C. de iudi. quanto magis, qui credidit pluribus; cùm in ore duorum, vel trium ſtet omne verbum. c. in omni negocio, de teſti. l. vbi numerus. ff. eo. tit.

¶ Ex quo ſequitur, quòd nulla mala fides imputari poteſt Illuſtriſ. Dño Theodoro, qui appræhendit poſſeſſionem bo-
103 norũ defuncti, cuius erat hæres; & quã ex iuſtis cauſis putabat ad ſe pertinere, & ſi qua mala fides allegari potuiſſet, illa fuiſſet purgata per ſpacium triginta annorum, vt per Bart. in l. fina. C. vnde vi. quibus elapſis præſumitur bona fides; etiam à principio appræhenſionis poſſeſſionis, vt dicit Bat. in d. l. fi. col. fi. verſ. ſed contra prædicta opp.

104 ¶ Ex quibus infertur, ꝙ præſcriptio locum habere potuit, non obſtantibus in contrariũ allegatis, videlicet conſ. Alexa. 3. vol. 5. & doctri. Bal. in l. decernimus. C. de ſacroſanc. Eccl. quia loquuntur in violento, & doloſo inuaſore; non autem in eo, qui iuſtè poſſeſſionem adeptus eſt, vt in caſu noſtro.

105 ¶ Et hæc tantomagis procedunt, cùm domus Paleologa habuerit continuatas inueſtituras ab Imperatore, & earum etiam virtute fuerint in poſſeſſionem per longiſſima tempora; vnde dixit Bald. in l. competit. ff. de præſcript. 30. vel 40.
106 annor.; quòd priuilegium Principis, quod ſtetit firmum, & in obſeruantia per quadraginta annos, ſemper ſeruari debet, per text. in l. fin. C. de fun. patrimo. lib. 11. Tãto igitur fortius in caſu noſtro, in quo ſunt anni vltra ducentum, & ſic per longiſſima tempora, vt tempus 150. annorum vocat Soci. in conſ. 187. col. 3. verſic. iſta concluſio, in 2. vol. Immò eſt tanti temporis, quòd non poteſt eſſe memoria hominum in contrarium, de qua præſcriptione tanti temporis, habetur ꝑ Bart. in l. hoſtes. ff. de capt. latè per Fely. in c. cùm non liceat. col. 4. & ſequent. de præſcript. Iaſ. in l. Imperium. ff. de iuriſd. omn. iudic. latiſſimè Balb. in tracta. præſcrip. car. 15. & 16.

107 ¶ Nec obſtant, quæ contra titulos, & inueſtituras ſupra obiecta ſunt, quòd nõ debeant prodeſſe Illuſt. Paleologis, tanquàm inuaſoribus per doctri. Bald. in l. decernimus, C. de ſacroſanc. Eccleſ. & cõſilium Barba. 55. in princi. quia illa loquuntur in violente inuaſore, vel ſpoliatore, vt patet in ipſis locis; & in caſu noſtro non ſolùm non eſt ſpoliator, aut violentus inuaſor, ſed iuſtus poſſeſſor, & ideò ipſemet Barba. in dicto conſ. col. 3. fatetur, quòd vbi non eſſet ſpoliator, & violentus inuaſor omnis mala fides eſſet purgata per poſſeſſionem triginta annorum.

108 ¶ Quinimmò poſſet dici, quòd ſtatim ex ipſis inueſtituris fuerit præiudicatum ipſis aſſertis agnatis ſine lapſu temporis, adeſt enim in inueſtitura Caroli quarti conceſſa Marchioni Ioanni filio Marchionis Theodori clauſula derogans expreſſè, ex certa ſcientia, & de poteſtatis plenitudine omnibus iuribus, conſuetudinibus, gratijs, priuilegijs, inueſtituris, conceſſionibus, confirmationibus, ſeu reſcriptis in contrarium factis, aut fiendis, conceſſis, vel concedendis, etiam ſi oporteret de eis, vel aliquo ipſorum fieri ſpecialem mentionem, &c. vnde cùm de voluntate Imperatoris appareat, negare eius poteſtatem quando vtitur eius pleni-

plenitudine , ſacrilegij ſpecies eſt , vt
latè per Iaſ.in l.reſcripta.C.de preci. Im-
pe. off. & in l. fin. C. ſi contra ius , vel
vtili.publi.col.pen.Et licèt ſi ageretur de
auferendo feudo agnato,poſſet dubitari
per ea,quæ ſupra in prin.dicta ſunt,quòd
dñus non poteſt auferre feudum ſine cul
pa,& quòd Imperator nõ eſt ſupra obli-
gationes ſuas ; tñ tale dubium non eſt in
præſenti caſu,in quo Imperator admitte-
bat filiũ fœminæ, & ſic ei gratiam facie-
bat,de qua re latiſſimè loquutus eſt Cur.
in ſuo conſ.1. poſt tract. feu. & nos infra
aliquid dicemus; & quicquid ſit, negari
nõ poterit,quin tales inueſtituræ iuſtam
cauſam præbuerint,& titulum apertũ ad
præſcribendum: Ex quibus apparet ma-
nifeſtè, poſito quòd Marchiones Salut.
ius aliquod prætendere potuiſſent, illud
eſſe præſcriptione ſublatum .
109 ¶ Nec prædictis obſtat,ſi per Marchio-
nem Salutiarũ allegaretur fortè ignoran
tia,& ex capite ignorantiæ diceretur da-
ri debere reſtitutionem in integrum per
doctr.Bart.in l.1.§.ſi quis autem.ff.de iti-
ne. actuq; pri. & Abb. in c. vigilanti , de
præſcrip.& Alexan.in pluribus conſilijs ,
quia reſpondetur multipliciter .
110 ¶ Et primò,concluſio illa non tranſit
ſine difficultate, ꝗ ex capite ignorantiæ
reſtitutio cõceditur contra pſcriptionem
quadraginta annorum,vt apparet ex his,
quæ ponit Fely.in dicto c.vigilanti,de p-
ſcriptio.& Balb.in ſuo tract. de præſcrip-
tio.car.37. col.4. verſ.29. in quibus locis
apparet multos fuiſſe huius ſententiæ, ꝗ
non concederetur : Quia tamen articulꝰ
eſt dubius,& alias hæc opinio, quòd non
detur reſtitutio,nõ potuit obtineri in cu-
ria Neapolitana,vt atteſtatur Matthæus
de Afflicto deciſ.37. in primo dubio, &
deciſ.329. per totum, non inſiſtemus in
hoc,quia in caſu nr̃o nõ agimus de qua-
dragenaria præſcriptionę,ſed vltra quin-
quies quadragenaria ; quo caſu non vi-
detur dubitandum,ꝗ contra eam nõ de-
tur reſtitutio ex capite ignorantiæ, quia
111 alias reſtitutiones eſſent infinitę,& nũ-
quàm eſſet litium finis contra.l. fin. ff. ꝓ
ſuo.per quã rationem habuit ꝓ abſurdo
Pet.de Anchar.in conſ.169. col.2. quòd
contra præſcriptionem centũ annorum
detur reſtitutio,& ita clarè conſuluit D.
Iaſ.conſ.209.vera vt arbitramur, n.2. in
2.vol.vbi vult, quòd dato ꝗ iuſta cauſa
detur reſtitutio aduerſus pręſcriptionem
30.vel 40.annorum,tamen ſecus aduer-
ſus præſcriptionem 100.& ſeu 120.& in
caſu noſtro ſunt plures 200.
112 ¶ Nec obſtat prædictæ deciſioni, quod
dixit Bal.in l.falſam.C.ſi ex falſis inſtru-
men.quòd tẽpus quadriennij ad petendã
reſtitutionem in integrum nõ currit,niſi
à die ſcientiæ, quia tale tempus eſt à prin
cipio vtile,& ideo etiam ſi per centũ an-
nos ignoret, non nocet ſibi lapſus tẽpo-
ris,quia aliud eſt quærere, an quadrien-
nium,quod datur ad petendũ reſtitutio-
nem,quæ competit,labatur ignoranti, &
non labitur,quia à principio vtile, vt vo-
luit ibi Bal.& Card.in clemen.1.q.25.de
reſtitutione in integ. Aliud quærere an
reſtitutio cõpetat contra præſcriptionem
centũ annorum,quo caſu loquitur Pet. đ
Anch.in terminis,& hic eſt caſus noſter.
113 ¶ Secundò etiam ex alio modo reſpon
det,quòd ad hoc,vt quis ex capite igno-
rantiæ reſtituatur,neceſſe eſt,quòd igno
rantia ſit probabilis,vt per multa,quæ ne
longiore ſimus, omittimus, declarat Fe-
lyn.in d.c.vigilanti. & latius Balb. in di-
cto tract.de pręſcriptio.car.38.col.2.verſ.
tertio limitatur,vbi multa bona adducit.
In propoſito aũt noſtro ex pluribus non
poteſt dici probabilis ignorantia. Et pri-
mò,quia Marchio Salutiarum prætendit
probare agnationem,& intentionẽ ſuam
per famam; ex quo ſequitur quòd nõ p-
ſumũtur ignorauiſſe ea,de quibus eſt fa-
ma publica,nec talis ignorantia eſſet ꝓ-
babilis.c.1.de poſtula. præla. & Deci. in
conſ.267. vbi dicit requiri probabilem
ignorantiã,ad hoc,vt eius prętextu detur
reſtitutio,quòd non eſt probabilis igno-
rantia de eo, de quo eſt publica vox, &
fama ; & ſi fuit fama publica, quòd de-
ſcenderint ab Aledramo,non minus pu-
blicum fuit Aledramum fuiſſe Marchio-
nem Montisferrati; & etiam Paleologos
poſſediſſe,de quo ſcientiam probabimus

etiam infra, & ideo talis ignorantia nõ
poteſt eſſe probabilis, prout etiam in ter-
minis dicit Cur. in conſ.6.col.pen.imme-
diatè ante verſ. poſt temo, poſt tract. feu.

114 ¶ Confirmatur, quia Marchio Salutia-
rum præſupponit ſe coniunctũ, & ex pro-
genie Aledrami; vnde multo minus erit
probabilis ignorantia, cũ coniunctus pręſumatur
ſcire facta coniuncti. l. octaui. ff.
vnde cognati. l. de tutela. C. de integrum
reſtitutione. & ita quòd in agnatis nõ ſit
probabilis talis ignorantia, tenuit Anch.
in dicto conſ.69. refert, & ſequitur Cur.
in conſ.82.col.3.ver. & ſi forte.

115 ¶ Tertiò reſpondetur, quia licèt Felyn.
dubitauerit, in c. audientiã col. fina. in 5.
limitatione, de præſcript. an tempus cen-
tum annorũ ſufficiat ad probandum pręſcriptionem,
cuius initij in contrariũ me-
moria non exiſtit, tamen Cyn. in l. 2. in
10.qõ.C.de ſerui. & aqua. tenuit quòd cẽ-
tum anni ſufficiant, & idem tenuit Cæ-
polla, in tract. de ſeruitu. vrba. prædio. ĩ c.
19. in 2.col. ſequitur Bal. in dicto tract. de
præſcriptio. car. 16. col. 2. verſ. quod autẽ
dicitur; qui dicit, quòd Fely. non viderat
dictas deciſ. ſed in caſu noſtro ceſſat. etiã
opin. Felyn. vel dubitatio, quia ſumus vl-
tra ducentum annos, & facilè poterit e-
tiam, ſi opus erit probari, prout probatur
tempus, cuius initij &c.

¶ Quo ſtante tale tempus non ſolùm in-
ducit præſcriptionem, ſed facit præſumi
iuſtũ titulum aduerſus quoſcunque, & ita
talis titulus poteſt allegari, & probari per
poſſeſſionẽ tãti tpis, prout elegãter voluit
Fely. in c. accedẽtes, col. 5. verſ. poſt hęc,
de præſcript. quem refert præfatus Franc.
Balb. in dicto tract. de præſcript. car. 27.
col. 2. ver. quod declarat.

116 ¶ Nec obſtat etiam, ſi diceretur, ꝙ cũ
Marchia Montisferrati habeat fortalitia,
ideo ſine præſcriptione debeat concedi
recuperatio, vbi facultas ſe obtulerit, per
doctr. Bal. in l. fin. C. de his, quæ à non do-
mino manu, ver. itẽ non ex longo ſilẽtio,
& in l. 1. col. fin. ver. extra quæro, C. vnde
vi, latè Felyn. in c. ſignificaſti, in 4. col. de
homi. & in c. 1. col. 6. ad fi. de iudi. Quia
primò in facto pleraq; loca ſunt mi⁹ for-
tia, & aliqua vicinia Marchiæ Salutiarũ,
& Marchiones Salutiarum, vt potentes,
& vicini multa apprænhẽdere potuiſſent,
ſi ſibi licuiſſet, maximè ante aduentum,
& in aduẽtu Theodori ex Conſtantino-
poli, quem veriſimile eſt in illis princi-
pijs non fuiſſe multum potentem; præci-
pue cũ veniſſet, vt vocatus, & pacificus.

117 ¶ Secundò hoc argumentũ in propoſi-
to nihil facit, quia deciſiones ſupra alle-
gatæ loquuntur, quando quis eſt ſpolia-
tus, & eiectus Caſtro, quòd poſſidebat, cui
permittitur recuperatio incontinenti, per
ea, quæ habent in l. clam poſſidere. §. qui
ad nundinas. ff. de acquiren. poſ. & ꝑ tex.
in l. 3. §. cum igitur, vbi glo. & Bart. ff. de
vi & vi arma. & dicitur factũ incontinenti
in iſtis fortalitijs, quãdo ſe facultas offert;
prout multũ elęganter dixit Soci. in quo-
dam ſuo conſil. non impreſſo, quod inci-
pit, ſingula quæ in facti narratione &c.

118 ¶ Sed caſus nr̃ eſt diuerſus, quia Mar-
chio Salutiarum nunquã fuit eiectus, aut
expulſus à Theodoro; vnde nunquã li-
cuiſſet Marchioni Salutiarũ de facto, &
propria auctoritate loca ĩuadere. l. ſi quis
in tantam. C. vndę vi. per viam autem iu-
ſtitiæ, Imperator ei non defuiſſet, qui iu-
ſtus eſſe ſemper præſumitur, tm̃ Cy. in l.
fi. C. ſi contra ius, vel vtil. publ. latè ꝑ Fely.
in c. quæ in Eccſarũ, ſub n. 82. de conſti.

¶ Ex quibus apparet ẽt, ſi quod ius Mar-
chiones Salut. ꝑtendere potuiſſent, illud
præſcriptione eſſe pœnitus ſublatum.

119 ¶ Nec dicatur, prout à principio dictũ
fuit, ꝙ inuadẽtes aliena dominia ſunt ti-
ranni, & tirannicum dñium non præſcri-
bitur, vt voluit etiã vltra ſupra allegata
Bart. in ſuo tract. de tiranno, col. 4. verſ.
primo quæro; quia reſpondetur; primò
quòd in facto falſum eſt, Theodorũ fuiſ-
ſe inuaſorem alieni dominij, per late ſu-
120 pra deducta, & maximè ſtante tam lon-
giſſima poſſeſſione, quæ non ſolùm ma-
lę fidei præſumptionem excludit, ſed in-
ducit præſumptionem iuſti tituli, vt ſup.
dictũ eſt, & ſtãtib⁹ Cęſareis inueſtituris.

121 ¶ Secundò reſpondetur, quòd id, quod
dicitur, ꝙ dñium tirannicum nõ pręſcri-
bitur, & geſta per tirannum non tenent,

intelli-

intelligitur reſpectù ſubditorum, non a-
liorũ,quod oſtenditur; quia vt ſupra fuit
dictum,feuda præſcribuntur contra Im-
peratorem, & etiã contra alios vaſallos,
quia eorũ reſpectu,poſſidens non dicitur
tirannus: Et hoc ſatis colligitur ex diffi-
nitione tirannidis relata per Barto. in di-
cto tract.in prin.& tradita per Georgiũ,
& ratio ſuadet,quia ideo geſta cũ tiran-
no non tenent,quia præſumuntur facta p
impreſſionem.l.1.C.de contra.iudi. & p
Bart.in d.tract.de tiranno,col.4. verſ. ſe-
cunda inſpectio, quæ ratio militat reſpe-
ctu ſubditorũ tantùm,qui reclamare non
audent,nec debent relinquere patriam,
& bona, vt ius ſuum proſequantur,vt di-
citur per Bart.in l.penul.ff. de condit. ob
turpem cau. quæ rõnes non militant in
non ſubdito voluntariè contrahente, vel
negligente proſequi ius ſuum,& ſic in eo
ceſſat.d.c. cum ceſſante, de appel. l. adi-
gere.§.quamuis. ff. de iure patro. & per
conſequens obſtat præſcriptio.
122 ¶ Obſtat præterea Dñis Marchioni-
bus Salutiarũ poſito q́ fuiſſent agnati,&
ad eos feudum fuiſſet deuolutũ per mor-
tẽ Illuſtr. Marchionis Ioannis; ipſorum
renunciatio ex tacito: ac etiam ex expſ-
ſo conſenſu elicita; pro cuius concluſio-
nis fundamento præſupponendum eſt;
quod ſupra dictũ fuit, quòd Marchiones
Salutiarum præſumuntur habuiſſe ſcien
tiam,quòd Paleologi,vt inueſtiti de Mar
123 chia Montisferrati, eam tanto tẽpore
poſſederunt, quia hæc, vt notoria in di-
ctis locis nõ debent præſumi ignorata ab
habentibus ſtatus vicinos,& cũ peruene-
rint ad notitiam extraneorum; fortius
debet præſumi, q́ fuerit notum vicinis,
& vt aſſeritur,coniunctis, & prætenden-
tibus ius in rebus,per ea,quæ habentur p
glo.Bart.Bal.Ang.& Saly.in l.ſi tutor. C.
de periculo tutorum,& glo.in c.qui dict-
tis,16.diſtinct.prout conſiderat Socin.in
conſ.264.quibus ſtantibus,& ſtante lon-
gitudine tẽporis non eſſent audiẽdi Mar-
chiones Salutiarum prætendentes igno-
rantiam,vt dicit Pet.de Anchar. in conſ.
170.& Curt.in cõſ.83.qui dicit, quòd eo
caſu ridiculum eſſet allegare ignorãtiã,
vt dixit Saly.in l.auctoritatem, in ver. q́-
ro de quæſtione facti.C.vnde vi.quod lõ-
gitudo temporis facit præſumi ſcientiã;
idem voluit Deci. in conſ.185. in addi-
tione,quę incipit,vlterius,col.2.verſ.nec
ob. quod fecerit ignoranter.
124 ¶ Stante igitur ſcientia, quæ etiã præ-
ſumpta facit ad præiudicandum,vt dixit
Ancha.in d.conſ.170.& Soci. in d. conſ.
164.& etiam infra vera ꝓbabitur,ſequi-
tur quòd per lapſum anni infertur tacit⁹
conſenſus,& renuntiatio,de hoc eſt tex.
vbi oẽs in c.Titius,ſi de feu.fue. controu.
& ideo poſt annum non auditur, ita etiã
voluit Pau.de Caſt.in conſ.84. incipiẽte.
quæſtio iſta vertitur,in 2.vol.& forti⁹ di-
xit Iac.Ardiz.ſummus feudiſta, quem re
fert,& ſequitur Aluar.in c.ſi facta, in vlt.
col.verſ.quæro quid ſi primus,ſi de feud.
fue.controu.quod ſi vnus ſit inueſtitus,&
fortius etiam poſſideat feudũ; ſi dñus in-
ueſtiat ſecundum,& ei tradat poſſeſſionẽ
ſciente primo,qui tacet per annum; ſe-
cundus præfertur, & prima inueſtitura
habetur pro non facta; vnde in caſu no-
ſtro,cùm non ſolũ per annum,ſed per ſę-
cula tacuerint,renũciatio inducitur, nec
ampliùs admitti debent.
125 ¶ Et ſi fortè dicatur, q́ Marchio Theo-
dorus non erat agnatus, nec ſucceſſores,
quia deſcendentes ex fœmina,& text. in
dicto §.Titius,ſm̃ Doct.ibi habet ſpecia-
lem rationẽ in agnatis poſſidentibus, vl-
trà quod obſtat ſupra allegata deciſ. Iac.
Ardizo.& Aluar.tñ etiam in caſu noſtro
non eſt dubiũ, quia licèt iſta tacita renũ-
ciatio quando extraneus poſſidet, nõ in-
ducatur per annum,inducitur tamẽ ſpa-
tio 30.annorum,vt concludit glo.quã ibi
oẽs ſequunt̃ in d.§.Titius,& Pau.de Caſ.
in d.conſ.84. & fortius in caſu noſtro e-
rit inducta ducentùm triginta annis.
126 ¶ Quinimmò in caſu noſtro Marchio-
nes Salutiarum expreſsè conſenſerunt.
Nam cùm ipſis Marchionibus Montiſ-
ferrati vti Marchionibus affinitates con-
traxerint,Ludouicus enim Marchio Sa-
lutiarũ vxorem habuit Hiſabellam,vt le-
gitur, Filiam Ioãnis Iacobi Marchionis
Montisferrati; Succeſſiuè etiã alter Lu-
douicus

douicus Marchio Salut. Ioannam filiam
Gulielmi Marchionis Montisferrati duxit vxorem,& quod fortius eſt, cum pacto, q; decedente Marchione Bonifacio
patruo ipſius Ioannæ,ſine filijs,quòd ipſe
Ludouicus in Marchionatu ſuccederet,
& ſic ſub contraria conditione conſenſit,vt Bonifacius, & filij, ſi naſcerentur,
127 haberent Marchionatũ, ſicut quando
aliquid ſub cõditione adimitur, videtur
datum ſub contraria conditione, tex.eſt
in l.ſi legatum.in prin.ff.de adimen. leg.
Præterea ipſi Marchiones Salut.nonnulla Caſtra,quæ recognoſcunt à Marchio.
Montisferrati,recognouerunt pluries ab
ipſis Paleologis, & ſic expreſsè eos recognouerunt in Marchiones. Montisferrati, & in eos conſenſerunt.
128 ¶ Nec dici poteſt, q; hæc ſint facta metu,quia ex ipſis actis,& eorũ qualitate, &
qualitate perſonarum oĩs metus excluditur,& Marchio Ludouicus maritus. Ioannæ,non ſolũ affinitatem ſeruauit, ſed diu
habitauit in Caſtro Fraxineti,qđ eſt propè Caſale per duo,vel tria millia paſſuũ,
& ſtetit in curia Dñi Bonifacij Marchionis,vt apparet ex multis inſtrumentis celebratis per Dñm Bonifacium,in quibus
ipſe fuit teſtis: vñ nec ductũ ſe metu feciſſe; etiam ſi proteſtatus fuerit,creditur,
& per alios actus metus etiam purgatur,
vt vtrumque declarat Soci.in conſ.ſuo 4.
col.6.ver.quinimmo,in 3.vol.
129 ¶ Præterea in caſu noſtro omnis tollit
dubitatio, quia Marchio. Salut. qui erat
tempore mortis Ioannis, qui vocabatur
Manfredus,vt gubernator ſtatus, relict⁹
à Marchione,fuit ille,qui conuocauit vniuerſale parlamentum ſtatus,& eo præſente, & cõſentiente fuerunt electi Oratores,qui fuerunt remiſſi ad accerſendũ
Violantidem,vel filiũ,& iurandum eidẽ
fidelitatem,& ſic expreſsè conſenſit, &
ſic ſtatim ſibi præiudicauit, ſi quod ius
habuiſſet; immò ibidem expreſsè promiſit habere ratum.

¶ Apparet igitur ex his, quòd Marchiones Salutiarum expreſsè remiſerunt ius,
ſi quod prætendere poſſent.

130 ¶ Et ex his apparet non eſſe neceſſariũ
aliter cõſiderare,an Cæſarea Maieſtas potuerit facere gratiã Illuſt. Dñæ Duciſſæ
de feudo in præiudicium ipſius Dñi Marchionis Salutiarum; quia cũ nullum ius
prætendere poſſet, nullum eius præiudiciũ cõſiderari poteſt, ſed tñ,vt ad omnia
reſpondeatur, quæ ſupra in contrarium
deducta ſunt; præſupponẽdum eſt illud,
quod alias in conſilio latè deduximus, q;
Illuſt. Dña Duciſſa ex tenore inueſtituræ
eſt comprehenſa,& habilis ad feudũ huiuſmodi,quia inueſtitura fuit Caroli quarti pro maſculis,& fœminis, & ſi attendimus conceſſionem Ottonis, vel non eſt
feudũ,vel eſt tale,in quo etiam fœminæ,
& quilibet hæres admittitur, vt ſup. fuit
deductũ; & fœmina ex pacto poteſt ſuccedere in feudo.c.1.§.hoc autẽ,qui feud.
dare poſſ.c.1.§.quin ẽt Epiſc.vel Abb.c.ſi
duo,in fi.de feu.march.Si quid aũt obſtare poterat Dñæ Duciſſæ,id erat(caſu quo
eſſet procedendum ſm̃ naturam feudi)q;
vt ſemel excluſa, amplius non admitteretur;per tex.in d.§.quin etiã Epiſcopũ,
vel Abbat,& ſic non obſtabat ſibi pactũ,
aut tenor inueſtituræ,ſed diſpoſitio conſuetudinis feudalis, quo præſuppoſito,
quòd Imperator poſſit derogare diſpoſitioni iuris poſitiui, per multa latè oſtẽdit
Cur.in conſ.1.poſt tract.feu.col.8. verſic.
ſecundò mouet me,ad quẽ breuitatis cã
nos remittimus;ſed in ſpecie,q; poſſit Imperator derogare cõſuetudinibus feudorum; apparet ex ipſomet libro feudorũ,
in quo apparet cõſuetudines fuiſſe mutatas,& alteratas,& ſuper illis per Imperatores Conradum,Lothariũ, & Federicos
diſpoſitum,vt in d.§.& quia vidimus,qui
feudum dare poſſ.in tit. de prohib. feudi
aliena.per Fede.& per Loth. in rubricis,
Imperator Lotharius, & de pace iuram.
firman. & alijs multis, quę eſſet magìs
laborioſum, quã ſubtile reperire; & in
quod illis poſſit derogare, & illas tollere,& mutare; voluit Iſern.in c.1.de feud.
march.vbi dicit eas eſſe iuris poſitiui, &
per Imperatorẽ tolli,& mutari poſſe, cũ
itaq; Dominæ Duciſſæ ſola regula iuris
poſitiui obſtaret, ſequit quòd illi potuit
Cæſar derogare.

Præterea

131 ¶ Præterea q; Imperator poſſit remouendo obſtaculum habilitare inhabilẽ, licet per hoc alteri in iure quærendo inferatur præiudiciũ, latè deducit idẽ Cur. in dicto conſ. 1. 8. col. verſ. quarta cõcluſio, vbi probat, q; legittimando naturales ad feuda, & ſic remouendo obſtaculum præiudicare poteſt, ſuccedere alias debentibus, quam opinionem firmat etiã in tract. feu. car. 30. verſic. 17. quæro, & Signo. in conſ. 120.

132 ¶ Si igitur poteſt habilitare, & admittere naturalem, qui ſemper fuerat incapax, multomagis potuit admittere fęminam in inueſtitura compræhenſam; cui obſtet ſolũ, quod fuerat excluſa, quæ tñ aliquo tpe fuit capax. facilius enim admittitur, qui fuit aliquãdo habilis, cui ſuperuenit inhabilitas, quã qui fuit ſemper inhabilis, vt apparet ex dictis Aluaro. & Præpoſ. in c. 1. col. antepen. verſ. ſed iſta æquiperatio an mutus, vel alias imperfectus, dum faciunt differentiam inter clericum, qui fuit aliquando habilis, & fœminã, quæ fuit ſemper inhabilis, & inter imperfectum à natiuitate, vel ex accidẽti, & vltra prædicta, quòd Imperator poſſit grãm facere incapaci, voluit Aluaro. in c. 1. §. fin. col. pen. verſ. quæro vtrum à principio Epiſc. vel Abb. & ibi Præpo. in vlt. col. & de clerico voluit Aluaro. in c. 1. §. 1. de benef. fœmi. ſequitur Curt. in tract. feu. in 3. parte, & ſecunda materia, q. 10. ad fin. ver. octauo limita.

¶ Multas alias rationes adducit Curt. in d. conſ. 1. quas omittimus, quia ibi videri poſſunt, cõcludens q; Imperator poteſt fœminam & deſcendẽtes ex fęmina habilitare, & admittere etiam in præiudicium agnatorum, quod tanto fortius ꝓcedit in caſu noſtro; in ea, quæ erat compræhenſa in inueſtitura.

133 ¶ Non obſtant, quæ ſupra in princ. deducta ſunt. Et primò q; dñs non poteſt auferre feudũ ſine culpa, quia illa procederent, ſi tractaretur de feudo directè auferendo, ſed habilitando inhabilem, & derogando iuri poſitiuo põt, vt fuit ſup. oſtenſum: & tantomagis cũ tractaretur de iure nondum quæſito niſi ſpe; argu. torũ, quę volunt Doct. in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de lib. & poſthum. & Alex. latè in conſ. 2. in 1. vol. dũ vero dicitur, quòd Princeps non eſt ſupra obligationes; Reſpondetur, quòd hoc fortè
134 obſtaret, ſi vellet admittere prohibitũ ex tenore inueſtituræ; quia tunc veniret contra proprium contractum, ſed admittendo alias compræhenſum, cui obſtat tantum regula feudalis, tunc non derogat ſuo contractui, ſed iuri poſitiuo; qđ poteſt, vt ſupra dictum eſt.

135 ¶ Non obſt. etiam dicta Doct. in c. 1. de alien. feu. pat. & in c. 1. quemadmodum feu. ad fil. perti. quia illi Doct. loquuntur ſimpliciter in domino feudi, qui non poteſt gratiam facere contra diſpoſitionẽ feudorum, quibus non poteſt derogare; & ideo talis dñs non poſſet etiam habilitare naturalem. Nos autẽ loquimur in Prĩcipe, qui põt derogare iuris poſitiuo, & tollere; & ideo poteſt etiam habilitare contra ius poſitiuũ, & conſuetudines feudales, & ita dixit Curt. in d. cõſ. 1. col. 9. ver. quarta concluſio, & ſic nõ obſtãt.

136 ¶ Vel ſecundo poteſt ex ſupraſcriptis aliter reſponderi, q; illa doc. quòd dñus nõ poteſt facere grãm, poſſit procedere quando fęmina non eſt compręhenſa in inueſtitura à principio, & ſic ſemp inhabili. Nos autem loquimur in ea, quæ fuit compræhẽſa, & à principio habilis, licèt ex excluſione effecta inhabili, & vt ſupra declaratum eſt, facilius poteſt admitti, quæ fuit aliquando habilis, quàm quæ nunquam.

137 ¶ Vel ſimul iniungendo vtramq; ſolutionem dici poteſt, quod aut tractatur de admittenda fœmina excluſa ex tenore inueſtituræ, & tunc ẽt Cæſar non poſſit in præiudicium agnatorum, ne cõtraueniat ſuo contractui, & habeant locum dicta Bal. in l. Princeps, de legi. cũ ſimili. & multominus inferiores poterunt; Aliquando, & ſecundò tractatur de admittenda fœmina cõpræhenſa in inueſtitura, ſed cui obſtat regula feudalis, & ius poſitiuum; & tunc, aut loquimur in inferiore à Principe, & qui non poteſt derogare iuri, & non poteſt hoc facere in

præiudi-

præiudicium agnatorum; & ita procedāt dicta Doc. in d. c. 1. de aliena feu. pat. aut loquimur in Principe, qui poteſt derogare iuri, & tunc id facere poſſit, & ꝓcedant ſupradicta, & conſiliū Cur. primū præalleg. & dicta Doct. in c. naturales, ſi de feu. fuer. contro. vnde cùm in caſu noſtro Dña Duciſſa eſſet compræhenſa in inueſtitura, ſequitur quòd potuit per Imperatorem admitti; non obſtante quòd per fratrem, & patruum fuiſſet excluſa.

138 ¶ Vltimò ex alio apparet, quòd in præſenti caſu potuit filia etiam in prçiudiciū agnati diſpenſari, quia aut non erat feudum, vt ſupra dictum fuit, ſed donatio; aut ſi forte erat dubium, an eſſet feudū, erat tamen feudum habens naturam mixtam, in quo aut filia, & fœmina ſuccedet, aut ſaltem poterit habilitari, ēt in præiudiciū agnatorum, ita in terminis Deci. in conſ. 390. in 4. col. in 3. parte.

¶ Patet itaq; ex præmiſſis, quòd Dñus Marchio Salutiarum nullum ius prætendere poteſt in Marchionatu Montisferrati, & quòd Illuſt. Dña Duciſſa ad illud fuit meritò admiſſa.

139 ¶ Quod ſi dicatur pro parte Dñi Marchionis Salutiarum, ꝙ poſito quòd feudū eſſet reuerſum ad Cæſarem, ipſe tamen erat inueſtiendus ex diſpoſitione, l. 1. §. permittitur, de aqua quoti. & æſti. vt fuit in principio dictum; Et cùm ipſe ſit, vt aſſerit agnatus ex progenie Aledrami; debet præponi fœminæ, cùm facilè res reuertatur ad naturam ſuam. l. ſi vnus. §. pactus ne peteret. ff. de pac. Ad hæc reſpondetur, & primo ſupra dictum eſt, quod nō poterit probari, quod ſit deſcēdens Aledrami, & quòd prætenſa fama inquantū probetur, non eſt ſufficiens, & per cōſequens non erit locus, d. §. permittitur.

140 ¶ Secundò reſpondetur, ꝙ opinio, quæ colligitur ex d. §. permittitur, ꝙ dñus teneatur inueſtire agnatū, quando eſt feudum ad eum deuolutū, non eſt admodū tuta, & multi tenent cōtrarium, per tex. in c. ex parte, de feu. in ver. libere. & hanc partem contra Bart. tenuit Bal. in rub. extra de appell. Imo. & Alexan. in Eccleſia. in l. ſi mihi, & Titio ff. de verb. oblig. & multa adducuntur per Cur. conſ. 47. col. 2. & in duabus additionibus, & illud conſilium, ex quibus patet eam opinionem non eſſe tutam.

141 ¶ Tertiò reſpondetur, ꝙ ius, quod prouenit ex d. §. permittitur, competit ex iure poſitiuo, & ſic illi poteſt Imperator derogare per ea, quæ habentur in c. quæ in Eccleſiarum, de conſtit. & Cur. in d. cōſ. 1. & ſupra dictum fuit.

142 ¶ Quartò reſpondetur, quòd ſi cōſideramus perſonam q. Illuſt. Dñi Ioannis vltimi Marchionis de domo Saxoniæ; & ꝙ tempore, quo deceſſit, debuerint Marchiones Salutiarum, etiam ſi eſſet reuerſum feudū ad Cæſarem, inueſtiri potius, q̄ fœmina, per §. permittitur, tale ius anno fuiſset finitum, ita eſt deciſio Roma. in conſ. 70. in 2. col. ver. aliter, & in rubri. de arbit. col. 15. alias 19. & in l. prætor, ait. §. fi. in 1. col. verſ. ſecund°, de oper. noui nūc. & licèt Iaſ. ibi in emphyteoſi dubitet, tñ ratio dubitandi non concludit in feudo:

143 & pro opin. Roma. facit, quia negari nō poteſt, quòd agnatus, qui debet ex inueſtitura ſuccedere, non habeat potentius ius, quā habeat ille, qui vult admitti per æquitatem. §. permittitur: vnde ſi in illo ius perditur per annum, fortius in iſto; & ita voluit arguere Roma. qui ex eo, quòd ius eſt debilius, non conſiderauit in hoc caſu, an eſſet inueſtitus agnatus, vel ali°; & ſaltem non poſſet negari, quin hoc ius

144 fuiſſet amiſſum 30. annis. Si verò conſideretur perſona Illuſt. Dñi Ioan. Georgij, qui vltimò deceſſit, tunc ſi bene aduertat, nec tex. in §. permittit, nec doctr. Bart. ibi faciunt pro Dño Marchione Salut. ſed potius ꝓ Dña Duciſſa, text. enim loquitur de eo, ad quem deueniet dominium, pro qua erat conceſſa licētia aquæ ducendæ. Bar. autem ibi poſt gloſ. trahit illum text. ad quæſtionem feudi, & dicit, quòd ſit iniuria hæredi maſculo, ſi idem priuilegio nō confirmetur, quare illa deciſio non poteſt facere in fauorem Mar-

145 chionis Franciſci Salutiarū, qui non eſt hæres March. Io. Georg. ex quo, eſto ꝙ eſſent ambo ex Aledramo, diſtarent per fortè 32. aut 34. gradus. Sunt enim ab Aledra-

Aledramo ad Marchionem Ioan.Geor-
gium,16.aut 17.generationes,vt ex Cro
nicis,& arbore videri poteſt; cùm igitur
non ſit hæres Marchionis Ioannis Geor-
gij, immò nec poſſit eſſe agnatus,illa do-
ctrina ſibi prodeſſe non poteſt; prout ẽt
voluit Deci.in conſ.390.col.4.ver.præte-
rea,prima inueſtitura; bene autẽ poteſt
prodeſſe Dñæ Duciſſæ, quæ ipſius Mar-
chionis Ioan. Georgij eſt agnata, proxi-
mior & hæres. Nec obſt. ꝙ ſit fœmina;
quia primò,vt dictum fuit ſupra,feudum
eſt talis naturæ,quod tranſit in fęminas:
Et ſi ad Cæſarẽ eſſet deuolutũ; eſſet de-
uolutũ,quia ſemel excluſa; vñ ſicut ma-
ſculus poteſt prætendere, vt inueſtiatur,
quando feudum eſt deuolutũ; ita debet
146 poſſe fœmina,quando eſt talis naturæ,
quòd tranſeat in fœminã. Secundò hoc
Imperatorem tangit,& dñm feudi,cuius
cauſa fœmina non admittitur, vt apparet
ex rõnibus,quas tradit Bal. in l. quotiens.
C.de ſuis & legit.& Cur. in trac. feud. in
tertia parte,in 1.col. vnde cùm Impera-
tor ipſe voluerit eam admittere, non poſ
ſunt agnati, quibus nullum ius compe-
tere poterat,ſe opponere.
145 ¶ Ex quibus ſequitur,ꝙ poſito ꝙ cõcur-
rerent agnati adeo remoti, & non hære-
des cum fœmina ita proxima, & hæredę
petentes feudum deuolutum ad Cæſa-
rem ex æquitate. d. §. permittitur. quod
fœmina proxima, & hæres eſſet præferẽ-
da, maximè alias in inueſtitura compre-
henſa: Hoc in fortioribus terminis voluit
Curt.in conſ.49.col.antepen.ver.ſcrupu-
lus; vbi præſupponit,quando feudum re-
uertitur ad dominum, quòd ex æquitate
d.§.permittitur. potius filia ſit admittẽn-
da,q̃ agnati; licèt ſecus dicat qñ feudum
non eſt deuolutum ad dominum, & ta-
men ibi non erat fœmina in inueſtitura
compræhenſa,vt in caſu noſtro. Idẽ vo-
luit in terminis Floria.de Sancto Petro,
in quodam ſuo conſilio apud Mantuam,
incipit Christi &c. facti ſerie; vbi p̃-
ſupponit Ioannem habuiſſe duos filios
maſculos Federicum, & Franceſchinũ,
& vnam fœminam Heliſabeth, ex qua
natus fuit Iacobus;& ex Federico duæ fi-
liæ,quæ mortuo patre fuerunt excluſæ p
ſuper exiſtentiam Franceſchini,decedẽ-
te demum Franceſchino, cùm feudum
eſſet deuolutum ad Epiſcopum,& Iaco-
bus maſculus ex fœmina præſupponeret
ſe præferendũ;concluſit non attenta ma-
ſculinitate,ſed proximitate, & ſucceſſio-
ne iuris cõmunis; eo quia erant oẽs pari-
ter proximi,ꝙ omnes pariter admittendi
erant ex æquitate §.permittitur; & tamẽ
clarum eſt,quòd in feudis,etiam in qui-
bus fœminæ admittunt̃,maſculus ex fœ-
minà præfertur fœminę, vt habetur per
Doct.in c.1.de eo,qui ſibi,& hære.ſuis,&
ſic vult in admittẽdo ex æquitate §. per-
mittitur, conſiderari proximitatẽ,& ſuc-
ceſſionem iuris cõmunis, nõ autem qua-
liter ſuccedatur in feudo. Idem vult Si-
gnor.in conſ.10.col.2.verſ.& ſi oppone-
retur; vbi cõcludit filiam poſſe præferri
agnatis;& quòd eo caſu poſſit inueſtiri fi-
lius excluſæ,cõſuluit Bru.conſ.65.& for-
tius Ioan.de Imo.in cõſ.38. voluit vxorẽ
vltimo decedẽtis,eidẽ ſuccedentem prę-
ferri debere oĩbus in emphyteoſi, ab Ec-
cleſia recepta pro ſe; & deſcendentibus,
attento quòd eſt hæres,& ad propoſitum
facit quod voluit Prępo.in c.1.col.fi.quẽ-
admodũ feu.ad fil.perti.qui vult, ꝙ fęmi-
146 na maſculo p̃feratur cõcurrẽte ratione
ſanguinis,quod primò petierit, & ꝙ ad-
ſint aliqua merita,& obligatio,ſaltem ad
Antidora,quę omnia concurrunt in caſu
nr̃o. Eſt enim coniuncta Dño Ioan.Geor
gio ſolo tertio gradu, quia neptis ex fra-
tre prima non ſolùm petijt, ſed obtinuit,
merita aũt adſunt patris ſui,& etiam ma-
riti,quibus ipſa debet adiuuari; tum quia
vna caro,vt diximus in alio conſilio; tum
quia vxores gaudent conditionibus viro-
rum ſuorum.l.1.ff.de ſena.l. bene à Ze-
none. C. de quadrien. præſcript. & ibi
Præpoſ.concludit, quòd talis inueſtitura
eſt irreuocabilis; ſequitur itaq; quòd po-
ſito,quòd Marchio Salut. potuiſſet præ-
tendere ſe admitti per æquitatem §. per-
mittitur,quòd tamen Illuſt. Dña Duciſ-
ſa fuiſſet ei præferenda.
147 ¶ Nec obſtat, quòd facilè res reuerta-
tur ad naturam ſuam, & ideo finita linea

Paleologa debet redire ad deſcendentes Aledrami; quia vtrūq; in facto eſt falſum, & quòd Marchio ſit ex progenie maſculina Aledrami,& quòd ſit finita linea Paleologa, nam ſupereſt ipſa Illuſtr. Dña Duciſſa, vt dictum eſt, compræhenſa in inueſtitura, & cùm, vt ſupra probauimus, attendatur in ſucceſſione proximitas reſpectu decedentis, non autē primi,& ipſi vltimo decedēti ipſa Domina Duciſſa ſit agnata (ſit ex eadem linea) qđ conſiderat tex. in c. 1. de natu. ſuc. feu. ſit in tertio gradu, ſit hæres, & Dñus Marchio non ſit agnatus, non ſit ex eadem linea, nō ſit hæres,& ſit in fortè 34. gradu; inconueniens eſſet omiſſa propria linea reuerti ad aliam, & ad perſonā adeo remotam. Et dum dicitur, quòd facilè res reuertitur ad ſuam naturam, reſpondetur quòd immò reuertitur ad ſuam naturam, admittendo Dñam Duciſſam. Primò quia erat compræhenſa in inueſtitura,& remouendo obſtaculum, reuertitur ad ſuam naturam; ſecundò quia reuertitur ad ordinē ſucceſſionis, qui eſt de iure communi, in quo fœmina pariter admittitur, vt ſupra dictum fuit per l. maximū vitium. C. de libe. præte. & ſublata diſtinctione agnatorum, & cognatorum, in auten. de hæred. quæ ab inteſta. §. reliquum, & §. nullam.

¶ Concludimus igitur ex præmiſſis Illuſ. Dñm Marchionem Salutiarum nullum ius iuſtè prætendere poſſe in Marchionatu Montisferrati, & Illuſt. Dñam Duciſſam ius fouere; & pariter Illuſtr. Dñum Ducem, attento quòd vxore potuit inueſtiri, vt in alio conſilio dictum fuit.

¶ Et quò ad poſſeſſionem, perſiſtimus in his, quæ alias dicta fuerunt. Et ita cōmunicato conſilio Iuris eſſe putamus, Nos Hieronymus de Medicis Luceñ. & Nicolaus Aliprandus V. Iur. Doct. & prædicti Illuſt. Domini Ducis Mantuæ Senatores, cuiuſcunque rectius ſentientis iudicio ſemper ſaluo.

LAVS DEO.

¶ Et ita, vt ſupra communicato conſilio cū ſupradicto Mag. D. Nicolao Aliprādo concluſum fuit, Iuris eſſe exiſtimo, Ego Hieron. de Medicis Luceñ. V. Iur. Doct. Ducalis Mant. Senator, & in fidē me ſubſcripſi, & ſolito ſigillo ſigillari mādaui:

¶ Et prout ſupra communicato inuicem conſilio cum ſuprafcripto Mag. D. Hieron. Lucen. concluſi cum eo, ita Iuris eſſe puto, Ego Nicol. Alipran. Iur. V. Doct. Ducalis Mantuæ Senator, & in fidem præmiſſorum manu propria ſubſcripſi, & ſigillo meo ſigillaui.

CONSILIVM MAGNIFICI, ET EXCELL. *D. Mariani Socini in ordine Septimum.*

DIRIGAT DOMINVS verba mea in viam veritatis, & iuſtitiæ.

Cùm diebus èlapſis Conſuluerim Dominā Margaritam Paleologam Illuſtriſ. Duciſſam Mantuæ vt heredem fratri, & patrui prædefunctorum mittendam eſſe in poſſeſſionem omnium bonorum, quæ per præfatos poſſidebantur, feudis etiam incluſis. Et eandem vnà cum Illuſtr. Duce Mantuæ eius Dñe conſorte, (ambos vt à Cæſarea Maieſtate inueſtitos) de feudo, ſtatu, & Marchionatu Montisferrati ſimiliter mitti debere in poſſeſſionem, iuribus, & bonib⁹, de quibus in cōſilio, in quo de iure, & ꝓprietate bonorū, & ſtat⁹, ſiue Marchionatus prędicti nō fuit diſputatū.

¶ Nunc à præfatis Illuſt. coniugibus cū maxima modeſtia requiror, vt de proprietate diſputando; quod iuris eſſe ſentiem ſecundum iuſtitiæ normam, quam ſolam ipſi deſiderant, ſcribere velim.

Quorum

1 Quorum tam honeſto deſiderio, nec volo, nec poſſum deeſſe; tũ pro mea in eos obſeruantia; tum & maximè ꝓ iuſtitiæ, & veritatis amore, qui ſemper ĩ me præ-
2 ualuit. Veritatem enim (vt Philoſophus dicebat, 1. Ethic.) præhonorare tenemur, quæ cùm non defenditur, opprimitur. c.
3 error. 83. diſtinc. Et qui eã occultat, pec-
4 care dicitur. c. quiſquis. 11. qõ. 3. itaq́; , vt diſputationem prædictam ingrediar; videbitur fortaſſe alicui prima fronte, vt vtar verbis iuriſconſulti, in l. quinquaginta. ff. de proba. quòd Illuſt. Marchio Salu. ad prædictum ſtatum, & Marchionatum ſit admittendus; velut hñs ſupra eius ꝓprietate potiora iura. Et per conſequens quòd Cæſarea Maieſtas, aut iudices per eam delegati debeant prædictum Marchionatum illi pro ſuo iure concedere, & Illuſt. Duciſſæ prædictæ illum præponere, & multo fortius Illuſt. Duci ei' viro.
5 ¶ Et ante omnia præſupponitur, ꝙ iã de anno Dñi 967. fuit facta, ſeu conceſſa ab Ottone tunc Sereniſs. Imperatore quædam inueſtitura cuidam Aledramo, tũc Duci Saxoniæ, de multis bonis, & inter cætera de iſto Marchionatu Montisferrati; & in effectu verba dictæ inueſtituræ conſiderando, dicitur conceſſa illi Aledramo pro ſe, & hæredibus, vt patet in illis verbis, tam ipſe, quàm ſui hęredes &c. Cũ multis ſequẽtibus, & ẽt in alijs, dũ dr̃ prædictũ Aledramũ, ſuoſq́; hęredes &c. Quæ cõceſſio ſic pro hæredibus facta interpręta', id eſt ꝓ deſcẽdẽtibus, arg. l. ex facto. §. ſi. ff. ad Trebel. & notatorum per glo. 1. in c. in pñtia, de proba. cũ ſimil. ¶ Et maximè hoc procedit in iſtis inueſtituris feudalibus, vt eſt tex. & ibi tradũt Doct. in tit. de eo, qui ſibi, & hære. ſuis, in rubeo, & nigro, & melior tex. in c. 1. §. ſi. incip. Titius, ſi de feu. contentio ſit inter do. & agna. vbi Bal. & cæteri dicunt; maximè Aluar. Iac. de Bel. Præpo. & Mart. đ Laud. Et videtur euidenter probari in c. 1. §. & ſi clientulus, de alien. feu. vbi Bal. dicit, ꝙ ibi eſt melior tex. de iure ad hoc. & ibi etiã alij not. & ita pro regula dixit Bal. in c. 1. §. & quia vidimus, 3. col. ver. vnde in materia feudorum tradũt Alex. & Iaſ. in l. Gallus. §. etiam ſi parente. ff. de lib. & poſth. & multa iura in materia feudorum, ad hoc conſiderat Corn. in conſ. 272. in hac poſt prin. quarto vol. & idem Corne. hoc dixit in conſ. 70. non eſt dubium, 2. col. 1. vol.
6 ¶ Immò plus eſt, quòd ſolũ talia verba intelligi debent pro deſcẽdentibus maſculis, excluſis fœminis, quæ regul'r dñr incapaces feudorum. c. 1. §. filia, de ſucc. feu. & c. 1. §. hoc autem, qui feu. dar. poſs. cum multis ſimil. Etenim contra naturã, & conſuetudinem feudi eſt, fœminã ad illud admitti, vt c. 1. §. fin. quid ſit inueſtitura, declarat Iaco. de Ardizo. in ſua ſumma feudorũ, in tit. de ſuc. feu. 2. col. tradit Alex. in conſ. 29. quoniã abunde. 1. vol. & in l. ſed ſi hac. §. libertus. ff. de in ius voc. & de hoc multas rationes adducit Bald. in l. quotiens, 3. col. C. de ſuis & legit. plenè hoc ſcribit D. Marian. Socin. auus meus in conſ. 19. ꝓ deciſ. 1. & 2. col. & plenius Cur. ſenior. in conſ. 49. memoriæ recolendæ, col. 5. & 6. & habetur in conſ. 50. ibi ſequenti, quod fuit Collegij Bonoñ. in 2. col. & in terminis, ꝙ hæredũ appellatione in materia feudali veniant ſolùm deſcendentes maſculi, rectè intuendo probatur in d. §. fin. ſi de feu. conten. ſit inter dom. & agna. in c. 1. §. profectò, de lege Conradi. & in d. §. & ſi clientulus, de alie. feu. & ibi dicunt Doct. & ita declarat Corn. in conſ. 16. aperta frõte, 2. col. 1. vol. vbi ad hoc ꝑdicta iura allegat, & multos Doctores cõcordes, vt per eũ; & tradit ẽt Exc. Deci. in conſ. 208. ad clariorẽ, 3. col. & in conſ. 413. cõſuluit, col. fin.
7 ¶ Quibus ſic ſtantibus; cùm in propoſito ex prædicto Aledramo primo inueſtito, nõ ſuperſit alius deſcẽdens maſculus, & per lineã maſculinã; niſi iſte Illuſt. Marchio Salut. quẽ ex eo ſic đſcẽdiſſe aſſerũt; ſequitur, quòd eiuſmodi feudũ, ſeu Marchionatus, de quo agitur, debet ad ipſum ſpectare per iura prædicta. Radix enim portat feudum ad poſteros ſuos, velut ad palmites ꝓprios, ſicut fons ad riuulos, vt inquit Ang. in conſ. 110. Sanctiſſima, & Illuſtriſſima, 3. col. ver. ex hoc ſequitur.
8 ¶ Et maximè hoc dicendũ videtur, quia,

vltra ius,qđ habet Marchio Salut. ex eo, quòd dicitur deſcendens maſculus,vt ſupra prædicti Aledrami primi inueſtiti: Dicitur etiã habere ius vigore cuiuſdam inueſtituræ,vt aſſeritur,factæ per Albertum Imperatorẽ,in perſonam Manfredi Marchionis Salutiarũ, in ſpecie de iſto Marchionatu Montisferrati iam annis 200.& vltra,tempore,quo quidam Ioannes tunc Marchio Montisferrati deceſſit ſine liberis; in qua inueſtitura(vt dicitur)ſummus Imperator aſſerit per mortẽ dicti Ioannis ſine liberis Marchionatum ad Imperiũ reuerſum, & ita tanquàm de reuerſo inueſtiuit dictum Manfredum, vti agnatũ proximiorem dicti Ioannis ꝓ ſe,& hæredibus ſuis: Quod (vt iam dixi) debet intelligi pro deſcendentibus maſculis;vnde cùm modernus Marchio Salut.ſit deſcendens maſculus,& per virilẽ ſexum prædicti Manfredi videtur, quòd etiam per hanc rationem, & vigore talis inueſtituræ dicatur ad huiuſmodi Marchionatum admittendus, & omnibus pferendus,maximè prędictæ Illuſt.Ducifſæ,quæ velut fœmina,ad feudi ſucceſſionem non eſt admittenda per iam dicta.

9 ¶ Nec contra iſtum Marchionem Salut. videtur obſtare,ſi dicatur,ꝙ ex prędictis inueſtituris,ei non poteſt dici ius quæſitum; tum quia non erat in rerum natura, nec de eo facta fuit mentio in dictis inueſtituris; tum & maximè,quia longiſſimo gradu diſtat à pdictis Aledramo,& Manfredo,attento quòd in feudis ſucceſſio nõ dicitur protendi vltra ſeptimum gradũ, ut videtur text.in c.1.§.1.de ſucceſ.feud. cũ ſimil.vt tradit Ang.Aret.in §.fi.1.col. ver.ſđ in iure feudali,inſtit.de ſuc. cogn.

10 ¶ Quoniã reſpondetur ad primũ, quòd immò de eo in genere facta fuit mentio in verbis illis,& habet intelligendo primò de deſcendentibus maſculis,vt ſupra eſt dictum. Eſt enim ipſe(vt aſſerit)de đſcendentibus maſculis,& Mãfredi,& Aledrami,& licèt non eſſet tempore inueſtiturarum in rerũ natura; hoc nihil obſtat,quia pater,auus,proauus, & alij maiores ſtipulando poſsũt acquirere ius deſcendentibus naſcituris,etiam poſt eorũ mortem,vt voluerunt Bal.Ang. & Alex. in l.quod dicitur.ff.de verb.oblig.vt per Alexan.ibi col.9.ver.itẽ addit hic Ang. in quantũ Bal.&c.& volunt Dñi de Rota loquentes in feudis in deciſ.249.ſi per habentem poteſtatem in nouis. Nec de hoc videtur dubitandum; cùm in iure detur feudũ antiquũ,quando ſcilicet plures ex linea ſuperiori eius, apud quẽ eſt feudum,in eo præceſſerunt ſupra quartũ gradum,vt declarat Alua.in prælud. feu. in ſexta diſcordia,& in c.1.§. hoc quoq; in 5.not.de ſuc.feu.Alex.in conſ.29. Ponderatis his,3.col.ver.& ꝑ prædicta 5.vol. & Iaſ.in prælud.feu.mihi,col.27.ver. tertia diuiſio: Si enim vltra quartum gradũ protendere feudũ per lineam deſcendẽtem,vt in quinto,ſexto, & ſeptimo clarẽ conſtat,quòd nõ poterant eſſe nati in tã remoto gradu: & ſic concluditur, quòd naſcituris,& concipiendis poſt eorũ mortem,poſſunt ſuperiores noſtri per ſtipulationẽ,& inueſtituras ab eis receptas nobis acquirere feudum; Et ita videtur acquiſitũ ius in propoſito noſtro iſti Illuſt. Marchioni Salut. per prædictos Aledramum,& Manfredũ ſuos maiores; licèt ſit natus,& conceptus poſt eorũ mortẽ longo interuallo: Ex quo(vt aſſerit)eſt de đſcendentibus maſculis,vt ſupra eſt dictũ; Et quòd in feudis veniant etiã concepti poſt mortem primi acquirentis; firmat Deci.in rub.C.de ſuc.edict. poſt prin.

¶ Ad ſm̃ verò videtur reſponderi poſſe:

¶ Primò,ꝙ quo ad Manfredum iſte modernus Marchio Salut. non diſtat vltra ſeptimum gradum,nec contrarium probatur; nec enim ex curſu tẽporis à morte dicti Manfredi,veroſimile eſt iam cucurriſſe ſeptimam generationem.

11 ¶ Secundò poſito,quòd ſit vltra ſeptimũ gradum reſpectu Manfredi; prout in veritate eſt,reſpectu Aledrami: Reſpondet cõpræhendendo vtrũq; ꝙ immò in feudis ſucceditur vſq; in infinitum; ſaltẽ ꝑ deſcendẽtes inueſtiti,vt videtur probari in c.1.poſt ptin.de natu.ſuc.feu.in c.1. ſi vaſal.feu.priue.cui deferatur,& in c.1. §. hoc quoque, de iјs, qui feu.da.poſ. & ibi doc.no.maximè Mar Laudeñ. qui idem

concludit

concludit etiam in collateralibus, declarando tñ, vt per eum ibi. Et maximè hoc
12 videtur verũ in caſu noſtro; cùm ſimus in Illuſtriſs. Comitibus, & Baronibus, inter quos ſucceſſio admittitur, etiam ſi cẽteſimo gradu diſtarẽt; prout poſt Bal. & Alua. ab eo relatos cõcludit Deci. in cõſ. 85. & diligenter pro tenui 3. col. & in l. certũ, 3. col. ver. quarto fallit. C. vnde legit. Cùm igitur iſte Modernus Marchio Salut. (vt aſſeritur) ſit deſcendens prædictorum Aledrami, & Mãfredi, & ſit perſona Illuſtriſſima, in quocunque gradu reperiatur, videtur debeat ad huiuſmodi feudum, & Marchionatum admitti.

¶ Nec præterea videtur pdicto Marchioni obſtare, ſi dicatur, quòd ius quod aſſerit, quæſitũ ſuis maioribus, iã ſupra 200. annos dicatur extinctum, & ab eis amiſſum propter eorũ negligẽtiam, & propter inueſtituras, & poſſeſſionem continuam Illuſt. Paleologorum, vt ſic dicatur inducta legittima præſcriptio in fauorẽ Paleologorum poſſidentium cõtra Marchiones Salutiarum.

13 ¶ Quoniã ad iſta videtur poſſe reſpõderi, quòd contra eũ allegari non pñt. Ipſe, enim vti deſcẽdens maſculus, & per virilẽ ſexum prædictorũ Aledrami, & Manfredi, dr natus cum ſuo iure, nam, cũ vigore prædictarum inueſtiturarũ, ei dicatur quæſitum ius, non videtur poſſe dici q̃ſitum, anteq̃ natus fuerit. Sed ab eius natiuitate videtur ei ius quæſitum, in quo iure factũ, aut negligentia ſuorum maiorũ ſibi non videtur poſſe præiudicare, cũ illud dicatur habere ex ſtipulatione ſuorũ antiquorum; & ex gratia, & prouiſione Imperatoris. Eſt enim tritiſſima regula in iure, quòd in feudis acquiſitis per ſuos antiquos, qui poſt eos veniunt, non pñt alijs eorum ſucceſſionibus præiudicare renunciando, aut quid faciendo, vt voluerunt Dy. Angel. Pau. de Caſt. & alij Doct. in l. apud Iulianum, alias incip. idẽ Iulianus, §. ſi quis alicui, ff. de leg. 1. & tradit Alexan. in conſ. 107. in cauſa Nicolai, poſt princ. 4. vol. ¶ Et ſi factum ante-
14 ceſſorũ iſtius Marchionis Salut. puta renunciatio, vel alia pactio ſibi nunc ex ſuo iure venienti obeſſe non poſſet; minus videtur, quòd noceat eorum neglig ẽtia; iuxtà no. per Bal. in c. 1. §. quid ergo, de inueſtitura, de re aliena facta.

15 ¶ Nec videtur obſtare, quòd Illuſt. Paleologi fuerint poſt Theodorum primũ inueſtitum ſucceſſiuè de tempore in tempus per diuerſos Imperatores inueſtiti de iſto Marchionatu Montisferrati.

¶ Quoniã illud non potuit fieri in præiudiciũ illorum Marchionum Salu. quibus de tempore in tẽpus, ſm̃ quòd naſcebantur, ius quærebatur ex prædictis inueſtituris de Aledramo, & Mãfredo factis vſque ad Marchionẽ Salut. vt ſic dici poſſe videatur inueſtituras factas de Paleologis, ei non præiudicaſſe, ſicut nec etiã ipſius anteceſſoribus præiudicaſse videntur. Imperator enim nõ poteſt aliũ de feudo inueſtiendo auferre ius vaſallis quæſitum ex antiquis inueſtituris ſine eorum culpa, & in aliũ nouiter inueſtitum trãsferre; ar. l. reſcripta, & l. quoties. C. de preci. Impe. offe. vt tradit Iac. Aluar. in c. 1. §. notandũ, 2. col. ver. ex qua. glo. inferũtur duo, de ijs qui feu. dar. poſ. Et hoc etiã põ glo. fi. vbi dixerat Bal. & videtur text. vbi Doct. tradũt in c. 1. de feud. ſine culpa nõ
16 amit. Decet enim beneficium primo loco à Principe conceſsum permanere, &
17 nõ tolli. c. dcet, de reg. iur. lib. 6. Alioquin Princeps diceretur venire contra promiſſiones, & obligationes per eum, vel eius anteceſſores factas in antiqua inueſtitura; quod non videtur ei permiſsum, iuxtà l. digna vox, & quæ ibi tradũtur. C. de legi. & iuxtà tradita per Bal. in c. 1. in princ. de nat. feu. nam, vt ibi inquit Bald. licèt Devs ſummo Imperatori ſubiecerit leges; non tñ ſubiecit contractus, ex quib9 obligatur; quod etiã voluit Bal. in l. Prin-
18 ceps. ff. de legi. Et ad propoſitũ noſtrum dixit vnũ verbũ Fely. in c. quæ in Eccl'arum mihi, col. 21. uer. demum, in hoc ſecundo mẽbro, de conſtit. ubi pro clàro p̃ſupponit Principẽ non poſse auferre uaſallo utile dñium feudi, ſine cauſa iuſta; cùm illud habeat uaſallus rõne contractus: Et idem plenius dixit in eo. c. col. 24. uer. limita ſecundò &c. & tradit Iaſ. in

quodam eius conſ. incip. circa primum conſultationis artic. 3. col. uer. quartò facit, & uet. ſeq. quod reperitur inter cōſilia Alber. Bru. n. 8. & tradit Cur. iunior. in tract. feu. in ſecunda parte prin. in 12. q. & ad hoc plura cumulari poſſent, quæ gratia breuitatis omitto.

19 ¶ Et præſertim hoc dicēdū uidetur, quia in inueſtitutis factis de Illuſt. Paleologis tā in prima, q̄ in alijs nulla fit mentio de agnatis illius Ioannis vltimi Marchio. de domo Saxoniæ; quibus videbatᵘ ius queſitum ex antiquis inueſtituris, & qui ſine eorū culpa, & ſine cauſæ cognitione priuari non poterāt, talibus enim agnatis, & ſic in propoſito Marchionibus Salut. non videtur aliquo modo præiudicatum per prædictas inueſtituras; quia non ſic creditur voluiſſe Imperator. arg. c. ſuper eo. de offic. deleg. & l. 2. §. ſi quis à Principe, & §. merito. ff. ne quid in loc. publ. & ita per iſta iura, & quædam alia, determinat Pau. de Caſt. in conſ. 158. viſo; & examinato puncto ſuper eo &c. 2. col. ver. ſed vltra prædicta, quod ſm̄ nouam impreſſionem reperitur nu. 46. 2. vol. idem voluit Alex. in conſ. 3. Ex ijs, quæ in themate, 2. col. ver. quarto accedit, 5. vol.

¶ Et ſimiliter etiam dicēdum videtur de inueſtitura nouiter facta p̄ Inuictiſs. Imperatorem Carolum quintum de Illuſtr. Duciſſa, & Duce Mantuæ, vt ſcilicet prędictum Salutiarum Marchioni non præiudicet per prædicta.

20 ¶ Et maximè, quia, cùm illud feudum ſit antiquum, non potuit Imperator facere grām fœminę in præiudicium agnatorū, ut magis communiter concludunt Doct. in c. 1. quemadmodum feu. ad fil. perti. ut tradit Cur. ſenior. in conſ. 49. memoria repetens, col. antepen. uer. ſcrupulum, p̄ aliquos moueri uidetur, & Cur. iunior. in tract. feu. in tertia parte princ. 2. col. uer. ſecundò adde circa utrāq; limitationem.

¶ Et demum contra prædictū Marchionem Salutiarum non uidetur obſtare aliqua præſcriptio; quoniā uidetur, quòd reſponderi poſſit pluribus modis.

21 ¶ Et primò, quia in feudis non uidetur, ꝙ currat aliqua præſcriptio; Nam ſicut in feudis prohibetur alienatio, vt in c. 1. ꝑ totū, de prohib. alie. feu. per Lotharium, & de prohib. alie. feu. per Fede. cū ſimil. Sic etiā videtur ꝓhibita vſucapio, ſeu p̄ſcriptio per regulā, l. alienationis verbū. ff. de ver. ſig. & pro hoc videtur text. clarus, in c. 1. §. præterea; ibi nulla obſtante præſcriptione, de capit. Conradi. & in d. c. 1. de prohi. alie. feu. per Fede. poſt prin. ibi nullius temporis præſcriptione impediente &c. Et cùm in dictis iuribus verba p̄ſcriptionē impedientia ſint gn̄alia, videtur ꝙ nedū longa præſcriptio 10. vel 20. annorum reijciatur, ſed etiam longiſſima 30. vel 40. annorum, vel alia quælibet.

22 Cùm enim vniuerſaliter nullā admittant, videtur oēs reijcere, iuxtà illud, qui omne dicit, nihil excludit. l. cū quidā. §. in tacito. ff. de vſur. & c. ſi Romanorū, circa medium, 19. diſtin. cum vulgar. & iſtam opin. tenuit Py. prout refert, & videtᵘ ſequi Iac. de Ardizo. in ſua ſumma feu. ſub rubr. vtrū præſcriptione acquiratur feudū, quæ eſt vlt. rub. primæ par. & dicit And. de Iſer. in d. c. 1. §. præterea, de capĩs Conradi. in verſ. alij approbāt &c. quod iſta opin. videtur vera, ut per eum, qui idem uoluit in d. c. 1. de prohib. alie. per Federicū, refert, & ſequitur patruˢ, & Dn̄s meus Soci. in conſ. 86. in cauſa cōitatis, 3. col. uerſ. tertio, & ultimo; & tradit Cur. iunior. in trac. feu. in 4. prin. part. col. 28. uer. prima ergo prĩcipalis erit regula.

23 ¶ Et attento, ꝙ lex ſimpl̄r reſiſtere uidetᵘ præſcriptioni feudorū, uidetur quòd ſit ſublata etiā illa, de cuius initio memoria non exiſtit, ut ſic in propoſito nr̄o nō obſtet eſſe lapſum tempus annorum 200. ut uoluit Abb. in c. ſuper eo. 1. not. de Parrochi. & in c. cùm ex officij. 3. no. de præſcrip. ubi Fely. tangit in 1. not. qui etiam idem dixit in c. accedentes, 5. col. uer. fallit tertio eo. tit.

24 ¶ Vel ſecundò reſponderi poteſt; poſito, quòd aliqua præſcriptio in feudis currere poſſit; quia reſpondetᵘ, ꝙ in caſu iſto non uidetur cucurriſſe ex eo, quia aſſeritᵘ ꝙ Theodorus primus ex domo Paleologa, uiolēter & armata manu occupauit Marchionatū Mōtisferrati; & ita ui, & armis

reiecit

reiecit tunc Manfredum de domo Salut. à dicto Marchionatu. Qui (vt aſſeritur) de nouo fuerat p Albertum Imperatorẽ inueſtitus: propter quod dicit ipſe Theodorus mala fide incepiſſe poſſidere, & ideo non potuit aliquo tẽpore præſcribere; iuxta tex. in c. fin. de pręſcrip. & in c. 2. de regu. iur. lib. 6. Et attenta ipſius mala
25 fide, & violentia pdicta, ſequi videtur, ꝙ ei non poteſt dici aliquod ius acquiſitum ex aliqua inueſtitura, quæ poſtea de eo facta fuiſſet per Imperatorẽ, vt voluit glo. fi. in l. fi. C. de fun. patrim. & ſcribentes, lib. 11. prout illam glo. refert, & ſequitur Saly. in l. fi. C. ne rei domi. vel tem. vbi in terminis dicit Salyc. ꝙ qui occupat loca aliena, & poſtea facit ſe de dictis bonis inueſtiri, nihil agit, ſed loca illa ſunt priori inueſtito reſtituẽda; & idẽ dixit Bar. in l. 3. C. vnde vi. vbi omnes ſequuntur Bar.

26 ¶ Et ſine dubio hoc procedere in caſu iſto videtur, cùm non ageretur de præiudicio Imperatoris, qui inueſtiturã fecit; ſed illorum de Salutijs, vt voluit Salyc. in d. l. 3. & tradit Barba. in conſ. 55. Clementiſſimum. 2. col. ver. facit quod voluit, &c. quarto volum.

27 ¶ Et quemadmodũ ipſe Theodorus primus poſſeſſor propter eius aſſertam occupationẽ, & malam fidẽ non potuit aliquo tempore præſcribere; Ita etiam nec alij eius poſteri, & hæredes potuerunt pſcribere; iuxtà l. cũ hæres, cũ ibi traditis p Doct. ff. de diuer. & temp. præſcrip. tradũt Doct. in l. Pomponius. §. cùm quis. ff. de acquir. poſ. cum ſimil. vt per Alex. in cõſ. 51. Videtur p deciſione, 3. col. 5. vol. & in conſ. 11. Ex ijs, quæ, 2. col. 6. uol.

28 ¶ Et procedere hoc videtur, etiã ſi hæredes, & ſucceſſores prædicti Theodori, voluiſſent ex perſona eorũ propria incipere præſcriptionẽ. Prout certè iſto caſu dicendũ eſt propter temporis longitudinem. Nam nec tunc uidentur audiendi, quoniã hæres quilibet tenetur exonerare conſcientiã defuncti, quod certè nõ dr facere rem retinendo, & volendo pręſcribere. ita per hanc rõnem, & quędam alia fundamẽta poſt Ant. de But. firmat Abb. in conſ. 3. Nitar in pręſenti, mihi col. 3.

in 14. & in 16. q. 2. vol. Et ita cõiter teneri, aſſerit Io. Franc. Balb. in ſuo vtili tract. præſcriptionum, in 2. parte, 3. partis prin. in 12. q. 5. uer. Cõis opinio eſt cõtra Dyn.

29 ¶ Præterea, cùm per aſſertã violentã occupationem dicti Marchionatus factam per ipſum Theodorũ, Marchionatus ipſe fuerit affectus vitio reali; ſequitur ꝙ nullo unquam tẽpore, nec per aliquos ſucceſſores, etiã bona fide tenentes potuit pręſcribi, niſi reale vitiũ fuerit purgatum, ut in d. §. furtiuæ, inſtit. de vſucap. & ibi tradunt Doc. maximè Aret. & in l. ſequitur. §. ſi tu. vi me. & ibi per Doct. ff. de vſucap. & eſt caſus, & ibi Doc. omnes tradunt in l. vitia. C. de acquir. poſ. & tradit Io. Fran. Balb. in d. 12. q. 1. col.

¶ Vel & tertiò poſito, quòd prædicta non procederent, videtur rñderi poſſe, quòd ex alio non uidetur pręſcriptionem potuiſſe currere, maximè ad præiudicium moderni Marchionis Salutiarum.

30 ¶ Nam, cùm ius ad iſtum Marchionatũ (ſi quod habere poteſt) dicat adeptum pprio iure, poſt quàm fuit in rerum natura ex gratia, & conceſſione Principis, vt ſic dicatur natus cũ iure ſuo; prout ſupra dictum fuit. Sequitur, ꝙ contra eum p prius non poteſt dici præſcriptionem aliquam præcurriſſe; cùm ille agere prius nunquã potuerit, ut eſt notũ. Et regula eſt, quòd non valenti agere, nõ currit præſcriptio. l. 1. in fi. C. de annal. except. cum ſimil. Et dato, quòd contra ſuos maiores poſſet dici aliquo tẽpore præſcriptum; tamen exceptio talis præſcriptionis non uidetur, ꝙ iſto moderno Marchioni Saluti. poſſit opponi; put voluit Præpo. in c. 1. §. quid ergo, col. fi. uerſ. extra glo. de inueſti. de re alie. fac. dicens, quòd ita etiam tenet ibi And. de Iſern. & ita etiam videtur velle Aluar. in c. 1. §. hoc quoque, col. pen. uer. ſed vtrum contra eos, de ſucceſ. feu.

¶ Præſcriptio ergo (ſi quę fuerit cõtra aliquos in feudo) non poteſt obeſſe naſcituris, quibus ex grã, & prouiſione concedentis tunc ius quæretur, quãdo naſcentur. Et ſic in propoſito nulla pręſcriptio videt allegãda iſti moderno Marchioni. Si enim illi non potuiſſet pręiudicare

pactio

pactio aliqua ſuorum maiorũ; non prçiu-
dicabit etiam præſcriptio contra eos de-
curſa,ut voluit Bal.in d.§.quid ergo.
31 ¶ Demum,& quartò rñderi poteſt. Nã
eſto,quòd etiam contra dictũ Marchio-
nem modernum poſſit dici prçſcriptio-
nem cucurriſse, attenta temporũ longi-
tudine: tamen adhuc videtur, ꝙ ille ſit
audiendus petens in integrum reſtitui
aduerſus præſcriptionem ex capite iuſtæ
ignorantiæ ſuæ, ex clauſula illa gñali, ſi
qua mihi iuſta cauſa videbitur,de qua in
l.1.& per tot.ff.ex quib.cau. maior. Cùm
enim ille ſucceſserit in ius alterius pro-
babilis,uidetur ignorantia ſua; ſi dicat ſe
ſemper ignoraſse ſuos anteceſsores, vi-
delicet illos Aledramum, & Manfredũ
fuiſse de dicto feudo Montisferrati inue-
ſtitos; prout nunc reperit.l.qui in alteri⁹.
ff.de regu.iur.& c.cùm quis in ius.eo.tit.
lib.6.In facto enim alieno tolerabilis eſt
ignorantia.l.fin.ff.pro ſuo. & ꝙ aduerſus
prçſcriptionem etiã longiſſimi temporis
dari debeat reſtitutio in integrũ ex cau-
ſa prædicta,uel ſimili voluit Bart.in l.1.§.
ſi quis autẽ.ff.de itin.actuq; pri.cum con-
cor. quæ ponit Roma. in conſ. 166. Viſo
diligenter col.pen.uer.ultimo,uidendũ,
& Alex.in cõſ.169.Viſo themate, col. fi.
uer.nõ obſt.quòd aduerſus,2.uol. ubi ſe-
quendo iſtam opin.aſseriteam eſse com
munem,qui idẽ voluit in conſ. 116. Per-
ſpectis ponderariſq; 1.col.5.uol. & uidet
in iſtam opin.inclinare Fely.in c.vigilan
ti,2.col.uer.& primò niſi decurſa, & etiã
in 4.col.uer.caue etiam, dũ ſupra &c. de
prçſcript.dicens,quòd ita tenent Abb. &
Imo.per eum ibi relati. Nec huic ſolutio-
ni,ſeu reſponſioni uidetur obſtare, ſi di-
catur ꝙ talis in integ.reſtitutio peti debe-
32 bat ante lapſum quadriennij, a die cau-
ſatç lçſionis per prçſcriptionem, iuxtà l.
fi.C.de temp.in integ.reſt.& c.1.de reſti.
in integ.lib.6.Quoniã uidetur poſse rñ-
deri, quòd licet iſtud quadriennium ſit
continuũ in eius curſu,tamẽ in ſui initio
dicitur vtile,ut ſic non incipiat currere,
niſi à die ſcientiæ,& nunq̃ dicitur curre-
re ignoranti,ut voluit ſignanter Bal. in l.
3.C.ſi ex fal.inſtru.& Card.in cle.1.25.q.
de reſti.in integ. tradit Alexan. in conſ.
71.videtur prima facie.col.fi.ver. nõ ob.
1.uol.in d.conſ.116.ver.non obſtat,& a-
libi ſæpe,& Deci.in conſ.313.in caſu oc-
currenti, 3. col. ver. non obſt. & dicunt
Doct.prædicti,ꝙ ſi iuſtè ignorans ſtaret ꝑ
100.ãnos,ſemper poſſet in integrum re-
ſtitui,computato quadriennio à tempore
ſciçntiæ,vt per eos; unde, cùm iſte mo-
dernus Marchio Salut.aſſerat nouiter ſe
iura ſua nouiſſe,& non ſit adhuc poſt ta-
lem ſcientiam lapſum quadriennium:
ſequitur,quòd durat tempus petendæ re-
ſtitutionis in integrum.
¶ Sic igitur ex oĩbus iam dictis videtur,
ꝙ iſte Marchio Salut. vigore antiquarũ
inueſtiturarum de prædictis Aledramo,
& Manfredo factarũ, tanq̃ eorum deſcẽ-
dens maſculus, & per lineã maſculinam
debet præferri, non obſtante noua inue-
ſtitura facta de Illuſt. Duce, & Duciſſa
Mantuæ; quoniam ut ſupra dictum fuit;
per eam non potuit Imperator præiudi-
care illis, quibus ex antiquis inueſtituris
erat ius quæſitum.
33 ¶ Nec ei quicq̃ videntur obeſſe multæ
inueſtituræ factç de Paleologis, de tem-
pore in tẽpus poſt dictum Theodorum;
quia quicquid in eis dicatur eſſe, non vi-
dent attendendæ, quatenus ex illis præ-
iudicaretur antiquis inueſtituris,aut per-
ſonis,quibus ex ius poſſet dici quæſitum,
quia ſemper in feudis prima radix,& pri-
mũ principium, & ſic prima inueſtitura
attẽditur,vt per Bal.in c.1.uerſ.ſed ſtatim
oppo.de eo,qui ſibi,& hære.ſuis. Nec po
teſt dñus mutare in præiudicium prædi-
ctorum,ut ꝑ Bal,in l.1.col. pen. uer. quid
ſi dñus emphyteoſim.C.quando non pe-
ten.par. & plenè concludit idem Bal. per
multas rationes in conſil.216. proponi-
tur quòd inueſtituræ antiquæ.1.col. uer.
in contrarium facit,& 3. col. uer. aduer-
tè hic iacet,2.uol.
34 ¶ Præterea ubi ꝑdicta non in totum pa-
trocinarentur prædicto moderno Mar-
chioni Salut. uidetur ꝙ poſſit fundari ex
çquitate.l.1.§.permittit.ff.de aqua quoti.
& eſti.ſecundum ꝙ ibi tradit Bart. & alij
ſequuntur, dum vult ꝑ illum text.quòd

mortuo vaſallo,& ſic finito feudo, p generationem agnatus maſculus poteſt petere,vt de tali feudo inueſtiatur, & ei fieret iniuria, ſi denegaretur: Vnde hoc attento,videtur dici poſſe,quòd iſti Marchiones Salutiarum vſq; ad tempus, quo deceſſit ille Ioannes Marchio Montisferrati ſine liberis,potuerũt petere ſe de di-
35 cto feudo inueſtiri. Et hoc ius tranſmiſerunt in ſuos poſteros maſculos vſq; ad iſtum modernũ Marchionẽ, vel ſaltem,ꝗ hodie poſt mortẽ Illuſt.Ioan. Georgij ſine liberis poſſit ex propria perſona, tanq̃ deſcendens maſculus,& per lineam maſculinam primi inueſtiti, petere ſe inueſtiri ex æquitate d.§.permittitur.

36 ¶ Et ſi contra omnia prædicta ad excluſionem iſtius moderni Marchionis Salut.opponatur, quòd in caſu iſto non ſumus in conceſſione feudali, attenta prima inueſtitura,facta de dicto Aledramo, ſed ſumus in mera,pura,& libera donatione; Nam in dicta inueſtitura omnia trãsferuntur, nihilo reſeruato, & dicitur concedimus,donamus, atque elargimur &c. cum ampliſſima poteſtate vendendi,mutandi,alienandi, & omnia alia faciendi pro animi arbitrio, per quæ verba non dicitur fieri conceſſio feudalis, ſed potius libera donatio; prout voluit Oldr. in conſ.159. Ex præſenti themate in reſolutione primi dubij, Paul. de Caſt. in conſ.161. in præſenti cauſa,col.fi.& Deci.in conſ.208. ad clariorem, 2. col. ver. poſtremò aduertendum, cum ſimili. de quibus infra dicam: Hoc enim poſito,videtur quòd fœmina, & deſcendens per eam ſemper potuerit admitti; nec Marchionibus Salutiarum aliquod ius videtur fuiſſe delatum.

37 ¶ Videtur, quòd poſſit reſponderi, tuendo iura dicti moderni Marchionis. Et primò videtur,quòd immò poſſit dici feudum; attento, quòd in dicta conceſſione fit mentio de fidelitate ipſius Aledrami. Nam licèt fidelitas capi poſſit multiplici reſpectu;tamen per excellentiam dicitur in feudis, & propter talem excellentiam feudum ſic denominatur à fide ſecundum Bal.in prælud.feu. 3. col. in ver. ſecundo quæro; & Iac. Aluar.ibidem,4.vel 5. col. ver.quare aũt appelletur feudum: Cùm ergo de fidelitate in dicta conceſſione fiat mentio,per excellentiam;intelligendum vř reſpectu feudi, arg. §. ſed quties,inſtit.de iure nat. & ita vř arguere Abb. in cõſ.82. quamq̃ in his dubijs, 3. col.ver. inſuper præſupponitur, 1.vol.

38 ¶ Secundò poſito,ꝗ conceſſio facta Aledramo non fuerit feudalis,ſed libera donatio, videtur poſſe dici, quòd tunc iſte Marchionatus Montisferrati pertineat ad hunc modernum Marchionem Salutiarũ,vigore quarundam fraternitatum, & conuentionum, quas ille aſſerit olim initas fuiſſe inter Marchiones Salutiarũ eius anteceſſores, & antiquos Marchiones Montisferrati,quibus fraternitatibus (vt aſſerit) cauebatur; ꝗ hinc inde deficientibus maſculis ex vna parte,ꝗ altera pars, ideſt eius maſculi ſuccederent, & fœminæ nõ excluderent. Nã,ſi ab Ottone Imperatore facta cõceſſio Aledramo fuit donatio ſimplex; prædictę fraternitates, tanquã ſuper bonis liberis factę valere đbent,præſertim cũ prædicti Illuſt. Marchiones conuenientes,vt ſupra in ſuis terris haberent vim imperij,& legis cõdendæ facultatem,vt voluit Bar. in conſ.72. Ex facto proponitur quòd nobiles viri.& alias inquit Salyc.& ſequunt alij in l. pe. C.de dona.inter virũ,& vxo. quòd cõtractus celebratus per eum, qui poteſt legẽ condere, dicuntur habere vim legis; & ibi Riminal.in apoſtil. ad Saly. no. illud pro contractibus baronum.

39 ¶ Vel & tertiò reſpõdet alio modo, quia licèt cõceſſio ab Ottone facta,fuerit ſimplex donatio,tñ quicquid de ea ſit dicendum,videtur,quòd ſufficiat,quòd poſtea conceſſio facta Manfredo fuerit feudalis; prout verè talis fuit, vt aſſeritur conſtare ex eius lectura. Nam,ſi feudum fuit ab ipſo Mãfredo infra,ſapere debet naturam feudi;& ideo cõueniẽter oĩa,quæ ſupra dicta ſunt in fauorem moderni Marchionis Salut.videnť de iure procedere.

¶ Hæc ſunt,quę primo aſpectu videntur arguere ipſum in prędicto Marchionatu Montisferrati præferendum eſſe.

SED tamen his non obſtantibus,diligentiùs cōſideratis omnibus,quæ in propoſito caſu ſunt conſideranda:contrariam opinionem de iure veriſſimam arbitror,& eam intrepidè amplector:videlicet,quòd D. Margarita Illuſt. Ducilla Mantuæ, atq; etiam Illuſt. Dux vir eius potiora iura habent,& omninò præferri debent in Marchionatu,de quo agitur, excluſo pœnitùs prædicto moderno Salut. Marchione Illuſt.

¶ Et pro huius concluſionis veritate euidentiùs demonſtranda, de duobus ptincipaliter tractandum eſt; & ſic duo tempora veniunt conſideranda.

¶ Primò enim videbim⁹,quid iuris eſſet, ſi adhuc Illuſt.Ioan.Georg. vltimus Marchio de domo Paleologa viueret.

¶ Secundò videbimus,quid iuris ſit hodie, eo iam mortuo, conſideratis omnibus,quæ in facto præſupponuntur.

¶ Circa primum arbitror Illuſt. Franc. modernum Marchionem Salut. nullum ius prætendere potuiſſe ſuper Marchionatu iſto Montisferrati. Qīn veriſſimum arbitror Illuſt.Marchiones de domo Paleologa iuſtiſſimè habuiſſe,& tenuiſſe Marchionatum prædictum,& præſertim Illuſt.Gulielmum Bonifacium eius filiū, & Ioan.Georg.fratrem Gulielmi;qui nouiſſimè Marchionatum prædictum tenuerunt,vnum poſt alium. Nam,cū auctoritate,conſenſu,& ordine Sereñ. Imperatorum,& per eorū legittimas, & ſolemnes inueſtituras tenuerint, & poſſederint dictum Marchionatum; prout ex inueſtituris de tēpore in tempus factis, apparet ſatis clarè; ſequit̃ quòd iuſtè poſſederint.arg.l.iuſtè poſſidet, cū materia. ff.de acqui.poſ. Inueſtitura enim eſt iuſtus,& ordinatus modus,quo quis feudū, & ius eius acquirat, vt in cap.1. in fin. de feu.cog. & in c.1.quibus mod.feud. conſtit.pot. cum multis ſim.

41 ¶ Et,vt veritas clariùs oſtendi poſſit, in ꝓpoſito ſic concludendū puto;videlicet, quòd vſq; ab initio Illuſt.Theodorus Paleologus,& poſt eū Io.eius filius,& alij ſe quētes,verū i⁹ in dicto Marchionatu, ſeu dñiū habuerūt;vel ſaltē,ꝙ attentis lōgiſſima poſſeſ.titulis,& bona fide ius plenū ſit q̄ſitū per longiſſimā pręſcriptionē prędictis Paleologis; ſaltē illis vltimis Marchio.Montisferrati; videlicet Illuſt. Gulielmo,Bonifacio,& Io.Georg. prædictis.

¶ Et cùm iſta concluſio habeat duas partes,ſuper vtraque diſtinctè procedendo, inſiſtendum duxi.

¶ Prima ergo pars;videlicet quod ius,& dñium prædicti Marchionatus vſque ab initio fuerit quæſitum Illuſt.Paleologis;

42 ¶ Probatur, Primò per antiquas inueſtituras de ipſis factas;incipiēdo ab inueſtitura de Illuſt.Theodoro primo inueſtito ex Paleologis; & ſequēdo poſtea vſq; ad vltimos; & maximè per inueſtiturā de Illuſt.Ioāne filio dicti Theodori, factam ꝑ Carolū quartū; in quę multū plenè,& cū ampliſſimis clauſulis prædictus Ioann. in iure dicti Marchionatus confirmatur. Et eidem etiā,ſi ſit opus,de nouo conceditꝰ; & in ſpecie declaratur,ꝙ habere,& poſſidere debeat;& ita eidē conceduntur oīa, & ſingula loca,quæ ď iure habere,& poſſidere deberent nati,& deſcendentes ex prædicto Aledramo primo Marchione Montisferrati. Et hoc, quia ex eo dicitur dictus Ioan.deſcendiſſe;& inter alia etiā poſita eſt cla, non obſtantibus aliquibus gratijs,priuilegijs,& cōceſſionibus,inueſtituris, ſeu confirmationibus gn̄alibus, vel ſpecialibus quibuſcunq; factis, vel faciendis,cōceſſis,vel concedēdis, &c. EX certa ſciētia,& de plenitudine ptātis; per quā clauſulam, euidentiſſima voluntas Imperatoris apparet,quod ipſi Ioan. plenū ius quæratur, & cuicunq; alteri auferatur,cui voluntati ſtandū eſt. Nemo .n.

43 Imperatori poteſt dicere: Cur ita feciſti, ſecundū Bal.in proē.feu.col.12. ſicur etiā de Papa dicitur,vt per Spe.in tit.dē lega. §.nunc oſtendendū,ver.89.dixit Pet. de Ancha.in conſ.373.reuocatur in dubiū, 2.col.cum concor.vt per Iaſ.in l. reſcripta,in prin.C.de praeci. Imper.offeren. Et ſicut prædicto Illuſtr. Ioan. poſt patrem eius Theodorum pleno iure acquiſitus fuit dictus Marchionatus Montisferrati, cum ſuis omnibus iuribus per predictas inueſtituras; ita etiam, & ſuis deſcendentibus

dētibus vſq; ad Illuſt: Ioan. Georg. nuper
per defunctum per multas alias inueſti-
turas præcedentium confirmatiuas, vt ex
eis conſtare poteſt. Nam, ut ſupra dictū
eſt, ius, & dominium in feudis per inue-
ſtituram acquiritur.
¶ Et certe hoc dicitur ſatis expeditum in
iure, nec habebit difficultatem aliquam;
ſi ea, quæ ſupra in contrarium adducta
ſunt tollentur; prout verè, & iuridicè tol
lentur, vt in ra patebit.
44 ¶ Secundò iſta prima pars concluſionis
ꝓbaẽ, quia mř ꝑdĉti Theodori, videlicet
Illuſt. Dña Violantes, & poſt eam ipſe
Theodorus iure cōmuni ad ſucceſſionē
dicti Marchion. admiſſi fuerunt, tan-
quàm proximiores Ioanni, tunc nuper
defuncto ſine liberis, & ſine fratribus.
¶ Extabant enim ſolū prædicta Dña Vio-
lantes, ſoror eius vtriq; coniuncta, & Vio-
lantis filius Theodorus; ad quos bona, &
hæreditas dicti Ioannis pertinere debe-
bant, nedum ab inteſtato, tanq̃ ad proxi-
miores, iuxta auten. ceſſante. C. de leg.
hære. & in corpore; vnde ſumitur, ſed et
ex teſtamēto ipſius Ioan. qui eos ſibi ſuc-
ceſſores ordinauit; & ita obſeruatū fuit,
prout, & debuit. Nam, ſi conſideramus
conceſſionē factam prædicto Aledramo
per Ottonem Imperatorē, dicemus, quòd
prædictus Marchionatus non fuit illi da-
tus in feudū, ſed dicit de eo facta ſimplex
donatio, & libera ꝑter ampliſſima illa
verba concedimus, donam⁹, & largimur,
45 cū ampliſſima poteſtate &c. vt ſup. dice-
bam, iuxta conſiliū Oldra. 159. cum alijs
ſupra alleg. & vltra ea, idem voluit Albe.
de Roſa. in rub. C. de dona. ubi diſputat
ad partes. Et tandem concludit non eſſe
feudū, ſequendo opinionem Oldr. quod
etiā firmat Alexa. in conſ. 24. ponderatis
ijs, quæ in themate. 4. col. ver. nec dicat,
ꝙ fœminæ non ſuccedant, 5. uol. & Deci.
in conſ. 32. & pro tenui. 1. col. uer. nō ob-
ſtat ergo, & in conſ. 269. conſultus ab Il-
luſt. 1. col. poſt prin. & conſ. 309. quoniā
ex facto ius oritur. 4. col. ver. In eadem
prima inueſtitura.
46 ¶ Et licet qñ in conceſſione, in qua ſunt
verba donationem importātia, & eſſent
etiā verba importantia feudū; puta quia
dictum eſſet, ꝙ in feudum cōceditur, vel
quid ſimile, prout fuit in caſu Oldra. poſ-
ſet de eius deciſione dubitari, prout du-
bitat Iaſ. in prælud. feu. mihi, in 7. col. ver.
ſi quis tamē vellet in prædicta quæſtione
&c. & Cu. iunior. in trac. feu. in 1. parte;
in 6. q. 3. col. ver. ſecundū requiſitum, &
tradit Deci. in conſ. 193. & pro tenui. 3.
col. uer. non obſtat ſupra allegata in con-
trarium; Tamen in caſu nr̃o ceſſat omnis
dubitatio, quia in prædicta cōceſſione fa-
cta Aledramo nulla ſunt verba de feudo;
ſed bene ſunt clara verba donationē im-
portantia, vt illa, donamus, atq; largimur
47 &c. Et illa, per huius noſtræ donationis
48 auctoritatem &c. Et liberam donationē
etiam importāt illa verba poſita in dicta
49 conceſſione, videlicet: Vt ſicut hucuſq;
Regni noſtri dñio ſubmiſſæ ſunt, ita am-
modo in antea prædicti Aledrami Mar-
chionis dñio ſubdātur &c. Volunt enim
iſta verba, ſi rectè ponderentur, ꝙ dicaẽ
trāſlatum dominiū directum; prout erat
apud Imperatorem concedentem; quia
50 verba illa, ſicut, & ita, ſimilitudinē im-
portant. l. ſicut. C. de repu. here. & l. ſicut.
C. de act. & oblig. & in c. fi. de reſti. ſpo. &
ibi Ant. de But. in 4. no. per illum tex. di-
cit, quòd dictio, ſicut, importat omnimo-
dam ſimilitudinem, & in ſubmiſſa, & in
qualitate; & maximè hoc eſt dicendum;
quia generalr̃ donauit Imperator quic-
51 quid ibidem hactenus ad ius regni perti-
nuiſſet. Si quicquid ergo, & dominiū di-
52 rectū: Cùm, qui vniuerſaliter loquitur,
& omne dicit, nihil excludat. l. Iulianus,
in prin. ff. de leg. 3. cum ſimil. Vnde ſi di-
rectū dominium dicit tranſlatū, non po-
teſt dici conceſſio feudalis, per quam ſo-
lùm vtile dñium tranſit directo reſerua-
to ipſi concedenti. c. 1. ubi no. de inueſti.
de re alie. fac. & c. 1. ſi de feu. fuer. contro.
inter dom. & ali. cum ſimili. Sic ergo ſe-
quitur, quòd fuit in caſu noſtro ſimplex,
& libera donatio.
53 ¶ Quod etiam colligitur ex eo, ꝙ in di-
cta conceſſione data fuit ꝑdicto Aledra-
mo, & ſuis hæredibus poteſtas tenendi &
uendendi, mutandi, alienādi, pro animi-

 iudi-

iudicandi,& quicquid eorum decreuerit animus faciendi &c.quod eſt contra naturam feudi,quod per vaſallum vēdi,aut aliter alienari non poteſt, nec pro anima iudicari, vt in c.1. de alie. feu. in c. 1. §. donare.quaſi olim feu.alie. po. in c.1. de prohib.alie.feu.per Lothariū,& in c.1.§. 1.de prohi.alie.feu.per Federicū;& vbiq; Doct.dicunt, & eſt ſatis notum.

54 Nec huic opinioni obſtat,ꝙ in dicta conceſſione conſideretur fidelitas dicti Aledrami,prout ſupra in cōtrarium in fauorem moderni Saluciarū Marchionis arguebam. Quoniam reſpōdetur, & de facili,quòd fidelitas non conſideratur, vt promiſſa,& præſtanda occaſione recepti beneficij per prędictā conceſſionem,quā ſolent vaſalli dn̄is ſuis in receptione feudi promittere,de qua fidelitate loquunt allegata in contrariū; ſed conſideratur fidelitas per prius p̄ſtita per ipſum Aledramum Imperatori tanq̄ alias ſubditū, & deuotum,& ipſa fidelitas iam ipſi Imperatori præſtita,& quæ continuè pręſtabatur per Aledramū, inter cętera induxit Imperatorē ad faciendam donationē prædictam, vt ex ſerie prædictę conceſſionis apertè colligitur,& ita in ſimili reſpondet Pau.de Caſt.in d.conſ.161.col.fi. ver.nec obſt. ꝙ appellat eum fidelē &c. ¶ Et ad prædicta multum faciunt tradita per Dec.in conſ.413.Conſuluit accuratè per totum,vbi cōſuluit eſſe donationem liberam,& non feudū,ex eo,quòd de donatione fiebat mentio in verbis diſpoſitiuis etiam,quod in caſu ſuo eſſet facta q̄dam reſeruatio fidelitatis, vt per eum: Fortius ergo in caſu noſtro ita dici d̄bet; cùm nulla fiat reſeruatio, nec aliqua fidelitas promittatur, aut conſideretur occaſione prædictæ conceſſionis.

55 ¶ Poſita ergo iſta concluſione pro vera (prout veriſſima vr̄)quòd cōceſſio illa nō fuerit feudalis,ſed libera donatio; ſequit quòd in dicto Marchionatu,& alijs bonis ſic donatis p̄dicta Dn̄a Violantes ſoror illius Ioannis ſine liberis defuncti, non obſtante ſexu fœmineo,vel ipſa volente,Illuſt.Theodorus eius filius, (p̄ut caſus accidit,)potuit,& debuit ſuccedere per dictam autem ceſſante.C.de leg.hære. & ita voluit Ang.in cōſ.242.ſuper puncto primo.in fi.diſtinguens inter feuda, à quib⁹ repelluntur fœminæ,& etiā ex eis deſcendentes,& alia bona,in quibus ipſæ fœminæ,vel earū filij,ſicut maſculi admittuntur; & ita etiā concludit Pau.de Ca. in d. cōſ.161.Alex.in d.conſ.24.& Deci. in d. conſ.32.in conſ.218.390.& 413.p̄alleg.

56 ¶ Si igitur prædicto Theodoro hereditario iure fuit prædictus Marchion.acquiſitus, & eodem iure poſtea in Paleologos trāſlatus fuit, ſequitur,quòd ipſi ſemper, & vſque ab initio dicuntur habuiſſe plenum ius, & dominiū eiuſdem Marchionatus, prout continet prima pars concluſionis ſupra præpoſitæ.

57 ¶ Et præterea dato, quòd aliquo modo, vel reſpectu illa conceſſio poſſet dici feudalis, ſeu in aliquo de feudo participare diceretur,tamen quia fuit facta per viam donationis,cum plena libertate, vt ſupra eſt dictum,dici poteſt, quòd fuit feudum non habens naturā feudi,iuxtà rubrum, & nigrum,de feu. non habēte propriam feu.natu.ſed dr̄ habuiſſe naturā allodialium; prout voluit patruus, & Dn̄s meus Soci.in conſ.252. viſis inſtrumentis, col. pen.ver. ſed præmiſſis non obſtantibus.

58 Vnde ſequitur, quòd in dicta conceſſione,ſeu in bonis in ea donatis, nō ſuccedit ſecundū conſuetudines feudorū,ſed potius ſecundū ius cōmune; prout idē Soci. in d.conſ.declarat,col.fi.ver. quinto confirmatur,& per conſequens in propoſito caſu,attento iure cōi, ſequitur,quòd prędicto Ioanni tunc ſine liberis defūcto,ſoror eius Dn̄a Violantes,aut filius eius, ea recuſante;iuridicè ſucceſſiſſe dicit, & ita ei,& omnibus ſucceſſoribus dicitur fuiſſe acquiſitū ius,& dn̄ium Marchionatus,
59 de quo agitur. Nec fuit nouum tunc ſucceſſionē fieri non ſecundū iura feudorū, ſed iure communi,tanquàm de bonis nō ſubiectis regulis feudalib⁹; qm̄ (vt audio) Illuſt. Bonifacius March. Montisferrati abauus prædicti Ioannis, cùm haberet ēt Regnum Theſſaliæ,teſtatus fuit, & Demetrio primo filio Regnū illud reliquit; Gulielmo verò alteri filio reliquit Marchionatum

chionatum

chionatum Montisferrati; & voluntas,& diſpoſitio eius ſm̃ iuris cõmunis ordinẽ fuit obſeruata,quod non eueniſſet, ſi iura feudorũ fuiſſent obſeruata, cùm in eis nulla diſpoſitio teſtatoris valere poſſit,vt eſt text.in c.1.in princ.de feu. ſuc.& ibi Doct.no.maximè Bal. Alua. & Præpo. & ꝑ regula gñali tradit hoc D.Bapt.de ſancto Blaſio,in ſuo tract.feu.in 30.dñia, poſuit Bal.in conſ.351.in bonis feudalibus, in prin.1.vol.Fulg.in conſ.32.ex facto ꝓponitur,1.col.Dñus meus Soci.in d.conſ. 252. 2.col.& Abb.in conſ.3.Nitar in præſenti in tertio dubio,vol.2.cũ multis cõcor.qui allegari poſſent.

¶ Nec ita tenendo,quod ſcilicet non fuerit conceſſio feudalis,ſaltem quo ad effectũ ſucceſſionis obſtabunt conuentiones & fraternitates allegatæ in contrarium.

60 ¶ Primò,quia negatur. Secundò, quia ſi fuerunt de inuicem ſuccedendo; videtur ꝙ non valuerint, tanq̃ auferentes liberã teſtamenti factionem contra bonos mores,iuxtà l.ſtipulatio hoc modo cõcepta; cũ ijs,quæ ibi tradunt Doct.ff. de verb.oblig.& ita videt᷑ de intentione Bar.in cõſ. 72.in contrarium alleg. dum dicit, quòd in caſu ſuo valuit conuẽtio, quia non auferebat liberam teſtamenti factionem.

61 ¶ Tertiò ẽt reſpondetur,poſito,ꝙ valuiſſet,quia eis,ſeu iuri ex eis prouenienti dicitur præſcriptum per tempus annorum 200.& vltra,prout infra de hac præſcriptione plenè dicetur. Per talem enim temporis curſum dicitur acquiſitus poſſidenti iuſtus titulus,vt modò dicam.

62 ¶ Deinde, & tertiò illa prima pars concluſionis probatur,ſiue velis,quòd fuerit donatio libera,ſiue etiã,quòd fuerit conceſſio feudalis. Nam attẽto, quòd Illuſt. Paleologi iam per annos ſupra 200.& ſic per tempus longiſſimum, & cuius initij memoria non exiſtit,ſemper pacificè, & bona fide toto ferè Chriſtiano orbe ſciẽte,& patiente tenuerunt, & poſſederunt iſtum Marchionatum; & in eo de tẽpore in tps à Sereñ.Imperatoribus,qui pro tẽpore fuerunt,habuerunt legittimam confirmationem;videtur omnino inferendũ, quòd iuſtiſſimè illum vſque ab initio adepti fuerunt. Pro actibus enim antiquiſſimo tpe factis,& qui diu perſeuerauerũt, præſumitur iuſtitia: Et quòd facti fuerũt interuenientibus omnibus ad eorum validitatem requiſitis,arg.l.ſi filiusfam.C.de peti.hære.& l.qui in aliena. §.ſed & ſi nõ adierit.ff.de acqui.hære.& vtrobiq; Doc. tradunt,maximè Bart.Aret.& Iaſ. in d.§. ſed & ſi nõ adierit,& Saly.in d.l.ſi filius, qui defert,vbi,ꝙ ſi electus diu poſſedit, ſciente eo,ad quẽ ſpectat confirmatio, ꝑſupponitur poſſeſſionem eius habuiſſe iuſtum initium,quod etiã dixit Ant.de Bu. in c.ea noſcitur,col.fi.ver.ſi verò non eſt recens; de ijs,quæ fiunt à præla. dum cõcludit, quòd ĩ actu,qui habeat in ſe quaſi poſſeſſionẽ,& non ſit recẽs iuſtitia, & ſolennitas requiſita indiſtinctè præſupponitur. Et ſi illud eſt in dictis caſibus ſolùm ex longa poſſeſſione,puta 30. vel 40. annorũ,& vbi de ſuperioris auctoritate non conſtabat; quantomagìs hoc erit dicendum in caſu iſto, in quo de Imperatorijs conceſſionib⁹ cõſtat: Et tẽpus eſt decurſum annorũ 200.& vltra,& ſic tm̃; cuius initij memoria non exiſtit: cùm per tale tempus iuſtus titulus,& priuilegiũ omnino validũ præſumatur.l.hoc iure.§.duct⁹ aquæ.vbi per Doct.ff.de aqua.quoti.& æſti.& c.ſuper quibuſdam.ver.præterea,de ver.ſig.& ibi Abb.multum no.illum tex. & tradit Bal.in l.ſi quis ad declinandam, col.12.ver.ſecunda quæſtio,C. de Epiſc. & cle.Concludens,quòd non ſoluẽs quartam canonicam per ſpacium tanti tpis, cuius initij memoria non eſt,præſumitur iuſtè id feciſſe, & hẽre priuilegium non ſoluendi,vt per eũ,quem refert, & ſequit᷑ Cur.iunior.in conſ.20.Præſupponitur in facto,2.col.poſt tract.feu.facit etiam pulchra deciſio Barb.in conſ.41.illud afferã in medium,col.8.ver.quinimmo plus vr̃, 1.vol.Dicit enim,quòd qui per tantũ temporis,cuius initij non extat memoria, exercuerunt merum,& mixtũ Imperium ĩ aliquo loco; præſumuntur in eo priuilegium,& iuſtũ titulum habuiſſe,& alleg. d.§.duct⁹ aquæ,& d.ver.præterea.& alia; vt per eum,quòd certè multum ſeruit ad propoſitum: Cùm iſti Paleologi per tale

tempus

tempus merũ,& mixtum Imperiũ exercuerint,& omnẽ iuriſdictionem; & mediante tali exercitio,& poſſeſſione per tẽpus immemorabile poterant Paleologi allegare iuſtum titulũ; prout videtur concludere Fely.in c. accedentes, 5. col. ver.poſt hæc,de præſcrip.& talis allegatio ſufficere,vt ibi per eum.

63 ¶ Concludendũ eſt igitur in propoſito, Illuſt.Paleologos iuſte ſemper iſtũ Marchionatum tenuiſſe,& poſſediſſe, ſaltem præſumptione iuris, & maximè propter imperiales conceſſiones,& inueſtituras, totiens,& per varios Imperatores factas,

64 & iteratas. Nunq̃ enim Maieſt.Imperialis pręſumitur facere actũ iniuſtum,& inualidũ ſm̃ Innoc.in c. quæ in Eccl'arum, de conſtit.& ibi Abb.in 5.col.dicit,quòd adeo pro Principe, & eius actu præſumitur,vt non admittatur probatio in cõtrarium,de quo tñ ibi eſt videndũ, & quòd actus Principis præſumatur iuſtus,& validus; tradit Bart.in l.relegati.ff.de pen. Bal.in pręlud.feu.col.9.ver. aliquis, ſed pauca,cũ multis concor.vt per Iaſ.in l. ſi teſtamentũ.C.de teſta.& per Alber.Bru. in conſ.1.circa primum artic.2.col.in fi. & tradit Illuſt.Doct.Ioan.Campeg.aliquã præceptor meus in quodã conſ.incip. Viſo themate.3.col. impreſſo inter conſilia Alber.Bru.n.2.& præſertim quãdo actus Principis, vt conceſſiones, & priuilegia fuerint firmi,& obſeruati per annos 40, quia tunc debent poſtea tanq̃ iuſtiſſimi, perpetuò obſeruari, vt voluit Bal.in l. cõperit in vltimis verbis. C. de pręſcrip.30. annor. Fortius ergo ita dicendum eſt in caſu noſtro,in quo imperiales conceſſiones ſemper firmæ, & obſeruatę fuerunt per annos ſupra ducentos.

¶ Et ex his iuridicè (vt puto) & multiplici capite conſtat veriſſimam eſſe primã partem concluſionis ſuprapoſitæ, quòd ſolũ abſque vlteriori diſcuſſione ſufficeret ad excluſionem Illuſt.Marchion.Salut.

65 ¶ Secunda vero pars concluſionis prędictæ, videlicet, quòd plenum ius ſit quæſitũ per legittimã præſcriptionem, ſaltem illis vltimis Marchionibus Montisferrati; poſito,quòd ab initio eorũ antiquioribus quæſitum non fuerit, licèt falſiſſimũ ſit, vt ſupra eſt oñſum; Probatur manifeſtè, quia cùm interuenerit longiſſima, & continuata poſſeſſione, cũ iuſto titulo, & bonã fide, negari non poteſt præſcriptionem ſecutã eſſe per iura vulgaria, vt declarãt Bar.& alij, in l.celſus, ff.de vſuc.

¶ De poſſeſſione enim non eſt dubitandum; cùm palam,& publicę fuerit nedũ 30. aut 40. anno. quæ fortaſſe ſufficeret, ſed etiam ducentenaria,& vltra.

¶ Titulus verò iuſtus, probatur per conceſſiones,& inueſtituras Imperiales multiplicatas, ſeu confirmatas ab omnibus Imperatoribus,qui per prædictum tempus regnauerunt.

¶ Bona autẽ fides in caſu noſtro põt dici notoria; & pręſumitur ex poſſeſſione tam longiſſima,& ex titulo: Immò ſolet dici, quòd regul'r bonafides pręſumit' in quolibet poſſidente per l.pe.C.de euic. etiã ſi titulus non eſſet verus, ſed putatiuus, vt declarat Bar.in d.l.celſus mihi; in 4.col. verſ.requirit' etiam bona fides; & cũ Bar. tranſiuerunt Doct.maximè inſignis doctor dñs Franc.Balb.in d.l.Celſus, 30.col.ver. ſecunda concluſio; & vr̃ hoc probari in c.cum olim,& in c. auditis, de præſcript. put iſta iura põderat Barba. ita firmãdo, in conſ.41.illud afferam in medium, 10. col.ver.& ſi quiſpiã opponat, 1.vol.

¶ Et procedit iſta concluſio, vt ſcilicet Illuſt.Paleologi plenũ ius quæſierint, vbi alias non habuiſſent per legittimam pręſcriptionem: Nedũ ſi velimus Marchionatum iſtũ,& iura eius fuiſſe per eos habitum,& poſſeſſum; tanq̃ bona libera,& allodialia, de quo nulla eſſet dubitatio; ſed etiã, ſi velimus, quòd tenuerint, tanquàm feudũ; ſi quidem etiã feuda pręſcribũtur, vt feuda, reſpectu vtilis dñij, nõ ſolùm aduerſus dñm directum, vt eſt tex. in c.1, §. ſi quis per triginta annos, ſi de feu. cõten. ſit inter do.& agna. & ibi plenè tradunt Doct. ponentes quæ requirantur ad talẽ pręſcriptionem,& quõ ille tex. debeat intelligi; ſuper quo nõ inſiſto, quia de hoc non diſputatur in caſu noſtro. Verũ etiã contra alios quoſcunq; qui ex aliqua cã prætenderẽt ſe habere illiuſmodi feudũ,

& eſſe

& eſſe vaſallos dñi directi; prout voluit glo.in ver.principaliter, in c. ad audientiam, de præſcript. quam ſequuntur ibi Ioan. And. Abb.& alijs magis communiter, vt ibi per Fely.6.col. & ſeq. ver. dum autem Abb.poſt multa &c.

¶ Et licet ſecundũ Abb.ibi iſta cõcluſio procedat; ſiue dñs directus ſciuerit, ſiue etiam ignorauerit: Tamen,quia quando ignorauit,aliqui tenent contrariũ; ſuper quo non inſiſto;cùm in caſu noſtro ſim⁹ in ſciente,vt infra dicam; ꝓ nunc firmetur concluſio pro veriſſima, ſaltem in primo capite; quando ſcilicet dñus directus ſciret;præſcribitur enim tunc per poſſeſſorem res feudalis,quo ad vtile dominiũ aduerſus eum,qui erat vaſallus; & iſtam opinionem firmat ẽt Roma.in conſ.166. uiſa diligentèr,3.col.ver.præmiſſis, tamẽ non refragantibus. idem voluit Signo.in conſ.10.in qõne vertentè,in fi. ver. præterea filius. & Alexan.ſi rectè ponderet, in conſ.118. in cauſa,& lite vertente, 4. col.& in conſ. 169. uiſo themate, 2. col. 2.uol.quod etiã audactèr firmat Cur.multos allegando in cõſ.82.Deus prius,1.col. in fi.cum ſeq.quod etiã firmat,& ut commune dictũ,ſequitur Io.Fran. Balb. in d. tract.præſcript.in 4.parte quartæ partis, prin.in 10.q.principali,uer.ſecundo quęro; ſimiliter tanq̃ communẽ dictum, firmat regulariter præſcriptionem prędictã fieri ſpacio 30.annorum,vt per eum, qui dicit,ꝙ ita voluerũt Bal. Alua.& Præpoſ. poſt glo.ibi in c.1.§. præterea, de capitu. Conrad.& dixit Deci.in conſ.266.ad excluſionem,pen.col.in fi. quod etiam voluerunt Doc.in d.c.ad audientiam, & alijs ſupra allegatis licèt aliqui ex his ſint, qui dicant ſufficere longum tempus decem,vel viginti annorum.

¶ His ſic ſtantibus,in caſu noſtro ſequit̃ clara,& indubitata concluſio, quod per ſpacium annorũ ducentorum,& vltra Illuſt. Paleologis, poſito,ꝙ ab initio plenũ ius nõ habuiſſent; quod tamen ſupra eſt denegatum; dicitur per longiſſimam ꝑſcriptionem plenum ius in tali feudo, ſi feudum ſit,& ſic vtile dñium acquiſitum aduerſus Marchiones Salu.& alios quoſcunque tale vtile dñium habere prætendentes; maximè cũ illi ſemper poſſederint,ſcientibus,& patiẽtibus ſummis Imperatoribus dñis directis; quinimmò ipſis ſic ordinantibus,& inueſtientibus ipſos Paleologos,vt ex prædictis conſtat. Et ex eo, quòd fuerunt Paleologi inueſtiti ab Imperatore; non eſt dubitandum eos præſcripſiſſe per ea,quæ dicit Bal.poſt Innoc.per eum allegatũ in l.2.C.de ſerui.in

66 8.q. dum concludit, ꝙ ſi Papa infeudauit,ſeu inueſtiuit aliquem de certo Caſtro,quod erat alterius, ei acquiratur iuſta cauſa præſcribendi aduerſus dñum.

¶ Quãtomagis ergo hoc in caſu noſtro, vbi Imperatores erant dñi directi, debet dici præſcriptum contra iſtos de Salutijs; & ita in ſimili arguit Barba.in d.conſ.41. ver.præterea faciat; & maximè ſic dici debet,attento curſu200.annorũ,&vltra.

67 ¶ Et certè attenta tam longiſſima poſſeſſione temporis; ſcilicet de cuius initio nõ extat memoria,non poſſum nõ admirari quod aliqui (vt audio)credant non fuiſſe præſcriptum omni iuri. Nã, ſi ſecundum communem opinionẽ præſcriptio cucurriſſet ſpatio 30. annorum,vt eſt dictum; & ſm aliquos 40.annorũ,vel vt quibuſdã placuit,ſaltem ſpatio centũ annorũ: cùm ſimus circa res pertinentes ad ſacrũ Ro-

68 manum Imperiũ; Quantomagis eſt dicendũ,quòd omne ius cuicunque fuerit ablatum ſpatio 200.annorum,& vltra;& ſic tanto tẽpore,cuius memoria non exiſtit,per quod omnia præſcribuntur, ſeu

69 acquiruntur, etiã,quæ Principi ſunt reſeruata,& quæ ſolent dici inpræſcriptibilia,vt infra dicetur. Et ex his iuridicè ꝓbata eſt etiam ſecunda pars concluſionis ſuprapoſitæ.

¶ Et ſtante illa concluſione, prout veriſſima eſt in qualibet eius parte; ſequit̃, ꝙ in propoſito non eſt habenda aliqua conſideratio ad tẽpus,quo antiquus ille Ioannes Marchio Montisferrati,& vltimus de domo Saxoniæ,ſine liberis deceſſit, & ꝑ conſequens,quòd nõ poteſt ampliùs cõſiderari,an tunc ius aliquod Illuſt. Marchionibus Salutiarum eſſet quæſitum, & per eos in poſteros tranſlatum vſque in

Illuſt.

Illuſt.Franciſcum modernũ Marchionẽ. Cùm autem nullum eis ius quæſitũ fuerit,aut ſi quis quæſitum,illud amiſerint, & plenũ ius fuerit acquiſitum Illuſt. Paleologis,ſm̃ quòd ſupra deductum fuit.

¶ Nec prædictę concluſioni,aut alicui ex partibus eius aliquo modo obſtant, quæ ĩ contrarium allegata fuerunt in fauorem prædicti moderni Marchionis.

70 ¶ Et in primis, dum ipſe aſſerit ſe eſſe d'ſcendentem per lineã maſculinam præfati Aledrami,hoc abſolutè negatur;nec vnq̃ poterit illud probari,vt mihi aſſeritur. cùm in cõtrarium videatur ſatis clarè probari ex quibuſdam Cronicis iam ꝑ multos annos ſcriptis à viro docto,& nobili,& omni exceptione maiori . Reperitur enim ꝙ ex illo Aledramo,& ex prima eius vxore filia Berengarij Italiæ Regis,natus fuit vnicus filius, nomine Gulielmus, qui viuo adhuc Aledramo ſine prole deceſſit. Ex ſecunda autem vxore filia Ottonis ſecũdi,nati fuerunt duo tm̃ filij maſculi, videlicet Bonifacius,& Gulielmus,Bonifacius vti primogenitus patri ſucceſſit, & paulò poſt ſine prole deceſſit : Et ei Gulielmus frater ſucceſſit, à quo poſtea deſcenderunt Marchiones Montisferrati, vnus poſt alium. Ex ipſo enim Gulielmo natus fuit Bonifacius vnicus filius maſculus,& ex Bonifacio alter Gulielmus,& deinceps alij vſq; ad illum Ioannẽ,qui ſine prole deceſſit. Non autẽ reperitur, ꝙ Illuſt. Marchiones Salut. ex ipſo Aledramo immediatè, vel
71 mediatè deſcenderint; Et prædictis Cronicis,ſeu eorum libro,ſaltem vbi contrariũ non oſtendatur,debet credi, & fides adhiberi etiã in iudicijs; ita ſentit glo. in ver.tranſtulit,in c.venerabilem,de elec. & clarè hoc dixit glo.in ver.magis, in c. inter dilectos, de fide inſtru. & ibi illam glo.not.Abb.in 10.col. uer. nota, glo. in ver.magis ; ita etiam ex Cronicis arguit gloſ. in c. placuit 16. diſtin. vbi etiam ita arguunt Archid.& Gemin. tradunt Bar.& alij in l.1.maximè Iaſ.in 6.col.uer. nota quinto, & Deci. col.6. ver. ſecunda concluſio.ff.ſi cer.pet.eum cõcor. vt ſcribit Fely.in d.c.inter dilectos mihi,col.8. ver.in gloſ.in ver.magis,& in c.ex parte, col.fin.uer. & dum ſupra tactum eſt , de reſcrip. Et vltra eum ſic etiam legitur inter cõſilia Alber.Bru.n.12. patres comederunt,col.15. in fin.

72 ¶ Et licet iſtę Cronicæ non ſint multum antiquæ, tamen videntur ſatis fideles;cũ careant omni ſuſpitione,& eis videt̃ ſtandum, cùm ſint tales, quibus cõmuniter fides adhibita eſt;vel ſi non ita illis ſtari debet,ſaltẽ vt ex illis inducatur pręſumptio eorum,quæ ibi ſcripta ſunt,ut voluit Abb.in c.cũ cauſam,2.col.uer.quandoq; agitur de magno,de proba. & tradit Fely.in d.c.inter dilectos. Et ſic mediãte tali præſumptione, dicetur tranſlatum on' probandi in aſſerentem contrariũ; iuxtà ea , quæ traduntur in l. ſi poſſidetis, per Doc.maximè Saly.C.de proba.cũ vulga.

73 Quamuis in caſu iſto, etiã ſine iſta pręſumptione Illuſt.Marchio Salut.aſſerens ſe deſcẽdiſſe ex prædicto Aledramo per lineam maſculinã illud teneatur legittimè ꝓbare; cùm ſit principale fundamentum ſuæ intentionis.l.veriùs.ff.de proba. & in ſpecie videt̃ probari,in l.1 .ff. eo. dũ ibi dicitur iuncta declaratione gloſ.quòd qui dicit ſe de aliquo gñe,uel agnatione, illud probare debet. Et quia, ut mihi aſſeritur, talis probatio legittime fieri non poterit; non puto ſuper hoc inſiſtendum vlterius. Sed tantũ hoc dicam , ꝙ ſi circa hoc aliqua probatio fieri tẽtetur, quæ nõ ſit concludens, prout aſſeritur concludẽtem fieri non poſſe , ſed videatur facere pręſumptionem aliquã:illa ueniat omninò elidenda per præſumptionem contrariam,ſumptam ex dictisCronicis,tanquã
74 potentiorem; iuxtà l.Diuus. ff. de in integrũ reſti. l.eum qui probabilem; & ibi not.Pau.de Caſt.C.de Epiſc.& cler. & c. tranſmiſſę;& ibi poſt glo. tradit Abbas, qui filij ſint legittimi, & tradit Alex. in conſ.124. quoniam abunde,2.col.6. uol. & in conſ.88. 3.col.7.uol.

¶ Faciũt,q̃ tradunt Bar.Bal. Saly.& Pau. de Caſt.in l.tranſactionẽ.C.de trãſact.

¶ Et hoc ſolùm ſufficit ad excluſionem iſtius moderni Marchionis,ut de ſe notũ eſt: Si enim non probat legittimè,& con

cludenter ſe deſcendiſſe per lineam maſculinam ex ipſo Aledramo; ipſe, aut ſui maiores, tanquam extranei nullũ potuerunt prætẽdere ius ſuper dicto Marchionatu.

75 ¶ Et ſi dicat veniam ſaltem tanquã deſcendens ex Manfredo, quem dicunt inueſtitum poſt mortem illius Ioannis, tanquàm proximiorem agnatum. Reſpondetur primò, quod fortè non probabitur talis deſcendentia; ſed poſito, quòd probetur. Reſpondetur ſecundò, quòd falſum eſt dictum Manfredum fuiſſe ſic inueſtitum, (vt aſſeritur) nec creditur poſſe probari. Et maximè, quia ex aduerſo probatur, aut probari poteſt, quòd ille ex ordinatione prædicti Ioannis remanſit adminiſtrator iſtius Marchionatus; donec ſoror dicti Ioannis, vel eius filius veniret, & perſonaliter interuenit in publico quodam parlamẽto totius ſtatus Montisferrati: in quo fuit concluſum, & deliberatum, quòd prædicta ſoror Violantes, aut filius eius accerſirentur, totumq; ſtatum acciperent, prout de iure ad eos, tanquam proximiores pertinere dicebatur; & prout ipſe Ioannes ſuo teſtamento diſpoſuerat, & ita poſtea factũ fuit. Coadunauit itaq; dictus Manfredus totum ſtatum; fuit præſens prædictæ deliberationi, & illi conſenſit: ergo videtur clarè ſequi, quòd ipſe de tali Marchionatu nõ fuit poſt mor-

76 tem Ioannis inueſtitus. Nulli enim fieret veroſimile, quòd ipſe ordinaret, aut conſentiret talem ſtatũ alteri dari, ſi ipſe de eo fuiſſet inueſtitus: Cũ nemo præſumatur iactare ſuum, l. cũ de indebito. ff. de proba. Vnde quod non eſt veriſimile, dicendũ non eſt. l. nõ eſt veroſimile. ff. quod metus cauſa. c. ſolicitè, de teſti. ſpol. cũ ſimil. Et alias dicitur, quod habet imaginem falſitatis, quod eſt remotũ à veroſimili, vt inquit Bal. in l. 1. C. de ſerui. fug. 3. col. refert, & ſequitur Alex. in conſ. 27. In cauſa & lite, in fi. 2. vol. tradit Iaſ. in l. ſi extraneus, 2. col. ff. de condi. ob cauſam. And. Barb. inter conſilia Laurentij Calcanei n. 26. Clementiſſimi Dei, 2. colu. & Deci. in conſ. 644. Viſo, & perlecto, 2. col. ver. tertia præſumptio.

77 ¶ Vel & tertiò poſito, quod probetur aliquã facta prædicta inueſtitura. Reſpondetur, quòd nunquàm fuit ſortita effectum. Cùm ipſe nunquã fuerit Marchio Montisferrati, nec poſſeſſionem eius, vti Marchio, fuit nunquàm adeptus. Inueſtitura enim illa ſi facta fuit, fuit abuſiua, ideſt abſque poſſeſſione, iuxtà tradita per Bal. Andr. de Iſer. & alios in c. 1. quid ſit inueſtitura. Vera enim, & propria inueſtitura fit per traditionem poſſeſſionis, & per illam acquiritur vtile dñium in feudo: Abuſiua aũt fit in abſentia rei per verba, vel per aliqua ſigna. Et per iſtã poſſeſſio non transfertur, nec aliquod dominium, vt per Docto. in d. c. 1. maximè per Iſern. in prin. in verſ. ſed abuſiuo modo dicitur. allegat. c. pro illorum, de præben. & alia iura, vt per eum; vnde dico, quòd ſi aſſerta inueſtitura facta fuit, debuit eſſe facta in partibus Alemaniæ, vbi Imperator ille Albertus habitabat, nec eſt fama, quod vnquã venerit in Italiã. Fuit ergo inueſtitura abuſiua, & impropria; per quã nec poſſeſſio, nec dñium transfertur. Et ideo in propoſito conſiderãda non eſt; maximè ad annullandas inueſtituras veras, & proprias, quæ de Paleologis factæ fuerunt: ſicut videmus in emptore, cui non tradit res. Nã non põt inualidare venditionẽ factã alteri, ſi ſequuta fuerit traditio. l. quoties cũ materia. C. de rei vend. & ita voluit Bald. in d. c. 1. quid ſit inueſtitura, in 2. col. vbi plus dicit, ſcilicet, quod nec poſſet ille emptor primus impedire, quin alteri tradatur res; & idẽ ſm mẽtẽ Bal. dicendũ eſt de eo, qui abuſiuam ĩueſtiturã habuit in feudo, vt ſcilicet nõ poſſit impedire trãsferri poſſeſſionẽ ĩ aliũ poſtea inueſtitũ, minus ergo trãſlatã poterit ãnullare.

¶ Cõcludo ergo aſſertam inueſtituram poſito, quòd facta probetur, in propoſito nihil obfuiſſe Illuſtriſſimis Paleologis, quin plenũ ius acquiſiuerint ſecundum concluſionem ſupra poſitam.

78 ¶ Et prætereà, aut iſta inueſtitura fuit facta antequàm Illuſt. Theodorus Paleologus acciperet Marchionatum; & tunc Manfredus diceretur ſuo iuri renunciaſſe; cùm poſtea conſenſerit, & ordinauerit, quòd Marchionatus ipſi Theodoro

M daretur;

daretur; aut fuit facta poſtea, ꝓut credo ſi fuit facta, & tunc non potuit ꝑ eam præiudicari ipſi Theodoro, & ſucceſſoribus; cũ iam illis ius eſſet quæſitum, & eſſent in poſſeſſione dicti Marchionatus; vtcunq; tamen ſit, verum eſt aſſertam illã inueſtiturã non nocuiſſe Paleologis, vt dictũ eſt, maximè attentis inueſtituris, poſtea factis, & per ſæcula obſeruatis de deſcendentibus dicti Theodori. Si enim apertũ
79 fuerat feudũ Imperatori (vt aſſeritur) declaratur fuiſſe, & exprimi in inueſtitura, quam dicunt factam de Manfredo; ſequitur quòd poterit Imperator, cui voluerit concedere, & illi aſſertioni ſtandum videtur; cùm eſſet facti alieni, in quo fundabatur intentio Imperatoris in dicta inueſtitura, iuxtà tradita per Corne. in cõſ.
80 259. pro deciſ. 6. col. 1. Et condecentiſſimum fuit, immò ſecundum iuris ordinẽ, quòd ſoror defuncti, vel filius eius, tanq̃ proximiores, & hæredes admitterentur; iuxtà tradita per Bart. in l. 1. §. permittitur. ff. de aqua quoti. & æſti. & ſic ſucceſſiuè eius deſcendentes. Meritò ergo ſequitur, quòd Illuſt. Paleologi, vti iuridicè inueſtiti pleniſſimum ius adepti fuerunt ſuper iſto Marchionatu.

¶ Facit pulchra deciſio Alber. Brũ. in conſ. 65. ſuper caſu, vbi defendit quandã conceſſionem factam filio ſororis vltimi defuncti, prout fuit in caſu iſto.

81 ¶ Nec, vt dixi, aſſerta inueſtitura de Mãfredo facta, dicitur eis obeſſe, quia nõ eſt conſideranda, cùm non fuerit vera, & propria: nec vnquã fuit ſortita effectum aliquem, vt dictum eſt. Immo illi dicitur in effectu poſtea derogatum, & totaliter ius eius extinctum per inueſtituram, per Carolum quartum factam de Ioanne filio Theodori, attenta illa generali clauſula; non obſtantibus in prædictis &c. de qua etiam ſupra memini.

¶ Sed vlteriùs proſequendo; poſito, abſq; tamen præiudicio veritatis, q̃ Illuſtriſs. modernus Marchio Salut. legitimè probaret ſe deſcendiſſe ex prædicto Aledramo per lineam maſculinam; tamen dico quòd nec ipſe, nec ſui maiores aliquod ius habuerunt in iſto Marchionatu; cùm ex conceſſione facta Aledramo non fuiſſet feudũ inductum, ſed ſimplex, ac pura donatio, vel ſaltem feudũ ſapiens naturã donationis: ita vt in eius cõceſſione fuerit procedendum ſecundum iura cõmunia, & non ſecundũ conſuetudines feudorum; & per conſequẽs ſequitur, q̃ poſt mortẽ illius Ioannis ſoror, aut ex ſorore filius, vti ꝓximiores admitti debuerunt; prout etiã admiſſi fuerunt ſm̃ quòd ſup. plenè dictum fuit in ſecunda probatione primæ partis concluſionis ſupra poſitæ.

82 ¶ Ex alio etiam dici poſſet iſtos de Salutijs nullum ius prætendere potuiſſe poſt mortẽ prædicti Ioannis; aut hodie poſſe, quia ſcilicet omnes fuerunt ei coniuncti ſupra decimũ gradum: ſi tñ coniunctio, aut agnatio aliqua probetur; nam ſi dicuntur deſcendiſſe ex Aledramo, oportet, quòd ſint ex alia linea ab illa, per quã deſcenderunt Marchiones Montisferrati: vnde, cùm ille Ioannes, qui ſine liberis deceſſit, ab Aledramo iã decimo gradu diſtaret, Marchiones Salut. qui tunc erant, puta ille Manfredus, diſtabat ab ipſo Ioanne 18. vel 20. gradu, & fortè lõgiori; & iſte modernus Marchio debet omninò diſtare vltra 28. vel 30. gradum; Quo ſtante, videtur concludendũ, quòd nullus ipſorum, maximè iſte modernus, poteſt prætendere ius ſuper dicto Marchionatu; cùm ſucceſſio in feudis nõ videatur concedenda vltra ſeptimum gradũ inter tranſuerſales, etiam quòd oẽs deſcenderint ex primo inueſtito, vt videtur probari in c. 1. §. hoc quoq; de ſuc. feu. & in c. 1. §. hoc quoq; de ijs qui feu. da. poſſ. & quod ibi dicitur vſq; in infinitum, debet intelligi inter deſcendentes, habito reſpectu ad primum inueſtitum, & ad morientem. Quilibet enim deſcendens vltimo morientis, admitti debet, etiam quòd longiſſimo gradu diſtaret à primo inueſtito; per hoc etiam videtur tex. in c. ſatis bñ, in fi. de prohib. alie. feu. per Lotharium à cõtrario ſenſu: Nam, cùm ibi dicatur vſque in infinitum admitti ſucceſſionem; ſi hoc actum fuerit, oſtenditur ſecus eſſe, vbi non expreſsè agatur.

¶ Hãc opi. tenuit Iſer. in c. 1. §. ſi Capitanei,

de

de feu. Marc.& in d.c.1.§.hoc quoque in fi. qui feu.da.poſ. Ioan.Fab.in §.fin.inſti. de ſuc.cog. vbi etiam idem tenet Angel. Aret.1.col.ver.ſed in iure feudali: quod etiã voluit Card. in conſ.64. quòd Dña Nera,2.col.ver.& intelliguntur non tan tum deſcendentes, & fuit opin. antiqui Ioan. Fa.co. vt refert Bal. in d. §. ſi Capitanei.& ibi Bal. dicit in 2. not. quòd ita communiter tenetur; licèt ipſe aliter videatur poſtea concludere.

¶ 'et ita tenẽdo ad tex.in c.1.ſi vaſal. feu. pri.cui defer. in quo videtur probari con traria opinio; poteſt rñderi, ꝗ non loquit de ijs,qui in infinitũ diſtãt ab eo,qui feudo priuatur; ſed ab eo, qui primò fuerat inueſtitus,ſicut ſupra dixi declarando dictũ,c.1.§.hoc quoq; de ijs,qui feu.da.poſ.

¶ Ex hoc tñ ſolo fundamẽto nõ moueret; attento,quòd multi tenent contrarium, vt dixi ſupra in allegatis in contrariũ.Verũ vna cum alijs fundamentis placuit & iſtud adducere; maximè, quia in puncto iuris videntur vera,quæ in eo dicta ſunt.

83 ¶ Præterea,ut veritas concluſionis ſupra poſitæ,vndiq; demonſtretur;poſito, ſine tamen veritatis præiudicio, ꝗ iſte Marchionatus fuiſſet feudum, & quòd Marchiones Salutiarum potuiſſent dici deſcendentes ex Aledramo per maſculinã lineam,& etiam ꝗ ſucceſſio non dicatur reſtricta ad certos gradus; Adhuc tamen dicendum eſt iſtum modernũ Marchionem non eſſe admittendum, ſicut etiam non fuerunt admiſſi anteceſſores eius. Nam, cùm in conceſſione facta Aledramo in certis locis fiat mentio de hæredibus; colligitur, quòd talis conceſſio fuit facta illi pro ſe,& hæredibus: quo ſtante, feudum,ſi feudum fuit,dicit fuiſſe hæreditarium,ut voluit And.de Iſer.ſummus feudiſta in c.1.in prin.an agna.vel fil. Alex.in conſ.19.ſuper eo,de quo quæritur 2.col.5.uol.& cõſ.51.Perſpectis ijs,4.col. ver.& ſaltem procedunt, 4.vol. patruus, & dñs meus Soci.in conſ.10.inter conſilia Bru.Viſa.qõne,4.col.uer. prædicta ꝓbantur:& Cur.iunior.in trac. feu. car. 8. 1.col. uer. quarto,ſub hac prima ſpecie.

¶ Et hoc procedit,ſaltem quo ad hoc, vt qui vult in dictum feudũ ſuccedere, ſit hæres;niſi enim quis ſit hæres,ſuccedere non poteſt; ut voluit Bal.in d.c. 1. 3. col. ver.ex quo collige tres caſus,an agna.vel fil.ubi etiam ita declarat Præpo.in 3.col. voluit Iaſ. in l.2.col.antepen.in prin.C. d iure emphy.iunctis multis præcedentib⁹: & declarat Curt.in d.tract. ea.car. col. 2. & fuit hoc dictum Bart.in l.ut iuſiurandi, §.ſi liberi.ff.de oper.lib.Sed ſic eſt, quòd iſte modernus Marchio non poteſt dici hæres,uel nunꝗ probabit ſe eſſe hæredẽ illius Ioannis ſine liberis defuncti:cùm ei ſucceſſerint ſoror,& eius filius, tanquàm proximiores,vt ſupra eſt dictũ. ergo &c.

84 ¶ Et ſi dicatur ſatis eſſe, quòd probet ſe hæredem Aledrami primi inueſtiti,ſaltẽ mediatè,vt declarat Calder. in conſ. 13. conceſſum eſt in fin.voluit Alex. cõſ.26. Ponderatis ijs,4.col.5.vol. & Alber. Bru. in conſ.18.In cauſa vertente, 4.colu.ver. tertio,quia præſuppoſito,cum multis con cordantibus,qui allegari poſſent.

¶ Reſpondetur, quòd nec iſtud unquã probare poterit,quia ipſi Aledramo ſucceſſerunt Marchiones Montisferrati, & non illi Salutiarum,quatenus ex antiquis monumentis percipitur.

85 ¶ Vlteriùs etiam dicendũ eſt hunc Marchionem Salut. non poſſe admitti; quoniã ſi poſt mortẽ illius Ioannis Marchionibus Salut.aliquod ius potuit dici delatũ ab eo omninò ceciderunt,& ad Imperatorem,vti dñm feudi, fuit reuerſum ꝓpter eorum incuriã,&negligentiam. Quia ſcilicet nõ petierunt ſe de tali Marchionatu inueſtiri infra annum, & diem, ſeu menſem,iuxtà c.1.§.præterea, ſi quis, de prohib.alie.feu.per Federicum, & c.1.in prin.quo tpe miles inueſt.pet.deb.& c.1. in prin.quæ fue.prima.cau. benef.amit.& c.1.in prin.de capit.Conra.cum ſimili,& in omnibus iſtis locis tradunt Doct.

CVM ergo pluries contigerit mors dñi, quia plures deceſſerunt Imperatores, & à nouis Imperatoribus non fuerit petita inueſtitura, nec etiã per ſucceſſores, & hæredes plurium Marchionum Salutiarum infra debitum tempus, ſicut iura prædicta requirunt:

ſequitur, quòd ipſi à iure ſuo ceciderint.

86 ¶ Et licèt illud non ſoleat fieri ipſo iure, ſed per ſententiã, & declarationem dñi: Tamen videtur, quòd in caſu iſto præſumantur omnia facta, quæ fuerunt neceſſaria; attento ꝙ tam longiſſimo tẽpore, ſcilicet ducentum annorũ, & vltra, poſſeſſio iſtius Marchionatus, ex expreſſa Imperatorum conceſſione, fuit apud Illuſt. Paleologos. Ex hoc enim facto declaratur clara mens Cæſarũ, vt voluerint oẽs alios; & ſic etiam Marchiones Salut. dicto Marchionatu Mõtisferrati eſſe priuatos. Voluntas enim nedum verbis, ſed etiam facto demonſtratur. l. paulus reſpondit. ff. rem ratã hab. & l. de quibus. ff. de legi. & eſt gl. in l. reprẽhẽdẽda. C. đ inſtit. & ſubſti. ſub condi. fac. cum ſimilib.

87 ¶ Vltra quod fortè dici poſſet, quòd immo ipſo iure ſit priuatio, vt ſignanter firmat Cal. in conſ. 6. ſub tit. de feudis; an ex incuria, in fi. ſuper quo tamen nihil firmo, quia non eſt neceſſarium.

88 ¶ Et ſi contra iſta dicatur, ꝙ Marchiones Salut. per viam prædictã non videntur poſſe excludi, quia non poſſidebant, & ſic non videtur, quòd fuerint in dolo; ꝓut requiritur, ut iura præalleg. procedant, ſecundũ ꝙ poſt Guil. declarant Bar. Saly. & alij in l. ſolemnibus. C. de rei ven. cum concor. ut per Cur. in tract. feu. mihi car. 35. col. 1. ver. ſeptimo limitanda eſt: & vltra eum ita voluit Alex. in conſ. 92. perſpectis diligenter, in ſi. 6. uol. & Dñs Guido Papa, in q. 165. ſed iuxtà proximè dicta vbi multas allegat.

¶ Videtur, ꝙ reſponderi poſſet, ꝙ licet non poſſiderent: tamen cũ fuerint negligentes tam longiſſimo tempore in petenda dicta poſſeſſione; prout eam petere poterant, ſi ius habebant, debent perinde haberi, ac ſi poſſediſſent.

¶ Quando enim actui ꝑ nos agẽdo, ideo non currit tẽpus, quia ſubeſt aliquod impedimentum: ſi poteramus tale impedimentũ remouere, & in eo fuerimus negligentes, perinde habetur, ac ſi non ſub eſſet aliquod impedimentum, & tempus dicitur currere. ita ſignanter dixit Bart. ĩ l. ſed & ſi per prętorẽ. §. 2. ver. ſed nec ad eos per illum tex. ff. ex quibus cau. mai. & in l. quibus diebus, in prin. vbi etiã patruus, & dñus meus Socin. in 3. not. ff. de condit. & demon. facit glo. in ver. ſuſpenſionis, in c. quia diuerſitatẽ, de conceſ. ꝑben. dum dicit quem non excuſari, allegando impedimentũ, ſi illud remouere potuit, cũ qua glo. tranſeũt communiter Doct. ut per Abb. ibi. circa fi. in ver. in eadem glo. & c. & per Fely. in c. cum inter. 11. col. ver. limita primo, de excep. & idẽ uoluit Deci. in c. cũ ſit Romana, 3. not. & in c. ex rõne, col. pen. uer. tertius caſus, de appel. concludens non dici impeditũ eũ, qui potuit impedimentum remouere, & non fecit, quod etiam idem Deci. dixit in l. 1. circa fi. C. de bon. poſ. ſẽ tab. tradit plura in propoſito Fely. in c. ex tranſmiſſa, de pſcrip. Cùm ergo in caſu iſto Marchiones Salu. ſi ius habuiſſent, potuiſſent poſſeſſionem petere, & feudum vendicare, & non fecerunt, perinde eſſe debet, ac ſi poſſediſſent; & ſic meritò debent dici cecidiſſe à iure ſuo, ſi quod habuiſſent, tam & ſi verè nullum haberent: & ita in ſpecie voluit Calder. in d. conſ. 6. in tit. de feu. in prin. & eũ refert, & ſequitur Præpo. in d. c. 1. quo tempore miles, 1. col. ver. ſed quid ſi hæres feudatarij, qui plures concordantes allegat, ut per eum.

89 ¶ Facit pulchra deciſio Decij in d. c. cũ inter, col. 8. uer. prædicta concluſio. de excep. dum uult, ꝙ tempus currat creditori ad præſcribendam actionẽ hypothecariã contra tertium poſſeſſorem, etiam ꝙ nõ ſit facta excuſſio contra principalem, attento, quòd illam poterat ex arbitrio facere; & ſic impedimentum hypothecariæ prædictæ remouere, & non fecit; ꝓut etiã concludit Io. Fran. Balb. in tract. p ręſcrip. in 4. parte quartæ partis principalis, in 3. q. principali, uer. ſexta concluſio. Et ita alias ego conſului apud Brixiam; & ibi Balbus plura congerit ad propoſitum, quæ uideri poſſunt.

90 ¶ Nõ obſtat etiam concluſioni iam firmatæ, quod dicebatur Marchionem modernum Salutiarũ natum cum iure ſuo, & ei non potuiſſe per alios præiudicari; prout ſupra in contrarium conſiderabat.

Quoniam

¶ Quoniã reſpondetur,ꝙ immò, quo ad
Marchionatũ Montisferrati, nunquã di-
citur habuiſſe ius aliquod, aut cũ aliquo
iure natus. Nam, cùm ius,& dñium eius
fuerit plenè acquiſitũ Illuſt. Paleologis,
vt oñſum eſt, non poterat illud ius apud
alium eſſe, arg.l. ſi vt certo. §. ſi duobus
vehiculum.ff.commo. cum ſimil.
¶ Vnde ſi nunq̃ dicitur ius aliquod ha-
buiſſe,non eſt diſputandum, vtrum ſuo-
rum negligẽtia, vel etiam inueſtitura de
Paleologis per diuerſos Imperatores fa-
cta,potuerit ei p̃iudicare: tametſi in pro-
poſito caſu vtrumq; poſſet dici; attenta
longitudine temporum vt infra dicetur.
¶ Nec obſtant etiam quatuor reſponſio-
nes ſupra datæ contra fundamentum p̃-
ſcriptionis; quodquidem arbitror clarũ,
& indubitatum per iam dicta, & clariùs
apparebit ex infra dicendis.
91 ¶ Nam ad primam reſponſionẽ,dum di-
cebatur,ꝙ in feudis nulla currit præſcri-
ptio,reſpõſio clara eſt; & colligitur ex p̃-
dictis,quia immò,quantum ad propoſitũ
noſtrum currit præſcriptio,& ita eſt cõis
opinio,vt ſupra eſt dictũ. Et iura allegata
in contrarium intelliguntur,vel reſpectu
dñi directi,& eius prǫiudicij; vel reſpectu
præſcriptionis ordinariæ 10.vel 20.anno-
rum; non autem reſpectu longioris præ-
ſcriptionis triginta, uel 40. annorum,
aut maioris,vt per Doct. in dictis iuribus.
¶ Sed eſto,quòd procedant etiam reſpe-
ctu longiſſimǫ præſcriptionis quadragin
ta annorũ: tamen non eſt dubium,quòd
non pñt procedere reſpǫctu centenariæ
p̃ſcriptionis, & illius, cuius initij non ſit
memoria; per eam enim omne ius tollit̃,
& indiſtinctè,& contra quoſcunque, &
omni caſu currit. Sunt enim centum an-
ni longiſſimum tempus vitæ noſtræ, &
omne quod ſub mondiali machina gu-
92 bernatur,tali tẽpore renouatur; prout in-
quit Bal.in l.1.2.col. C. de anna. except.
ſubdens,quòd vbicunq; lege aliqua, ſta-
tuto,uel priuilegio inducitur,vt certis ca-
ſibus nulla obſit, aut opponi poſſit præ-
ſcriptio,ſemper debet intelligi,niſi labã-
tur centum anni,quia præſcriptio cente-
93 naria, tanq̃ ſui natura tollens omne ius,
nunquàm cẽſetur excluſa,& fuit hoc di-
ctũ glo.in ver.nulla,in auten. vt de cęter.
commut.non ſi.propè fin.col.5.vbi Ang.
idem not.idem voluerunt Bal.& Ang.in
l.1.C.ne rei domi.vel temp. & Roma. in
l.1. in fin.ff.de vſuca. ita etiam firmat A-
lex.l.nemo poteſt,col.fi. plures cõcordes
allegando.ff. de leg. 1. Aret. in conſ.15.
Reuerendiſſime pater,col. pen. & fi. A-
lex.conſ.60.obmiſſo multiloquio, in fin.
1.vol.& in conſ.16.in cauſa,& lite,7.col.
5.vol.& latè tradit Fely.vbi multos alleg.
in rub.extra de præſcript.col.fi.ver. con-
ſidera ſecundo &c.ubi clarè concludit,
quod nunquàm dicitur ſublata pręſcrip-
tio centanaria,vel tanti temporis,cuius i-
nitij memoria non exiſtit,vt per eum; &
plenè hoc firmando proſequitur Balb.in
d.tract.præſcrip.in 4.parte quintæ partis
prin.in 9.q.ubi plura ad hoc congerit.
¶ Hinc videmus,ꝙ licet alias contra im-
perium,vel Romanã Eccleſiam nunquã
præſcribantur ea, quæ eis reſeruantur
in ſignum ſpecialis prælationis, & prę-
minentiæ, vt per Io.And.in c.1. de cle. e-
gro. lib.6. tñ ſpatio centum annorũ etiã
talia tollunt̃,vt ſignanter dixit Ang.in d.
l.1.ne rei dom.&c.Et ꝙ regulariter con-
tra Eccſam etiam habentem priuilegiũ,
ꝙ nulla currat præſcriptio, præſcribatur
per curſum centũ annorum, concludit
etiam Aret.in d.conſ.15.col.pen.& Fely.
in d.rub.prope fi.ver.dixit etiam Aret.&
tradit Alex.conſ.24.Põderatis his. 5.col.
ver.alia inſuper, 5.vol.& hoc fuit ſumma
ratione ſtatutum, boni ſcilicet publici,
64 vt aliquãdo ſit finis litiũ; ſintq; certi poſ-
ſeſſores rerum ſuarũ, vt declarat Pet. de
Anch. in conſ.170.principaliter contra
iſtos,1.col.in fi.&2.in prin.vnde ſi ita eſt
in centanaria p̃ſcr.fortius in caſu nr̃o di-
cendum eſt; cùm ſit ducentenaria,& ul-
tra; maximè,quia non poteſt dubitari nõ
eſſe in tam longiſſimo tẽpore, cuius ini-
95 tij memoria non exiſtit. Nã licèt etiam
centenaria præſcriptio dicatur tale tem-
pus habere ſm̃ Cyn.in l.2.10.q.C.de ſer-
ui.& aqua. & Roma.in l.1. in fi. de vſuc.
& dixit Balb.in d.tract.præſcriptio.in 2.
parte tertiæ partis princ.in 6.q.6.col.ver.
quod

quod autem dicatur &c.tamen de ea dubitat Fely.in c.ad audientiam,col.fi. ver. quinto limita,de præſcrip. Sed quicquid de ea ſit, exploratiſſimus eſt tempus, & præſcriptionē ducentum annorum eſſe, cuius initij memoria non exiſtit, vt conſtat ex ijs,quæ Fely.ibi dicit,& ſic ſequitur,vt tam longiſſimo tpe ſit pœnitus ſublatum omne ius contra quemcunque, etiam contra Principem, & etiam quod aliàs eſſet impræſcriptibile. Et hoc quia curſus talis temporis habet vim conceſ-
96 ſionis,& priuilegij,iuſtè, & decenter cōceſſi.l.hoc iure;§.ductus aque. ff.de aqua quot.& æſti.& dixi ſupra in tertia probatione primæ partis conclusionis noſtræ, & vltra iam allegata dixit etiam Alex.in d.conſ.24. 5.vol.loco præalleg. in cōſ. 6. Viſo themate,1.col.1.vol.& in conſ. 35. Viſo themate, 2.col.2.vol.& conſ. 106. Perſpectis,5.col.ver.6. per id.eo. volum. Abb.in conſ.94.uidetur primo,1.col. 1. vol. multa ad hoc alleg. Fely. in c. accedentes,5.& 6.col.de præſcrip. & Balb. in d. tract. in d. ſecunda parte tertiæ partis prin.in 6.q. Idem etiā voluerunt duo inſignes moderni Doc. uidelicet D. Ioan. de Venaſtro, in conſ.25.In cauſa & lite, col.pen.& in conſ.99.ſuper caſu,2.col.& D.Franc.de Ripa.in 2.lib. reſpōſorum,
97 c.4.plura confuſe,3.col. Et adeo potens eſt præſcriptio tanti temporis,cuius initij memoria non ſit,ꝙ non tollitur per clauſulam,non obſtante lapſu tēporis, ſecundum Ioan.And.in c.1.de præſcriptione, lib.6. prout refert,& ſequit' inſignis modernus D.Bartholomeus Caſſan.in conſ. 54.Ex narratis,& contentis,col.14.n.52.
98 ¶ Nec eſt verum,cùm ſimus in caſu, in quo lex gñaliter reſiſtat præſcriptioni; put arguebatur, quia immò illa reperit' cōceſſa vt ex pdictis cōſtat. Et propterea nō eſt opus intrare illā difficultatem, an ſi lex præſcriptioni reſiſtat,tollat etiā illam longiſſimi temporis,cuius initij memoria non exiſtit; quamuis etiam in ea quæſtione licet quidam tenuerint partē affirmatiuam, vt ſupra in contrarium arguebatur,tamen multi tenent negatiuā; eo,ꝙ præſcriptio tanti temporis nunquā dicitur ſublata,vt ex prædictis conſtat,& colligitur ex dictis Balbi in d. 6. q. 4. col. ver.limita hanc concluſionem. Et ſi per curſum temporis prædicti inducitur præſumptio iuſti tituli,& priuilegij, ita vt in contrarium quis non audiatur,etiam ſi d titulo,& bona fide alias non conſtaret; ſimiliter nec de ſcientia dñi,ut per Doct. in locis prædictis; & vltra etiā cōmuniter tradunt Doct.p illū tex.in c.1.de pſcrip. lib.6. & habet' per Fely.in c.ſi diligenti, col.8.ver.nona & ultima, de præſcrip.

¶ Fortiùs hoc erit dicendum in caſu noſtro, vbi vere titul' adeſt ſimiliter,& bona fides: Item & ſcientia ſummorū Imperatorum, ſm quòd ſupra dictum fuit.

99 ¶ Non obſtat ſecunda reſponſio fundata in mala fide Theodori primi Marchionis ex domo Paleologa,& in eius violentia. Qm rñdetur, quòd talis reſponſio nihil facit,quia eſt falſa in facto,& in iure.

¶ Eſt enim omninò falſum dicere, ꝙ Illuſt.Theodorus per vim, & mala fide adeptus fuerit prædictum Marchionatū, aut nunq̄ expulerit illum Manfredum. Quinimmò (vt ſupra dictū eſt) poſſeſſionem eius accepit ipſo Manfredo ſciente, & conſentiente, & vocatus ex partibus Conſtantinopolitanis per publicos Oratores totius ſtatus Montisferrati,& ita nō vi, & armata manu, ut arguebatur; ſed quietè, & pacificè, & omnibus conſentientibus Marchionatum accepit.

¶ Nec etiā ex alio poteſt dici, quòd fuerit ī mala fide; ideſt,quòd habuerit ſciētiam iuris alieni. Nam,cùm ille, & eius mater Dña Violantes eſſent proximiores coniuncti illi Ioāni ſine liberis defuncto, dicebantur ei ſuccedere ab inteſtato; ultra quod etiā ex teſtamento vocabātur.
100 Quo ſtante ſm iuris ordinem debuerūt mitti in poſſeſſionem oīum bonorum, p ipſum Ioannē poſſeſſorē,ēt,ꝙ poſſent eſſe feudalia,per tex.in c.1.§. inter filiam, ſi de feu.fuer. contro.inter dom.& agna. & uoluit gl.1.in fi. in c. 1. de contro. inueſti.inter maſc.& fœm. clarè hoc dixit Ioan.And.in addi.Spec.in tit. de teſtam. §.ſequitur uidere,circa fi. in addi. ſuper uerbo perſonam,in fi.referunt,& ſequūtur

tur Alexan.& Iaſ.in l.fi. C.de edict. diui Adria.tollen.& Deci. in conſ.424. Proponitur,quòd magnifica,3.col. cum con cor.vt alias dixi in conſ.reddito circa poſ ſeſſorium in fauorē Illuſt. Ducis, & Duciſſæ Mantuæ,& vltra ibi allegata, idem voluit Bald.in c.1.1.col.ver.vel dic quarto,de contro. inter maſc. & fœmi. tradit Deci.in conſ.498.Viſo caſu,2.col.ver.& dato,& in conſ.588. Viſo puncto, 2. col. ver. Et prædicta concluſio.

101 ¶ Dico ergo,quòd Theodorus bona fide accepit,credens omninò,& ita pro fir mo hñs,prout erat rei veritas, Marchionatū illū ad ſe ſpectare; vel quia non eſſet feudū,ſeu non regulandum in ſucceſ ſione ſm iura feudorum, prout ſupra dictū fuit,vel ſi eſſet feudū, quia ex multis cauſis poterat ad eum pertinere, vt per Doct.in locis prædictis,& dixi in ſimili in d.conſ. Et maximè videns ſe ſic requiri, & vocari ex conſenſu totius ſtatus, & ex ordine dicti Ioānis,vt ſupra dictum fuit; quæ omnia ſi rectè conſiderentur, pœnitus remouent quamlibet, etiam minimā ſuſpitionem malæ fidei; vltra quod bona fides ſemper præſumitur in poſſidēte, vt dictum fuit. Non ergo poteſt conſiderari vitium in perſona ipſius Theodori,nec ēt poteſt dici res ipſa affecta vitio reali, prout arguebatur. Et propterea ſequitur allegata in contrarium nihil obſtare.

102 ¶ Præterea etiā ſi aliqua ſuſpitio malæ fidei fuiſſet; non eſt verum in iure,quòd obeſſet cōcluſioni ſuprapoſitæ, quia talis mala fides,vel eius ſuſpitio diceretur pur gata per ſpacium triginta annorum. l. fi. & ibi Bar.C.vnde vi.& eſt commune dictū,vt tradit Barba.in ſupra alleg.cōſ.41. 1.vol.col.11.verſ.item aduertēdum, vbi plura ad hoc adducit; & multa congerit Iaſ. in l. clā poſſidere. §. quia ad nundinas,2.vol.ver.octauo nota.ff.de acquir. poſ.in prima lectura,refert,& ſequitur in ſignis modernus D.Barth.Caſſan.in cōſ. 16.Viſo proceſſu,2.col.uer.facit etiam.

¶ Præterea allegata in contrarium non pñt procedere in caſu noſtro propter cōtinuatam,& pacificam poſſeſſionem per

103 annos 200.& vltra. Nam per tale tempus tollitur omne ius,vt eſt dictū. Et hoc puto in propoſito indubitatum, arg.eius quod voluit glo.2.in §. furtiuæ, inſtit.de vſuc.vult enim glo.illa,ꝙ 30. vel 40. annis poſſit præſcribi res vitioſa, quod etiā vult Bar.in l.ſequitur.§.ſi fundū, in fi. ff. de vſuc.& Alex.in l. Pomponius. §. cum quis, ſexta colum. ver. glo. ſuper ver. vitijs.ff.de acquir. poſ. Si igitur 40. annis ſm eos præſcriptio poteſt dari,nō obſtante vitio,& mala fide. Certè ſine dubio id eſt dicēdū per annos 200.& vltra.

104 ¶ Non omitto, ꝙ ex alio res non dicif affecta vitio reali,etiam ſi armis fuiſſet occupata,quia ſcilicet poſſeſſio eiꝰ vacabat, vt eſt text.in §.quod aūt ad eas res,inſtit. de vſucap.& ibi Doct.tradunt,& eſt glo. in l.fi.C.unde vi.quam ibi ſequitur Saly. 2.col.ver.quæro quinto &c.Et eſt magis cōis opin.licèt aliqui aliter dixerint, vt ꝑ Balbum in d.tract.præſcriptionū, car.19. 1.col.ver. ſecunda concluſio,&c.

105 ¶ Præterea,ſi quid malæ fidei in perſona Theodori potuiſſet conſiderari, illud erat ex præſumptione, quia ſcilicet rem vacantem accepit: quo ſtante,ſequitur, quòd talis præſumpta mala fides nō potuit nocere ſuis ſucceſſoribꝰ, quin ex eorum propria perſona potuerint præſcribere; ita voluit Pau.de Caſt.in l.nunꝗ la 2.in prin.ff.de vſuc.& ſequitur Alex. dicens eſſe valde notandū,in d.l.Pōponius, §.cū quis.col.8.uer.vnum addatis, & teneatis menti. ff. de acquiren. poſ. & tradit Balb.in d.tractatu præſcriptionū, car. 20.1.col.in fin.ibi tertio limita.

106 ¶ Et maximè hoc dicendū, quia & Ioannes filius Theodori, & alij ſucceſſores habuerunt titulū à ſummis Imperatoribus,quorū auctoritas cauſauit bonam fidē. Cui ſtandū eſt ad effectū, ut illi pręſcribere potuerint,etiā quòd tunc aliquis fuiſſet rumor, & fama, ꝙ Marchionatus Montisferrati ad alios pertineret; quod tñ omninò negatur; ita voluit ſingulatiter Bal.in c.vigilanti,2.col.verſ.pone audiui per famam,de præſcrip. refert & ſequitur Fely.in c.ſi diligēti,3.col. uer. cōcludit etiam Bal. eodem tit.

107 ¶ Non obſtat etiam tertia rñſio, in qua

uidetur

videť maior difficultas,in qua (ut audio) ſit præcipuum fundamentum pro parte Illuſt. Marchionis Salutiarum, quoniam reſpõdetur. Et licet multa circa hoc dici poſſint, tamen pluribus dimiſſis. Primò dico,quòd non obſtant allegata in contrarium,quoniã(vt iam ſupra dictũ fuit) iſte modernus Marchio Salutiarum non eſt talis,qualem ſe aſſerit. Non enim eſt deſcendens per lineam maſculinam ex illo Aledramo,& hęres eius,prout requiriť,vt admitti poſſet, ꝓut ſupra dictũ fuit. ¶ Secundò etiam reſpondetur,quòd conceſſio facta Aledramo non fuit feudalis, uel ſaltẽ nõ regulanda, quo ad ſucceſſionem ſm iura feudorum; Et propterea nullum ius potuit dici delatum Marchionibus Salut.poſt mortem illius Ioannis, ſꝫ Paleologi, vti proximiores, iure cõmuni ſucceſſerũt,ſecundũ quòd ſup.dictũ fuit. ¶ Vel & tertio rñdetur,& de plano tolliť omnis difficultas;quia dico,quòd allegata in contrariũ; poſito,quòd de iure procederent: procedũt qñ quis præſcriptionem 300.annorũ decurſam contra vnũ, velit allegare contra aliũ; ſed non ſic dicimus:Sed quòd Illuſt.Paleologi poterãt dicere; Nos cũ titulis,& bona fide poſſedimus per tantũ tempus,cuius initij memoria non extat;ꝑpter quod inducituť præſumptio priuilegij, & iuſti tituli. Et ſic in effectu dicũtur pręſcripſiſſe contra eos,& quoſcunq; ſcientes, vel ignorantes,tam natos,q̃ naſcituros. Quoniam(vt ſupra dictũ fuit) per tale tempus tollitur omne ius cuicunq;cõpetẽs,etiã qaliàs nõ eſſet præſcriptibile,& plenum ius acquiritur poſſidenti;per ea,q̃ ſupra dicta fuerunt.Et minor ætas,ſeu nõ exiſtentia alicuius non impedit,ut ſignanter concludit Cur.in d.conſ.82. 3.col. ver. & ſi opponatur: Et notandũ eſt, quòd Curt. ibi loquitur ſolũ de lõgiſſima præſcriptione 40.annorum,ut per eũ. Vnde fortiùs, & & indubitanter illud procedit in caſu noſtrò; attento lapſu 200. annorũ, & ultra. Et hoc etiã, ſi rectè aduertatur, vult Barb.in d.conſ.41.1.uol.per totum. Nã, & ipſe præſupponit Comitem illũ, contra quem concludit in effectu eſſe præſcriptum Caſtrũ, de quo agebatur, non fuiſſe natum ab initio, tempore quo facta fuit conceſſio illis Nobilibus de Farnexio; in quorum fauorem cõcludit longiſſimum illud tps cucurriſſe,eiſq;plenũ ius fuiſſet quæſitum; & ſic in effectu contra quoſcunq; eſſe præſcriptũ, ut per eũ. ¶ Non obſt.modò quarta, & ultima reſponſio; dum dicitur,quòd debet ſaltem dari in integrum reſtitutio aduerſus talem præſcriptionem.

¶ Qm rñdetur id totum, quod in tali rñſione dr negando reſpectu caſus noſtri.

108 ¶ Et primò dico,quòd immò reſtitutio in integ. nullo modo conceditur aduerſus præſcriptionẽ 40.ann.ſecundũ ueriorem, & magìs cõmunem opin. licèt aliqui contrariũ tenuerint; & fundamentũ veriſſimum eſt,quia ſi talis reſtitutio daretur ꝑ illam præſcriptionem, non parareur præſcribenti pleniſſima ſecuritas contra l.omnes,in fi. C. de præſcrip. 30. uel 40.ann. Et ꝑterea moleſtiam, & inquietudinẽ præſcribens pateretur, quod eſſet contra l.fi.C.de fun.patr.lib.11. Ita imprimis tenuit glo.in uer.lapſu temporis,in fi.in cle.1.de reſtitut. in integ. ubi eam uidetur ſequi Imo. dicens, quòd cũ glo.concordant Bernar.Inno. & Philip. in c.auditis,de reſti.in integ. Hanc opin. in fortioribus terminis tenent Bal.in l.1. 24.opp. C.qui admit.Rapha.Cuma.in l. cum filiusfamilias,§.in hac.ff.de uer.ob. & Pet.de Ancha.in d.cõſ.170. Iſti enim dicunt denegari reſtitutionem in integ. ẽt aduerſus præſcriptionẽ 30.annorũ: ut ꝑ eos,ergo fortiùs idẽ volunt cõtra ꝑſcriptionẽ 40.annorũ; Licèt,qđ de 30. annis dicunt,cõiter nõ teneať,ut per patruum, & dñm meũ Soci.in d.§.in hac,6.col.idẽ tenet etiã Imo.in c.fi.mihi, col.26. verſ. contra iſtam tñ opinionem, de pręſcrip. licèt Fely.aliter eum allegauerit in d.c. vigilanti,eo.tit.idem videtur velle Alex. in d.§.in hac,2.col.uer.pręđictam tamen concluſionem,& in l.3.§.labeo,ad fi.ff.đ acqui.poſ. Dicens,quòd eſt ſolitus ita tenere: & quãuis in dictis locis non uideať abſolutè firmare pedes; tamen expreſſè, & firmiter ita concludit in conſ. Viſo

thema-

themate, 2. col. ver. & poſito etiam, & in conſ. 94. Viſo proceſſu, 2. col. ver. ſecundò non deberet cõcedi, 2. vol. & invtroq; allegat ita tenuiſſe Ang. in l. quibuſdam lecturis, quæ cõiter non habentur, in l. ſicut, ad fi. C. de præſcript. 30. annorum. Idem videtur velle patruus meus Soci. in conſ. 164. Viſa Bulla, in fin. Dicens, q; omne remediũ dicitur ſublatũ, completa præſcriptione 40. annorum; & ita clariùs firmat in conſ. 194. Subtiſr & eleganter, 4. col. ver. quarto iſta opin. vbi etiam allegat Ang. in d. l. ſicut, Imo. in d. c. fi. & alios, vt per eum; idem pluribus fundamentis concludere videtur Aret. in cõſ. 104. Breuitas in conſulendo, & firmat Barba. in d. cõſ. 41. 1. vol. col. 13. poſt medium. Eandem opin. latiſſimè comprobãdo ſequitur Cur. in ſupra alleg. conſ. 82. 2. col. ver. & ſi forte opponatur: dicens, q; pluries iſtam opin. defenſauit, & ita tenẽdum eſt, & quam opinionẽ etiam, & ex pluribus defendit, & firmat Deci. in cõſ. 29. & pro tenui, per totum: Et ante eũ ſic conſuluit Lud. Bologn. cuius conſilium Decius ibi comprobauit ſubſcribẽdo; & q; eandem opin. verã, & cõmunem aſſerit idem Decius in cõſ. 375. Iuridicã, 1. col. in fi. quam etiam ſequitur in conſ. 554.
109 quod ſupra in prin. Et ex his patet hanc opin. eſſe magis cõem, licet aliqui aliqñ contrariũ affirmauerint, qui profectò nõ bñ numerauerunt, neq; etiã ponderarũt Docto. prællegatos, qui abſque dubio numero, & pondere videntur excedere contrarium tenentes; pręſertim habito reſpectu ad eos, qui ſpecificè dicunt dari reſtitutionem in integr. aduerſus præſcriptionem 40. annorũ. Sunt enim admodum pauci in cõparationem eorũ, quos ſupra allegaui, qui contrariũ tenẽt. nam Bart. in d. l. 1. §. ſi quis autẽ, de itine. actuq; pri. & alij plures ſequentes Bar. intelliguntur loqui tantum de præſcriptione 30. annorum, prout ipſe Bart. expri-
110 mit. & plerięq; etiam loquuntur reſpectu Eccleſiæ, cui videtur talis reſtitutio cõcedenda, cùm aduerſus Eccleſiam ſolùm currat præſcriptio 40. annorum, vt declarat Deci. in d. conſ. 29. 4. col. ver.

non obſtat, q; Alexan. tradit; hoc etiam addito, q; de auctoritate Alex. in contrarium allegata non videtur curandũ; cùm ſæpe conſuluerit ſecundũ prædictã opin. vt ſupra dictum eſt: auctoritas etiam Fely. in contrarium allegata non eſt ſecura. Nam ipſe per ſe videtur potiùs inhærere opinioni noſtræ; & licèt ipſe, poſtq̃ dixerat reſtitutionem in integr. non dari aduerſus præſcriptionẽ 40. annorum; dubitare videatur, & dicat, id non eſſe firmãdum, quia Abb. & Imo. uidentur tenere contrarium, ut per eum; tñ, cùm Imo. nõ ita teneat, vt viſum fuit Fely. vt ſupra dixi; & Abb. in c. vigilanti, de præſcrip. nõ exprimat de præſcriptione 40. annorum; ſed potiùs remittens ſe ad Bart. in d. §. ſi quis autem, videatur loqui tantum de pręſcriptione 30. ann. clarè ſequitur, q; dubitatio Felyn. propter quam non fuit auſus hanc opin. firmare, ceſſat, & in cõtrarium allegari poteſt; & ſecundum iſtã opinionem, tanq̃ cõmunem, & veriorem pluries conſului, & vidi etiam conſultũ per excellen. Doct.

¶ Si igitur talis reſtitutio non debet dari de iure aduerſus præſcriptionem 40. annorum, quanto minus debet concedi aduerſus centanariam, & ducentanariam; & ſic aduerſus eam, cuius initij non eſt memoria, auten. multomagìs. C. de Epiſc. & Cler.

111 ¶ Secundò etiam dico, q; in caſu noſtro non debet, etiam, quòd aliàs dari deberet aduerſus præſcriptionem 40. annorũ; quia cũ per huiuſmodi curſum ducentũ annorum, & vltra dicatur eſſe ſublatum oẽ ius contra quemcũq;, & Illuſt. Paleologis quæſitum plenũ ius ex iuſto titulo, & priuilegio, ſaltem præſumpto, prout ſupra plenè dictum fuit: Sequitur, quòd etiã reſtitutio in integ. (ſi qua competebat) dicitur ſublata; & ita in ſpecie voluit Barba. in d. conſ. 41. col. 13. dum dixit, quòd centenaria præſcriptio currit abſq; aliqua ſpe reſtitutionis in integrum; & ratione comprobatur, quia aliàs ſequeretur, quòd ſemper dominia rerũ eſſent in incerto, & litium finis nunquàm eſſet, contra l. fi. ff. pro ſuo, & c. finem litibus,

de dol. & contum. & ita per hanc rationem voluit Pet. de Anchar. in ſupra alleg.conſ.170. Dicens reſtitutionem non dari aduerſus præſcriptionem centenariam ratione prædicta.

112 ¶ Et ſtantibus veris prædictis,prout veriſſima ſunt,non eſt tractandũ de curſu quadriennij,quod datur ad petẽdam reſtitutionem ĩ integ.& hoc modo reſpõdetur ad doctrinam Bal.in l.3.c.3.C.ſi ex falſis inſtrum. cum concor.ſupra in contrarium alleg.Nam eſto,quòd principiũ illius quadriennij debeat eſſe vtile,& q̃d non currat ignoranti, licèt de eo poſſit dubitari,iuxtà tradita per Iaſ.in §.rurſus, col.16.inſtit. de act. debet illud intelligi quando talis reſtitutio de iure competat. Sed,cùm in caſu noſtro certum ſit eam non dari,non eſt dubitandum de eius tẽporis principio; cùm non entis nullæ ſint qualitates, l. eius qui in Prouincia, vbi Doct.ff.ſi certum petatur.

113 ¶ Vltra quòd,ad hoc etiam dici poſſet per 40.annos,& fortiùs per 200,eſſe præſcriptum officio iudicis, per quod talis reſtitutio poterat implorari; prout in ſimili, & multum ſignanter concludit Corne. in cõſ.244.videtur in hac,2.col.ver. licèt itaq;,4.vol. ſuper his tamen non inſiſto, quia non ſunt neceſſaria.

114 ¶ Poſſet etiam dici,quòd ex parte Marchionum Salut. non probaretur iuſta ignorãtia,& probabilis,prout requiritur, ut reſtitutio in integ.dari poſſit,vt voluit Imo. in c. fin. de præſcript.cum concor. vt per Fely.in c.vigilanti,2.col.uer.limita tertio,eo.tit.& per Balbum in d. tract. præſcriptionum, in quarta parte quartæ partis prin.in q.29.3.col.uer.tertio limitatur, &c. verum etiam ſuper hoc non puto inſiſtendum, quia, vt ex prædictis conſtat, non eſt neceſſarium.

¶ Et ex hoc clariſſimè conſtat, vltra alia fundamenta, ſolidũ, atq; inconuincibile fundamentũ eſſe in fauorẽ Illuſt. Paleologorum poſſeſſionem ſupra 200. annos pacificã, & quietam per eos habita, cum expreſſis conceſſionibus imperialibus; vt ſcilicet per talem poſſeſſionem dicantur eis priuilegium,& iuſtus titulus acquiſita; Et ſic in effectu aduerſus quoſcunque omni iuri præſcriptum eſſe abſque aliqua ſpe reſtitutionis; & ſic videtur,quòd concluſio ſupra firmata in qualibet eius parte optime, & de iure procedat, & per conſequens,ſtantibus prædictis, concludendum eſt,quòd ſi quis ex prædictis Illuſt.Paleologis viueret, puta Illuſt. Marchio Ioannes Georgius,omni iure, & cũ ſumma iuſtitia iſtum Marchionatum teneret,nec poſſet aliquo modo per Illuſt. Marchionem Salut.moleſtari: Eo, quòd ipſe nullum ius habere diceretur , vt ex prædictis conſtat,quæ ſufficiãt circa primum,quod videndum propoſuimus.

¶ Circa ſecundum, videlicet, quid iuris ſit in occurrenti caſu poſt mortem Illuſt. Marchionis Ioan. Georg. præſuppoſitis veris,quæ ſupra dicta ſunt,prout ſunt veriſſima breuiter,& concluſiuè loquendo; dico Illuſt.Marchionem Salut. nullũ ius poſſe prætendere , ſed eo excluſo Illuſtriſ.Dñam Margaritam Duciſſam Mãtuæ,cũ Illuſt. eius conſorte potiora iura habere. Et hoc puto procedere abſque probabili dubitatione,vt ex infra dicendis euidentiſſimè conſtabit.

115 ¶ Et primò, & ante omnia poſſet probabiliter dici,quòd Illuſt. Dña Margarita Duciſſa prædicta ad ſucceſſionem iſtius Marchionatus omninò admitti debeat; etiam quòd ſit feudum,attento , quòd illa deſcendit per lineam maſculinam ex illo Illuſtr.Ioan.Paleologo inueſtito per Carolum quartum: Fuit enim ille inueſtitus pro ſe, & hæredibus , & ſucceſſoribus ſuis maſculis,& fœminis ; & ſic licèt aliàs fœmina non ſuccedat in feudo , tamen propter tenorem inueſtituræ prędictæ,& ſic propter expreſſum pactum dicit poſſe ſuccedere,vt in c.1.§. filia;& ibi Doct.tradunt de ſuc.feu.& in c.1.in prin. de ſuc.frat.vel gradibus ſucceſ.in feudo; vbi etiã Doct.tradunt cum ſimil.& ponit hoc Cur.in tract.feu.in tertia parte, 1.col. ver.primò igitur limitabis; & dixit Ioan. Blancus in ſua ſumma feudorum,ſub rubric. de ſucceſ.feud.5. col.verſic.&quod
116 dico in filijs. Semper enim tenor inueſtituræ attendendus eſt , per quem

derogatur

derogatur omni iuri,& cõſuetudini feudorũ,vt probatur in c.1.de duo. fratri. à cap.inueſt. quem tex.Bal. ibi multũ not. & declarat Præpo.in c.1.2.col.ver.quare pro clariori,de feud.cogni.& hoc eſt cõ-
117 mune dictum;propterea non inſiſto in allegationibus; & iſta inueſtitura cũ ſit antiqua,per quam etiã fœminæ admitti poſſunt,etiam hodie attendenda eſt;poſito etiam,quòd poſt eam aliquæ factæ eſſent, per quam ſolũ maſculi vocarentur; nam per nouas inueſtituras non poteſt præiudicari alicui, qui ex antiqua inueſtitura venire poſſet. Ita in terminis noſtris determinat Bal.in conſ.215.Proponitur,ꝙ antiquæ,2.& 3.col.2.vol.cum concor.vt per inſignẽ modernum Dñm Fran.Ripam in ſuo 1.lib. reſponſorum, c.1.pro reſolutione,col.17.uer. compro-
118 batur ex his,vbi multos allegat.Importantia aũt illorum verborũ pro ſe,& hæredibus,& ſucceſſoribus maſculis, & fœminis eſt, ꝙ donec maſculus ſupereſt ex primo inueſtito,fœmina non vocetur; ſᵭ vocetur tunc quãdo nullus ſupereſt maſculus,vt in c.1.prope finem,& ibi Doct. dicũt de eo,qui ſibi,& hære.ſuis maſculis,& fœminis. Vnde,cùm in propoſito non ſuperſit aliquis maſculus ex ꝑdicto Ioanne ſic,vt ſupra inueſtito;ſequitur,ꝙ fœminæ ſit datus locus,& conſequenter,ꝙ Illuſt.Dña Margarita ᵭbeat admitti.
119 ¶ Sed dicit aliquis,quòd, cũ ſemel illa fuerit excluſa per maſculos,debet dici ꝑpetuò excluſa,ita vt vlterius admitti non poſſit,ut videtur tex.in c.1.§.quin etiam; & ibi Doct.tradunt in tit.Epiſc.uel Abb. Verùm ad hoc videtur poſſe reſponderi pluribus modis.
120 ¶ Et primò poteſt dici,quòd d.§. quin etiã. procedit qñ inueſtitura dicit pro ᵭſcendentibus maſculis,& fęminis. Nam tunc ſi à ſucceſſione pr̃is filia per maſculũ fratrẽ excluditur, ſi poſtea frater moritur,fœmina ſoror nõ vocatur, quia non eſt vocata,niſi ut deſcendens; & tunc nõ veniret vt talis; ſed ut tranſuerſalis, quia ſoror;& cũ regula ſit fœminam in feudis non ſuccedere, niſi expreſſè ſit dictum, illa non admittitur,cùm inueſtitura ſolũ de deſcendente loquatur: & ita, ſi rectè ponderetur,declarat And.de Iſer.in d.c. quin etiam,ponderãs pro rõne illius text. verbum deſcendentes. Quo ſtante videt̃ inferẽdũ aliud eſſe in caſu noſtro,in quo non fuit dictũ pro deſcendentibus; ſed gñaliter pro hęredibus, & ſucceſſoribus &c. Et licèt talia verba ſoleant interprætari pro deſcendentibus,tñ illud eſt verũ reſpectu primi inueſtiti, & non reſpectu alicuius, qui poſtea decedat.
121 Vel ſecundo modo rñdendo dici põt, quòd d.§. quin etiam intelligi debet, ut vlterius fœmina non admittatur; ſed donec maſculus ſupereſt,ut vr̃ ĩ d.c.1.de eo qui ſibi,& hęred.ſuis,ꝑ quẽ tex.vr̃ dari iſta declaratio ad d.§.quin etiam.Ex vi.n. illius dictionis,donec, fęmina non videt̃
122 ſimpliciter excluſa; ſed ſuſpenſa ad vitam maſculorũ; prout dicimus in ſimili, ſi ex forma ſtatuti fœmina non ſuccedat, donec extiterit maſcul⁹,ut declarat Bar. in l.fi.ff.ad Tertul. tradũt Bal. & alij in d.§.quin etiam.Aret.in l.Gallus.§.quid ſi tantũ,in fi.ff.de lib.& poſth. & eſt commũne dictũ, vt per dñum meum Soci.in conſ.63.In cauſa vertente,2.col. & ita in terminis reperio,quòd declarat,d.§.quin etiam,Fulg.in conſ.8.D.Petrus Longus, 2.col.uer.Deinde ſic apud iuris peritiſſimos,& in conſ.12.Ad id, de quo quærit̃ 2.col.uer. ſi quis planè putauerit. Vnde cùm iſto caſu non ſit ampliùs maſculus, videtur quòd optimo iure iſta Illuſt. Duciſſa debeat admitti.
123 ¶ Vel,& tertiò reſponderi poteſt,quòd, d.§.quin etiam, ꝓcedit reſpectu ſucceſſionis faciendæ, tanq̃ in feudo paterno. Verũ enim eſt,quòd tunc ſemel excluſa fœmina perpetuò dicetur excluſa, etiam quòd poſtea ceſſet cauſa excluſionis, ideſt quòd maſculus excludẽs decedat, nõ enim fœmina redit ad pr̃is ſucceſſionẽ, ut ibi. Sed ex hoc non impeditur venire ad ſucceſſionẽ alterius cõiuncti, puta fratris,uel patrui,ut in caſu noſtro, quia ex eo non dr̃ ſuccedere patri in feudo, à quo ſemel fuit excluſa; ſed ſuccedet frĩ, aut patruo,prout põt,iuxtâ tradita ꝑ Doc. in l.1.§.ueteres.ff.de acqui.poſ. Et iſtam

etiã declarationem tradit Fulg. in prædi-
ctis conſilijs, concludens, quòd uel iſta,
vel præcedens omninò eſt tenenda per
rationes, & iura, de quibus ibi per eum.
& iſta vltima videtur tutior.
¶ Ex his igitur concludendũ videtur in
ꝓpoſito, ꝗ mortuo Illuſt. Ioan. Georg. ſi-
ne liberis, cùm nullus ſuperſit maſculus,
Illuſt. Dña Margarita ad feudi ſucceſſio-
nẽ dicitur admittenda ſuo proprio iure.
124 ¶ Et hoc ſtante, inueſtitura, quæ de ea
nouiſſime facta eſt ꝑ Inuict. Imperatorẽ
noſtrum Carolũ quintum; dicitur facta,
tanq̃ de perſona, quæ ad feudũ ſuo iure
vocabatur, vti aſſolet fieri de ſucceſſioni-
bus vaſallorum, iuxtà c. 1. quo tempore
miles, & c. 1. in prin. quæ fuerit pri. cauſ.
bñfi. amit. cum ſimil. Et ſic non tanq̃ de
feudo, qđ fuerit apertũ ipſi Imperatori.
¶ Sed poſito, ꝗ illa ſuo iure ad ſucceſſio-
nem non vocaretur, tanq̃ ſemel excluſa
per d. §. quin etiam, cũ ibi traditis p Doc,
(abſq; tamen præiudicio veritatis.).
125 ¶ Secundo loco dico, & quidem intre-
pidè, quòd ipſa vná cum Illuſt. eius con-
iuge ſunt omnibus ꝑferendi, & potiora
iura hñt ſuper iſto Marchion. vigore ꝑ-
dictæ inueſtituræ de eis factæ, vt ſic dica-
mus eos inueſtitos à Sereñ. Imperatore,
tanq̃ de feudo reuerſo ad ſuam Maieſt.
Non enim eſt dubitandũ, quin dicat̃ re-
uerſum, ſi uolumus, quòd ꝓprio iure nõ
pertineat ad Illuſt. Duciſſam prædictã,
cùm nullus alius extet de domo Paleo-
loga, neq; maſculus, neque fœmina: nec
poteſt Illuſt. Marchio Salu. ſuper tali feu-
do ius aliquod prætendere, vt ſcilicet in
eo ſuccedere dicatur, cùm non ſit de do-
mo Paleologa; immò ſit penitus extra-
neus, quo ad Illuſt. Ioan. Geor. Marchio-
nem Montiſferrati nuper defunctũ, ꝓut
126 hæc in facto notiſſima ſunt. Debet aũt
Cæſa. Maieſt. vti iuſtiſſima, & promiſſo-
rum fideliſſima inueſtiturã prædictam
firmam, & ratam habere, illamq; tueri,
& effectui mandare; ne alias contra ſuã
promiſſionẽ venire dicatur contra not. ĩ
l. digna vox. C. de legi. maximè per Bal.
dum dixit, ꝗ Deus non ſubiecit Impera-
tori contractus eius; prout etiam dixi ſu-
pra, dum arguebam pro contraria parte.
127 ¶ Facit quod dici ſolet, Principem, qui
inueſtiuit aliquem, teneri ad tradendũ;
& patiendum, ꝗ vaſallus vtatur, & fruat̃,
iuxta tradita p Bal. in c. 1. quid ſit inueſt.
& per Mart. de Laud. in c. 1. §. fi. de no.
for. fidel. Et dixi in alio conſ. circa poſſeſ
ſeſſorium ædito pro Illuſt. Ducibus, ꝓpè
fi. Et ſi ita obligatur, apertè oſtenditur ꝗ
debet ſtare inueſtituræ iam per ſuã Ma-
129 ieſt. factæ. Quod enim ex ore Principis
promittitur, ſeruari firmiùs debet, vt le-
gitur in lib. 3. Heſd. c. 4. propè fi. & tradit
Cur. in conſ. 49. Memoria repetens, col.
70. vbi plura ad hoc allegat; & alibi dr̃,
ꝗ nihil eſt, quod clariori luce ꝑfulgeat,
q̃ recta fides in Principe, vt in Epſa inter
claras. C. de ſum. trin. & fi. cath. Nec de
validitate prædictæ inueſtituræ eſt dubi-
130 tandum; nam iuri condecens eſt, ut feu-
dum ad ſe reuerſum Princeps alteri cõ-
cedat, ut inquit Bal. per illum text. in c. 1.
ĩ §. fi verò in vltimis verbis, qualiter olim
feu. alie. pote. refert, & ſequitur Barba. in
c. ſedes, 4. no. de reſcrip. & in c. 1. col. fin.
ver. & adde ſingulare dictum de dona. &
quidẽ poteſt cui voluerit concedere per
131 regulam. l. in re mandata. C. mandati;
pro quo videtur tex. in c. 2. in ver. libere,
& ibi Doc. no. extra de feu. & ita conclu-
dit Fulg. in conſ. 222. Nobiles quidã per
totum; tradit Corn. in conſ. 196. circa pñ-
tem, 2. col. in fi. 2. vol. & Alb. Bru. in conſ.
65. ſuper caſu, 2. col. & Præp. in c. 1. 1. col.
quemadm. feu. ad fil. perti. in ver. Et eſt
ratio decidendi; unde conſiderans Ma-
ieſtas Cæſarea feudũ iſtud fortè ad ſe re-
uerſurum per mortẽ Illuſt. Ioan. Georg.
Marchionis, tunc viuentis ſine liberis, ꝓ-
ut caſus euenit, in talẽ euentum gratio-
sè inueſtiuit Illuſt. Duciſſam prædictam
vná cũ Illuſt. Duce eius viro, vt ex inſtru-
132 mento ipſius inueſtituræ conſtat; Nec
ex eo, ꝗ viuente adhuc Marchionẽ Ioan.
Georg. facta ſit, minus valere debet iſta
inueſtitura, cùm facta fuerit non ſimplr̃,
ſed conditionaliter, ſcilicet in euentum,
quo ſine liberis decederet. Et ſic in caſu,
quo feudum ad Imperatorẽ videtur re-
uerſum, ut in ea dicitur: Eo enim modo,
iure

iure permittente fieri potuit, vt eſt tex. i c. 1. §. moribus, & ibi Doct. tradunt, ſi de feu. ſuc. contro. inter do. & agn. & probat etiam in c. 1. ver. ſed ſi ille, qui ſuc. feud. da. ten. & in c. ſi quis, de feu. da. inuicem. l. commiſſ. cum ſimil.

133 ¶ Et licèt, vt ibi dicitur, aliqui dubitarent, ſi viuens feudatarius non conſentiat, tamen præualet alia opin. ut ſcilicet talis inueſtitura valeat, etiã illo ignorante, vt ibi Præpoſ. & alij Doc. declarant.

134 ¶ Verũ in caſu noſtro, ceſſat etiam illa dubitatio, cùm talis inueſtitura facta fuerit ex expreſſo conſenſu Marchionis Io. Georg. tunc viuentis, licèt non fuiſſet illud neceſſarium; quinimmò etiam ſi nõ fuiſſet expreſſum, q̃ inueſtitura fiat in euentum aperturę feudi; adhuc valeret, ſi quò modo tacitè illud colligi poſſet; ſm̃ quod ſignanter cõcludit Signorol. in cõſ. 60. Magnificus Dñs, 2. col. ver. ſecundo caſu prin. qui dicit in caſu ſuo colligi ex clauſula iſta, videlicet, ſaluo iure cuiuslibet alterius perſonæ &c. vt per eum, qđ pro nunc non proſequor, quia non eſt neceſſarium, cùm in caſu noſtro illud expreſſè appareat.

135 ¶ Et inueſtitura prædicta, vltra quod in ſola voluntate Imperatoris fundata valeret, vt dictũ eſt, dicitur etiam fuiſſe condecentiſſima, & æquiſſima, & optimis rationibus ſubnixa ex parte vtriuſq; inueſtiti. Et quo ad Illuſt. Dñam Margaritam oſtenditur; primò, quia cùm ſit filia fratris Ioan. Geörg. uidelicet Illuſt. Marchionis Gulielmi, & ſic agnata, & hæres eiuſdem Ioan. Geor. æquum, & rationi congruũ fuit, illã poſt ipſum Ioan. Geor. inueſtiri per ea, quæ tradunt Bart. & alij, in l. 1. §. permittitur, ff. de aqua quot. & eſti. vt etiam ſupra tetigi ad aliud propoſitum. Cùm enim nullus extet alius agnatus, etiam q̃ ipſa agnata nõ eſſet, ex quo tamen eſt hæres, debuit ſic inueſtiri per æquitatem d. §. permittitur: prout aliàs in matre hærede filij conſuluit Imo. in cõſ. 28. In caſu præmiſſo, in fi. fortiùs ergo in caſu iſto, cùm illa ſit agnata.

136 ¶ Secundò etiam hoc probat, attentis benemeritis ſuorũ parentum erga ſacrũ Imperium: nam propter talia merita ſæpe mouentur Principes ad concedendũ feudum fœminæ, extincta linea maſculina, vt eſt text. & ibi tradunt Doct. in c. 1.

137 quemad. feu. ad fil. perti. Et iſta merita tm̃ pñt in hac materia, ut vna cum rõne ſanguinis, ſi fœmina præuenerit in petẽdo, & cõceſſio facta fuerit, operentur, vt talis conceſſio valeat etiã in pręiudicium maſculi agnati, ſi adeſſet, & negligẽs fuiſſet in petendo, vt multũ ſingulariter declarat Præpo. in d. c. 1. col. fi. ver. Ego ex prædictis facio, ſuper quo tamẽ an ſit verum, vel aliter, non inſtabo, cùm non ſit neceſſarium. Sed eo poſito, dico, q̃ abſq; dubio iuridica debet dici inueſtitura prędicta in caſu noſtro, cũ nullus ſit agnatus maſculus; & in iſta fœmina concurrant parentũ merita, eius diligentia in petendo, & ratio ſanguinis reſpectu Illuſt. Ioã. Georg. nuper defuncti; & vltra etiã concurrit iſtius feudi conſuetudo, cũ ſcilicet aliàs deficientibus maſculis agnatis defuncti, tranſierit ad proximiorem fœminam, & eius filios, vt ex prędictis conſtat. Eo enim attento, conueniẽter Imperator Illuſt. Duciſſam inueſtiuit, argum. l. pater filium. §. quindecim, & quæ ibi dicunt Doct. ff. de lega. 3.

138 ¶ Accedat & tertiò immota fides, & indefeſſa ſeruitũs Illuſt. Dñi Ducis Mãtuæ viri eius erga Cæſaream Maieſt. & ſacrũ Rom. Imperiũ, quam & ipſe, & anteceſſores eius ſemper habuerunt, & poſteri etiam dño concedente, perpetuò ſunt habituri: ob quam rẽ dici põt eum bñme ritum de Cæſarea Maieſt. Eius ergo qualitates, & benemerita plurimum iuſtificãt inueſtituram de Illuſt. eius cõiuge factã;

139 cùm vxores radijs maritorum coruſcare dicantur, vt in auten. de conſulibus, §. ſi verò, col. 4. & tradit Spec. in ti. de feu. §. qm̃, uer. vigeſimo, & fulgorum maritorũ ſentiant, ut l. fi. C. de nup. à quibus dignitas illis tribuitur, ut l. fœminæ; & ibi tradunt Bar. & alij ff. de Senatoribus: vñ dicitur, quòd uxores honore maritorum eriguntur, & genere nobilitantur, l. mulieres, C. de dignita. lib. 12. & inde eſt, q̃ ignobilis mulier nupta viro nobili, nobilis

lis

lis dici debet, ut per Bar. in l. ſi uer. quæro popularis, C. de verb. ſigni.

140 ¶ Quartò p̄dicta inueſtitura æquiſſima, & rationi cōdecens oſtenditur, quia cũ Illuſt. Dña Margarita Duciſſa prædicta, tanq̃ proximior coniuncta Illuſt. Ioann. Georg. nuper defuncto, & vt eius hæres, ſit omninò mittenda in poſſeſſione omnium bonorũ, etiam feudalium, quæ per ipſum poſſidebantur, vt plenè, & iuridicè, ut puto, fuit oſtenſum in alio conſilio noſtro, in ea poſſeſſione permanere debuiſſet, vbicunque alius de potiori ſuo iure non docuiſſet, ut ſimiliter in d. conſ. dictũ fuit: vnde hæc aduertẽs Imperator eam inueſtiuit, ut ſcilicet ius ipſum ex inueſtitura proueniens ſit apud eam, apud quam & poſſeſſio eſſe debebat, maximè cũ tunc non appareret, ſicut et hodie nõ apparet aliquis, qui potiora iura ſuper iſto Marchionatu, quam ipſa habeat.

141 ¶ Et demũ ad iuſtificationem prędictę inueſtituræ facit, quia Illuſt. Duciſſa iam erat cõpræhenſa in antiquis inueſtituris, ut ſupra dictũ fuit. Et licet iam fuiſſet excluſa per fratrem, & patruum, tanq̃ maſculos, tamen nec illa excluſio ei nunc nõ debet nocere, ut ſupra deductũ fuit, vel ſi quomodo nocitura erat, illud p̄cedebat per rigorẽ iuris, & conſuetudinis feudorũ per d. §. quin etiam, cùm ibi traditis per Doct. contra æquitatẽ, & cõmunem regulam iuris ciuilis, quo inprimis dicitur ita fœminas, ſicut maſculos ſuccedere l. maximũ vitium. C. de lib. præte. cum ſimil.

¶ Et ſecundò etiam dicitur, q̄ excluſa p̄ſona à ſucceſſione vnius, non propterea dicit̃ excluſa à ſucceſſione alterius, quando ſcilicet ceſſat ratio exclusionis, vt per Docto. traditur in l. 1. §. veteres. ff. de acquir. poſ. & ſupra etiam dixi. Huic autẽ rigori, ſimul & iuri, ſiue cõſuetudini feudorum dicit̃ derogatum per Imperatorẽ,
142 ſic inueſtieñ. Nam Imperator iuri ciuili abſque dubio poteſt derogare. §. ſed naturalia, inſtit. de iure nat. Placita enim Principis legis hñt vigorem, §. ſed & q̄d Principi, eo. tit. ſiue loquamur de iure cõmuni, ſiue de iure, vel conſuetudine feudorũ: Cùm enim omnia Imperatoris vigeant auctoritate, eadẽ auctoritate meritò tolli poſſũt, l. nihil naturale. ff. d̄ reg. iur. & c. 1. extra eo. tit. cum ſimil. Et de iuribus feudorum, ita tradit And. de Iſern. in c. 1. in prin. 1. col. uer. poſſet tamen, de feu. March. Et quia hoc arbitror indubitatum ſuper eo, ultra non inſtabo; & remitto me ad dicta per Cur. iunior. in cõſ. 1. facti cõtingentia, 9. col. in ver. ſecundò mouet me, & in ver. quarta concluſio p̄mittenda, uſq; ad ver. quinto aduertendum; poſt ſuum tract. feu. vbi loquitur et particulariter de iuribus feudorum.

¶ Et dicta per eum multũ ſeruiunt in p̄-
143 poſito: Nam ipſe concludit, quòd Imperator inueſtiendo inhabilem, dr̄ habilitare eum, & iuribus, quæ inhabilitabãt dicit̃ derogare, & ſeruanda eſt inueſtitura eius; maximè, quia ſic res reducebatur ad antiquum ſtatũ, argum. l. ſi vnus. §. pactus ne peteret, uer. quod & in ſpecie dotis, ff. de pact. vt per eum. Sic igitur ĩ caſu noſtro inueſtitura prædicta, per quam Illuſt. Duciſſa, ſi tanq̃ ſemel excluſa erat inhabilis, habilitatur, & iuri illam inhabilitanti derogatur omninò, vti iuſta ſeruanda eſt; pręſertim cũ reducat nos ad antiquum ſtatum, tam iuris communis,
144 quo ita fœminæ, ſicut maſculi ſuccedebant, quàm etiã huiuſmodi feudi, cuius etiam fœminæ erant capaces ex antiquis inueſtituris, vt ſupra dictum fuit. Et etiã illius regulæ, quam ponunt Docto. in d. §. veteres, & ſupra retuli.

145 ¶ Et notandum eſt, quia Imperator poteſt etiam penitus inhabilem habilitare, quod dicitur facere inueſtiendo illũ ſciẽter; vt p Alua. in c. 1. §. ex hoc, col. fi. ver. ex qua gloſſ. de benef. fœmi. & probat in d. c. 1. quemadmodũ feu. ad fil. perti. tradunt Alua. & Præp. in c. 1. §. fi. cir. fi. Epm, vel Abbat. & Curt. in tract. feu. in 2. parte tertiæ partis prin. ĩ 10. q. in 8. limitatione, & in 17. q. Et quidem etiam in præiudiciũ alterius reſpectu iuris acquirendi; vt per Cur. in d̄ conſ. 1. loco præalleg. & per Alex. in conſ. 2. Viſis codicillis, per totum 1. vol. maximè in 4. & 5. col. dum cõcludit legittimatum ſuccedere etiã in feudis ad præiudicium eorum, qui vocati

fuiſ-

fuiſſent, ſi legitimatio facta non fuiſſet, ut per eum.

146 ¶ Ex quibus oſtẽditur caſum noſtrum carere probabili dubitatione, cùm iſta Illuſt. Duciſſa non fuerit ſemper inhabilis, & nulli infertur præiudicium, etiã in iure quærendo; cùm nullus ſuperſit vltra eam, cui feudum iſtud acquiri potuiſſet, vt ex prædictis conſtat.

147 ¶ Quantũ verò ad perſonam Illuſt. Dñi Ducis mariti eius inueſtitura prædicta æ-

148 quiſſima, & rationi conueniens oſtenditur. Primò propter ingentia benemerita ſuæ excellentiæ erga ſacrum imperium, vt ſupra dicebam.

149 ¶ Secundò etiam probatur, quia mariti, & vxoris ita vnitas quædam conſideratur, vt ſint duo in carne vna, & quemadmodũ vnum corpus dicantur, c. debitum, extra de Biga. & c. gaudemus, de diuort. c. demptis, 31. q. 3. & c. Agathoſa, in fi. 27. q. 2. Hinc dicit mariti, & vxoris vna domus, l. 1. §. ſi vir. ff. ad ſillan. Item vna ſocietas humanæ, diuinæq; domus, l. aduerſus. C. de crimine expil. hæred. l. 1. ff. de ritu nupt. & l. 1. ff. rerum amot. Hinc etiã dicitur, ꝙ maritus, & vxor debent eſſe participes bonæ, & malæ fortunæ alterutrius, l. ſi cum dotem. §. ſi maritus; & ibi tradunt Doct. ff. ſol. mat. & tradit Bal. in l. vbi adhuc 3. col. C. de iur. dot. & de hac vnitate multa dicit Spec. in tit. de feud. §. quoniam, ver. 28. iam ſupra alleg.

150 ¶ Hinc etiam videmus, ꝙ vſus, vel habitatio domus alterutri eorum debita vtrũq; reſpicit, & vterq; habitare poteſt, l. cæterum, §. mulieri, ff. de vſu & habit. & l. ſi ſtipulatus fuero per te non fieri, ff. de verb. oblig. Attenta ergo vnione prædicta, ſicut rationi condecens, & iuſta fuit inueſtitura reſpectu Illuſt. Dñæ Margaritæ; ita etiam dici debet reſpectu Illuſt. Ducis eius mariti.

151 ¶ Tertiò, hoc apertè oñditur, quia quãdo mulier aliquo modo feudum habet; attento, ꝙ illa non poteſt ꝓpterea facere, quæ vaſallis incumbunt, puta leuare faydam; ut vtar terminis Mart. de Laud. in c. 1. §. & quia vidimus, 4. col. uer. quinta verò fallentia; de his, qui feudar. poſ. Quod eſt iuuare dominum, ſiue leuare inimicitiam, quam dñus cum aliquo habet, vt declarat Curt. in tract. feu. in tertia parte, 3. col. ver. ſed contra eam inſurgit: conuenit, vt hæc, & ſimilia fiant per maritũ eius, qui fidelitatem iurabit, arg. l. 3. in fi. C. de natu. lib. & declarat D. Iac. de Ardiz. in ſua ſumma feud. in 3. parte primæ partis princ. ſub rub. de ſuc. feud. mihi, in 3. col. ver. et fortè vbi feudum peruenit &c. ita etiam voluit Fulg. in conſ. 4. Ad id, de quo quæritur, 2. col. Cùm igitur in propoſito æquum, & iuſtum fuerit Dñam Duciſſam Illuſt. inueſtiri per prællega. ſequitur, quòd etiam Illuſt. Dux maritus eius rationabiliter, & condecentiſſimè inueſtitus fuit.

152 ¶ Pro quo demum facit, quia ſi vxor ẽ directa dña feudi; vaſallus, ſeu feudatarius non minus debet ſeruire marito illius, quàm ſibi; vt ſignanter poſt Iac. de Ardizo. determinant Aluar. & Præpoſ. in c. 1. in fi. an maritus ſuc. vxori in benefic. vnde ſicut maritus dominæ directæ non minus, quàm ipſa conſideratur; ſimiliter maritus feudatariæ debet pariter cum ea cõſiderari, cùm alias arguatur de feudatario, ſiue vaſallo ad dñum directum, vt in c. 1. & ibi per Doct. qualiter dñs proprie. priuet. & inquit Cur. in tract. feud. in ſecunda parte principali, in prin.

153 ¶ Concludatur itaq;, quòd vltra alia fundamenta, etiam ex inueſtitura, quam Cæſarea Maieſt. pro ſua ſolita iuſtitia, & æquitate tueri, & exequi đbet, præſertim cũ ex omni parte fuerit iuſtificata, Illuſt. Dux, & Duciſſa Mãt. ſunt oĩbus ꝑferẽdi.

¶ Nec poteſt dici, quòd Imperator ꝑ talem inueſtituram veniat contra ſuas, vel aliorũ Imperatorũ inueſtituras ad damnum Illuſt. Marchionis Salutiarum, quoniam ipſe nullum ius dicitur habere, nec quoquomodo poteſt vocari. Si enim nõ poſſet ius aliquod prætendere, ſi viueret Illuſt. Io. Georg. vltimus Marchio Montisferrati, quia ei pleniſſimũ ius fuerat acquiſitum, & iuſtiſſimè Marchionatum tenebat, vt ſupra euidentiſſimè oſtenſũ fuit; minus, vel pari modo poteſt ius aliquod prætendere nunc illo mortuo; cũ,

ut

vt dictum fuit, quo ad eum dicatur extranea perſona.

¶ Dico igitur, quòd Cæſarea Maieſtas hanc inueſtituram fecit, vel tanquàm de feudo, quod in caſu, in quem facta fuit, pertinere debebat proprio iure ad Illuſt. Duciſſam; vel tanquã de feudo liberè ad ſuam Maieſtatem reuerſuro, ſecundum, ꝙ ſupra deductum, & diſcuſſum fuit.

154 ¶ Et vltra etiam, ſi quo modo venire potuiſſet ipſe, vel alius quilibet, valeret tamen dicta inueſtitura, cũ de perſona alias habili remouendo ei obſtaculum facta ſit. Nam poteſt eo modo Imperator habilitando concurrentibus, maximè ꝓximitate ſanguinis, benemeritis, & præuentione in petendo præiudicare cuicunque in iure quærendo, vt ſupra dictũ fuit. Ac cum nullus iſto caſu venire potuiſſet, vt probatum eſt, indubitanter inueſtitura valuit, & ſeruanda eſt.

155 ¶ Nec demum poteſt Illuſtr. Marchio Salut. facere fundamentum ſuper æquitate l. 1. §. permittitur; cùm ijs, quæ ibi tradit Bart. ff. de aqua quor. & æſti. vt ſupra, in contrariũ arguebatur, quoniã aut vult venire, tanꝗ quod feudum iſtud vacauerit nunc per mortem Illuſtr. Ioan. Georg. & expeditum eſt, quòd non poteſt, cùm non ſit hæres, nec agnatus eius, ſed perſona penitus extranea. Fauet en. illa æquitas proximiori, & hæredi, vt clarè ſumitur ex dictis Bart. ibi. Propter q̃d dico, quòd inſpecta perſona dicti Ioan. Georg. vt ſcilicet feudum per eius mortẽ dicatur vacaſſe, æquitas d. §. permittitur, fauet Illuſt. Duciſſæ, cùm ſit proximior, & hæres, vt ſupra dictum fuit.

¶ Aut vult venire, tanquàm quod vacauerit feudũ per mortem illius Marchionis Ioannis vltimi de domo Saxonia; & ſimiliter clarum eſt, ꝙ non poteſt.

156 ¶ Primò quidem, quia apud illos de Saxonia non videbatur feudum, ſed libera donatio facta illi primo Aledramo; vel ſi feudum erat, quo ad ſucceſſionem non habebat naturam feudi.

157 ¶ Secundò, quia poſito, quòd feudum fuiſſet, iſte Illuſtris Marchio Salut. non probat ſe agnatum illius Ioannis, & minus ſe hæredem eius; prout requiritur ſecundum Bart. & ſequaces in d. §. permittitur; prout hæc omnia ex iam dictis euidentiſſimè conſtant.

158 ¶ Tertiò etiam, quia tali æquitate, vbi illa ſibi, ſeu ſuis maioribus competiiſſet, dicũtur excluſi tempore, vel curſu anni; argum. c. 1. §. Titius, ſi de feud. fuer. controu. inter dom. & agna. & c. 1. quo tempore miles, cum ſimili; prout concludit Ludou. Roma. in conſ. 70. Viſis themate, & quæſtione, 2. col. ver. non obſt. not. per Bart. Et hoc attento, quòd Marchiones Salut. poſt mortem dicti Ioãnis ſciebant, & eius mortem; & Marchionatum Montisferrati trãſlatum in Illuſt. Theodorum Paleologum, vti filium ſororis dicti Ioannis, arg. c. 1. §. porrò; & quæ ibi dicunt Docto. qualiter olim feud. alien. po. vel curſu 30. annorum. Pręſcriptio enim 30. annorum currit etiam contra ignorãtes, vt d. §. porrò, & ibi omnes Doct. declarant: Et hoc conſiderato, quòd Illuſt. Theodorus, & deſcendentes eius non erant agnati illius Ioannis: Nam quando extraneus poſſidet, non ſufficit annus, ſed requiritur curſus annorũ 30. vt poſt glo. ibi voluerunt And. de Iſer. & Balb. in d. §. Titius, & ibi Præpoſ. in 3. col. ver. op. cum glo. fi. dicit hoc cõmuniter teneri.

¶ Vel ſaltem curſu centum annorũ, quo tollitur omne ius etiam contra Imperiũ, & contra Eccleſiam Romanam; vt per Barba. in alleg. conſ. 41. 1. vol. & ſup. dixi. Et vbi quis de prædictis dubitaret, nõ dubitabit tamen iſto caſu eſſe illud ius ſublatum per ſpatium annorum ducentum, & vltra; cùm indubitanter ſit tempus, cuius initij memoria non exiſtit; & per quod poſſidentibus præſumitur adeſſe priuilegiũ, & iuſtiſſimum titulum ſic poſſidendi, vt ex iam dictis oñſum fuit.

¶ Ex quibus omnibus, quocunque te vertas, conſtat euidentiſſimam iuſtitiam eſſe in fauorem Illuſtr. Ducis, & Duciſſæ Mantuæ, ut ſcilicet ipſi ſuper Marchionatu Montisferrati potiora iura habeãt; nedum reſpectu poſſeſſionis acquirendæ, vt in alio conſilio dictum fuit; ſed etiam reſpectu dominij, & iuris eius, ex-

excluſo

cluſo pœnitus Illuſtr. Marchione Salut.
tanquam omni iure carente, non obſtan
tibus his, quæ pro eo ſupra adducta fue-
runt, quibus omnibus, & ſingulis abun-
dè, & iuridicè reſponſum fuit.

LAVS DEO.

¶ Vt ſupra concluſum fuit, indubitati Iu-
ris eſſe arbitror, Ego Marianus Socinus
Seneñ. Iur. V. Doct. Paduæ legens in pri-
mo loco Iuris ciuilis de ſero; & in fidem
propria manu ſubſcripſi, & ſolito ſigillo
muniri iuſſi, ſaluo ſemper ſaniori conſi-
lio; Ad laudem omnipotentis DEI, &
Virginis glorioſæ.

CONSILIVM OCTAVVM EXCELL.
Domini Ludouici Gozadini.

IN CHRISTI nōīe Am̄.
In cauſa Illuſt. Domi-
nis Ducis Mantuæ, &
Illuſt. Duciſſæ eius con
iugis; videtur prima fa-
cie ꝓ parte Illuſt. Mar-
chionis Salutij, ꝙ ipſe
debeat admitti.
1 ¶ Et primò conceſſio facta per Ottonem
Aledramo de Saxonia, & ſuis heredibus,
deſcendentes Aledrami compræhendit,
vt not. in l. Gallus. §. etiam ſi à parente. ff.
de lib. & poſth. & in l. ex facto. §. fi. ff. ad
Trebel. Doct. in c. in præſentia, de proba.
& in l. etiam. ff. ſol. mat. & intelligitur de
maſculis, non autem de fœminis, c. 1. de
natu. feud. vbi Bal. in c. 1. quemadmod.
feud. conſtit. pot. Socin. conſ. 19. incipien.
Pro deciſione, vol. 1. in prin. & quod ſit
2 feudum, videtur probari per famam, qđ
in antiquis admittitur; vt per Alex. ī cōſ.
15. col. 1. vol. 5. Deci. conſ. 269. incip. Cō-
ſultus ab Illuſtr. Marchione, col. 2. ver.
3 & prędicta bene procedunt; & hæres pri-
mi inueſtiti admittitur. Eſto, ꝙ non ſit
hæres vltimi decedentis, nec poſſit eſſe;
vt per Iac. de Bel. in c. 1. de eo, qui fil. &
hæred. ſuis, & in c. 1. an agnatus, vel filius;
Alex. in conſ. 10. incip. Pōderatis, col. pe.
vol. 3. vbi dicit hanc eſſe cōem opin. &
in conſ. 30. incip. Qm̄ omne, col. 3. vol. 1.
& dicit Cald. in conſ. 13. ſub rub. de feud.
in fi. quod nō q̄ritur de ſucceſſione vlti-
mi decedentis, à quo feudū vacat; ſed de
ſucceſſione primi inueſtiti. Alber. Bru. in
conſ. 18. incip. In cā vertente, col. 4. ver.
tertio, quia præſuppoſito. Cùm ergo Illu.
Marchio Salutij ſit deſcēdens ex maſcu-
lis ab Aledramo primo inueſtito, & hæ-
res; licèt nō ſit hæres Illuſt. Marchionis
Mōtisferrati Io. Geor. vltimi mortui ſine
deſcēdentibus, debet admitti ad feudū.
4 ¶ Secundò, licèt iſte Illuſt. Marchio Sa-
lutij ſit agnatus diſtans vltra ſeptimum
gradum, & etiam decimum; tamen dico
eum debere admitti ad ſucceſſionē feu-
di. Nam licèt agnati non ſuccedant vl-
tra decimum gradum, ſed fiſcus vocet̃,
glo. & Doct. in l. fi. C. vñ legit. glo. & Bar.
in autent. in ſucceſſione. C. de ſuis, & le-
git. §. fi. Inſtit. de ſer. cog. & ſm̄ computa-
tionem iuris ciuilis, quę in ſucceſſionibus
attēdit̃, 35. q. 5. c. ad ſedē. Bar. & Doc. in l.
auiæ. C. de ſuc. edi. Et fortiùs procedit in
feudis, quia non ſuccedunt agnati tranſ-
uerſales, niſi vſque ad ſeptimū gradum,
c. 1. §. hoc quoq; ſciendum, qui feud. dar.
poſ. & in c. 1. §. hoc quoq; ſeruat̃, de ſuc.
feu. not. Bal. in auten. defuncto, col. 1. ver.
5 & no. C. ad Tertul. tamen hoc fallit in
ſucceſſionib⁹ Illuſtriſſimarum perſona-
rū, videlicet, Comitum, & Baronū, qui in
infinitū admittunt̃; ita dixit Bal. in c. 1. §.
Capitanei, ver. item opponitur de feud.
Marc. vbi formaliter dicit eſſe valde no-
tandū, ꝙ in ſucceſſionibus Illuſt. Comi-
tum, & Baronum, mortuo vltimo Comi-
te ſine hærede, ſuccedūt quicunq; agna-
ti, etiam ſi diſtent centeſimo gradu; idē
in Regnō, ſeu in Regum ſucceſſione di-

cendū eſt, quia ſi tota domus Regia moreretur, & extaret vnus de ſanguine anti quo, & non eſſet alius proximior; eſto, quod eſſet in gradu milleſimo; tamen iure ſanguinis, & perpetuæ conſuetudinis ſuccederet in Regno: & iſta dicta ſequit Aluar. in d. §. Capitanei, in glo. fi. vbi poſt Iac. de Bel. & Nicol. de Neap. concludit, quòd quando de acquirendo feudum primordialiter fit tranſitus ad deſcendentem, tunc in infinitum progredietur, etiā ad tranſuerſales; non autem tranſit ad tranſuerſales acquirentium; & hoc dicit Bald. eſſe valde notandum; ſequitur Barthol. Vero. in ſuis cautelis, cautela 196. incip. Eſt dubiū, & loquuntur iſti Doct. Bal. & Iac. Alua. in bonis feudalibus Illu-
6 ſtriſſimarum perſonarum, & etiā in bonis allodialibus; prout eſt in Rege Francorum, qui in ſuperiorem recognoſcit, & bona libera habere dicitur; idem tenet Deci. in ſuo conſ. 85. incip. Et diligenter pro tenui. Sed iſte Illuſt. Marchio eſt deſcendens à primo, qui acquiſiuit, videlicet, Aledramo, vt dicitur probari per famam publicam in loco; ergo debet admitti.

7 ¶ Tertiò, in feudis non ſuccedunt fœminæ, c. 1. §. hoc autem, qui feud. dat. poſ. c. 1. §. ad filias, de ſucceſ. frat. vel de grad. ſuc. cap. 1. de alien. feud. pater. c. 1. quemadmod. feud. ad fil. perti. Deci. in cōſ. 85. incip. Et diligenter pro tenui. & in conſ. 139. & ſicut fœminæ non ſuccedunt in feudis; ita etiam nec maſculi ex eis deſcendentes, c. 1. in princ. de grad. ſuc. feu. c. 1. §. hoc autem notandum, qui feud. da. poſ. Alber. Bru. in conſ. 8. incipien. Circa primum; aliàs eſt conſilium Iaſ. Doct. in l. Gallus. §. etiam ſi à parente. ff. de lib. & poſthum. vbi omnes dicunt, in feudis, appellatione hæredum non venire fœminas; ſed ſolùm deſcendentes ex linea maſculina, & in l. ex facto. §. fi. ff. ad Trebel. Iaſ. in l. cum proponas, la 2. C. de pact. vbi dicit lineam maſculinam in feudis non conſiderari: Sed Illuſt. Ducilla Mantuæ eſt deſcendens ex fœmina; ergo non poteſt admitti.

8 ¶ Quartò, etiam, ſi bona non eſſent feudalia, fœminę non admittuntur, quia ſumus in Regalibus, & quæ habent merum, & mixtum imperium; ita Domin. de ſancto Gemin. & Io. de Imo. in c. grande, col. 2. ver. nunquid fœmina, de ſupplē. neg. præla. in 6. Hoſt. & Bal. Ant. de Bur. & Doct. in c. ſignificauit, in prin. de reſcrip. Decius in dicto conſ. 85. in fine ſecundi dubij.

9 ¶ Quintò, & in fortioribus terminis non admittuntur fœminæ; & ſi fuerit conceſſum feudum pro ſe, & hæredibus quibuſcunque; quia ex quo propter illa verba quibuſcunque veniunt extranei hæredes, vt not. in l. ex facto. §. fina. ff. ad Trebel. & in c. In præſentia, extra de proba. Ne dupliciter improprietur, non veniunt fœminæ, quia in duobus lęderetur natura feudi; vno modo, quia venirent hæredes extranei; alio modo fœminæ, ideo fœminæ excluduntur: iſta fuit deciſio Bal. aſſignantis iſtam rationem, in c. 1. §. donare, qual. feud. alien. poſ. Alex. in conſ. 30. incipien. Quoniam omne datum, vol. 1. Deci. in conſil. 193. incipien. Et pro tenui. col. 3.

10 ¶ Sextò, etiam ſi conceſſum fuiſſet feudum pro maſculis, & fœminis; tamen tunc extantibus maſculis, fœminæ non ſuccedunt; tex. eſt in c. 1. §. quin etiam Epiſcopum, vel Abbat. & tex. eſt in c. 1. §. filia verò, de ſuc. feud. etiam ſi dictum eſſet pro hæredibus vtriuſque ſexus, quia ſemper intelligitur de fœminis, non extantibus maſculis; ita conſuluit Alex. in conſ. 9. incip. Pōderatis his, col. 2. ver. nec prædictis, vol. 5. vbi inquit, quod ſicut, quādo dicitur pro maſculis, & fœminis, prius veniunt maſculi; ita quando dicitur pro hæredibus vtriuſque ſexus, quia ex natura feudi hoc contingit contra verborum proprietatem. nam quando etiā dicitur pro maſculis, & fœminis, inſpecta vi verborum, illa copula videtur reſpicere ęqualiter fœminas, ſicut maſculos. l. 1. §. his ita C. de cadu. tol. Sed propter naturam rei receditur à proprietate verborum; ita quando dicitur pro hæredibus vtriuſque ſexus, licet talia verba videantur ęqualiter ad fœminas, ſicut ad maſculos referri,

ferri; hoc non attenditur, ſed natura feudi. Cùm ergo extet Illuſtr. Marchio Salutij deſcendens ex linea maſculina Aledrami, excludi debet Illuſt. Mantuæ Duciſſa.

11 ¶ Septimò, iſta Illuſt. Duciſſa Mant. ſemel fuit excluſa ab Illuſt. Ioan. Georgio eius patruo, qui ſucceſſit, ea excluſa: ſequitur quod, cū ſemel excluſa ſit, dicatur perpetuò excluſa, & ampliùs nō admittatur d. c. 1. §. quin etiam Epiſc. vel Abb. ut per Bal. And. de Iſer. Aluar. & alios ibi, Cald. in rub. de feud. conſ. 4. Pet. de Anch. cōſ. 221. incip. Hæc quęſtio vulgaris eſt; Pau. de Caſt. in conſ. 225. Cur. late in ſuo trac. feud. in 3. parte, ver. 27. quæro; idē tenet Alber. Bru. in conſ. 65. incipiente, Super cauſa feudali; dicens, quod ex quo ſemel filia fuit excluſa à fratribus, etiam illis mortuis abſque hæredibus, nō debet ampliùs ad feudū admitti. Idem dicit in conſ. 78. incipien. Quia caſus iſte; vbi dicit, quòd ſoror propter fratres dicit perpetuò excluſa in tm̄, quod nullo exiſtente de deſcendentia, vel agnatione maſculo, etiā non admitteretur; allegat d. §. quin etiā, & ibi no. oēs: idem Alb. Bru. cōſ. 8. incip. Caſus, ſicut ex actis, col. antepen. addo Alex. conſ. 19. vol. 1. Fulgoſ. in conſ. 8. & in conſ. 12. Ang. conſ. 321. Si ergo mortuo Ioan. Georg. qui ipſam Illuſtr. Duciſſam Mant. neptem ex fratre excluſit, dicitur perpetuò excluſa, etiam non exiſtētibus aliquibus deſcendentibus maſculis, & agnatis; quanto fortiùs erit excluſa extante Illuſt. Marchione Salutij deſcendente, & agnato maſculo ex Aledramo primo inueſtito.

12 ¶ Octauò corroboratur, quia pars aduerſa nititur probare ſemper fuiſſe cōſuetudinem inueteratā, & eſſe, quod fœminę ſemper cenſentur excluſæ à feudis, & ab eorū ſucceſſione, expelluntur enim à Marchionatu Montisferrati; nec in Comitatu, nec aliqui deſcendentes maſculi ex fœminis admittuntur: & quòd ita ſemper fuit obſeruatū à tanto tempore, cuius initij memoria non extat in contrarium. Ergo talis conſuetudo eſt ſeruanda, arg. l. minimè, ff. de legib. Nam videmus valere cōſuetudinem, quod feuda Eccleſiaſtica, etiam inuitis agnatis alienētur, vt per Alber. Bru. in conſ. 2. col. pen. in fin. Moder. in repeti. c. fi. extra de conſuet. col. 17. ver. 10. infertur, Moder. in tractat. de feud. in 4. parte principali, q. 19. Guido Papæ deciſ. 159. Deci. conſ. 208. Albert. Bru. conſ. 80. Deci. conſ. 85. vbi cōſuluit, quod cùm ſemper ſolū maſculi, non autem fœminæ fuerint admiſſæ, tunc ex ipſa cōſuetudine, & vſu, dicit ius maſculis acquiſitū, & excluſæ ſunt fęminæ, & fęminæ ex conſuetudine ſuccedūt, vt per Spec. in tit. de feud. §. qm̄, ver. 23. & not. per ſcribentes, in c. 1. de nat. ſuc. feud. Card. in conſ. 64. incipien. Nobilis dña, not. in c. ſignificauit, de reſcrip. D. Io. Campeg. in conſilio ſuo, quod eſt inter cōſilia Bruni, conſ. 2. col. fi. in fi. Si ergo valet, & attenditur cōſuetudo contra ius cōmune, & contra naturam feudi; quanto fortiùs valebit quando eſt ſm̄ naturā feudi, vt in caſu noſtro. Nam ſecundū ius feudorū non ſuccedunt fœminæ, nec deſcendentes ex eis, vt ſupra viſū fuit. Fortiùs hoc locum habebit, quando eſt roboratum conſuetudine propter aliud vinculum, argum. not. per ſcribētes, in l. filiusfamilias. §. diui, ff. de lega. 1.

13 ¶ Nonò, nec Princeps poteſt in pręiudicium agnatorū concedere, vt fęminæ admittantur, quādo feudū eſt antiquū, vt eſt in quæſtione iſta, ita tenent omnes feudiſtę in c. 1. quan. feud. ad fil. perti. vbi Bal. And. de Iſern. Iac. Aluar. & Præpoſ. Alex. dicentes illū tex. procedere in feudo paterno, ſecus in antiquo; & ita conſuluit Signo. de Hom. conſ. 12. Nam dñs nihil poteſt in præiudicium agnatorum, c. 1. de alien. feud. pater. Curt. in conſ. 50. col. antepen. & in conſ. ſeq. Nam Princeps licet non ligetur lege ſua, tamen ligatur lege contractus, c. 1. ubi text. de probatio. vbi not. & in c. nouit de iudi. Bal. in l. qui ſe patris, C. vnde lib. col. pen. & in c. 1. de natur. feu. omnes Canon. in c. quæ in Eccleſiarum, de conſtit.

14 ¶ Decimò, nō videtur officere Illuſt. Marchioni Salutij, quod Theodorus filius Illuſt. Dñę Violātidis ſororis Illuſt. Marchionis

Ioannis vltimi ex Aledramo præmortuo
poſſederit per 200.annos, & vltra, Mar-
chionatum,quia ipſe occupauit violēter,
& ſpoliauit agnatos alios ex Aledramo
deſcendentes: Ideo non potuit præſcri-
bere,quia vitiū fuit reale.l. ſequitur, §. ſi
tu vi me.ff.de vſucap.no.per gl. & Doct.
in l.vitia.C.de acquir.poſ.quod habet lo-
cum non ſolùm in ſucceſſore vniuerſali,
ſed etiam ſingulari; vt not.in dictis iuri-
bus Bar.& Doct. in l.3.C. qđ metus cau.
vbi dicunt,ꝙ quando vis eſt non compul
ſiua,ſed expulſiua, non poteſt præſcribi.

15 ¶ Vndecimò, nec valet confirmatio, &
cōceſſiò Caroli quarti, & ſucceſſiuè eius
filij,quia nō fuit narratū de ſpolio,& vio-
lentia,Innoc.& alij in c.cū dilecta, de re-
ſcrip.& not.in c.ſedes,& in c. ſuper litte-
ris,de reſcrip.Bal. in c. 1. per quos fi. in-
uesti. dum allegat glo.in l.ſi qua loca, C.
de fun.& ſalt.rei dom.lib.11. quæ arguit
contra eos,qui occupant Caſtra alicuius,
& poſtea faciunt ſibi cōfirmari à Princi-
pe,quòd talis confirmatio non teneat,Sa-
ly.in l.fi.C.ne rei domi.vel temp. Dicēs;
ꝙ vbi quis occupat terras alienas, & po-
ſtea facit ſe inueſtiri ꝑ reſcripta, vel alio
modo,nō tenet talis inueſtitura, nec im
petratio,ſed priori dño, ſeu priori inue-
ſtito debet reſtitui; quod dicit eſſe not.
idē Saly.in l.auctoritatem,C.vnde vi.qui
dicit de facto fuiſſe qōnem in quodā No-
bili, qui per inuaſionem occupauit quo-
dam Caſtrū,cui' iuriſdictio ſpectabat ad
Papam,ex poſt facto Papa fecit illum vi-
cariū ſuum,concedens ei omnimodā iu-
riſdictionem illius Caſtri; quòd etiam ſi
Papa ſciuerit inuaſionem,non valet talis
conceſſio in præiudiciū tertij. Barba. in
ſuo conſ.55. volu.4. ubi latiſſimè ſcribit
Neuiz.in conſ.ſuo inter conſilia Bruni n.
12.ubi latè ſequitur, addò Bal. in l. 2. C.
vñ legit.& in c.1.per quos fiat inueſt. Sa-
ly.in l.uniuerſa,C.de pręci.Imper.offerē.
quòd nō valet confirmatio facta à Princi-
pe Caſtrorū,uel bonorū occupatorum.

16 ¶ Duodecimò,mala fides impedit oēm,
& quamcunq; præſcriptionē, vt eſt tex. ī
c.vigilāti,& in c.fi.de pſcrip. c. poſſeſſor,
de reg.iur. in 6.& iſta mala fides ꝓbatur
per famā in loco,vt not.gl.in c.1.de pſcr.
lib.6.Arer.in c.licèt ex quadam,de teſti.

17 ¶ Decimotertio, & ſi eſſet decurſa præ-
ſcriptio,tamen reſtitutio in integ.dari đ-
bet propter ignorantiam,ex illa gñali, ſi
qua mihi iuſta cauſa &c.glo.in l.ſi pſem,
§.1.in ver.non vtēdo,& in l. ſi ſic, in ver.
vna ſeruitûs.ff.quemad.ſeruit.amit.Doc.
in l.cū filius.§.in hac.ff.de verb.oblig.vbi
Bart.& Alex.glo.& Doct.in l.2. C. de iu-
re emph. Alexan. in conſ.84.vol.1. & in
conſ.8.col.ult.vol.3.Bart. in l.1. §. ſi quis
aūt propter, ff.de itine. actuq; pri. Panor.
in d.c.vigilanti,de præſcript.ubi Fely.la-
tè allegans multa cōſilia Alex. quòd hæ-
res debet reſtitui ex capite præſumptæ i-
gnorātiæ,vt per Alex.conſ.83. uol. 5. in-
cip.Reuocatur in dubiū; Pet.Philip.Cor-
ne.conſ.100.vol.1.& in conſ.164. incip.
Me ſubſcripſi, vol.2.Iaſ.ī l.ſicut certi.col.
vlt.C.de teſta.mil.Moder.in repet.c.fi. đ
præſcript.col.31.Soci. in l. cū filius. §.in
hac.ff.de ver.oblig. & in conſ.86. incip.
In cauſa communitatis Caſtri Montis,in
fi.vol.1.& in conſ.288. uol.2.

¶ Quibus tñ non obſtantibus, quæ verè
nihil pœnitus obſtant,nec dubiū faciunt,
intrepidè dico nullū pœnitus ius compe-
tere Illuſt.Marchioni Salutij; ſed omne
ius eſſe pro parte Illuſt.Ducis Mantuæ,
& Illuſt.Duciſſæ eius coniugis.

18 ¶ Et primò, nullo modo videtur dicen-
dū,quòd conceſſio facta Aledramo dica-
tur feudū,ſed donatio. Nam tenor con-
ceſſionis attēditur,c.1.in fi.de duob. frat.
à capit.inueſt.& ibi Bal.in prælud.feu. in
4.diſtin.in ver.porrò,& in l.1. uer. ſed &
ſi quis.C.de latin.liber.tol. Sed, ſi tenorē
conceſſionis inſpiciamus, certè iudicabi-
mus eſſe donationē, & non feudū; patet
ibi,cōcedimus,donamus, atq; elargimur
pręfato Aledramo Marchioni,& inferiùs
dicitur;Item etiā per huius noſtræ dona-
tionis,& confirmationis auctoritatē &c.
facit quod voluit Oldr. in ſuo conſ.159.
incip.Ex prædicto themate; ubi cōſuluit,
quòd ex quo Rex Carolus conceſſit Prin
cipi Tarentino Principatum Achaye, di-
cendo, damus,donamus,quod dicat pu-
ra,& mera donatio, non autem feudum,

per tex.in l.ſed ſi plures.§.vltimo.ff.d donat.inter virum & vxor.l.2.§.ſi.ff. de do-
19 nat. Et mouet etiam ex qualitate perſonæ donantis,qui erat Rex;arg.l.pen.C.d dona.inter vir.& vxo.arg.l.plenum, §.æquitij,ff.de vſu & habit.quod fortius procedit in caſu noſtro,quia ĩ caſu Oldr. fuit facta inueſtitura,quæ ſolet feudũ arguere,vt in c.1. de feud. cogn. ſed hic nulla fuit inueſtitura facta, ſed fuit ab Imperatore conceſſio, & donatio facta. Ergo dicit in fortioribus terminis donatio, non feudũ. Item ibi reſeruauit præſtationem ſeruitiorũ,hic non, & deciſ. Oldrad. refert, & ſequitur Abb.in rub.de dona.col. 2.& ſeq.ſequitur Iaſ. in prælud. feud. n. 11.& ſeq. & licet videatur dubitare, illud eſt,quia fuit facta inueſtitura , & reſeruatio præſtationis ſeruitiorum. Sed in caſu noſtro nullũ ex iſtis concurrit; ergo
20 non eſt aliquo modo dubitandũ. Cùm ergo ſit donatio,indubitáter etiam fęminæ admittuntur; ita not. Ang.in cõſ.242. ſuper puncto primo,in ſi.Bal. in cõſ.301. aliàs 303.incip. In bonis feudalibus, vol. 3.Alex.cõſ.24.vol.5.col.4.in ſi. & in cõſ. 160.incipien.Viſo themate, col.1. vol.2. Pau.de Caſt.in conſ.161.incip.In præſenti cauſa,col.ſi.ubi arguit non eſſe feudũ, quia non exprimitur,& quia res data fuit ſimpliciter; facit qđ not.d.Card. in conſ. 64.incipiente Quod Dña Nera, vbi ponit regulã, ꝙ fœminæ pariter ſuccedunt cum maſculis, excipiuntur tñ bona feudalia: ergo in iſto Marchionatu conceſſo iure donationis pariter fœminæ admittuntur; refert & ſequitur Deci. in conſ. 380.incipien.Qm̃ ex facto,col.3.ver.tertio in eadẽ inueſtitura, & in conſ.32. incip. Et pro tenui. qui allegat Oldr. in d. conſ.159.& maximè dicit hoc procedere quãdo dixit donamus, & nihil ſibi reſeruauit; mouetur etiã,quia talis donatio fuit facta ab Imperatore ; ideo lata ſit in-
21 terpretatio.l.ſi.ff.de conſtit.princ. Et dicit fortiùs,quod eſt idem quãdo nõ ſunt coniecturæ aliquæ quod poſſit dici feudum,prout erat in caſu nr̃o ; ideo vult fęminas admitti: fortiùs ergo ĩ caſu noſtro dicendũ eſt,feudum non eſſe, cùm non ſolùm nõ exprimitur feudũ eſſe,ſed ſimplr fuit facta conceſſio; Immò expreſsè cõceditur iure donationis: Ergo erit donatio,& ſic pariter ſuccedunt fœminę cũ maſculis, vt dixi. Nimirũ ergo ſi Illuſt. coniunx Illuſt. Ducis Mant.neptis ex frę ſuccedit,excluſo Illuſt.Marchione Salu. defuncto in lõgiſſimo gradu coniuncto; dato, ꝙ ſit deſcendens ex Aledramo.
22 ¶Secundò,quod nõ ſit feudum,oſtendit ex alio, ponderando alia verba in conceſſione Ottonis facta Aledramo ibi, vt ſicut hucuſq; iuri noſtri Regni dñio ſubmiſſæ ſunt; ita ammodo in antea in prædicti Aledrami Marchionis dñio ſubdantur, & in eius ius diligenter, & omninò
23 transfundantur. Pondero illud verbum ſicut,quod ſignificat eodẽ modo;vt not. in l.ſicut.ff.qđ cuiuſq; vniuer.not.in cap. qm̃ Abbas,extra de offic.deleg.l. qua ratione.§.licere.ff.de acqui. rerũ domi.l.1,
24 ff.de fur. Item pondero dictionem, ita,ꝙ ſignificat idẽ,quod ſicut,vt not. in l. fructus,ff.ſol.mat.l.2.C.de his, quæ ſub modo,l.cum mota.C.de tranſac.Item ibi, &
25 omninò transfundantur. Nam dictio oĩnò,& omnimodo eſt præciſa, l.ſi poſſeſſor in prin.ff.de petit.hæred.Inſtit.de tute.in ſi.& in c.& ſi Chriſtus,de iureiur.& intelligitur in totũ.ſ.quo ad oẽm ſui partem.c.ſi religioſus,de elect.lib.6. Si ergo ita,& ſicut dñio Ottonis ſubmiſſa ſunt; ita omninò transfundantur in Aledramũ quo ad omnia. Ergo etiam, quo ad dñiũ directum,aliàs non verificarẽtur illa verba ita præciſa: Si ergo omne dñium,etiã directum compræhenditur. Ergo nõ eſt feudum, quia in feudo dñium directum remanet penès dñm; vt in c.1.de inueſti. re alien.fac.& in c.3.ſi de feu.fuer.contr. int.dom.& agn. Et ita propriè cõſiderat, & arguit propter hoc, ꝙ non ſit feudum Oldr.in alleg.conſ.159.incip.Ex præſenti themate. Alex.in conſ.24.col.2.vol.5, & Deci.conſ.208.verſ.poſtremò; & licet in caſu Oldr.aliqui dubitent, vt per Moder.in prælud. feud. col. 5. Tamen illud erat ex eo,quia ibi fuit facta inueſtitura. Item fuit dictum nomine feudi,vt declarat Deci.in conſ.193.incip. Et pro tenui.

Sed

Sed hic ſumus in fortioribus terminis, q̃ vllus Doctor loquatur. Nã non fuit mẽtio facta de feudo, ſed expreſsè de donatione,fuit omne ius tranſlatũ in Aledra-
26 mum, Item confirmatio facta omnium rerũ acquiſitarum,& acquirẽdarum. Itẽ data omnis poteſtas alienandi, nulla fuit facta inueſtitura,nullum iuramentũ pręſtitum, vt ſtatim dicã. Ergo nemo ſani capitis feudũ eſſe iudicabit; & admittunt fœminæ,etiam in donatione facta de Baronia,vel Caſtro. Ange.in conſ.242. incip.Super puncto primo. Bal.in cõſ. 301. incip.In bonis feudalibus,vol.3. Deci.in conſ.208.incipien.Ad clariorem, col. 2. ver.poſtremò aduertendum.

27 ¶ Tertiò,pondero alia verba, videlicet, inſuper etiam confirmamus,& corroboramus ſupradicto Aledramo Marchioni omnes res,& proprietates ſuas,tam de hæreditate parentum, q̃ de acquiſito, illi aduenientes,per diuerſa loca infra Italicũ Regnum iacentes,videlicet in Comitatu Aquenſi,Sauonenſi,necnon Aſten-
28 ſi,& Montisferrati &c. Si ergo confirmat ea,nihil de nouo dat,vt not. in l. & quia,ff.de iuriſd.omn.iud.Bal.in l.3. ĩ fi. C.ſi aduer.rem,Bal.in c.1.in prin. p quos fiat inueſt.Innoc. in c. dudum, de deciſ. Old.conſ.164. Si ergo confirmat acquiſitionem,& præteritã,& futuram; vt patet ibi,vel in antea acquirere poterit: ergo non poteſt dici feudũ,quod nõ eſt cõfirmatio acquiſitionis,ſed eſt cõceſſio facta per dñm,vt no.per ſcribentes in præ-
29 lud.feud.Nam confirmatio præſupponit dñium,&ius quæſitum ſm̃ Bal.in l.nominationes,col.fi.C.de app.Alex.conſ.122.

30 Viſo puncto, col. 4. Corroboratur, quia confirmat res,& proprietates ſuas; nam meum, & tuum denotat dñium. l. quintus,vbi Bar.ff.de aur.& arg.leg.& confirmatio dicitur iuris acquiſiti corroboratiua declaratio; vt no.Car.in cle.1.de iureiur.§.nos,prętere a ſubdit ſine minoratione aliqua. ergo nihil ſibi retinet,arg.no. in l.ſi is,qui ducentos.§.cũ ita.ff.de rebus dub.cum ſim.ergo non eſt feudum.

31 ¶Quartò,pondero illa verba; habeatq; poteſtatẽ tenendi,vẽdendi, cõmutandi, alienandi,vel p̃ anima iudicãdi, & quicquid eorũ decreuerit animus faciendi, omniũ hominum contradictione remota. Profectò non apparet eſſe feudum, ſed merã donationem. Nam de natura feudi eſt,vt nõ poſſit alienari; vt in c.1.de alien.feud.vbi not.Nec poteſt de feudo p̃ anima diſponere,vt in c.1.§.donare,qualiter olim feud.pot.alien.& ibi Bal.& idẽ Bal.in cap.1.col.6.de pac.iura.fir. nec ad cauſam prophanam,ut in c.1.de ſuc. feu. Aluar.in c.1.agna.vel fil.

32 ¶ Quintò,ex alio iudicatur donatio,non feudũ,quia non fuit facta aliqua inueſtitura,quæ eſt actus feudalis conceſſionis, vt in c.1.de conceſ.feud.mi.fac. & in c.1. quibus fit inueſtitura,Soci.conſ.257.uol.
33 2.in prin.Nam inueſtituram eſt optimũ ſignum ad noſcendũ, an ſit feudũ, c. per tuas,de dona.Innoc.in c.veritatis, de iureiur.Iaſ.in prælud.feud.n.12.ver.item
34 inueſtitura. Item nec fuit præſtitũ iuramentũ aliquod fidelitatis, vt requiritur ĩ feudo,iuxta ea,quæ habentur in toto tit. de noua for.fidelit.Et quotiens ſumus in dubio,tunc quia cõceſſiones ſunt contra naturã feudi, iudicabitur non feudũ, ſed
35 donatio: licèt de donatione nulla mẽtio facta fuerit,arg.not.per Bar.in l.2.in prĩc. ff.ſi cer.pet.& ibi not. omnes,not.in l. fi. ff.de condit.ob cauſã. Quanto fortiùs dicendũ eſt in caſu noſtro,ꝙ ſit donatio,cũ omnia ſint cõtra naturam feudi: Et expreſsè dicitur,ꝙ ſit donatio, & nihil de feudo dicitur. ergo, vt dictũ eſt, pariter admittuntur fœminæ cum maſculis,quibus,non extantibus maſculis, vel extantibus, & in longinquiori admittuntur tãtum fœminæ in totum.

36 ¶ Sextò,dato,ꝙ eſſet feudum,tamen dico,quòd fœminæ admittuntur, quia non apparet,ꝙ aliquod ſeruitiũ præſtari debeat; & qñ non præſtatur ſeruitium, fœmina admittitur.Bal.in l.quotiens, col.1. C.de ſuis,& legit.& in c.1.in verbo decedente,col.3.ver.quærit glo.in tit.qui feudar.poſ.Ludou.Roma.in ſing.108.incip. Hodie fœmina; & in conſ.368.incip. Circa primum, col. pen.& maximè qñ nullum præſtitũ eſt iuramentum fidelitatis.

37 tatis. Alex. conſ. 2. vol. 5. & in conſ. 30. incip. Qm̃ omne. col. 1. vol. 1. Deci. cõſ. 269. incip. Conſultus ab Illuſt. col. 2. & conſ. 32. col. pen. Sed hic nullũ ſeruitium eſt impoſitũ, nec eſt pręſtitum iuramentum fidelitatis. Ergo, cùm nullũ ſeruitium ſit præſtandũ, fœminæ admittuntur. Et ſic Illuſt. coniunx Illuſt. Ducis Mantuæ admitti debet, vigore illius primæ conceſſionis factæ Aledramo, cùm ad eam ſpectaret ſucceſſio. idem tenet Deci. cõſ. 32.

¶ Septimò etiam ex alio, ſi eſſet feudum, ad fœminas poteſt tranſire. Nã conſidero, q̃ data eſt poteſtas alienandi Aledramo, & ſuis hæredibus, per hæc verba; videlicet, habeat poteſtatẽ tenendi, vendẽdi, commutãdi, alienandi, vel pro anima iudicandi, ſubdit: Et quicquid eorum decreuerit animus faciẽdi, omnium hominum contradictione remota.

38 Pondero illa verba, quicquid eorum decreuerit animus faciendi. Nam verbum quicquid eſt verbum præcisè vniuerſale. ſm̃ Bald. in l. cũ virum. C. de fideicõmiſ. in 1. col. in fi. 2. oppoſ. & nihil excipit Bal. in l. in fideicommiſſis. §. nonnunq̃. ff. de vſur. Fran. Aret. in l. lex Cornelia. ff. de vulgar. & pup. Bar. in l. quæ omnia. §. planè. ff. de procur. Bal. in c. 1. col. 9. ver. item Oldrad. quærit. de cap. qui cur. ven. Ergo poterit diſponere in teſtamento, & iure hæreditario venient fœminæ, aliàs falsũ eſſet dicere quicquid eorũ animus &c. Nam nihil excludit, aut excipit p̃ ſupradicta, & de hoc eſt deciſio Signor. in ſuo conſ. 10. vbi conſuluit trãſire feudum ad fœminas, ſi dicitur q̃ poſſit facere quic-

39 quid voluerit. Adduco etiam in ſimili; nã propter illa verba, p̃ ſe, & quibuſcunq; ſucceſſoribus, deſcendentes ex fœmina admittuntur, qui aliàs non poterant admitti, & perſonæ pœnitus inhabiles admittuntur, & alienę à ſucceſſione feudi. c. 1. de feudo nõ haben. propriã natu. feu. per quem tex. ita decidit Bal. in l. 1. ff. de rerũ diuiſ. in 34. 45. & 48. qõ. & in c. imperialẽ. in prin. col. 6. de prohib. alie. feu. per Feder. & in c. in pñtia. de proba. Alex. in l. ſi patroni. in prin. col. pen. ff. ad Trebel. Iaſ. in conſ. ſuo, quod eſt inter cõſilia Bru. n. 9. incip. Dñus Ioannes; vbi conſuluit, q̃ ex quo in inueſtitura dicebatur p̃

40 quibuſcunq; ſucceſſoribus maſculis, veniunt deſcendentes ex fœmina, dummodò ſint maſculi, quia dicebat de maſculis. Ergo ſi fuiſſet dictũ pro quibuſcunq; ſucceſſoribus ſimpl̃r, & fœminę admitterentur. Et de hoc eſt deciſio Soci. in cõſ. 10. inter conſilia Bru. col. 1. incip. Viſa q̃ne; vbi dicit, q̃ ideo dictum fuit pro quibuſcunque ſucceſſoribus maſculis, non veniunt fœminæ; ſed, ſi tale verbum nõ fuiſſet appoſitũ, fœminæ venirent. Ita ille, & de feudo tunc poteſt diſponere in teſtamẽto Bal. in c. imperialẽ. in princ. col. pe. de prohib. alien. feud. per Federicũ. & in c. 1. §. donare. qualiter olim feud. pot. alie. Alexan. in l. Gallus. §. etiam. ff. de libe. & poſthum. & in l. etiã, ſol. mat. Moder. in l. quodcunq;. ff. de verb. oblig. Sed Marchio Ioannes vltimus ex deſcendentib⁹ Aledrami, qui ſine filijs deceſſit, in teſtamento ſuo inſtituit eius hæredẽ vniuerſalem Illuſt. Dñam Violantidẽ eius ſororem, Imperatricem Græcorũ, & eius filios, & ſic ſucceſſerunt in feudo. Ergo fœminæ fuerũt admiſſæ, & deſcendentes ex eis; ſed ita eſt in caſu nr̃o; ex quo dictum eſt; quicquid eorum animus decreuerit. Ergo poteſt etiam transferri in fœminas propter verba illa vniuerſalia. Ergo iſta Illuſtr. Domina, tanquàm hæres prædefuncti Marchionis vltimi admittitur ad bona etiam feudalia.

41 ¶ Octauò, & ſi dici poſſet feudũ, non tamen dr̃ feudum propriè; quia in multis deuiat à natura feudi, vt ſupra dictũ fuit. Nam de feudo nulla eſt facta mentio, ſed dictum eſt de donatione. Itẽ nulla eſt facta inueſtitura, nullum præſtitũ iuramentum, translatum eſt dñium etiã directũ, data eſt poteſtas alienandi, & faciendi quicquid animus eorum decreuerit, quæ omnia ſunt cõtra naturam feudi, vt latè

42 dixi ſupra. Ergo nõ eſt propriè feudum, quia illud dicit propriè tale, quod eſt tale ſimpl̃r, non aũt ſecundum quid, c. licet Canon. de elec. in 6. l. hoc legatũ, de leg. 3. Alex. conſ. 30. vol. 4. & conſ. 178. vol. 2. Soci. conſ. 1. vol. 3. Sed ego habeo, quòd quando

quando feudum eſt purũ propriè,& ſim-
plex, licèt fœmina nõ admittatur; fallit
tñ quando feudũ eſt impropriè. Nã con-
ſuetudines feudorũ fœminas excludẽtes
ſunt exorbitantes;arg.l.maximum vitiũ.
C.de lib.præte.Igitur ſunt intelligendæ ĩ
caſu proprio,& nõ improprio.l. qui verò
cũ materia.ff.de lib.& poſth.l. ſi verò. §.
de viro ſoluto mat.Igitur iura prohiben-
tia fœminas ſuccedere,ſunt intelligenda
de eo feudo,quãdo eſt propriè feudum,
non impropriè. Et ſic cùm ceſſent con-
ſuetudines feudales, ſuccedit diſpoſitio
iuris cõmunis;vt in c.1.de feud. cog. qua
pariter fęmina admittitur,vt ĩ d.l. maxi-
mũ vitium: & in feudo, qđ habet mixtã
43 naturã alterius cõtractus; quia diſpoſitio
exorbitãs in caſu ſimplici, non extendit
ad caſum mixtũ.l.ſi ita ſcriptũ. ff. de lib.
& poſthum.not.per oẽs in l.2.in prin.ff.đ
verb.obl.& ita conſuluit Dñs meus Soci.
in conſ.259.incip. Viſis inueſtituris, col.
2.& maximè dicit ibi Soci.quia ex verbis
inueſtituræ de proprietate ſermonis, fœ-
mina cõpræhenditur,quia fuit dictum ꝓ
44 ſe,& ſuis hæredibus. nam verbũ hęredi-
bus de ꝓprietate ſermonis includit quẽ-
libet hæredem.l.ſciendũ,de ver.ſig. Sed
nos ſumus in fortioribus terminis: nã in
caſu Soci.erat facta inueſtitura, hic non;
ibi nõ fuit data poteſtas alienãdi, hic ſic;
ibi fuit appoſita illa clauſula, quod ſi tu,
aut hęredes,ſeu ſucceſſores tui,quod ab-
ſit à nr̃a obedientia,plena deuotione, ac
fidelitate tetraxerit &c. nullius ſit robo-
ris,vel momenti,hic non:ergo in fortio-
ribus terminis fęminæ cõpræhenduntur.
45 ¶ Nonò,& ſi conceſſio facta per Carolũ
quartum dicatur feudum,tñ expreſsè eſt
facta pro deſcendentibus maſculis, & fę-
minis; quo caſu non eſt dubitandum, ꝙ
fœminæ in feudis admittantur; vt in c.1.
§.hoc autem. qui feu.dare poſſ.c.1.§. fi-
lia,de ſucceſ.feud.cum ſimil.
46 ¶ Decimò,& fortiùs dato, ꝙ illa conceſ-
ſio facta Aledramo, eſſet feudũ, & fęmi-
næ non admitterentur; quod tamen eſt
falſum per ea, quæ latè dicta ſunt ſupra:
Tamen dico,quòd Illuſt.Marchio Salu-
tij nullo modo poteſt admitti.Nam con-
ceſſio Ottonis facta Aledramo,eſt facta
etiã pro hęredibus ſuis;patet ibi,firmiter
poſſideat tam ipſe, q̃ hæredes ſui; & ibi,
prædictũ Aledramum,ſuoſq; hæredes,&
ibi,cum eodẽ,ſuiſq; hæredibus,& ibi,A-
ledramũ cum filijs,& hæredibus ſuis; &
in fine,tũ præfato Aledramo,ſuiſq; hęre-
dibus; quo caſu ad hoc,vt quis poſſit ve-
nire ad feudum, duo requiruntur, quòd
ſit deſcendens ex Aledramo, itẽ, quòd
ſit hæres,aliàs vno deficiẽte, non admit-
titur.Iac.de Bel.& Bal.in c.1.an agn. vel
fil.Bart.in l.cum qui.ff.de inter. & releg.
& in l.vt iuſiurandi.§.ſi liberi.ff.de oper.
lib.Alex.in conſ.6 & conſ.9,vol.5.Alber.
Bru.in conſ.1.& Io. Campeg. in conſ. 2.
inter conſilia Bru.And.de Ifer. in c. 1. §.
hoc quoq; de ſuc.feud.& in c.1.an agna.
vel fil.Alex.conſ.10.vol.3. Iaſ.in conſ. 9.
col.pen.inter conſilia Bru. Idem Brunus
conſ.18.col.4.Curt.conſ.50. & conſ. 82.
col.4.Deci.conſ.208.Sed licet iſte Mar-
chio Salut.ſit deſcendens ex Aledramo,
quod tamen negat,vt infra dicetur; quia
tamen non eſt eius hæres, nullo modo
poteſt ad feudum venire.
47 ¶ Vndecimò, ex alio excluditur, quia
Marchiones Salut. ſciuerunt ad eos ſpe-
ctare feudũ. Nam (vt audio) pars aduerſa
nititur probare famã eſſe, feudum fuiſſe
conceſſum Aledramo,& eius deſcendẽ-
tibus. Si ergo ita eſt,& fuit fama, ergo p̃-
ſumuntur ſcire,glo.Bar.Bal.& Ang. in l.
ſi tutor.C.de pericul.tut.Bar. in l. cęlſus.
ff.de vſucap.& in l.is poteſt.ff.de acquir.
hæred.& in l.cũ quidam.§.fina.ff.de ad-
miniſt. tut. Idem ſciuerunt ſucceſſiſſe in
Marchionatu Theodorum, & alios eius
deſcendentes ex linea fœminarum ex Il-
luſt.domo Paleologorum, quia iſta ſunt
valdè notoria in locis. Nam ſcientia prę-
ſumitur de eo, quod publicè fit Card. in
cle.1.de foro compe.q.14. Cùm ergo nõ
petierint inueſtiturã infra annum,poſtea
non audiuntur,c.1.§.Titius.ſi de feu.fue.
controu. inter dom. & agna. ibi,quod ſi
cõſenſit alienationi,vel per annũ tacuit,
ex quo ſciuit,omninò remouebit Ludou.
Roma.in cõſ.22.in fin.per illũ tex. dicit,
quòd ius petẽdi renouationẽ proximiori
agnato

agnato durat per annum.Mod.in l.petẽs.
C.de pac. Alua.in c.ſi facta.col.vlt.ver.q̃
ro quid ſi primus,ſi de feu: fuer. controu.
48 ¶ Duodecimo,& ſi volumus dicere alie-
nationem eſſe factam in extraneum,quo
caſu videt̃ limitari tex.in d.c.1.§. Titius,
procedere,quãdo alienatio eſſet facta in
agnatum remotiorem in gradu,tunc an-
nale ſilentium præiudicat; ſecus quando
in extraneis,ideſt non agnatis; quia tunc
dico,quòd elapſo tempore 30. annorum
indubitanter ſibi præiudicat.glo. in d. §.
Titius.& Doct.illam ſequuntur,vt Alex.
dicit in conſ.15.incip. Viſis narratis. col.
pen.ver.nõ obſtat.vol.5.refert, & ſequi-
tur Deci.conſ.328.incip.In caſu propoſi-
to.col.2.verſ.ſolùm ſupereſt.Mod.in tra-
ctat.præſcriptionum.fol.35.verſ.ſeptimo
quæro pro complemento.
49 ¶ Decimotertio etiam; ſi ignorauerint,
elapſo ſpatio 30.annorum tollitur ius eo-
rum,nec requiritur ſcientia,& tollitur iꝰ
in totum negligentibus tanto tempore;
cùm tale tempus ſit inductum mere in
odium negligentiũ,iuxtà glo.in l.fi.in fi.
C.de edic.diui Adriani tollen.ita forma-
liter dixit Aluar. in c.1.§. porrò. qualiter
olim feu.poteſt alien.col.2. ver. nota, ꝙ
tempus. ex quo debet induci Alexan. in
conſ.incipi.Quoniam omne datum. col.
pe.in reſponſione ad ſextum arg. vol. 1.
Fran. Aret.latè in conſ.84.quod eſt pen.
col.1.Moder. in tract.præſcript.allegato.
Et qđ indiſtinctè in feudis currat pręſcri-
ptio 30.annor.tenet Nico.de Neap.ĩ l. fi.
C.de fun.patri.lib.11.Sed tp̃s eſt decurſũ
30.& 40.annorum,& vltra.ergo &c.
50 ¶ Decimoquarto, apparet ex alio, quòd
præiudicarunt ſibi Marchiones Salut.
quia expreſsè conſenſerunt, quòd Mar-
chiones Montisferrati ex Illuſtr. domo
Paleologorum, & ſic deſcendentes ex
Theodoro haberent Marchionatũ. Nã
inter ſe iſti Marchiones affinitatem con
traxerunt,& fecerunt pactũ ꝙ decedẽ-
te Marchione Bonifacio ſine filijs, Lud.
Marchio Salut.ſuccederet.Ergo exiſten
tibus filijs,actũ dicitur, ꝙ non ſuccedat,
arg.tex.in l.ſi legatũ.in prin.ff.de adimẽ.
lega.Itẽ Marchiones Salu.recognouerũt
quædam Caſtra ab ipſis Marchionibus
Montisferrati. Et ſic indubitanter pręiu-
dicarunt; nam cũ paſſi ſunt eos eſſe Mar
chiones, nocet, fortius quando conſen-
ſerunt,Bal.in autent.in ſucceſſione.C.de
ſuis,& legittimis.
51 ¶ Decimoquinto,Marchio Ioãnes Mon
tisferrati fecit teſtamentum, in quo in-
ſtituit filios naſcituros in Marchionatu,
& in omnibus ſuis bonis,& ſi non naſce-
rentur,vel nati deficerẽt, inſtituit,& ſub
ſtituit Dñã Violantidem ſororem ſuam
Græcorũ Imperatricẽ, & filios eius; qui-
bus non exiſtentibus hæredibus, ſubſti-
tuit filios Dñæ Margaritæ ſororis ſuæ, o-
lim vxoris Dñi Ioãnis Infantis de Hiſpa-
nia de Caſtelle. quibus etiam vltimò lo-
co ſubſtituit Dñm Manfredũ Marchio-
nem Salutij,quem Dñm Manfredum re-
liquit Gubernatorẽ; vná cum quibuſdã
alijs,ꝑut in teſtamento in toto Marchio-
natu vſq; ad aduentũ hæredis ſui, demũ
mortuo ſine filijs Marchione Ioanne, p̃-
dictus Marchio Manfredus,vt Guberna-
tor ſtatus, conuocauit vniuerſale parla-
mentum ſtatus: Et eo præſente, & cõſen
tiẽte fuerunt electi tres Oratores,qui miſ
ſi fuerunt ad Violantidem,& eius filium
Theodorũ,& ad iurandum fidelitatem;
& ſic expreſsè conſenſit, & ſibi p̃iudica-
52 uit,immo promiſit ratũ habere; & non
ſolùm ſibi præiudicauit,ſed etiã ſuis ſuc-
ceſſoribus; cùm feudum fuit hæredita-
rium,ideſt acceptum pro ſe,& ſuis hęre-
dibus,arg.l.cũ à mr̃e.C.de rei ven. Alex.
in conſ.19.incip.Super eo.col.4.ver. non
obſtat.vol.5.& in conſ.28.In cauſa & li-
te,col.pen.verſ.alio principali fundamẽ-
to.vol.5.vbi dixit,ꝙ quando feudum eſt
hæreditariũ,ideſt conceſſum ꝑ ſe,& hę-
redib.vt fuit conceſſio Aledrami, nõ põt
filius hæres venire contra factũ eius, cui
ſucceſſit,quia in re hæreditaria plus non
põt hęres,q̃ defunctus,ſi viueret, qui con
tra factũ ſuum venire nõ poſſet.l.ſi ab eo.
C.de libe.cã.l.quæ à patre.C. đ teſti.mil.
Quod adeo dicit eſſe verũ, vt procedat
etiam ſi filius adiuerit hæreditatẽ cũ be-
neficio inuentarij,vt in locis alleg.Et di-
cit Alex.quod ita in effectu tenet And.đ

de Iſer.in c.1.ad fi.qui ſuc.tene.il primo. & in c.1.§.hoc quoq; de ſuc.feu. Et licet aliqui tenent contrariũ, quando adiuit hæreditatem cum beneficio inuentarij, tamen omnes concordant quando non eſt adita hæreditas cum beneficio inuentarij.

53 ¶Decimoſexto, in fortioribus terminis iſta ꝓcedunt, quia concurrentibus oĩbus iſtis, eſt elapſum tẽps, nedũ 30. vel 40. annorum, ſed vltra annos ducẽtos. Et profectò habuit locũ præſcriptio, vt iſtis de domo Paleologorũ, & deſcendentibus ex Theodoro maſculis, & fœminis ſit acquiſitum ius, & per conſequens ſint excluſi oẽs Marchiones Salutij. Nam ſi ꝓſcribitur contra tertiũ prætendentẽ ius; immo contra vaſallũ ſpatio 30. vel 40. annorum, vt in c.1.§.ſi quis per triginta, ſi d feu.fuerit controu. Canoni.in c.ad audientiã, extra de præſcrip. facit glo.in c.1. ĩ tit.de capit. Cõrad. Lud. Roma. cõſ.166. incip. Viſa diligenter. Fely. poſt Panor. in d.c.ad audientiã. extra de præſcrip. Quãto fortius ſi elapſum eſt tẽps 200. ann. &
54 vltra, & præſumitur bona fides, & titulus, qui nõ requiritur. tex. eſt in c.1. de ꝓſcrip. in 9. vbi eſt caſus, ꝙ licẽt in pręſcriptione contra Eccl'am ſufficiat tẽps 40. annorum, cũ bona fide abſq; titulo; tamen eſt ſecus, qñ eſſet præſumptio cõtra pręſcribentem, vt quia Prælatus allegat pręſcripſiſſe decimas in Parrochia alterius Eccl'æ. Nam diſpoſitio, & præſumptio iuris eſt in contrarium, quo caſu nõ requiritur titulus; vt not. Cardi. in conſ.114. incip. Dico Petrũ non audiendum. circa fi. Fely. in c.ſi diligẽti. col.7. in 9. reſtrictione. de præſcrip. Et ratio eſt, quia ſpacium tanti tẽpis, cuius initij memoria nõ extat, habetur loco tituli legittimè conſtituti, l.hoc iure. §. ductus aquæ. & ibi glo. ff. de aqua quoti. & æſti. & habet vim priuilegij. c.ſuper quibuſdam. §. præterea. in gl. in ver. non extat. de verb. ſig. & habet vim legis. l.1. §. fin. Ibi vetuſtatem vicem legis obtinere. l. in ſumma. in prin. ibi vetuſtas, quæ ſemper pro lege habetur. ff. de aqua plu. arcen. Cardin. conſ. 88. incipien. Capitulum Ciuitatenſe, & habet vim priuilegij expreſsè conceſſi à Principe. Bal. in c.1. col.1. in tit. quæ ſint rega. Iaſ. in l. de quibus. ff. de legi. col.13. Alex. conſ.6. vol.1. Viſo themate. & in conſ.74. incipien: Videtur quòd tota difficultas. col.2. vol.4. Et dicit And. de Iſer. in c.1. in ver. Flumina publica. col.3. in tit. quæ ſint rega. quod ſpatium tanti temporis, cuius initij memoria non extat in
55 contrarium, tantum poteſt, quantum Imperator cum cauſa, refert Iaſ. in repet. l.
56 quo minus. col.11. de flumin. & ex poſſeſſione tanti temporis præſumitur titulus, & ſi non allegetur. Cyn. Angel. Paul. & alij in l.ſi certis annis. C. de pac. Iaſ. ibi, col. vlt. & nedum titulus, ſed bona fides præſumitur, etiam ſi nõ allegetur. Innoc. Bal. in c.ſi diligenti. in fin. de præſcript. immo ſecundum Fely. in c.cùm à nobis.
57 col.3. de præſcript. Præſumptio reſultans ex tali tempore, dicitur iuris, & de iure: ideo non recipit probationem in contrarium. quanto fortius ergo iſta procedunt in caſu noſtro, cùm adſit titulus inſtitutionis hæredis ex teſtamẽto Marchionis Ioannis, vt dixi. Immo titulus cõ-
58 ceſſionis Aledrami, qui compræhendit fœminas, & potuit vigore illius conceſſionis diſponi de Marchionatu in teſtamento. Item adeſt titulus Caroli quarti Imperatoris, & eius filijs: Item conſenſus Marchionũ Salutij. Immo, ſi iſta nõ concurrerent, præſumit' bona fides, & titulus, licet non allegentur. Ergo profectò nihil pęnitus dici poteſt in contrariũ, in fauorem Marchionis Salutiarum, cui nullum pœnitus ius competit.

59 ¶ Decimoſeptimo dicendum eſt, quòd vltra omnia ſupra adducta iſte Illuſtr. Marchio Salutiarum nullo modo ſit ex
60 deſcendentibus Aledrami; Et licet pars aduerſa conetur probare per famã; tamẽ nos dicimus famam eſſe in contrarium, quæ debet præualere, quia magis eſt veriſimilis talis probatio famæ; vt in c. licẽt cauſam. de proba. l. ob carmen. ff. de teſtib. Pet. Philip. Corn. in conſil.261. incipiente, De duobus principaliter, vol. 4. littera g. & in conſ.18. vol.2. & in conſ. 4. & conſ.68. volum.1. Et licet ſint pau-

giores, quia veriſimilia deponunt magis eis creditur. Cur. in conſ. 24. col. 2. Quod autem contraria fama non ſit veriſi ſis, ſed noſtra oſtenditur, quia nõ eſt veriſimile, q̃ Marchiones Salutiarũ tanto tempore tacuiſſent; & paſſi eſſent, quòd illi de domo Paleologorum poſſediſſent, tanquã Marchiones Marchionatũ Montisferrati, cùm nemo præſumatur iactare ſuum. l. ſi cũ autem. ff. de ſolut. l. cùm de indebito. de probat. Item fama pro parte nr̃a cum antiquiſſima poſſeſſione plenè probat. Bal. in l. atqui. §. cùm me abſente. ff. de negoc. geſtis. & in l. in bonę fidei. col. vlt. C. de rebus cred. Alex. in l. de minore. §.
61 tormenta. ff. de q̃onibus. Item data paritate terminorum, fama hinc inde ꝓbata nihil eſt, & habetur pro nõ probata pro vtraque parte. Bal. in l. 1. in 5. q. C. de teſtamentis. Alex. in cõſ. 144. vol. 2. Bal. in l. ſacroſancti, in fi. C. de ſac. ſanc. Eccleſ. Bal. in l. ea quidem. C. de probat. Itẽ con-
62 tra eos, & pro nobis facit, quia ex libris, hiſtorijs, & Cronicis apparet, q̃ iſti Marchiones Salut. non ſunt deſcendentes ex Aledramo, quibus ſtandũ eſt, maximè in antiquis, vt per Bar. in l. 1. ff. ſi cer. pet. & ibi not. oẽs. Fely. latè in c. ex parte. de re-
63 ſcrip. col. fi. Item talis fama ex alio non admittit̃ contra Illuſt. Duciſſam, quia cũ titulo poſſederunt illi de domo Paleologorum per 235. annos, quo caſu non admittitur fama contra eam; vt eſt deciſio Collegij Neapolitani relata per D. Matthæũ de Afflicto, deciſ. 277. ad teſtes, vbi dicit, q̃ licet fama in antiquis ꝓbet dñiũ, tamen quando altera poſſedit per 30. annos, quæ poſſeſſio antiqua præſumit̃ habere iuſtitiam: ideò talis fama antiqua nõ pręiudicat, nec pręualet poſſeſſioni 30 annorum; quanto fortius in caſu iſto, cũ poſſeſſio Paleologorum contra Marchiones Salut. fit 235. annorum, & iſta conſiderarunt optimè inter alia Excellẽtiſſimi Doctor. D. Hieron. Medices, & D. Nicol. Alipran. ideò ad eorũ dicta me remitto.
64 ¶ Decimooctauo, propter oĩa iſta, meritò Cæſar Moder. inueſtiuit Illuſt. Duciſſam, & Illuſt. Ducẽ eius maritum; & hoc facit, quia poteſt inueſtiri fęmina, & maritus eius propter ſeruitia, quæ per maritũ veniunt præſtanda; & conſuluit Fulg. in ſuo conſ. 4. incip. Ad id, de quo quæritur.
65 Præterea ex quo iſte Marchio Salutiarũ, nõ eſt agnatus Ioannis Georgij Marchionis Montisferrati, quia ab eo diſtat p 30. vel 34. gradus. Itẽ quia non eſt hæres Aledrami primi; & ſi feudum eſſet reuerſũ ad Cęſarem, potuit Illuſt. coniuges inueſtire; immò debuit, per not. in l. 1. §. permittitur. ff. de aqua quot. & æſti. & p Cur. conſ. 49. col. antepen. Nam Illuſt. Duciſſa eſt proximior defuncto in tertio gradu, & hæres. ergo &c.

¶ Et ex iſtis patet reſponſum ad alleg. in contrarium.

66 ¶ Et primo, dum dicitur, q̃ illa conceſſio per Ottonẽ facta Aledramo, nõ compræhendit, niſi maſculos, non autem fœminas; dico eſſe falſiſſimum, quòd immò fœminæ admittuntur, cùm non ſit feudum, ſed donatio, vt in primo fundamento dixi, vt in verbis claris apparet; videlicet, donamus, atq; elargimur. Et ibi per huius nr̃æ donationis, & cõfirmationis auctoritatem; vt per Oldr. conſ. 159. Abb. ĩ rubr. de dona. Iaſ. in prælud. feud. dixi in primo fundamẽto huius partis. Item & ſecundò, quia dñium directum fuit in Aledramũ tranſlatum, quod non conuenit feudo, cuius natura eſt tm̃ vtile transferri in feudatarium, directũ remanet penès dñum, vt ĩ c. 1. de inueſtit. de re alien. fac. ita conſiderat Oldr. in d. conſ. Alex. cõſ. 24. vol. 5. Deci. conſ. 208. ver. poſtremò. Item & tertiò fuit data poteſtas alienãdi, & quoquomodo diſponẽdi, quæ omnia egrediuntur notiſſimos terminos feudi: Ideo nõ eſt feudum, vt dixi latè in ſecundo fundamento. Quartò, ex alio apparet non eſſe feudũ, quia in dicto priuilegio Ottonis dr̃, confirmamus omnes ꝓprietates ſuas, tam de hæreditate parentũ, q̃ acquæſtu illi aduenientes, & acquiſita, & acquirendũ per eum; ergo nõ eſt feudũ; vt dixi in tertio fundamento. Quintò, ex alio oñditur non eſſe feudum, quia dedit poteſtatẽ alienandi, ꝓ anima diſponendi, & quicquid eorũ decreuerit animus faciendi, vt dixi in quarto fundamento.

Sextò,quia non fuit facta aliqua inueſtitura,quæ eſt act⁹ feudalis cõceſſionis,nec præſtitum aliquod iuramentũ fidelitatis; vt in c.1. quid ſit inueſtit.feud. vt dixi in quinto fundamẽto, non eſt dubitandum iſtis oĩbus ſic concurrentibus nõ eſſe feudum,ſed donationẽ ſimplicem; inhærendo verbis claris conceſſionis,quo caſu fœminæ admittuntur,ſm̃ oẽs Doct. de quibus in primo fundamento non repeto:

67 Non obſtat,ꝗ conſideretur perſona primi inueſtiti,quia eſt verũ, ſi ſit eius hæres,aliàs non poſſet venire. Nam duo requiruntur,ꝗ ſit deſcẽdẽs & hæres, aliàs ſi non ſit hæres,non admittitur. Sed iſta Illuſtriſs.Ducìſſa Mantuæ eſt deſcẽdẽs ex Aledramo, & hæres; ergo debet admitti,non autẽ Marchio Salut.vt dixi in decimo fundamento. Præterea,& ſecundò dico,quòd ſi eſſet hæres,nõ poſſet venire cõtra factum defuncti,cui ſucceſſit.

68 Nam Marchiones Salut.anteceſſores cõſenſerunt,& ſibi præiudicarunt, dixi in 11.12.13.14.& 15.fundamẽto. Ideo iſte Illuſt.March.modernus, quibus ſucceſſit,non poteſt venire contra ipſos. l. cũ à matre.C.de rei ven.& dixi in 15. fundamento. Præterea & tertiò, excluſi ſunt Marchiones Salut.cùm non petierint inueſtiturã,vt dixi in 12.& 13.fundamẽto. præterea & quartò locum habet præſcriptio lõgiſſimi tpis 235.ann.vt dixi in 16. fundamento: præterea & quintò,vt dixi in 17. fundamento, iſte Marchio Salut. non eſt deſcendens ex Aledramo,ſaltem ex linea maſculina. Preterea & ſexto dato,ꝗ eſſet feudum,quod profectò nõ eſt verum, tñ fœminæ admittuntur,quia nõ apparet,quòd aliquod ſeruitium prẽſtari debeat,vt dixi in ſexto fundamento. Septimò, rñdeo, ꝗ &ſi feudum ſit; tamen, quia eſt data poteſtas alienandi,& pro anima diſponendi,& quicquid eorum decreuerit animus faciendi,fœminæ admittunt̃,dixi in ſeptimo fundamento. Octauò, reſpondeo, ꝗ contrarium procedit in feudo proprio,ſecus quando eſſet feudũ impropriẽ,vt dixi in octauo fundamẽto.

69 Non obſtat ſecundũ,quia ex his,quæ dicta ſunt per Dños Conſulentes, & Ducales Senatores optimẽ patet reſponſũ, ad quorum dicta me refero. Præterea dico,nõ eſſe Illuſt.Marchionem agnatũ ex Aledramo,vt dixi ĩ decimoſeptimo fundamento. Præterea, & tertio dico, quòd licet ſit agnatus,tamen quia deſcẽdẽtes ex fœmina,& fœminæ admittuntur, excludit̃ Marchio Salutiarũ, vt dixi ſupra. Et dato,quòd cõtrarium eſſet verũ, procedit quando deceſſit vltimus ſine hærede.Bal.in c.1.§.Capitanei.de feudo marchiæ. Sed hic habet hæredem Illuſtriſs. Dñam Duciſſam; ergo &c. Præterea, & quartò, & ſi ius haberent, Marchiones excluſi fuerunt, ex quo non petierunt inueſtituram,vt dixi in vndecimo fundamento,cum ſequenti. Quintò, præſcriptione longiſſimi tpis ſunt excluſi, vt in tertiodecimo fundamẽto, & decimoſexto. Item expreſsẽ conſentiendo ſibi præiudicarunt,vt in tertiodecimo fundamẽ-

70 to,cum ſequenti. Ad tertiũ, ex ſupradi-

71 ctis patet reſponſum. Ad quartũ, dico, cũ non ſit feudum, vt dixi, tamen, licet ſint regalia,fœminæ admittuntur; maximẽ,ex quo eſt donatio,vt tenent omnes Doct.vt dixi in primo fundamento, 6. 7. & 8.Præterea expreſsẽ ſunt vocatæ fœminæ ab Imperatore Carolo, & Vinceſlao

72 eius filio. Ad quintum etiã faciunt omnes rñſiones ſupradictæ. Præterea ex quo cõceſſio eſt facta Ioanni pro ſe, & ſuis

73 heredibus maſculis,& fœminis,cùm non extent maſculi,ex eo mortuo Ioan.Georgio ſine maſculis,admittuntur fœminæ; ex his etiam reſoluitur ſextũ fundamen-

74 tum. Ad ſeptimũ rñdeo, quòd licet fuerit excluſa à Marchione Ioan. Georgio mortuo; tamen intelligit̃ extantibus maſculis,quibus ceſſantibus admittitur fœmina; vt per Bal.in c.1.§.1.Epum,vel Abbat.vbi vult,ꝗ fœmina excluſa ſemel, eſt perpetuò excluſa à ſucceſſione patris, nõ tamen repellitur à ſucceſſione fratris, ita Bal. ibi. Ita dicamus non repelli Illuſtr. Duciſſam à ſucceſſione patrui nouiter mortui,cui ſucceſſit. Preterea nõ intereſt Illuſtriſs.Marchionis Salutiarum eã eſſe excluſam,quia nullo modo poteſt admit-

75 ti ꝓpter multa,de quibus dixi. Ad octauũ

dico,

dico, quòd probatio illa, quòd fœminæ
nunquã fuerunt admiſſæ, nõ admittitur;
quia expreſsè apparet factum in contra-
rium in Dña Violantide, & Theodoro:
Item apparet ex priuilegijs Caroli quar-
ti, & eius filij; & ſic non admittitur pro-
batio contra veritatem expreſſam, & te-
76 norẽ priuilegiorum. Non obſtat nonum
fundamentũ, quia verè non eſt præiudi-
catum Marchionibus Salutiarum, quia
vt dixi, illa conceſſio Aledramo facta, eſt
donatio, & fęminas compræhẽdit; vt di-
xi latè in primo fundamento, cũ ſequen-
tibus. Item adfuit conſenſus Marchionis
Manfredi, quia fecit cõuocare ſtatũ Mar
chionatus, & electi fuerunt Oratores, qui
acceſſerunt ad Violantidem, & eius filiũ
Theodorum, qui vocati fuerunt ad Mar-
chionatum ſm̃ vltimam voluntatem Io-
annis Marchionis defũcti, vt dixi in quin
77 todecimo fundamento. Ad decimũ, fal-
ſum eſt dicere, quòd per vim Theodorus
occupauit, quia immo fuit vocatus à po-
pulo, & Manfredo Gubernatore, qui no-
mine hæredis gubernabat, prout ei erat
in teſtamento mandatũ. Præterea nul-
lo modo per partem contrariam erat ac-
quiſita poſſeſſio, ſed potiùs erat vacans,
quo caſu ceſſat vitium violentiæ, vt de-
claratur, & notatur in d.l. vitia. C. de ac-
quiren. poſſeſ. Item, quia habuit titulum
teſtamẽti, & tanq̃ hæres fuit miſſus in poſ
ſeſſione abſque cõtradictione, iuxtà not.
in l. fin. C. de edicto diui Adr. tollen. & in
terminis eſt deciſio Alexan. in conſ. 1. in-
cipien. Ponderatis his, quæ in themate,
vol. 1. col. 8. verſ. Non obſtat etiã dum p̃-
fatus; vbi dicit, q͂ non dicitur violentia,
quando mediante titulo acquiſiuerunt.
Pręterea nullũ ius cõpetebat Marchioni
Salutiarum ex conceſſione Aledrami, vt
dixi. Item ex cõceſſione facta Marchio-
ni Ioanni; Item, quia non erat hæres A-
ledrami, & Ioannis, & per alia, quæ ſupra
dicta ſunt; & ita ſoluitur vndecimũ fun-
78 damentum. Ad duodecimũ, negamus,
quòd adfuerit mala fides per ſupradicta
omnia; nam nullũ ius competebat Mar-
chioni Salutiarum. Item ſibi præiudica-
uerunt, & cõſenſerunt, nec petierunt in-
tra annum inueſtiturã: ideo ſunt in bo-
na fide, & propter alia, de quibus ſupra.
Præterea per præſcriptionem longiſſimi
tẽporis 200. annorum, præſumitur titul⁹,
& bona fides, etiam ſi non allegetur, vt
79 dixi in 16. fundamento. Non obſtat 13.
quia non datur reſtitutio, cùm nullũ ius
competebat per ſupradicta. Præterea nõ
datur læſo ex ſuo conſenſu glo. & Ange.
in l. 1. §. ſi quis. ff. de dol. Præterea, & ter-
tio reſtitutio non datur etiã ex cauſa con
tra præſumptionẽ iuris, & de iure, vt not.
Ang. in l. inter ſtipulantẽ. §. ſi ſtichum. ff.
de verbo. oblig. Sed in iſta præſcriptione
tam longiſſimi tẽporis eſt præſumptio iu
ris, & de iure, vt habeat titulũ; & priuile-
gium, vt dixi latè in ſextodecimo funda-
mento. Ergo &c. Præterea, & quarto re-
ſtitutio non datʳ læſo ex negligentia, &
ſupina ignorãtia. Bart. in l. 1. C. de ſenten
tijs aduerſus fiſcum latis. Quinto, quo-
tieſcunq; ignorantia eſt craſſa, & ſupina
nunquã datur reſtitutio: Imol. ĩ cap. fina.
col. 30. de præſcriptio. l. nec ſupina. ff. de
iuris, & facti ignor. Ideo, quando mili-
tat præſumptio ſciẽtiæ, nõ datur reſtitu
tio. Fely. in c. vigilãti. de præſcriptio. verſ.
Limita tertio. Aret. conſ. 15. incipien. Re-
uerendiſſime pater. Alex. conſ. 163. Viſo
proceſſu cauſę. col. 2. Curt. conſ. 82. col. 2.
Sed in caſu iſto eſt præſumpta ſcientia,
cùm pars aduerſa conetur ꝓbare famam
eſſe, quòd eſt feudũ, Marchionatus Mon
tisferrati, & ſemper ad maſculos ex Ale-
dramo deferri, nõ ad fęminas. Ergo præ-
ſumitur ſciuiſſe ſm̃ glo. Bart. & alios in l.
ſi tutor. C. de periculis tutorum. Bart. in l.
cęlſus. ff. de vſucap. & in l. is poteſt. ff. dę
acquirenda hæredit. Præterea, & ſextò,
nõ videtur, q͂ detur reſtitutio aduerſus
tam longiſſimum tp̃s, quia multi tenent
nõ dari aduerſus quadragenariã pręſcrip
tionem. Alex. cõſ. 163. Viſo proceſſu. vol.
2. Soci. conſ. 164. Viſa bulla. & conſ. 194.
ſubtiliter. vol. 2. Cur. conſ. pen. col. 3. Do-
ci. conſ. 29. & in l. 2. C. qui admit.
¶ Concludo igitur admittendam eſſe Il-
luſt. Duciſſam, & Illuſt. eius maritum,
tum ex conceſſione Ottonis, tum ex cõ-
ceſſione Caroli quarti, & Vinceſlai eius
filij,

filij, & nullo modo Marchionem Salut. debere admitti, tum quia nullo modo ē compræhenſus in conceſſionibus Imperatorum, ſiue ſint donationes, ſiue feuda; & ſi fuiſſet vocatus, non conſtat eum eſſe deſcendētem maſculum ex Aledramo, & ſi eſſet, fuerunt excluſi ex eorum conſenſu, & lapſu temporis, & præſcriptione ducentorum trigintaquinq; annorum.

LAVS DEO.

¶ Ita dico, & conſulo Ego Ludouicus Gozadinus Iur. V. Doct. Bononienſis: in quorū fidem hic me ſubſcripſi, ſolitoq; ſigillo muniri iuſſi. Laus DEO optimo.

CONSILIVM NONVM EXCELL. *Domini Petripauli Pariſij.*

IN conſilio ſuper cauſa poſſeſſorij per me abſoluto, in quāpluribus habita fuit relatio, ad pñs cōſilium ſuper petitorio, ad commodū, & fauorem Illuſtriſs. Dñorum Ducis, & Duciſſæ Mantuæ: In quo apertiſſimè deducetur, & oſtēdetur optimum ius, quod ipſi Illuſtr. coniuges ſuper Marchionatu Montisferrati habent, & tenent.

Et vt illud eo clariùs exhibeatur, & cunctis innoteſcat; Primitus ſigillatim, & vnumquodq; de per ſe adducetur, in quo Illuſt. Marchio Salut. fundamentum facit; & propter quod prætendit ſuper dicto Marchionatu ius habere: Et demum circa illud omnis ipſius intentio reddetur vacua, & inefficax.

¶ Et poſtremò adducentur ea, quæ contra ipſum Illuſt. Marchionem militant, & eundem excludunt in fauorem dictorum Illuſt. coniugum.

¶ Et qm̄ totale fundamentum ipſius Illuſ. Marchionis eſt ſuper inueſtitura per Ottonem ſecundū conceſſa Aledramo primo Marchione, à quo ipſe Marchio aſſerit deſcendere: Idcirco de illius inueſtituræ veritate, & aperta intelligentia, primitùs erit diſcutiendum.

1 ¶ Circa quā dicendum occurrit, per eam nedum maſculos, ſed etiam fœminas eſſe vocatas. Nam talis inueſtitura, & conceſſio continere videtur donationē, & meram liberalitatē, & non conceſſionē feudalem. Propter illa verba concedimus, donamus, & elargimur, quæ in rebus et feudalibus apposita meram donationem denotant, vt tradit Oldr. conſ. 159. Ex pñſenti themate. & Alberi. de Roſa. in rub. C. de dona. ver. item quæro. & Ange. cōſ. 242. Super primo. in fin. Bal. conſ. 301. In bonis. in 3. vol. Alex. conſ. 24. Pōderatis. col. 4. in fin. in 5. vol. & Deci. conſ. 32. Et pro tenui. col. 2. & quamplures alij.

2 ¶ Ad quod, quia hic agitur de beneficio Principis, quod latè debet interprætari. l. fin. ff. de conſtitutio. Princ. c. cum dilecti. de donatio.

3 ¶ Prout etiam, quoniā in dicta inueſtitura fit mentio meritorum, & ideo latiſſimè interprætanda, vt in ſimili, per Alex. ī l. 3. in prin. col. 1. ver. ſecūdo limita. ff. qd̄ quiſq; iur. cum alijs accumulatis p Mod. in l. ex hoc iure. ff. de iuſt. & iur. Et in caſu noſtro per Deci. conſ. 269. conſultus. n. 2. ver. & idem Paulus. & conſ. inter illa. 40. impreſſo. 11. conſuluit. n. 6.

4 ¶ Eo etiam, quia in dicta inueſtitura nullibi habetur mentio de feudo, nec in ea legitur aliquis actus inueſtientis ver⁹, ſeu fictus, iuxta tradita in c. 1. de cōſuet. rect. feud. & in c. 1. quid ſit inueſtit. & Paul. de Caſt. conſ. 161. Præſenti. col. & Card. cōſ. 64. qd̄ Dña. & Deci. dicto conſ. 269. n. 2.

5 ¶ Ad quod qm̄ in dicta inueſtitura Imperator omnia conceſſit, vt patet ex illa dictione, quicquid, quæ vniuerſalis eſt, & omnia cōpræhendit, vt habetur in l. meuio.

uio. §. à me. iuncta glo. de leg. 2. & per Alexan. conſ. 133. col. 2. verſ. Pro hoc etiam. in 5. vol. & per Alberic. in dictionario. in verbo quicquid.

6 ¶ Et illa omnia cõceſſit, & ſubdidit dño Aledrami, quemadmodum erant ſubmiſſa ipſi Imperatori ſecundum Oldra. & Alber. de Roſa. vbi ſupra. & Aret. conſ. 14. Viſo. col. 2. & 3. & Deci. d. conſ. 32. col. 2. ver. & iſta omnia.

7 ¶ Et inſuper conceſſit eaſdem facultates in illis donatis, quas habebat in prius acquiſitis: Et quæ prius quæſita non erant feuda, ita igitur & donata. arg. l. nam hoc iure. ff. de vulg. & pup. in l. quamuis. C. eo. & per Oldr. & alios, vbi ſupra.

8 ¶ Prout etiam, quia in ea nulla habetur mẽtio iuramenti fidelitatis, quod eſt potiſſimũ ſignum, & demonſtratio feudi, vt in tit. quod præced. deb. & in tit. de noua forma fid. & Aret. in d. conſ. 14. col. 2. & Iaſ. in prælud. feu. n. 28.

9 ¶ Præterea Otto Imperator confirmat, & corroborat omnes res, & proprietates, reſpectu bonorum ad ipſum Aledramũ pertinentium ex ſucceſſione parentum, & ex alijs ſuis acquiſitionibus: Quæ verba non adaptantur ad cõceſſionem feudi, quod eſt beneuola conceſſio, & perpetua, cum tranſlatione vtili dominij; vt traditur in c. 1. §. beneficium. ĩ quib. cau. feud. amit. & poſt alios omnes. per Iaſ. in prælud. feud. n. 8.

10 ¶ Et qui confirmat, & corroborat, nihil de nouo dat, ſeu concedit, ad not. per oẽs. in l. more. l. & quia. ff. d' iuriſd. omn. iud. & extra de confir. vtil. ſeu inutil. Et quia cõfirmatio præſupponit præexiſtentiam iuris quæſiti, & commenſuratur ad illud, quod confirmatur, ſecundum Bal. in l. nominationes. col. fin. C. de appel. & Alex. conſ. 122. Viſo. col. 4. in 4. vol.

11 ¶ Eo etiã, quia non conſtat illa bona cõfirmata fuiſſe feudalia, & in dubio præſumũtur allodialia, vt tradunt Ioan. And. & alij, in c. nimis. de iure iuran. & habeť in c. 1. §. defuncto. in tit. ſi de feud. fuer. controu. inter dom. & agna. & in c. 1. vbi glo. 1. & Scribentes. in tit. de controu. inter maſc. & fœmin. & Paul. de Caſt. conſ. 169. in cauſa. & Alexán. conſ. 129. Ponderatis. in prin. in 1. vol. & Deci. d. conſ. 22. col. 2. in fin.

12 ¶ Eo magis, cũ dicta inueſtitura confirmet res, & proprietates ſuas; & de natura iſtius pronominis eſt denotare dominiũ, & poſſeſſionem. l. ſi ita. & l. quintus. vbi Bar. ff. de auro, & argen. lega. & in l. certum. §. 1. ff. de confeſ.

¶ Eo inſuper, quia per conceſſionẽ feudi transfertur ſolùm vtile, & retinetur directum, vt conſtat ex ipſius difinitione.

13 ¶ Et illa verba dictæ inueſtituræ, quã ex ſuis acquiſitionibus; & illa, quæ in antea acquirere poterit, nõ videntur poſſe adaptari ad feudũ, quod confertur ex gratia; Et ex verbis dictæ inueſtituræ tranſlatũ, videtur directum contrariãs diffinitioni feudi. Et vt contrarietas ceſſet, dicendũ videtur talẽ conceſſionem non eſſe feudalem, ſed continere merã donationẽ; vt conſiderat Deci. conſ. 193. col. 1. in fi. & col. pen. ver. non obſtat. & d. cõſ. 11. n. 7. & per Moder. Papiẽ. in trac. de feu. in 1. parte, q. 6 col. 2. & ſeq. ver. ſecundo qđ. & ver. circa verò ſecundum.

14 ¶ Et quamuis in dicta inueſtitura ſit appoſitũ verbum, inueſtimus; vel appoſita appareant alia ſigna feudum denotantia; vel reſeruata appareret fidelitas, ſaltim tacitè, per quam reſeruationẽ conceſſio deberet iudicari feudalis, & inueſtitus in conſequentiam obligaretur ad ea, quæ continentur in iuramento fidelitatis.

¶ Tamen prædictis ſignis, & verbis, necnon & reſeruationi optimè reſpõdẽt, & illa tollũt. d. Iac. in ſua inueſtitura. col. 3. & 4. ver. ſed quæro. & verſ. Et hanc ſñtiam. Et ipſemet Deci. in hoc ſibi contrarius. in d. conſ. 32. col. 2. & d. conſ. 11. col. fin. vbi inter alia conſiderant, ꝙ quando reſeruatio fidelitatis apponitur ĩ clauſulis, & executiuis, & acceſſoriè, non debet alterare donationem abſolutè, & ſimpliciter factam. ar. tex. in cle. 1. in fin. de præben. cum concor.

¶ Et tenendo talem conceſſionem, & inueſtiturã continere meram, & ſimplicẽ donationem, firma ſequitur concluſio, quòd in dictis rebus ita ſuccedunt fœminæ, ſi-

15 næ,ſicut & maſculi: Ex quo non ſumus in feudalibus,ſed verſamur in diſpoſitione iuris cōis,ita admittendas fœminas,ſicut & maſculos,ſm̄ iura cōmunia,& vulgar. Et in terminis propriè noſtris iſtud tradunt Ang.d.conſ.242. & Bal. d. conſ. 31.& Deci.allegando alias deciſiones. d. conſ.32.col.2.& alibi pluries, Iacobi. in d.inueſt.in vet.inueſtiuit. col.3. & 4. Et quòd fœmina iſto caſu poſſit eſſe capax feudi, dignitatis, & iuriſdictionis, ſatis apertè deduximus in d. conſil. tangente poſſeſſorium.

16 ¶ Et ſi diceretur talem inueſtiturā continere feudum; nam Aledramus ante eā erat Marchio,& conſequenter de Marchia inueſtitus;cùm ſit dignitas,& feudū reale,& à ſupremis Principibus cōcedatur.c.1.quis dica.Dux,Marc.& c.1.de feu. Marc. Reſpondetur nō apparere, cuius Marchionatus ipſe Aledramꝰ eſſet Marchio,quo dubio ceſſante, non poteſt inferri ad præſentem Marchionatum. ad not. in c.in præſentia.de proba. & l. nam hoc.C. vnde legi.

17 ¶ Et quamuis conceſſio Ottonis videatur facta ob fidelitatē Aledrami: & conſequenter p̄ſupponatur reſeruatū fuiſſe ſeruitium fidelitatis;vt per Aret.d.conſ.14. col.2.& 3.& Corne.conſ.6.in prin. in 1. volum.& Deci.d.conſ.11.col.2.& 3. Tamen obiectioni rūdent Iacobi. vt ſup. & ipſemet Deci.d.conſ.11.col.fi.& d.cōſ. 32.col.2. & diximus ſuperiùs.Et quando talis mētio fidelitatis facta eſt obiter,& ī clauſulis executiuis,vti hic facta apparet, parum operabitur,ſecundū Deci. ibi; & conſ.193.col.pen.in fin.& col.fin.

18 ¶ Nec obſtat,ſi dicatur alios deſcendentes ex Aledramo præſtitiſſe fidelitatem, & ꝙ per actus ſequentes declarantur p̄cedentes. Quoniā nulla hucuſq; apparet inueſtitura,nec fidelitas præſtita per ſucceſſores Aledrami,ex ſua domo Saxoniç ante iſtos de domo Paleologa: Quo fit, vt conceſſio Ottonis declaranda,& interp̄tanda veniat ſm̄ ipſius tenorē,& verba.

19 ¶ Et inueſtituræ conceſſæ Marchionibꝰ ex domo Paleologa, habentes relationē ad illam primā Aledrami,minimè inferunt illā continere conceſſionem feudalem; cùm ex verbis,& tenore illius contrarium oſtendatur,vt deduximus. Et licèt in iſtis vltimis concedatur,vt feudū: Tñ illis non vtit͛ Illuſtr. Marchio Salut. qui ſolùm inſiſtit in prima Ottonis; quæ minimè feudum continet: & ſuper declaratione veritatis illius inſiſtamus.

20 ¶ Et ſi quis interpretari vellet talem cōceſſionem in aliquo ſentire feudū; (quod quidē ab omni ſenſu pœnitus alienū eſt, vt deduximus) tamen illud non poterit dici propriū, & verum, ſed erit impropriū,vt oſtendemus vltra ſuperiùs deducta: In quo feudo improprio fœmina ha-
21 bilis reputatur;vt tradit Bal.in l. quoties. col.2.C.de ſuis & legi.& in c.1.in ver. decedente.col.3.verſ.quærit gloſ.qui feud. dare poſſ.& Roma.in ſuo ſingul.178.hodie fœmina.& cōſ.37.circa.col.vlt. & Alex.conſ.2.in princ.& conſ.29. & ſeq. in 5.vol.& Corn.d.conſ.16. aperta. col.3. & Soci.conſ.167.Non inutilis.ver. quoniā. & conſ.257.Viſis inueſtituris.in 2.vol.& per Deci.d.conſ.32.n.4. & alibi pluries, & Mod.Papien. multa adducunt in trac. de feud.fol.23.col.2.ver. quinto limita. aſſerentes hanc eſſe communem; vt per Alber. Bru. conſ.41.col.1. & 2.

22 ¶ Et ꝙ iudicetur,vt feudum impropriū, deducitur ex eo,quia conceſſio iſta liberè apparet facta; nec aliquod ſeruitiū in ea fuit reſeruatum;nec aliquod pro dicto feudo venit præſtandum, conſequenter impropriū: & ad illud fęmina capax eſt, iuribus,& deciſionibus,quibus ſupra.

23 ¶ Nec obſtat,ſi diceretur,ꝙ in inueſtitura non dicitur,quòd nullum ſeruitiū debeat præſtari;& ſic,ꝙ nō erit liberum,vt ſentire videtur Deci.d.conſ.193.col. pe. ver.non obſtat,quod dato. Nam eius intentio tollit͛ attentis,& conſideratis verbis prægnantibus dictę conceſſionis tribuentis Aledramo,& ſuis ſucceſſoribus, & hæredibus, omnia quæ concedebātur ita,vt ipſorum dñio ſubderentur, quemadmodum ſuppoſita, & ſubmiſſa erant: Et quia omnia concedit,igitur &c.

24 ¶ Et quia ſumus in bñficijs,& in præiudicium concedentis: Et quia,ſi non eſt facta

cta reſeruatio, omne ſeruitiũ dicitur remiſſum; vt tradit Inno.in c.verũ.de foro compe.quẽ referunt,& ſequunt' Moder. in deciſ.conſ.Neapol.361.monaſterium. col.pen.vet. nec obſtat tertio, & firmat Aret.d.conſ.14.col.2.& ipſemetDeci.ſibi contrarius d.conſ.11.col. 2.& in alijs ſuis conſilijs 199.in prin.& 208.n.5. & 269.n.6. In quibus tenet ſatis eſſe feudũ concedi ſimpliciter, vt dicatur conceſſũ ſine aliquo ſeruitio. Eſto q, expreſsè id non dicat,& ſuadet rõnibus,quibus ſup. Et quia ſatis id dr̃ expreſſum, cùm nullũ ſeruitiũ reſeruet.ar.c.ad audientiã. đ deciſ.& l.1.§.ſed & ſi deficieñ.C.de cad.tol.

25 ¶ Minus etiam obſtat,ſi adduceretur, q, reſeruatum videtur tacitè iuramentũ fidelitatis cõtinens ſeruitium perſonale;& alia quædam,ad quæ fœmina non videtur eſſe capax; & conſequenter veniret excludẽda,vt videtur firmare Deci. cõſ. 139.in fi. & conſ.193.col.pen.ver.nõ obſtat. allegando Alex.vt per eum.

¶ Et propter hanc rationem Moder. Papieñ. in d.tract.de feud. fol. & verſ. præalleg. dubitant; an fœmina ſuccedat in feudo, nullum debente ſeruitium præter iuramentum fidelitatis.

¶ Obiectio iſta apertiſſimè,& concludenter tollitur ex his,quæ tradit Socin.d.cõſ. 257.in 2. vol.col.2. 3.& ſeq. vbi concludit, quòd quando eſt feudum impropriũ, vt eſſet præſens, ex quo nullum pro eo præſtatur ſeruitium,& ex alijs mox adducendis, in ipſius ſucceſſione fœminæ admittuntur, non obſtante iuramẽto fidelitatis: Ea ratione, quia quo ad fœminam iſto caſu videtur remiſſum; allegat iura & deciſio.vt per eum.

26 ¶ Pro quo facit,quoniã ſubſtantiale feudi non eſt ſeruitium,ſed fidelitas; vt ꝓſequitur And.de Iſer.in c.1.ex quib.cau. feud.amit.& in c. ſimiliter. de capit. qui cur.vend.& habetur in deciſ. cõſil.Neapol.320.col.2.& per Deci. in l. 2. §. item impuberes.n.5.ff.de reg. iur.

27 ¶ Eo etiam,vt dicit Soci.in d.conſ. 257. col.6.multi ſunt caſus, in quibus fœmina admittitur ad ſucceſſionem feudi,nõ obſtante iuramento fidelitatis,nec illis,quę ſub eo cõtinentur. Nam videntur remiſſa,& ad feudũ habilitata iſtis non obſtantibus: Si enim iuramentũ fidelitatis,& cõtenta in eo ſemper eſſent conſiderãda; nullo caſu fœmina poſſet in feudo ſuccedere,cuius contrariũ pluribus in caſibus ſeruamus,in quibus videtur remiſſũ,maximè,cùm non ſit ſubſtantiale feudi.

28 ¶ Et ex eo,quia fœmina põt eſſe fidelis; & ſic obſeruare ſubſtãtiale feudi, & deſeruire per aliũ; Et hoc modo adimplebitur iuramentum fidelitatis,&alia in eo contenta: Et potiſſimum deſeruiet per maritum,vt in terminis conſuluit Fulg. conſ.86.col.2.& conſ.4.& plenè traditur in deciſione conſ.Neapol.32.circa finẽ, & 324.& per Moder.Papien.in tract. de feud.fo.29. col.3.verſ.4.ſignanter. vbi allegantur concord. Et comprobatur,quia aliæ perſonę inhabiles qñq; admittuntur ad feudum,& deſeruiunt per aliũ,vt deduximus in alio conſilio poſſeſſorio.

29 ¶ Et quia verſamur in feudo improprio; illa verba dictæ inueſtituræ,pro hæredibus,& ſucceſſoribus, verificabuntur etiã in ipſa fœmina,vt firmat Soci.d.cõſ.257. col.2. 4. & 6.& Deci.d.conſ. 269. col. 3. ver. et idem.& conſ.805. num.6.& 7.et conſ.208.n.6.& conſ.32.n.2.& col.fina.

¶ Eſto quòd regulariter, quando ſumus in feudo proprio, appellatione hæredũ, & ſucceſſorum non venient fœminæ; ſed maſculi tantum, vt dicetur inferiùs.

30 ¶ Et vlteriùs,q, dicta inueſtitura fecerit feudũ improprium,deducitur. Nam feudũ proprium non poteſt alienari,nec vẽdi.c.1.de prohib.feud.alien. per Lothar. c.Imperialem.de prohib.feu.alie.pet Feder.vbi Doct. oẽs attingunt: Nec vaſallus poteſt de feudo ꝓprio teſtari, & ꝑ vltimã voluntatem diſponere.c.1.in prin.đ ſuc.feu. c.1.§.donare. qualiter olim feu. pote. alien.Vbi diſponitur iſtud nõ poſſe fieri,etiam pro anima.cum concor.

¶ Et tamen per dictam inueſtituram Aledramo, & ſuis hæredibus data fuit facultas vendendi,commutandi, alienandi, & pro anima iudicandi, & faciendi quicquid voluerint, & quicquid eorum decreuerit animus &c. Quæ omnia, &

ſingula conceſſa apparent contra naturã proprij feudi,& feudum impropriũ conſtituerunt. Et propter huiuſmodi facultatem conceſsã, Bonifacius octauus Marchio, ſuo teſtamento Regnum Theſsaliæ reliquit Demetrio, & Marchionatum Montisferrati reliquit Gulielmo; qđ poſt modum fuit obſeruatũ, ut appareat in ſucceſſione dicti Marchionatus, attendi ius cõmune, & non conſtitutiones feudales. Et Ioãnes vltimus Marchio ex domo Saxoniæ, ſuo teſtamento dictũ Marchionatum reliquit Violantidi eius ſorori, & vni ex filijs; per quos actus ſubſequentes, & executos eo magis declaratur im̄prietas dicti feudi.l.ſemper in ſtipulationib⁹. de reg.iur.l.Iulianus.§.proinde.ff.ad Macedo.& per Bar.conſ 58.cõmune Spoleti.& Soci.conſ.15.col.2.ver. præterea, in 1.vol.& Roma.conſ.271.col.1.ver.3.& Barba.conſ.36.col.1.in 2.vol. Et quantũ in iſtis feudalibus operetur obſeruantia, in alio conſilio deduximus.

31 ¶ Eo ẽt, quia ad eſſe proprij, & ueri feudi ſeptem requiruntur, tradita, & diſcuſſa p Aluar.in c.1.col.4.in quib.cau.feu. amit. & per Moder.Papien.in d.tract.in prima parte.q.6.col.2.& ſeq.

32 ¶ Et dicta facultas modo p̄dicto conceſſa equipollere videt̃ illi facultati, & verbis, vt vaſallus ſit inueſtitutus ꝓ ſe, & quibus dederit, & quib⁹ iura ſua conceſſerit; per quæ verba alterata ẽ natura feudi, & feudum effectum eſt impropriũ, ita, vt de illo vaſallus poſſit teſtari.ſm̃ Bal.in c.1.in prin.de feud.non haben.prop.natu.feud. Et data vr̃ licentia alienandi, vt dicit Alber.de Roſ.in l.fi.col.2.C. de iure emphyt.cum alijs adductis.per Aret.d.conſ. 14.col.2.ver.ſicut quãdo.& per Moder. Papien̄.in d.tract.fo.49.col.2.& 3.ver. quinto quæro.& in conſ.1.col.2.3.& 4. verſ.ſit ergo.& conſ.4.Super.col.2.& 8. ver.ſimile videmus, poſitis poſt dictum tract.& per Deci.conſ.193.col.2.n.3.& conſ.390.Quoniam ex facto.num.8. Concludendum propter huiuſcemodi alterationem, & improprietatẽ, tale feudum tranſire ad fœminas.

33 ¶ Et licet Deci.d.conſ.193.col.pe.dicat iſtud non ꝓcedere, quando verbis prędicta ſunt appoſita in clauſulis executiuis; Tamen in caſu præſenti ſua conſideratio ceſſat, qm̄ prædicta facultas, & verba in dicta inueſtitura sũt appoſita principalr̃, & diſpoſitiuè, & non acceſſoriè, nec executiuè: Et ideo ſumus in concluſione p̄miſsa. Et quia apertiſſimè poſita apparẽt contra naturam feudi, vt deduximus; et cõſtituerunt feudũ improprium: ceſsãt dicta per Deci.in d.conſ.193.col.pe. dũ vult, ꝙ non operantur circa ſucceſſionẽ fœminarum, vt minus alteretur natura feudi. Nã ſumus in fauorabilibus, vt fiat reductio ad ius commune: Et vt ceſsent conſuetudines feudorum exorbitantes, excludentes fœminas; iuxtã glo. in ver. numerandum.in c.ſtatutum.de præben. lib.6.& Andr.de Iſer.in conſtit.reg.in aliquibus.col.2. Et quia data eſt poteſtas faciendi omnia, quæ animus decreuerit poſt licentiam teſtandi; quibus in verbis, & expreſsa, & tacita compræhendit̃ voluntas. Et ſic etiã illa, per quam ſucceditur ab inteſtato.l.ſi quis.l.cõficiuntur.ff. de iure codicil. Eo etiam, quia conſtituto feudo improprio, fœmina ad illius ſucceſſionem fuit reddita habilis, vt dedu-

34 ximus.¶ Et ſicut prohibita alienatione cenſetur prohibita nedum illa, quæ per actum inter viuos celebratur; ſed etiam illa, quæ prouenit per vltimam diſpoſitionem, vel ab inteſtato.ſecundũ Bar. & alios in l.filiusfamilias.§.diui.ff.đ lega.1. col.fin.ver.quæro vtrũ.& in l.ſi ita quis. §.ea lege.ff.de uerb.oblig. Ita ex oppoſito conceſsa licentia alienandi, conceſsa videtur omnis poteſtas modo, & forma, quibus ſupra, vt contrariorum eadem ſit diſciplina ad plenè tradita per omnes in rub.ff.de acquir.poſs. Et quia ſumus in fauorabilibus, ut fiat reductio ad ius commune; Et ut ceſsent conſuetudines, & conſtitutiones feudales exorbitantes; Et expreſsè dictæ facultates apparent cõceſsæ conſtituentes feudum impropriũ; Et ad illius ſucceſſionem habilitantes fœminam.

35 ¶ Rurſus inueſtitura Ottonis cõcedit ibi enarrata Aledramo, ad familias vtriuſq; ſexus

ſexus: Quod nomen familiæ capi d̄bet, vt non res, ſed perſonas includat, & denotet oēs deſcendentes ex ſanguine, & gradatim veniāt, vt habetur in l. pronunciatio. §. familiæ. ff. de ver. ſig. & in l. fi. C. co. & in l. cū ita. §. in fideicōmiſſo. & l. vnū ex familia. & l. peto. §. frē. de leg. 2. & habet̄ in l. voluntas. C. de fideic. & ibi Paul. Cor. & Mod. Dicentes fœminā eſſe de familia, & agnatā, eſto quod alteri ſit nupta, vt proſequitur Soci. conſ. 227. pręſens. col. 7. & 8. ver. circa. & verſ. quibus tamē. in 2. vol. & Franc. de Curte. conſ. 63. col. 16. in fin. Et licēt deſcēdentes ex fęmina nō ſint in familia ipſius, ex quo ſequunt̄ familiam patris. l. familiæ. §. 1. ff. de verb. ſig. cū vulga. Tamen ipſa eſt de familia, & agnata. d. l. voluntas. & per Alex. conſ. 5. col. pe. ver. præterea. & conſ. 89. col. pe. ver. non obſtat. in 6. vol.

36 ¶ Et illa verba vtriuſque ſexus ita adaptātur ad fœminā, ſicut ad maſculū. c. oēs vtriuſq; ſexus. de peni. & remiſ. & in §. igitur. inſtit. per quas perſo. nobis acqui. Et in terminis nr̄is tradit Bal. conſ. 70. Punctus teſtator. in 2. vol. & Fulg. conſ. 8. Dn̄s Petrus. Alexan. conſ. 9. in 5. vol. Deci. conſ. 208. Ad clariorem. col. 2.

¶ Conſequenter per dictā inueſtituram etiā vocata apparet fœmina; per quā expreſſam vocationem reddita fuit habilis ad ſucceſſionem feudi. c. 1. §. hoc autem. qui feud. dare poſſ. cum alijs adductis. in conſil. poſſeſſorio.

37 ¶ Nec obſtabit, ſi dicat̄, q̄ fęmina cenſet̄ eſſe vocata per maſculos; Et tunc demū quando nullus maſculorū extat, vt firmat Alex. d. conſ. 9. Ponderatis. col. 2. ver. nec p̄dicta. quē referunt, & ſequuntur Moder. Papien. in d. tract. in 3. parte, q. 17. fo. 24. col. 4. Et quia talis inueſtitura eſt ſimilis illi, quæ facta apparet pro maſculis, & fœminis; per quam primò vocantur maſculi, & in eorum defectum fœminæ; vt in tit. Epiſcopum, vel Abbat. §. quin etiam, cum concor.

¶ Nam obiectio tollitur, quia nullus maſculorum deſcendens ex Aledramo extat, qui ſuccedere poſſit, vt deducetur inferius; Conſequenter bene fuit admiſſus ad Marchionatum filius Violantidis: & in præſenti meritò admittenda venit dicta Illuſt. Duciſſa.

38 ¶ Minus etiā obſtat illa fortis oppoſitio, quæ ex aduerſo fit; in qua deducitur ipſam Illuſt. Duciſſam ſemel fuiſſe excluſam per ſuū fratrē, & ſucceſſiuè per Ioan. Georg. eius patruum à ſucceſſione dicti Marchionatus: Et quia ſemel fuit excluſa, perpetuò debet remanere excluſa; & vlterius admittenda nō venit, eſto q̄ illi, qui eam excluſerunt, poſtmodū deceſſerint ſine filijs, vt habetur in d. §. quin ēt, cum ſimil. Q̄m obiectio iſta in nullo contrariatur dictæ Illuſt. Duciſſæ; Et eam ex multis funditus, & radicitus euacuauimus, & ſuſtulimus in cōſilio abſoluto ſuper poſſeſſorio; quæ videri poterunt.

39 ¶ Et ſi quis illa verba inueſtituræ Ottonis, ac familias vtriuſq; ſexus, & cum familijs vtriuſq; ſexus, conſiderare vellet ita, vt denotarēt res, & vaſallos cōceſſos, & non perſonas, quibus cōceſſio fieret; vt dicit text. in d. l. pronunciatio. §. familiæ. de ver. ſig. Et conſequēter deduceret conceſſionem illā eſſe factam ſimpliciter: in qua (cū ſimus in materia feudali) venire tm̄ maſculi debent, & non fœminæ, vt dicetur inferiùs; Adhuc tenendo iſtum ſenſum; replicatur iſtud non obſtare Illuſt. Duciſſæ: tum quia ſumus in claro, ſi tenemus talē conceſſionem fuiſſe merā donationem: tum quia, ſi tenemus illā ſonare in feudū; tale feudum non fuit, p̄prium, ſed impropriū; & vtroq; caſu venit fęmina; tum etiā, quoniam ſi maſculus deberet præferri fœminæ, tamen nullo extante, prout nō extat, fęmina ipſa admittitur, vt de ſingulis ſuperius diſcuſſū, & deductum extitit; tum poſtremò, q̄m, ſi per lineam finitā feudum eſſet reuerſum ad Cæſarē, illud per eandem Maieſtatē denuo conceſſum fuit dictæ Illuſtr. Duciſſę, vt inferius dicetur: Et ſic oībus conſideratis, patet per eandē inueſtiturā Ottonis, fœminas etiam eſſe vocatas.

40 ¶ Verùm adhuc Illuſt. Marchio inſtare poſſet, quoniā inueſtitura, & conceſſio Ottonis, fuit ſimpliciter facta Aledramo, nulla habita mentione filiorum; & in

dubio interpretatur cōceſſa pro recipiēte,& hæredibus.ſm̄ Bald.in c.1.col.4. an agna.vel fil.& habetur in c.1.de duo.fra.& in l.ſi pactū.ff.de proba.& Bal.in c.1.ī ſi.quib.mo.feu.conſtit.poſſ.Volens quòd feudum ſimpl͞r receptū, intelligatur receptum pro ſe,& filijs ſuis maſculis; & p Alex.conſ.26. Ponderatis, col.2.n.1.in quinto volum.cum ſimil.

41 ¶ Eo etiam,quia in dicta inueſtitura pluries fit mētio de hæredibus; quorum appellatione in materia feudali veniūt hęredes ſanguinis, & filij, & deſcendentes maſculi ex primo acquiſitore,vt habetur in cap.1.§.& ſi clientulus.de alien. feud. & in c.1.§.fi. ſi de feud. fuer. conten. inter dom.& agna.& in c.1.§.pen.de lege Conradi.cum multis concor.

42 Et ſuadetur,quia dicta inueſtitura facta eſt ad familias vtriuſque ſexus.Et primitùs conſiderantur maſculi, penes quos reſidet familia.d.l.pronunciatio.§.familiæ. quod ceſſat in fœminis.l. familiæ.§. pen.de verb.ſig.

43 ¶ Ad quod etiā,quia ex iſtis præcedentibus declaratur illud nomē ſequens hæredibus, vt intelligatur de maſculis; ne alias inueſtitura ſibi ipſi contradicat.c. ĩter dilectos.§.cæterum.de fide inſtrum. Et qm̄ præcedentia declarāt ſequentia.l. ſi ſeruus pluriū.§.fi.de leg.1.& per Bar.in

44 l.quiſquis.de leg.3. Prout etiam,quia Aledramo cōceduntur proprietates,& familiæ vtriuſque ſexus;& ſic res,& ſubditi,& verbum familias res importabat; & conſequenter tale feudum apparet fuiſſe maſculinū,& non fœmininum; ad quod ſuccedere debent maſculi deſcendentes ex primo acquiſitore; qui licèt ſint tranſuerſales,tñ poterūt ſuccedere, cùm feudum ſit paternum, & antiquū, etiam ſi extarēt vltra ſeptimū gradum.c.1.§. hoc aūt.qui feu.dar.poſ.c.1.hoc quoq;.de ſuc

45 ceſ.feud.c.1.de grad.ſucceſ.c.1.ſi vaſal. feud.priue.& per Alex.in l.certum.C.vñ legi.& Deci.conſ.85.col.2.& in d.l.certū.n.8.cum alijs adductis per Moder.Papien.in tract.de feu.in 3.parte,fo.31.col. 1.& 2.verſ.ſucceſſiuè.& ver.ego igitur.

46 Et in feudo dignitatis traditur per illum tex.ab omnibus.in c.1.§.fi.de aliena.feu. & in c.1. feud. March.

47 ¶ Et quia Dn̄s Marchio prætendit,& dicit ſe deſcendere ex dicto Aledramo; & ſic maſculus,excludere debet omnes fœminas,& præferēdus,& admittendus eſt ad ſucceſſionē dicti feudi paterni, & antiqui,vt tradit͛ per oēs in c.1.§.hoc quoq;.de ſucceſ.feud.& plenè per Fran.de Curte.conſ.48.49.& 50.Ex quo venit per inueſtiturā Ottonis iure proprio,& ex perſona ſua,& tanq̄ vocatus.Et primit⁹,quia maſculus,vt etiā dicimus in emphyteoſi ſm̄ Bar.& alios in l.quod dr̄. col. 3. ff. de verb.oblig.cum ſim.Nam deſcendentes ex Aledramo, videntur vocati limitate quilibet de per ſe,& vnus poſt aliū; ita ꝙ vnus nō poteſt alteri ſucceſſuro præiudicare; qui tanq̄ deſcendens ex primo, venit ordine ſanguinis,& iure proprio poſt diem mortis illius,vt dicit And.de Iſern. in §.hoc quoq; col.3.de feu.ſuc. & Alex. conſ.38.Conſideratis. col.2. ver. alia ratione.in 2.vol.cum concor.

48 ¶ Conſideratur enim origo,& ſtipes, & principium attenditur,& illi dicitur deſcendens ſuccedere.ſm̄ Ange.conſ.110. Sanctiſſima,& Bal.in c.1.de eo, qui ſibi, & hæred.ſuis.& Alex.conſ.30.in 1.vol. n.7. vbi firmat,ꝙ mortuo agnato tenēte feudū ſine filijs maſculis; tale feudū tranſit ad alios agnatos maſculos;& aperitur illis,& non reuertitur ad dn̄m; & excluditur fęmina,adducit iura, & deciſiones. n.12.& ſeq. & diximus ſuperius,& tenēt Aluar.& alij in d.§.hoc quoq;.& in c.1. §.Item ſi fuerit.quib.mo.feu.alien.

49 ¶ Et comprobari videntur iſta; nam inueſtitura facta per Ottonē fecit feudum ex pacto,& prouidentia,quia conceſſum ſolis maſculis,vt dictū eſt; & tenet Deci. cōſ.185.in cauſa.col.2.& ſeq.n.3.& ſeq. & in q̄pluribus alijs ſuis conſilijs dicit cōceſſionem factā pro hęredibus,declarari, hoc eſt pro maſculis; & cōſequenter conſtituere feudum ex pacto,& prouidētia, & nō hæreditarium: Eo etiam conſideratis illis verbis ad vtriuſque ſexus familias; vt ipſemet Deci.dicit conſ.395.col. 2.& 3. num.7.

Et

50 ¶ Et quia in tali feudo conſideratur ſanguis,& deſcendentes ex primo non veniunt,vt quilibet hæredes, ſed vt hæredes ſanguinis.ſm̃ Bal.in d.§. hoc quoq;. col.4.ver.præterea filius. Nam in materia feudali verbũ hæres ſignificat qualitatem ſucceſſoris,& non qualitatem ſucceſſionis,& hæreditatis; Et conſideratur natura,& ſanguis,& nõ propria,& vera ſucceſſio.ſecundũ eundem Bal.in c.1.de eo qui ſibi,& hæred.ſuis.& in l.qui ſe patris.col.6.ver.& eſt ratio.C.vnde libe. & per Corne.conſ.199.col.15.in 2.vol.& conſ.169.col.1.in 3. vol.

51 ¶ Ad qđ ẽt cõfert,nã ſumus in Marchionatu, & ſic in feudo,in quo ſuccedit primogenitus: quod æquiparatur feudo ex pacto,& prouidẽtia;vt traditur ĩ deciſione conſ.Neapol.112.& 248.& per And. de Iſer.in c.Imperialem.§.præterea. col. 5. de prohib.feud.alien.per Fede.& Deci. conſ.389.num. 6.

52 ¶ Et dubitandũ non eſt, quin Aledram' potuerit ſtipulari pro ſuis deſcendentib' maſculis,& illis quærere tale ius, vt dicit Aluar.poſt alios per eũ citatos,in d.§.hoc quoq;. col.7.& Mart.Laud.col. pen. ver. & nota vnum. Etiam nõdũ natis, ſm̃ Bal. Ang.& Alex.in d.l.quod dr̃.de ver. obl. col.9.ver.item cadit. Et tenendo tale feu-
53 dum eſſe ex pacto,& ꝓuidentia,ipſe Dñs Marchio non tenetur ſeruare geſta per ſuos prædeceſſores;vt poſt alios tradit Aluar. in c. 1. §. notandum. col.2. ver. Sed circa primum.de his,qui feud.dar.poſ.& D.Præpoſ.in c.1.col.1. an agna.vel fil.& Deci.conſ.95.n.5.

54 ¶ Et vlterius ipſe Dñus Marchio dicere poſſet tale ius ſibi quæſitũ per dictam inueſtiturã Ottonis non eſſe ſublatum per inueſtituras poſt modũ factas Theodoro, & alijs de domo Paleologa. Nã illa prima debet attendi, & non ſubſequẽtes, ꝑ quas illi non derogat.ſm̃ Bal.in c. 1. §.fi. ver.quæro.de feu.guar.& in l.1.col.pen. C.quando non peten.par.& Alex. conſ. 30.n.2.in 1.vol.& Deci.conſ.185.n.4.& 5.& conſ.78.colum.fina.

55 ¶ Nam Marchiones Montisferrati exiſtentes poſt Aledramum non potuerunt tale ius tollere in tali feudo paterno,& antiquo,& ex pacto,& prouidentia; nedũ tacitè,ſed nec etiã expreſsè,vt probatur in c.1.de prohib.feud. alien. per Lothar.& in c.1.de prohib.feu.alie. per Feder.vt tradunt Bal.& alij per illum tex. in c.1.an agna.& Doc.omnes in d.§.hoc quoq;.& Alex.conſ.98. Viſo.& conſil. ſequenti,in 4.vol.& Alber. Bru.conſ.3. col.1.& conſ.80.circa primum.

56 ¶ Pariter etiã & Marchiones Salutiarũ, qui pro tpe fuerunt deſcendentes ex Aledramo,potuerunt præiudicare alijs eorũ deſcendentibus expreſsè, ſeu tacitè; ex quo veniunt iure proprio,& vt ex tũc; vt habetur in conſ.50. Franc. de Curte. quod Collegij Bononieñ.eſt.

57 ¶ Eo etiã,qm̃ aliæ inueſtituræ poſt illam primam redduntur ſurreptitiæ,& obreptitiæ; cùm in illis nulla fiat mentio de iuribus dicti Marchionis,ar.l.2.§.meritò.& §.ſi quis à Principe.ff.ne quid ĩ loco pub. & Pau.de Ca.cõſ.150.Viſo.& Alex.cõſ.3. Ex his,col.1.& cõſ.23.Viſo.2.col.ĩ 5.vol.

58 ¶ Et licèt ĩ inueſtitura Caroli quarti fiat mentio de agnatis in gñe; minimè erit ſufficiens ad tollẽdam ſurreptionem,& obreptionem ex his,quæ refert,& ſequitur Alber.Bru.conſ.15.Viſa.col.fi.& Fely.in c.cũ olim.col. antepen. verſ. exemplũ. de re iud.& in ſimil.per Bar.in l.1.§. ꝑmittitur.de aqua quoti.& æſti. Et illud de exhæredatione.l.1.& 2.ff. de liber.& poſthum. Et talis ſubreptio,& obreptio inducta ex pluribus capitibus, nullas reddit alias inueſtituras factas poſt illam Ottonis,vt tradunt Innoc.& alij in c. cum dilecta.& in c.poſtulaſti.& in c.ſuper literis.de reſcrip.cum concor.

¶ Nec potuit Cæſar in præiudicium Marchionis gratificare Duciſſæ propter merita parentũ,ſeu mariti,ex quo ſumus in feudo antiquo,& paterno;vt per Bald.& alios in c.1.quemadmodũ.feu.ad fęmin. perti.cũ alijs ad plenũ accumulatis ꝑ Frã. de Cur.conſ.49.fol.pen.col.3.& 4. ver. ſcrupulũ.& cõſ.50.col.13.& ſeq.ver.nũc.

59 ¶ Et iſto caſu non dicitur tollere obſtaculum,ſtãte obreptione,& ſurreptione; & conſiderata prima inueſtitura Ottonis,

quæ

quæ non fuit per eundem alterata; iuxtà tradita per And.de Iſer.in c.1.§. quid ergo.ver.nihil.us.de inueſt.de re.alien. fac.

60 ¶ Iſta omnia,& reliqua ſimilia, quæ adduci poſſent in fauorẽ Illuſt.Marchionis, nihil ei proſunt,& aliquid operantur tenendo ſenſum illũ,de quo ſuperius diffuſè dictum extitit, cõceſſionem videlicet Ottonis ſonare in metã,& puram donationẽ,& non in feudũ: quo ſtante,ſingula deducta ſuperiùs ceſſãt,& nihil faciũt.

61 ¶ Et idem erit tenendo aliũ ſenſum, ꝙ conceſſio illa,ſi ſonaret in feudũ,adhuc eſſet pœnitus impropriũ,& contra naturam proprij,& veri feudi: quibus conſideratis dicendũ erit fuiſſe conceſſum ꝓ maſculis,& fœminis; Et illud verbum hęredibus,interpræ tabitur ſecundũ ius cõmune; & ſic gñaliter, vt nedum maſculos,ſed etiã fœminas comprehendat; Et idem erit de illis verbis,ad vtriuſq; ſexus familias,ſiue referantur ad perſonas,ſiue ad res,vt ſigillatim de iſtis omnibus ſuperiùs fuit diſcuſſum,& oſtenſum.

Et ſm iſtos ſenſus,& has veras intelligentias,non dabitur aliqua contrarietas, nec opus erit, præcedentia declarare ſequentia,ex quo omnia procedent de plano,& ſecundum ipſam veritatem.

62 ¶ Nec obſtabit illud,in quo dicebatur ĩ feudo paterno,& antiquo agnatos etiam tranſuerſales poſſe ſuccedere,etiam vltra ſeptimũ gradum;maximè,quia ſumus in feudo dignitatis,& regali: Et ipſe Dñus Marchio deſcendit per rectã lineam maſculinam ex dicto Aledramo primo acquiſitore: Nam magis vera opinio ſe habet in oppoſitum,ꝙ tranſuerſales agnati non ſuccedant modo aliquo, vltra ſeptimum gradũ,vel ad plus vltra decimũ; vt plenè,& diffuſè diſcuſſum eſt per Sapientiſſimos,& Doctiſſimos Magnif. Senatores Illuſt.Ducis Mantuæ, in præſenti cã conſulentes; qui lege,& ratione concludenter iſtud probant, & cunctis contrarijs rñdent.Pro quorum opinione eſt deciſio D.Iaſ.in l.certũ.C.vnde agna.col.2. n.3.vbi apertè dicit agnatũ etiam in feudo antiquo non poſſe ſuccedere vltra ſeptimum gradũ,aſſerens hanc eſſe cõem; & reſpondet quibuſdam contrarijs.

63 ¶ Prout etiam obiectio ceſſat ex eo, qm̃ ipſe Illuſt.March.minimè probare poterit ſeipſum per directam,& veram lineã maſculinam deſcendere ex dicto Aledramo,vt diffuſiùs,& ſigillatim inferiùs iſtud diſcutietur,& aperietur.

64 ¶ Prout etiam obiectio ceſſat; quoniã ſi Dñs Marchio id probaret, (quod impoſſibile iudicatur)adhuc tñ pœnitus excludẽdus venit: tum ꝑ expreſſam,& tacitã renunciationem ſuã, & ſuorum prædeceſſorum; & apertiſſimam & craſſam negligentiam: & demũ longiſſimam, & ꝑ ſæcula præſcriptionem, vt ſigillatim de iſtis,et etiam alijs, in ſequentibus diffuſè,& pleniſſimè dicetur,& declarabitur.

65 ¶ Ex quibus neceſſariò infertur, ꝙ ipſe Dñs Marchio non poterit venire ad hoc feudũ ex perſona ſua propria,& iure proprio; nec tanq̃ hæres,nec ex eo,ꝙ prędeceſſores fuerint limitate vocati,& ꝙ poſt ipſorum mortẽ ipſe veniat ad ſucceſſionem; ita vt primo acquiſitori dicatur ſuccedere ex pacto,& prouidentia. Nã procederent iſta,quãdo ipſe eſſet de deſcendentibus Aledrami,& quando reperiret infra ſeptimum gradũ,& quando tacitè, & expreſsè non fuiſſet renunciatum; Et nulla obſtaret præſcriptio, vt diximus;& qñ conceſſio facta perOttonẽ cantaret in verum,& proprium feudum; quæ pœnitùs in caſu pręſenti ceſſant.

66 ¶ Poſtremò illa poſſent militare, quãdo conceſſio Ottonis cõſtituiſſet, & feciſſet nedum proprium, & verũ feudum; ſed etiam feudũ ex pacto,& prouidentia:cuius contrariũ reperitur apertiſſimè in caſu præſenti. Nã, ſi illa conceſſio Ottonis conſtituit feudũ (quod perſuaderi minimè poteſt)tale feudũ non fuit ex pacto, & prouidẽtia,ſed verè,& propriè fuit feudum hęreditarium, vt illico attingemus, & oſtendemus. Et hoc ſtante(vti verum eſt)reliqua ſuperius in cõtrarium adducta,nihil prorſus ad veram diſcuſſionem præſentis diſceptationis faciunt, vt ſtatim de illis dicemus,

67 ¶ Et vt nemini dubitabile ſit talem conceſſionem, (ſi iudicaretur fuiſſe, & eſſe

feudalem)

ſeudalem) q̃ illa conſtituerit proprie, & vere feudum hæreditariũ, & non ex pacto, & ex prouidẽtia, deducitur. Tum, ſi conſideramus eam, vt ſimpliciter factã, quia in dubio feudum hæreditariũ cõſti-
68 tuit, vt dicunt Bal. & alij in c. 1. col. 4. an agna. vel fili. & Cuma. conſ. 166. Viſa. & Alex. conſ. 26. Ponderatis. col. 2. in 5. vol. & Moder. Papien. conſ. 3. col. 2. poſito põ tractat. de feu. & Alb. Bru. conſ. 80. col. 4.
69 ¶ Tum quoq; conſideratis verbis illius cõceſſionis factæ Aledramo; & hæredib⁹ conſtituentibus verum, & propriũ feudũ hæreditarium, vt dicunt gl. & alij in l. itẽ videndum. §. nunc videamus. ff. de peti. hæred. & Alex. conſ. 19. ſuper col. 1. & 2. in 5. vol. & in l. quædam. §. nihil. col. 2. vbi etiam Moder. not. ff. de eden. & in conſ. 51. col. 3. n. 8. in 4. vol. & And. de Iſer. in d. §. hoc quoq;. & in c. 1. qui ſucceſ. & in c. 1. de alien. feud. patet. & per illum tex. in c. 1. de eo qui ſibi, vel hæred. & Alex. cõſ. 26. in 5. vol. & alibi pluries, & Iaſ. in præl. ud. feu. col. 16. & ſeq. & Fran. de Curte. conſ. 82. col. 4. & conſ. 50. col. antepen. & Alex. poſt alios. l. ſi patroni. ff. ad Trebel. & Pau. de Caſt. conſ. 156. in fi. & Decius conſ. 194. n. 4. & alibi pluries. & p Imol. & alios. in d. l. quod dicitur. ff. de verb. oblig. & in deciſ. conſilij Neapol. 140. & 196. & 240. & Alber. Bru. conſ. 10. col. 4. & conſ. 11. cum alijs concord. in quibus communiter concluditur feudum eſſe hæreditarium, quando conceditur alicui pro ſe, & hæredibus.
70 ¶ Sicuti etiã hæreditarium eſſet, ſi fuiſſet cõceſſum pro liberis, & ſucceſſoribus, ſeu hæredibus. ſm̃ Cyn. in l. liberti. C. de oper. lib. & Bart. in l. vt iuſiuran. §. ſi liberi. ff. eo. tit. & Alex. in d. l. quædam. §. nihil. col. 2. n. 7. & conſ. 44. n. 6. in 1. vol. cõſ. 9. col. 3. n. 1. in 2. vol. Et iſtud ea ratione, quia illud nomen liberis, non eſt appoſitum ſimpliciter, et de per ſe tantum; ſed vná cum illa qualitate hæredibus, ſeu ſucceſſoribus, quæ alterant, et qualificant illud nomen liberis.
71 ¶ Et idem, quãdo conceſſio fuit facta pro filijs, et hæredibus; Nam hereditariũ erit ſecundũ Bart. in præallegato. §. ſi liberi. cum alijs alleg. p Alex. in d. §. nihil. col. 2. n. 7. A pari enim procedit iſta inueſtitura, cũ illa pro ſe, & hæredibus, vt ad plenum traditur in conſ. 50. col. antepen. in prin. Fran. de Curt. quod eſt Collegij Bonoñ. & p Alb. Bru. conſ. 24. & Corn. cõſ. 70. in prin. in 1. vol. Illa .n. qualitas hæredibus eſt, quæ alterat illud nomen filijs; vt etiam tradit Lau. Calca. conſ. 78. n. 20.
72 ¶ Prout etiam eſſet hæreditarium, quando conceſſio facta eſſet pro hæredibus, & deſcendentibus, vt tradit Fran. de Curt. citando Pau. de Caſt. Alexan. & alios in conſ. 48. col. 5. ver. quarto adduci poteſt
73 ¶ Et quod fortius eſt, hæreditariũ eſſet, ſi conceſſio facta fuiſſet pro maſculis hæredibus, ſeu deſcendentibus, ſm̃ Bart. in d. §. ſi liberi. & Cy. in d. l. ſi liberti. Bal. & alios in c. 1. an agna. vel fil. & Alex. conſ. 13. Perſpectis. col. 3. in 5. vol. & apertiùs p D. Præpo. in tit. de eo qui ſibi, & hæred. ſuis. col. pen. in fin. vbi iuncta rub. iſtud ꝓbatur ea rõne, quia nomen hæredibus alterat illam dictionẽ maſculis, & eã qualificat, vt feudum ſit hæreditariũ, quod
74 eſſet ex pacto, & ꝓuidẽtia; ſi ſimpliciter fuiſſet dictũ de maſculis ſine illa dictione hæredibus. Et idem firmat ipſe Præpoſ. in tit. an agna. vel fil. col. 4. ver. & hæc gl. & ver. vbi aũt, & ver. ſed quid. et Alex. in d. l. ſi patroni. n. 15. et d. conſ. 19. col. 2. in 5. vol. et Mod. Papien. in conſ. 1. col. 5. et ſeq. et conſ. 3. poſitis poſt tract. de feu. ubi arguentes pro, et contra, tandem concludunt propter illã dictionem, hæredibus, feudum effici hæreditarium, etiam ſi talis clauſula appoſita eſſet executiue, et nõ in principali diſpoſitione; vt ipſimet Moder. dicũt in trac. de feu. in 1. par. q. 8. col. 6. ver. 4. ſub hac. et col. 7. uerſ. circa iſta.
75 ¶ Ex quibus infero dubitabile eſſe illud dictũ Deci. in ſuis conſilijs citatis ſupra; dum vult feudũ eſſe ex pacto, et prouidẽtia, licèt appoſitum eſſet nomen hæredibus; dummodo quod apponatur dictio; filijs, ſeu liberis, vel deſcendentibus, ſeu maſculis. Nam illud procederet, ſi non fuiſſet adiecta, et addita illa dictio, hæredibus, vel ſucceſſoribus. At quãdo appoſita eſſet, iſta alterat illas dictiones filijs,

liberis,

liberis,deſcendentibus,maſculis,&ſimiles; & operantur effectum,vt feudum ſit hæreditarium, ſicuti eſt,quando ſimpliciter ſine aliqua expreſſione fuiſſet conceſſum,vt diximus ſupra,& patet apertiſſimè ex deciſionibus deductis ſuperius.

76 ¶ Et dato iſto feudo hæreditario,illa neceſſaria ſequitur concluſio,q; ad illud nõ poteſt quis ſuccedere, niſi ſit hæres hæreditatis; vltra q; debet eſſe etiam hæres ſanguinis. Nam extraneus hæres non reciperetur,vt dicemus infra. Et eſto q; deſcendens,vel agnatus,qui prætendit ſuccedere,ſit hæres ſanguinis, iſtud tamen non ſufficit, qm̃ etiam debet eſſe hæres hæreditatis;& vtrũq; requiritur ſecundũ Iac.de Belui.Andr.de Iſer.& alios in c.1. §.hoc quoq;.de ſuc.feu.& Bar.in d.§.ſi liberi.& Alex.in d.§.nihil.col.2.& cõſ.10. Ponderatis.col.pen.in 3.vol. & conſ.49. n.6.in 1.vol.& conſ.9.col.3.n.1.in 2. vol. et conſ.19.col.3.n.3.in 5.vol.& conſ.26. col.2.n.1.eod.vol.et ipſummet Deci.cõſ. 194.n.4.& conſ.78.n.2. & 208.n.6. ver. ſolùm ſupereſt.et Corn.conſ.70. in prin. in 1.vol.et Franc.de Curt.conſ.48.col.5. & conſ.82.col.3.& 4. et Calca. conſ. 78. n.20.& poſt alios Alex.diffusè in d.l. ſi patroni.& d. Præpoſ. in tit.de eo qui ſibi, vel hæred.ſuis.col.pen.in fi.& in c. 1. an agna.col.4.uer.& hæc glo. & Iaſ.in auten.vnde ſi parens.in vlt.not.C.de inoff. teſtam.& in l. ſi non ſortem.§.libertus. col. fi.ff. de condit. indeb.& in prælud. feu.n.43.& ſeq.et per Doct.omnes in d. l.quod dicitur.et Mod.Papieñ.in tractat. de feud.fol.8.col.2.et conſ.1.col.5.et Alber. Brun.conſ.1.col.8.& conſ.2.in fin. conſ.9.col. 3.& conſ. 10.col.3. et conſ. 18.col.4. & alibi pluries per Doct. legendo, & conſulendo.

77 ¶ Et ex hac concluſione infero dictum Bal.in c.1.de eo qui ſibi,vel hæredi.volẽtis nomen hęredibus appoſitũ in inueſtitura,debere intelligi de hæredibus ſanguinis abſque eo,quod habeat ius,et nomen hæreditatis: Et dicentis ſolũ debere attendi naturã,& ſanguinem, et non hæreditatem;vt etiam ſentit Corn.d.cõſ. 199.col.15.ver.et propterea, in 2. uol. et in conſ.169.col.1.in 3.vol. Reddi dubitabile; qm̃ cõmunis concluſio ſe habet ĩ oppoſitum,ut vtrũq; requiratur, vt patet ex deciſionibus ſupra deductis;et ideo in ſpecie.Bal.in hoc reprobat Alex.in d.cõſ. 19. in 5.uol. col.4.uer.non obſtat.etiam adducens Doct. tenentes contra Bal. in locis per Alex. citatis.

78 ¶ Et qm̃ Dñs Marchio,nec mediatè,nec immediatè fuit hæres in iſto Marchionatu Aledrami;nec Ioãnis ultimi ex domo Saxoniæ,nec Ioannis Georg. Paleologæ; concludendũ neceſſariò, ſequitur ad feudum prædictũ ipſum uenire non poſſe, nec ſuccedere; cùm fuerit, et ſit feudum hæreditarium: et iſto potiſſimũ reſpectu hæreditarium conſideretur, ut deduximus.

79 ¶ Et eo magis pñs feudum hęreditarium uidetur, conſideratis uerbis inueſtituræ Ottonis; quibus Aledramo, & hæredib⁹ datur plena facultas de illo diſponendi, & inter uiuos, & per actũ ultimæ uoluntatis, prout uoluerint, & ut ipſorum decreuerit animus;quæ uerba facultatẽ concedunt,diſponendi erga quoſcunque,& æquipollere uidentur illis uerbis; quibus conceſſio fit pro ipſis recipientibus,&hęredibus quibuſcunque: Quò caſu feudũ propriè, & ſimpliciter erit hæreditariũ, & oẽs ad illud poterunt ſuccedere.ſecundũ Bal.in l.1.q.34.ff.de rerum diuiſi. per tex.in c.1.de feud. non haben. propriam natur.feu.ubi Doct.etiã ponunt;& p Bal. in c.imperialem.in prin.de prohib.feud. alien.per Feder.& in l.fin.col.1.C.ſine cenſu.uel reliq.& Alex.in d.l.ſi patroni, n.15.& in l.Gallus.§.etiam ſi parente.ff. de lib.& poſthum.ubi etiã Soci.tangit;& per Iaſ in prælud.feu.n.46.in 3.limitatione.& n.128.& Deci.conſ.185.col.2. n.2.& n.4.& alibi pluries.

80 ¶ Nec iſtis habet obſtare,ſi diceretur, q; tale feudũ non poteſt dici ſimpliciter hęreditariũ;ſed ſm̃ quid,propter illam qualitatẽ,ut debeat eſſe hæres uaſalli, in cur⁹ feudo p̃tendit ſuccedere: Quæ qualitas in filio prætendente ſuccedere patri, in feudo neceſſariò interuenire debet.ſecũdum Bald.in l.qui ſe patris. col.6. uer. &

eſt

eſt ratio.C.vnde liberi.& Alex.conſ.8.in 5.vol. Qui filius non poteſt repudiare hęditatem paternã,& acceptare feudũ hæreditarium,vt concludunt Doct.in c. 1. an agna.vel fil.& in c.filius.de capita.qui curiam vendi.& Alex.conſ.10. in 3. vol. cum ſim. At quãdo agnatus vult venire ad feudum paternum,& antiquum hęreditariũ poſt mortem agnati tranſuerſalis,qui feudũ poſſidebat,non eſt neceſſe, q́ ſit hæres illius, nam non venit vt ipſius hæres, ſed ex inueſtitura facta primo acquirẽti,à quo habet cauſam,& nõ ab illo agnato vaſallo tranſuerſali mortuo:Et ad hãc ſucceſſionẽ feudi venit,vt

81 deſcẽdens ex primo acquirente. Et ſatis erit ſibi,q́ ſit hæres illius primi mediatè, ſeu immediatè;licèt non ſit hæres vltimi defuncti;vt tenent Ang.& Bal.relati per Alex.conſ.28.& conſ.26.col.fi.in 5.vol. & conſ.30.col.6.n.5.in primo vol.& tradunt oẽs.in d.c.1.an agna.vel fil.&in tit. de eo qui ſibi.vel hære.& Deci.conſ. 78. col.4.prædictis.n.4.& 6.& conſ. 390. n. 5.& Alber.Brun.conſ. 18.col.4.& 5.& conſ.25.col.2.& 78.col.1. Hinc eſt q́ agnatus poterit repudiare hæreditatem agnati vaſalli prædefuncti,& cõſequi feudum hæreditarium;vt in d.c.1.an agna. vel fil.& per Doct. in d.§. hoc quoq́;. et Alex.d.conſ.30.n.10. Sufficit enim iſtis agnatis prætendentibus ſuccedere,quòd habeant illam qualitatem ex eorum perſona,quã habebat vaſallus defunctus,& propter quam feudũ fuit illi quæſitum, licèt ipſius nõ ſit ſucceſſor,ſecundũ Deci. allegantem rationes, & deciſiones in d.conſ.78.n.4.& 6.col. fina.

82 ¶Obiectio iſta nihil prodeſt Dño Marchioni; nam ſecundum deciſiones in ea allegatas,vt ipſe in hoc feudo hæreditario poſſet ſuccedere, ad minus neceſſe probare haberet,q́ in iſto Marchionatu venit tanquàm hæres Aledrami primi mediatè,quod probare,& verificare impoſſibile eſt, cùm nullus ipſius aſcendentium in dicto Marchionatu extiterit hęres dicti Aledrami, cuius medio poſſit id prætendere. Et ſi diceret quòd ex perſona ſua immediatè ſit hæres Aledrami, impoſſibile allegaret,quo fit,vt,cùm has qualitates probare minimè poſſit, prorſus reijciẽdus veniat. Nam, & ſi vltimi defuncti hæres neceſſarius eſſe non debeat,tamen primi acquiſitoris neceſſariò hæres eſſe debet mediatè, vel immediatè, ſecundum eaſdemmet allegatas deciſiones. Et ſi in hoc deficit,audiẽdus minimè eſt, quinimmo reijciendus. per tex.in cap.1.§.& ſi clientulus. de aliẽ. feud. & in c.1.ſi vaſallus feu. priuè. & in c.1.de eo qui ſibi,vel hæred. & in c.1. de feud.fuc.& per Doct. oẽs in prædictis locis.& Alex.conſ.10.col.pen.n.2.in 3.vol. & Alber.Bru.conſ.9.col.pen. & Moder. Papieñ. in tract. de feud. fol. 25. col. 7. ver.cum alijs plenè ſupra alleg.

83 ¶ Quinimmo etiam neceſſariũ eſſet probare,q́ mediatè,ſeu ĩmediatè fuerit hæres vniuerſalis dicti primi acquiſitoris; nec ſufficeret,q́ eſſet hęres ſingularis; ex quo ſumus in feudo hæreditario, ſecundũ magis cõem opinionẽ, quam poſt longam diſceptationem apertiſſimè firmat allegando iura, & deciſiones Franc. de Curte.conſ.82.col.4.& 5.& Imol. in d. L quod dicitur.col.pen.& Doct.in d.l.Gallus.§.etiam ſi parẽte.& alij citati per Alex. conſ.19.col.4.in 5.vol.& in d.l.quædam. §. nihil.col.2. ff. de eden. Et eſt deciſio conſ.Neapol. vbi aliæ adducuntur, 335. col. 4. & 385. & in conſil.9.col.3. & cõſ. 10. & 11.quæ ſunt Iaſ.Soci.& Io. Campeg. inſerta inter conſil. Alber.Bru. In quam ſententiam etiam inclinat Deci. quando feudum eſt hæreditarium. in conſ.208.n.5.& col.penul.

¶Verum eſt q́ Deci.ibi n.13.videtur ſentire ſufficere, q́ ſit hæres particularis, & ſingularis;vt etiam ipſe dicit conſ.185.n. 4.allegãdo Bar.in d.§.ſi liberi.Tñ magis cõmunis opinio tenetur illa,vt debeat eſſe hæres vniuerſalis fulcita optimis iuribus, & rationibus allegatis in deciſionibus,de quibus ſupra. Et in æternum nunquàm ipſe Dñs Marchio probare poterit, quòd mediatè,ſeu immediatè fuerit talis hæres Aledrami primi acquiſitoris.

84 ¶Et ſi quis inclinare vellet in illã ſñiam, q̃d ſatis eſſet,primi acquiſitoris mediatè,

ſeu immediatè fuiſſe hæredem ſingularē,& particularem; adhuc iſtud neceſſario probandũ eſſet,ſe eſſe hæredē particularem,vel ſingularē in iſto ſaltim Marchionatu,de quo agit, & ſuper quo prætendit tale ius ſibi cōpetere, vt habetur ĩ l.1.§.permittit.ver.planè.ff.de aqua quoti. & æſti. & in terminis noſtris firmat Deci.conſ.78.col.2.ver.ſed tñ.& verſ. & ad hoc facit. & conſ.390.Qm̃.col.4.n.4. & 5. Vbi tenet agnatum,& deſcendentē ex ſecundogenito filio primi acquiſitoris,non poſſe ſuccedere agnato tranſuerſali,quando ſecundogenitus eius aſcendēs fuit excluſus à primogenito illius primi acquiſitoris,à quo primogenito deſcēdebat agnatus vaſallus præmortuus; ea rōne quoniã in tali feudo iſte agnatus deſcendens ex ſecundogenito,non poterit probare in dicto feudo mediatè, ſeu immediatè fuiſſe hæredem vniuerſalē, ſeu ſingularem dicti primi acquiſitoris.

¶Quæ deciſio optimè deſeruit præſenti diſceptationi. Nã, vt ipſemet Dñs Marchio dicit,Theres,à quo aſſerit ſe deſcēdere,fuit ſecundogenitus Aledrami, & à dicto Marchionatu Montisferrati excluſus à Gulielmo primogenito ipſius Aledrami. Conſequenter cũ reſpectu dicti Marchionatus nullo modo probare poſſit ſe eſſe hrdem dicti Aledrami ſingularē, vel vniuerſalē mediatè, ſeu ĩmediatè, meritò oĩ ex capite excludēd⁹ eſt.

85 ¶Eo etiam,quia ſi id probaret(quod impoſſibile eſt)adhuc excludendus erit, & propter renunciationem tacitã, vel expreſſam,& propter longiſſimam, & per ſæcula præſcriptionem,& propter alia inferius ſigillatim adducenda.

86 ¶Nec iſtis obſtabunt reliqua ſuperius in contrarium adducta in fauorem Illuſtr. Marchionis,in quibus dicebatur conceſſionem Ottonis conſtituiſſe feudum ex pacto,& prouidentia; & quòd illud nomen,hæredibus,intelligitur pro maſculis. Nam in contrarium ſe habet ipſa veritas, quia verè fuit,& eſt feudum hrditariũ.Et illa dictio,hrdibus,illud hrditariũ fecit,vt diffuſè,& cōcludēter oñdim⁹.

87 ¶Nec obſtat,quòd dicebatur in tali feudo conſiderari ſanguinem, & naturam, ſm̃ Bal.& Corn.quoniã vltra iſtud qualitas hæreditatis neceſſaria eſt, & vtrũque requiritur.& dictum Bal. & Corn. minimè verum eſt in feudo hæreditario;quinimmo expreſſè reprobatur per Alex.& alios, vt deduximus.

88 ¶Nec obſt.illud feudũ,dici ex pacto, & prouidentia,in quo ſuccedit primogenitus. Nam contrarium paſſim videmus in Regno Neapolitano,Hiſpano, & alijs, in quibus ſuccedit primogenitus tantũ, & feudum eſt hæreditarium; conſequēter ceſſat dicta conſequentia,nec eſt vera. Nam primogenitus ſuccedens in tali feudo tenetur ſeruare geſta prædeceſſorum; vt ad plenum allegando iura concludit Fran. de Curte. d. conſ.82. col. 5. ver. & cũ præſcriptio.& Marti. Lauden. in d.§.hoc quoq;.col.4. ver. non obſtat. & ver.quod ſi frater.& per Fran.deCurt. conſ.25.et Alex.conſ.28.in ſecundo dubio.in 5.vol.& cōſ.10.in 3.uol. & per Iacob.in ſua inueſtitura.in ver.Marchio.et in deciſ.conſ.Neap.112.& 248. Ex quibus patet feudum dici, & eſſe hæredita-

89 rium, eſto quod ſolus primogenitus in illo ſuccedat. Nam primogenitura non conſtituit feudum ſpecificum,quale ſit, ſed tenor inueſtituræ, & cōceſſionis, qui in feudalibus potiſſimum attenditur, & feudo legem præſtat; & omnibus iurib⁹ feudorum derogat.ſm̃ Bal.per illũ tex.in c.1.de duo.frat.& in c.1.in fi.de ſucc.feu. et Bal.in c.1.§.deniq;.quæ fuit prim.cau. benef.amit.cum alijs traditis.per Moder. Papien.in tract.de feu.in prima parte.fol. 6.col.3.verſ.in feudis enim.

90 Minus obſtant,q̃ dicebant ipſum Marchionem,tanq̃ maſculum preferendum fœminis,ex quo venit iure ꝓprio. Et in iſto feudo dignitatis,fœminæ non dicunt habiles. Et quia in tali Marchionatu nũquàm fœminę ſucceſſerunt,ſed ſolũ maſculi. Qm̃,& ſi iure ꝓprio veniret propter ius ſanguinis; tamen aliam qualitatē habere debet,vt ſit hæres, prout oſtēdimus: Et quia non poterit probare deſcēdentiam: Et ſi probaret,adhuc eſt longè vltra ſeptimum, & decimum gradum; & ſibi

&c ſibi obſtant expreſſa, & tacita renun-
ciatio,lõgiſſima pſcriptio,& alia, de qui-
bus infra. Et fœminæ habiles ſunt,quãdo
conceſſio ſapit meram donationem : vt
conſtituit,&facit feudũ improprium; vel
qñ poſt maſculos ad feudum ipſę vocan-
91 tur. Et iſtis in caſibus,& ſimilibus iure ẽt
hæreditario poſſunt eſſe Reginæ, Duciſ-
ſæ,Marchioniſſæ,Comitiſſæ, & feudata-
riæ, & obtinere feuda dignitatum, & iu-
riſdictionum,vt paſſim videmus in Re-
gno Neapolitano, Hiſpano, & alijs; in
quibus deficientibus maſculis, fœminæ
etiã ad Regnum ſuccedunt; & in dicto
Marchionatu Montisferrati mortuo Io-
anne ex domo Saxoniæ vltimo Mar-
chione, ſucceſſit Theodorus Paleologus
filius Violantidis ſororis dicti Ioannis; Et
in præſenti ſuccedere debet Illuſt. Du-
ciſſa neptis Ioan. Georg. Et fatemur A-
ledramum potuiſſe ſtipulari deſcenden-
tibus; attamen talis ſtipulatio pro nobis
cantat, vt deduximus.

92 ¶ Nec obſtat,quòd allegabatur ius quæ-
ſitum Marchioni nõ potuiſſe tolli p ſub-
ſequentes inueſtituras; tum,quia nõ de-
rogant primæ; tum quoq; quia ſunt ſub-
reptitiæ,& obreptitiæ,quia ipſe Dñs Mar
93 chio nullum ius habet. Et nõ entis, qua-
litates aliquæ eſſe non pñt. l. eius qui in
94 prin.ff.ſi cert.pet. Et priuatio præſuppo-
nit habitũ; & inueſtituræ ſubſequentes
nõ cõtrariantur primæ Ottonis,quinim-
mo illi concordant,& eã cõfirmant,vt de
ea iam diximus; & de alijs ſubſeq̃ntibus
dicetur inferius. Et oſtendetur eas non
eſſe nec obreptitias,nec ſubreptitias; ſed
in omnibus optimè, congruè,& iuridici-
cè procedere.

¶ Et illud, in quo dicebatur iſtos Paleo-
logos ſe interponentes, non potuiſſe tol-
lere ius quæſitum Dño Marchioni; nihil
facit ex quo ius propriũ proſequuti ſunt,
ut inferius dicemus.

95 ¶ Et Marchiones Salut. prædeceſſores ip
ſius Dñi Marchionis expreſsè, tacitè, &
propter negligentiam bñ potuerunt prę-
iudicare ipſi Dño Marchioni, qui medio
ipſorum venit,& ſe tuetur; cùm ſumus ĩ
feudo hæreditario, vt plenè in ſequenti-
bus attingemus: Ex quibus infertur ad-
ducta ſuperius ad commodum Dñi Mar-
chionis nõ militare, nec in aliquo obſta-
re iuribus Illuſtr. Duciſſæ.

96 ¶ Et qm̃ ipſę Illuſtr. Marchio aſſerit ſe
deſcendere ex Aledramo primo acqui-
ſitore: neceſse habet id probare. l. 1. l. ei
cui.ff.de proba.& l.actor.C.eo.& quia fa-
cti eſt.l.in bello.§.factæ.ff. de capti. Et ſi
id probare intendit per libros Cronica-
97 rum: ex quo ſumus in antiquis, qui licèt
enunciatiue loquantur, tamen hoc caſu
probationem hanc inducere videtur. ſm̃
glo.& Doct.in c.placuit.16. diſtin. & ĩ c.
q̃uis.21.diſtin.& in c.in nomine.23.diſt.
& Bart.in l.1.col.4.n.21.& ſeq.ff.ſi cert.
pet.& ſcriben.oẽs ibi maximè Alex.n.34
& Iaſ. n. 25. & Deci. n.21. & Abb. poſt
alios, in c.cũ cauſam.de proba. col. 2. &
ibi Doc.maximè Fely.col.1. & eundem
poſt glo.& alios in tit.de fide inſtru.c.in-
ter dilectos.col.7.n.26.& in c.2.col. pen.
n.64. & col.fi. n.67. de reſcript.

98 ¶ Et in Supplemento Supplementi Cro-
nicarum fol.202.legitur dictum Aledra-
mum habuiſſe ſeptẽ filios,& poſt mortẽ
ipſius per Imperatorem filio primogeni-
to fuiſſe conceſſum Marchionatũ Mon-
tisferrati, alijs verò filijs fuiſſe conceſsos
alios Marchionatus: Et vni illorũ fuiſſe
attributum Marchionatũ Salut. à quo fi-
lio Aledrami poſt modum deſcenderũt,
& deſcendunt Marchiones Salutiarum.

¶ Tamen probatio iſta nulla eſt, tũ quia
in dicto loco Supplementi nullus alius lo
cus auctenticus citatur; ſed ſolũ adducit
relatio multorum minimè nominatorũ,
nihil concludens, cùm vana vox populi,
99 & vulgi dicatur, vt ſtatim ſubijciemus;
100 Tum etiã, quia liber iſte minimè appa-
ret approbatus, communiter nihil pro-
bat. ſecundum Bart.& omnes in d.l. 1. &
Abb.& alios.in d. c. cum cauſam. & per
Doct.in alijs locis ſupra allegatis.

101 ¶ Prout etiam, quia ab antiquo huic li-
bro nõ fuit, nec eſt adhibita fides, vt per
Bart.& alios in d.l.1.& Felyn. in d. c. in-
ter dilectos.in d.c.2.n.64. & 67. et Abb.
in d.c.cũ cauſam. & Deci.n.8. col.3. di-
102 centem libris iſtis tantum credi, qua-

tenus auctoritate comprobati ſunt: Et potiſſimum, cũ agatur de damno tertij. ſecundum Abb. & alios in d.c.cũ cauſam.

¶ Eo etiam, quia iſte auctor, non aſſerit ſe tunc tẽporis fuiſſe, nec verè ſcire, quæ loco citato tradidit, ſm Abb, Fely. & alios in d.c. cum cauſam. & eundem Fely. in d.c.2.col.penult. & fin.

¶ Ad quod inſuper, nam in dicto Supplemento ſupplementi non dicitur, quòd Thetes, à quo Marchiones Salut. aſſerũt deſcendere, fuerit filius Aledrami, ad not. in c. in præſentia. de proba. & in l. nõ hoc. C. vnde legitt.

103 ¶ Prout etiam, quia dictus liber veritatem non exprimit: dũ dicit Ottonem ſecundũ conceſſiſſe Aledramo Marchionatum iſtum; illũ, nec aliquid aliud in Italico ſolo tunc minimè poſſidenti, nam vt eſt videre ex inueſtitura Ottonis, Aledramus per priùs erat Marchio; & quãplures res, & proprietates in ſolo Italico

104 tenebat, & poſſidebat. Et falſus in vno, in reliquis fide, & auctoritate caret. ſm Mod. allegantes deciſiones in l. ſi ex falſis. C. de tranſac. & in l. admonẽdi. n. 128. ff. de iureiur. & in ſimili. per Paul. de Ca. conſ. 138. aliàs 301. in 1. vol. ad bene examinandum. col. 2. & per Aret. in §. actionum. q. 13. inſtit. de actio.

105 ¶ Et q; Auctor dicti Supplemẽti in hoc non bene ſentiat, patet apertiſſimè, quia in libris veris Cronicarum æditis p Dñũ Beneuentum de Sancto Georg. Præſidẽtem Senatui Montisferrati, Equitẽ Hyeroſolimitanum, virum Nobilẽ, & Doctũ continetur, ex Aledramo tres fuiſſe natos filios, vnum Gulielmũ ex filia Berengarij Regis Italiæ viuo patre, & ſine prole defunctum; & ex alia ſecunda vxore filia Ottonis ſecundi natos fuiſſe Bonifacium, & Gulielmũ; qui Bonifacius Aledramo ſucceſſit, & demum ſine prole obijt, & ſucceſſorem habuit Gulielmum fratrem ſuum: Ex quo Gulielmo deſcẽderunt Marchiones Montisferrati ex domo Saxoniæ, vſque ad illum Ioannem vltimum, qui ſine liberis moriens, Violantidem eius ſororem, & vnum ex eius filijs hæredem inſtituit.

Ex quibus patet Aledramum non habuiſſe Thetem filium, à quo Marchiones Salutiarum aſſerunt deſcendere.

106 ¶ Qui Thetes, & ſucceſſiuè alij, licèt ſe nominent ex domo Saxoniæ; id contingere potuit ex alia deſcẽdẽtia, vel cauſa, vt dicemus.

107 ¶ Et huic Cronicæ maior eſt danda fides, q̃ auctori Supplementi: Cùm circa id magis ſit recepta, & approbata ppter legalitatem, & fidelitatẽ auctoris, de cui⁹ dictis agitur; iuxtà ea, quæ traduntur in Epl'a inter claras. de ſum. Trinit. & in l. 1. §. his cunabulis. de offic. præfect. præto. & l. humanum. C. de legi. & Felyn. c. ſuper. col. 9. de accuſa. & in c. cæterum. col. 5. de iud. & Iaſ. in l. properandũ. §. ſin autem. C. eo. Tum etiã, quia ipſius dicta in quam plutibus iuuantur, & corroborantur per authenticas, & fidem facientes ſcripturas; & in ſimil. traditur per oẽs in d. l. ſi quis ex argentarijs. §. prætor ait. ff. de eden. & in d. l. admonendi. Eo etiam, quia cum dictis iſtius auctoris concordant actus ſubſequentes, per quos declarantur primi, vt dicemus ſtatim circa famam.

108 ¶ Et ſi Dñs Marchio deſcendentiã iſtã probare vellet per quoſdam aſſertos teſtes, vt dicitur, examinatos tpe Ioannis vltimi ex domo Saxoniæ, ad futurã, & æternã rei memoriã, iuxtà tradita in c. ſignificauit. & in c. Albericus, de teſti. & p Bart. & alios in autent. ſi quis ab aliquo. col. fi. C. eo. & per Doct. in corpore; vnde ſumitur. & Alex. in l. 4. §. prætor ait. col. 4. ff. de dam. infec.

109 ¶ Creditur tales teſtes id nõ poſſe deponere, niſi per famam, quæ in caſu pñti parũ operabitur, vt mox oñdemus. Et quia deponere non potuerũt, niſi de auditu, q̃ in probatio inefficax erit. l. teſtiũ. l. ſolã. C. de teſti. per Innoc. & alios in c. præterea. & in c. cauſamq; extra eo. & not. in l. 2. §. item labeo. ff. de aqua plu. arc. & in deciſ. conſ. Neap. 248. fuit diu. col. 3. verſ. nec obſtat. Et talis teſtiũ examinatio, (ſi oñdetur) nõ carebit aliqua nullitate; iuxtà ea, quæ traduntur cõiter per omnes in locis ſupra citatis; & conſimilibus, & con ſenſus D. Ioan. minimè potuit poſteris præiudi-

præiudiciũ afferre,cũ veritas ſe in oppoſitũ habeat,vt deduximus ſupra, & talis probatio, & conſenſus neceſſario,quo ad caſum pñtem,non inducat concludentẽ conſequentiam ad tradita in d.c.in præſentia.& in d.c. non hoc.

110 ¶Et ſi poſtremò ipſe Illuſt.Marchio deſcendentiam ex Aledramo probare vellet per famam publicã, quæ in antiquis plenam inducit probationem,ſm̃ magis cõmunem,licèt aliqui contrariũ dixerit. ſecundũ Ang.in l.at qui natura.§. cũ me abſonte.ff.de neg.geſt.& Bal.in l.proprietates.C.de proba. Et in auten.quas actiones.C.de ſac.ſan.Eccl.Innoc.& diffusè alios,maximè Fely.n.17.de teſti.& Deci. n.11.& eundem Fely.in c.poſt ceſſionẽ. col.5.de proba.& Alex.conſ.116. col. 2. in 5.vol.cum alijs alleg.per Iaſ. in l. p̃tor ait.§.prætor.n.25.de eden.& Deci. conſ. 26.Viſo.col.1.& 2.Impreſſo inter illa 40 & maximè ad proban.deſcendẽtiam ita antiquam.ſecundũ glo.& Doc.in l.1.de proba.& in ſimili p Bar.& alios in l. filiũ. ff.de his,qui ſunt ſui, vel alie.iur.& in l. 1.in fi.C.de dig.lib.12.Abb.& alios in c. per tuas.de proba. Adhuc tñ dicit̃ veroſimile eſſe p famã talẽ deſcendentia nunq̃ formiter,& concludenter poſſe probari, ex quo veritas ſe habet in contrarium.

111 ¶Et ſi aliqua per famam probatio talis deſcẽdentiæ adduceretur firmiter, dicit̃ illa parũ obſtare, nec nocere Illuſt. Duciſſæ; qm̃ ad veram ꝓbationem famæ,vt ſit concludens, multa requiruntur. Et primò,vt procedat,& originem habeat à perſonis fide dignis,aliàs nihil operaret̃; vt traditur per oẽs per illum tex.in c. qualiter,& qñ.de accuſa.& p Bar.in l.de minore.§.plurium.ff.de quæſtio.& Alex.ibi in addit.& Mod.& per Salyc.in l.ea quidẽ.C.de accuſa.& Bal.in c.item ſi vaſall⁹. col. vlt.de controu.inueſtit.cũ alijs allegatis. per Dec. conſ. 37. In cauſa. col.6. n.9. & conſ.133. Viſo proceſſu.

112 ¶Et quia teſtes deponentes de ea,atteſtari debent audiuiſſe illud à maiore parte populi.ſm̃ Bart.& alios in d.§. plurium adducentes.glo.in l.3.§.eiuſdem ff.de teſti.vbi etiã Bart.no.& Saly.in d.l. ea quidem.& Canon.in d.c.veniens.in c. cùm cauſam.de proba.& Alex.conſ.71.Inſpecto.col.8.in 1.vol.& alibi pluries.& Deci. d.conſ.37.& Corn. conſ.68. aliquandiu. in 2.vol.& Bal.conſ.280.Ad euidentiam. in 3.vol. Vnde Bar.in d.§.plurium. & in d.§.eiuſdem.& in l.labeo.ff.de ſupp. leg. dat cautelã,vt teſtes volentes probare famam, dicant ꝙ eſt publica vox, & fama, quia publicè dr̃ per Ciuitatem à maiori parte populi: volens, ꝙ ſi teſtis ſolũ diceret, ꝙ eſſet publica vox,& fama, non probaret;ex quo non reddit cauſam per aliquẽ ſenſum. Et idem eſſet ſm̃ eum, ſi
113 diceret teſtis, ꝙ audiuit publicè dici, quia iſtud nõ ſufficeret; Et ſequunt̃ Imo. & Pau.de Caſt.in l.hæredes palã.ff.de teſtam.& Mod.in c.1.de app.& Alex. cõſ. 25.in 4.vol.& Deci.d. conſ.37.

114 ¶Et teſtes ita deponentes,nec aſſignãtes cauſam,originẽ, & legittima inditia, nihil probãt: Ex quo potius probatio illa dicitur vana vox vulgi,nullum effectum producens.l.decurion. C. de pen. & per Bar.& alios.in d.§.plurium. & Corn. cõſ. 198.in 2.vol.& Bal.conſ.295. Fama. circa fi.in 3.vol.& Soci.conſ.89.col. 6. ver. præterea. in 1.vol.

115 ¶Non enim conſideranda fama ſimpliciter,ſed illa demũ; quæ rationabilis, & legittima eſt.ſm̃ Abb. & Fely. in d. c. veniens.poſt Bal.ibi.& Mod.oẽs, in d. §. pluriũ.& Deci.d.conſ.37.& Corn.d. cõſ. 198.& conſ.130.in littera F. in 4. vol. & Deci.in d.c.veniens,n.17.poſt Inno. col. 2. & Deci. conſ.Neap. 277.

116 ¶Eo magis,quoniã de facili, & ſecundum veritatẽ, & veroſimile probabitur fama contraria,videlicet,ꝙ iſti Marchiones Salut.non deſcendunt ex Aledramo, ſed aliunde. Et iſta ꝓbatio elidet illã ita, vt illi fides non adhibeatur,& illi præferenda erit,tum quia continet veritatem, & veroſimilia; tum quoq;,quoniã melioribus inditijs fundatur,& poſterior, & vltima eſt.ſecundũ Bar.& Bal.in l. is põt. col.vlt.ff.de acquir.hęred.& ibi Iaſ.n.87. 90.& 92.& D.Ant.in c.ſuper hæc.col.12. de renun.& per Fely.in c.cùm oporteat. col.7.n.17.de accuſ.& Iaſ. in l. pacta nouiſſima.

uiſſima. n. 5. C. de pact. & poſt Bart. per Mod. in d. §. plurium. n. 46. & ſeq. & in l. 1. §. ſi ſerui. n. 9. ff. de quæſtio. & Bal. in c. 1. §. notandum. col. vlt. ver. quæro quid de fama. qui feud. dar. poſ. & in l. ſi mater. C. ne de ſtat. defunc.

117 ¶ Et in ſimili iſtud apparet in teſtibus deponentibus cõtraria. Nam illis ſtatur, qui veriſimiliora deponunt. c. licet cãm. de proba. c. præterea. in fi. c. in noſtra. vbi Abb. & Fely. col. 2. de teſti.

119 ¶ Et per hanc contrariam probationẽ famæ tolletur, & elidetur alia cõtraria, & aduerſaria. ſecundũ Bal. in l. 1. in 5. q. C. de teſta. & Bart. & alios, in d. §. plurium. col. 6. ver. quid ergo. & Alexan. conſ. 24. col. 2. ver. & fortius. in 2. vol.

120 ¶ Sicuti vna præſumptio tollit aliam. l. Diuus. ff. de reſtit. in integ. l. nam ita. ff. d adop. & in d. c. in noſtra. & per Moder. in d. §. plurium. col. pen. ver. ſed ad vnum. Et ſtandum eſt potentiori. l. ſi qui. C. de adul. c. litteras. de præſump.

121 ¶ Prout etiam, q̃m nõ eſt credibile poſſe ꝓbari per famam, Dñm Marchionem deſcendere ex Aledramo, propter actus ſubſequentes, qui non conueniunt tali famæ, quinimmo illi contrariantur; & ꝑ quos actus ſubſequentes declarãtur præcedentes, & veritas illorum, vt deduximus ſuperius; & per illos ſatis aperte apparet dictarum famarum contrariarũ, quæ ſit verior, & ſubſiſtat.

122 ¶ Si enim Marchiones prædeceſſores iſtius Salutiarum deſcendiſſent ex Aledramo, & ius habuiſſẽt in iſto Marchionatu, vtiq; illud proſecuti fuiſsẽt mortuo Ioanne vltimo Marchione ex domo Saxoniæ; nec per tantum temporis ſtetiſsẽt dictum ius proſequi, et illud iactaſſent, & neglexiſſent; arg. l. cùm de indebito; ff. de proba. Nec veriſimile eſt, quòd iſtud paſſi fuiſſent, & in iudicium ſaltim non deduxiſſent; quod argumentum validũ eſt. l. nuptura. in fi. C. de iur. dot. l. fi. quod metus cauſ.

123 ¶ Nec Manfredus Marchio Salut. viuẽs tẽpore, quo dictus Ioannes mortuus extitit ab Alberto Imperatore (vt mihi narratum eſt) inueſtiturã dicti Marchionatꝰ petijſſet ex eo capite, quia deuolutus eſſet ad Cæſarem poſt mortem illius. Nam iure proprio illi competijſſet, vt deductũ fuit ſuperius.

124 ¶ Nec dicto Manfredo, tunc gubernante iſtũ Marchionatum, conſentiente, & ſolicitãte tranſmiſſi fuiſſent oratores per vniuerſitatẽ dicti Marchionatus ad Violanridem, vt vnum ex filijs ad capiendũ Marchionatum tranſmitteret.

125 ¶ Nec poſtremò ipſe Manfredus, & ſucceſſiuè ex eo deſcendentes, recognouiſſent Theodorũ Paleologum, & alios deſcendentes in Marchiones Montisferrati: per quos actus ab iſtos geſtos infertur famam deſcendentiæ non eſſe verã.

126 ¶ Pariter, & per actus ſubſequentes geſtos per iſtos de domo Paleologa, qui ſine aliquo contradictore per tẽpora, & ſęcula pacificè dictũ Marchionatum poſſederunt, ſcientibus, & patientibus Marchionibus Salut. pateſit, & exhibetur aſſertam famã deſcendentiæ eſſe falſam. Nam ipſorũ diuturna, & longiſſima poſſeſſio oñdit illã nõ ſubſiſtere, vt in ſimili dicimus ſolam diuturnitatẽ tpis nõ inducere pſumptionem ſolemnitatis extrin-

127 ſecæ, ſed iunctam cũ poſſeſſione. l. quĩ in aliena. §. ſed ſi adierit. ff. de acquir. hæred. & tradit in l. ſi filius. C. d peti. hær. & in l. ſciendũ. cũ cõcor. ff. de verb. oblig. ¶ Et quæ in ſimili de tutrice adducit Soci. allegando iura, & alias deciſio. conſ. 153. col. 2. in 2. vol. & quæ adducuntur ꝑ Ang. in l. c. cùm in aliena. & Abb. in d. c. Albericus. col. 3. ver. ſed quæro. uolens quòd ſolus curſus temporis non inducat hanc præſumptionem ſolẽnitatis extrinſecæ, quoniam ſi iſtud concederetur, de facili fabricaretur falſitas.

Vnde cũ dicta diuturnitate concurrere debent aliæ coniecturæ; vt firmat Soci. conſ. 288. col. antepen. in 2. vol. & poſt Hoſti. Abb. in c. 2. col. pen. in fi. de reſtit. in integ. & quæ tradit Bart. in l. ſicut. col. 2. qui. mo. pig. vel hyppo. ſol. cum alijs alleg. per Deci. conſ. 14. col. pen. de tit. ſimulato. Et quæ dñr de dñio probato per famam, coniuncta videlicet poſſeſſione.

128 ¶ Et in proprijs ferè terminis noſtris eſt deciſio.

deciſio, conſ. Neap. præalleg. 277. an teſtes vbi arguitur ad partes, & demũ concluditur, & ita fuit iudicatum ꝙ in antiquis fama non probat contra poſſidentẽ per annos 30. Ex quo dicta poſſeſſio antiqua habet præſumptionem iuſtitię permanentis, ſecuudũ Cyn. & Bal. ibi citatos. Quanto igitur fortius contra poſſeſſionẽ longiſſimam, & per ſæcula iſtorũ Paleologorũ aſserta fama nihil operabitur, vt in ſimili etiam tradit Barthol. Veron. cõſ. 22. col. 3. ver. nam cum illud.

129 ¶ Eo magis, cùm in caſu noſtro concurrat titulus multiplex iunctus dictæ longiſſimæ poſseſſioni, cauſatus ex inueſtituris conceſſis per Imperatores iſtis Paleologis; quo ſtante, fama in antiquis etiam ꝓ Eccleſia, nihil operatur, ſed repugnat titulo, pro quo magis præſumendum eſt, q̄ pro fama; vt voluerunt Bal. & Fely. in c. vigilanti, de præſcrip. col. 3. ſm̃ quos fuit iudicatum per ſacrum conſiliũ Neapol. vt apparet in deciſ. eiuſdem conſ. 178. in cauſa filiorum. col. 6. ver. 8. dubitatur, nihil igitur proficiet aſserta fama contraria titulo, & poſseſſioni longiſſimæ.

130 ¶ Et ſi leges contra negligentem per tempus in illis ſtatutum, ordinarunt ampliùs non audiri illum ad vendicandum res proprias, & ſuum dominium, vt in toto tractat. de vſucapion. & præſcript. Quanto igitur fortius audiendus non erit ille, qui per ſolam famam venit contra poſſidentem titulo, & per longiſſima tempora, & sæcula; Et prætendit vendicare dominium rei ab alio cũ titulo poſſeſsæ. auten. multo magìs. C. de ſac. ſanc. Eccl. c. in cunctis. de elect.

131 ¶ Et eo fortius procedunt iſta, qm̃ hic tractatur de magno, & graui præiudicio, quo caſu non ſufficit ſcientia per famã, vt tradit Fely. ad id allegando deciſ. in c. cùm contingat. col. 2. n. 4. de reſcrip.

132 ¶ Eo etiam, quia hic tractatur de probatione, in qua requirit᷑ verus actus hominis, & in qua nõ ſufficiunt uerba tantum. Et ideo teſtimoniũ de auditu nõ erit ſufficiens, vt dicunt Iac. de Aret. & Cyn. per illum tex. in l. teſtium. C. de teſti. Innoc. & alij in cap. cùm cauſam. eo. tit. & Spec. eod. §. 1. & Bart. in l. 2. §. pen. ff. de aqua plu. arc. Et in terminis noſtris quando agitur de probando deſcendentiam, iſtud firmat Fran. de Curte. conſ. 82. col. fi. ver. nam vbi tractatur.

133 ¶ Et vlterius aduertendum erit, qualiter teſtis ad ꝓbandam aſſertã famam ꝓducti deponunt. Nã, ſi dicerent, ꝙ ipſe deſcenderet ex progenie, ſeu linea, prole, ſtirpe, ſobole, proſapia Aledrami, minimè concludẽter probarent; Cùm oĩa iſta nomina cõia ſint deſcendentibus ex fœmina, & ex maſculo, vt probatur in l. liberorum. §. fi. ff. de ver. ſig. & per Paul. de Caſt. in l. ſi quis in ſuo. col. 1. C. de inof. teſta. Et de iſtis nominibus, traditur ꝑ Petr. de Anchar. in c. vbicunq; de pen. lib. 6. per Imol. & Alex. in l. ex facto. §. ſi quis rogatus. ff. ad Treb. Phil. Fran. in c. ſi pr̃. circa finem. de teſtam. lib. 6. & Barba. in repeti. l. cùm acutiſſimi. C. de fideicõ.

134 ¶ Et iſtæ deſcendentiæ per nomina p̄dicta poſſunt adaptari, vt proceſſerint ex linea fœminina. Nam Alaſia filia Bonifacij tertij, octaui Marchionis Montisferrati, nupſit Manfredo Marchionis Salut. vel poſſet eſſe deſcendentia per lineã maſculinam, non tñ ex Aledramo; ſed ex alio eiuſdem familiæ Colonello; vt paſſim in q̄pluribus familijs, & agnationibꝰ videmus, & conſequenter aſserta probatio famæ in nullo concluderet. l. neq; natales. C. de proba. c. in præſentia. extra eo. Vnde, vt in caſu noſtro eſſet fama concludens, neceſse eſset teſtes deponẽre iſtum deſcendere ex Aledramo primo acquiſitore per lineã maſculinam; vt ꝓbatur in c. 1. ſi vaſal. feu. pri. & in c. 1. de eo qui ſibi, & hæred. ſuis. & ibi poſt alios not. D. Præpoſ. col. 3. uer. nota tex. & Alex. conſ. 10. col. pen. n. 2. in 3. vol. & Alb. Bru. conſ. 9. quod eſt Iaſ. col. pen. & Mod. in tract. de feu. fo. 25. col. 2. uerſ. 22.

135 Et ſi iſto modo per famam probaretur deſcendentia, adhuc nihil obſtaret, ex quampluribus capitibus, cauſis, & rationibus deductis ſupra in diſceptatione p̄ſentis articuli. Eo etiam, quia ipſe Marchio reperitur vltra ſeptimũ, & decimũ gradum, vt remiſſiuè ſuperius diximus.

Et

Et quia ſumus in feudo hæreditario; &
impoſſibile creditur poſſe probari, ipſum
eſſe hæredem Aledrami vniuerſalem,
ſeu ſingularem ſaltim in Marchionatu
iſto, de quo agitur mediatè, ſeu imme-
diatè, vt oſtendimus. Eo etiã, quia ipſe
excluderetur per renunciationem taci-
tam, ſeu expreſsã ſuorum, & propriam;
necnon & per longiſſimã præſcriptionẽ,
& per alia, de quibus inferius dicetur.
136 ¶ Et iſtis inſuper accedat, nam minimè
apparet, ꝙ in donatione, & conceſſione
facta Aledramo, cõprçhenſus fuerit Mar
chionat⁹ Salut. ita vt ex hoc præſumi poſ
ſit Machiones Salut. ex Aledramo deſcẽ-
dere, qm̃ niſi aliud exhibeatur, illa con-
ceſſio per Ottonẽ facta iſtud minimè o-
ſtendit; ex quo in ea ſolũ exprimuntur
137 certa loca, & confinia, & poſtmodũ ſub
ijcitur illa dictio, quicquid ibidem &c.
Quæ dictio limitat ad loci identitatem. l.
3. §. ibidẽ. ff. ad exhiben. c. 1. §. contrahen
tes, de foro compet. lib. 6. Si enim vniuer
ſaliter intelligeretur, ne dũ Marchia Sa-
lut. ſed alij Ducatus, & Marchionatus, &
ſtatus Italici fuiſſent cõpræhenſi. Quod
ſtare, & eſſe nõ poteſt; & euentus rei oñ-
dit, quia Aledramus ea non poſſedit.
138 ¶ Ad quod etiã; nam, ſi Aledramus fuiſ
ſet Marchio Salut. in prædicta conceſſio-
ne fuiſſet expreſſum, & de tali Marchia,
tanq̃ ſpeciali nota digna, facta fuiſſet mẽ
tio, arg. eorum, quæ habentur in l. item
apud labeonem. §. hoc edictum. ff. de in-
iur. & in c. 1. de ſciſmati. & c. 1. & c. fœli-
ces. đ pen. lib. 6. & Anch. cõſ. 296. Pro cla-
riori. Barb. conſ. 36. col. 2. in 2. vol. & Fe-
ly. in c. ad aures. & in c. ſedes. de reſcrip.
139 ¶ Nec dicta Marchia Salut. continetur
inter loca, & confinia expreſſa in conceſ
ſione Ottonis, licèt fortè compræhendã-
tur aliqua loca per Marchiones Salut.
poſſeſſa; quæ in feudum recognoſcunt à
Marchionibus Montisferrati.
Et quia, ſi eſſet inter illa confinia, non di-
ceretur compræhenſa in dicta conceſſio-
ne, ſi forſan fuiſſet alterius, cuius iuri non
cẽſeretur derogatum. l. 2. §. meritò. & §. ſi
quis à Principe. ff. ne quid in loc. publ. Ex
quo infertur, ꝙ ipſe Marchio haberet p̃-
bare, ſi vti vult dicta cõceſſione, ꝙ tunc
temporis Marchia Salut. erat Imperato-
ris, & Regni Italici, & non alterius, vt tra
dunt Bar. Bal. & alij. in l. ſi ſic. de leg. 1.
Et talis Marchia Salu. potuit ad iſtos dños
Marchiones peruenire alia de cauſa, vel
ex alio acquiſitore, vel etiã ex linea fçmi-
nina; prout Marchionatus Montisferrati
peruenit ad iſtos de domo Paleologa.
¶ Et quia diximus ſçpius Dñm Marchio-
nem, etiã ſi intentionem ſuã ex deſcen-
dentia haberet fundatam; adhuc tñ ex-
cluſũ eſſe per longiſſimam præſcriptio-
nẽ. quinimmo & per eſſe, in cuius cõtra-
riũ non extat memoria: Continuatis enĩ
tẽporibus per annos vltra 200. Marchio-
nes Mõtisferrati ex domo Paleologa di-
ctũ Marchionatũ pacificè, & quietè te-
nuerunt, & poſſederunt vidẽtibus, ſcien-
tibus, patientibus, & non contradicenti-
bus Marchionibus Salut. qui pro tempo-
re extabant; quibus concurrentibus, &
accedente inſuper titulo, & inueſtitura,
omne ius dicti Marchionis (ſi quod erat)
ſublatum, & extinctum pœnitus extitit.
140 ¶ Per hanc enim præſcriptionem, cùm
qua cõcurrunt aliæ qualitates à iure re-
quiſitæ; ipſe Dñs Marchio excluſus fuit,
& eſt, cùm in feudis inter ipſos vaſallos,
& tertios, & ad ipſorũ præiudicium ad-
miſſa, & recepta ſit præſcriptio etiã ann.
30. vt probat text. & ibi omnes tradunt ĩ
c. ſi quis per triginta. ſi de feu. fuer. cõtro.
& per And. de Iſer. in c. 1. §. fin. de feud.
da. inui. leg. commiſ. cũ alijs alleg. p Dec.
conſ. 144. col. 2. n. 3. & 4. & per Abb. & a-
lios in c. ad audientiam. de præſcrip. &
poſt glo. per Bal. & alios in c. 1. de capit.
qui cur. vend. & Roma. cõſ. 116. & Fran.
de Curte. conſ. 82. & Mod. in tract. de p̃-
ſcriptio. in quarta parte princ. fol. 33. &
ſeq. n. 43. & 60. ver. tertio quæro.
141 ¶ Eo magìs conſiderata p̃ſcriptione an
norũ ducentorũ, & vltra; & ſic tanti tem
poris, in cuius contrariũ nõ extat memo-
ria. ſm̃ Cyn. in l. 2. 11. q. C. de ſerui. & a-
qua. & Barthol. Vero. in tract. de ſer. vrb.
prædio. c. 19. col. 2. & diffusè in d. tract. p̃-
ſcrip. fo. 16. col. 2. ver. quod autem dicit.
vbi refertur Fely. in d. c. ad audientiam.
col.

col.fi.in quinta limitatione. Qui dubitabat,an iſtud inducatur per illam centum annorum,& non bene,vt in d.trac.& tanto magis in caſu noſtro non erit dubitandum, cùm nedum fuerit centum annorum,ſed vltra ducentum.

142 ¶ Et talis præſcriptio nedū bonam fidē inducit,ſed vlterius vim habet tituli,priuilegij,& conſtituti,vt plenè per Fely. in c.accedentes.col.5.ver.poſt hæc. de præſcrip.quē referunt,& ſequuntur Moder. in d.tract.fo.27.col.2. verſ. quod declarat. & alias diffusè conſului.

143 ¶ Et quoniam in caſu pñti verſamur in feudo hæreditario, tenendo conceſſionē Ottonis ſonare in feudum, vt copioſè ſupra deduximus; Vera erit cōcluſio in tali feudo dari præſcriptionem; & illud poſſe præſcribi etiā per annos triginta,vt vltra ſuperius adductas deciſiones firmat And.de Iſer.ī tit.de inueſtitu.de re alien. fac. & in tit. de capitu.Conra.& in c.prçterea ducatus.de prohib.feu. alien. p Feder.& in c.illud quoq;. col.3. & 4. & habetur in deciſio.conſ.Neap.254. & 324. & per Franc.de Curte.d. conſ. 82. col. 3. & 4.& D.Præpoſ. in c.Titius.col.1.in fin. & col.2.ver. nota ex iſto tex. in tit. ſi de feu.contén.ſit. & Alber.Bru. cōſ.67. col. pen.& fin. ver. ſed maior difficultas.

144 ¶ Et huiuſmodi concluſio, & præſcriptio nedum locum habet, & currit contra patientes, & ſcientes, ſed etiam contra deſcendentes, & hæredes ipſorum, adhuc etiam non natos, nec valentes agere. Quia in tali feudo hæreditario factum, & patientia anteceſſoris nocere habet ſucceſſori, vt plenè attingit And. de Iſern. in d.§.præterea ducatus. col. 1. in titu. de ſucceſſ. feu. §.hoc quoq;.col.3. & col. fi. & col. 2. ver.& ſi primus. & ibi Aluar. col. vlt. & in deciſio. conſ. Neapol.112.& 248.& per Andr.de Iſer.in tit. de capitu. Conrad.in prin. Et concluſionem iſtam tenet Iacobi.in ſua inueſtit.in verb. Marchio. & plenè eā proſequitur Franc.de Curt.loquens propriè in terminis nr̃is d.ſuo conſ.82.col.3. ver. & ſi opponatur.& col.4.ver.quid opus.quē referunt,& ſequuntur Moder. in tract. præſcript. in quarta parte quartæ partis prin. fo.35.col.1. n.60.& 62. verſ.octauo quçro.ita limitantes ea,quæ traduntur per

145 Alua.col.vlt.poſt And.de Iſer.in d.§.hoc quoq;. dū volunt in feudis non currere præſcriptionem contra nō natos,& cōtra non valentes agere; vt etiam Andr. de Iſer.iſtud voluit in q̄pluribus alijs locis. Nam illa,locum habent in feudo ex pacto, & prouidentia: non autem procedūt in feudo hæreditario.& hoc idem firmat Alber.Bru. ad id allegando plures alias deciſiones in dicto ſuo cōſ.67. vbi col.fi. tollit illam obiectionem, ꝙ non valenti agere,&c.Et dat cautelam, propter quā naſcituris nō fiat præiudiciū,vt per eum, & latius Fran.de Curte.d.conſ. 82. col.3. 4.& 5.& per D.Præpoſ.in d.§.hoc quoq;. col.fin.& in d.§. præterea ducatus. col.2. & in tit.de inueſtit.de re alie. fact. col.2. poſt Andr.de Iſer.ibi & in ſimili iſtud firmat Ioan.Crottus. in repeti.l. filius familias. §.diui.ff. de leg. 1.fo. 10.col.4. ver. primus caſus.quando deſcendentes ſunt hæredes illorum,qui cōnſenſerunt.

146 ¶ Et ſuadentur ex dictis per Andr. de Iſer.& Aluaro.in d.§.hoc quoq;.circa fin. vbi volunt, ꝙ licet feudum prohibeatur alienari,& hoc conſiderato videretur nō poſſe præſcribi; Id verū eſſet, quando alienatio, & patientia facta, & præſtita eſſet à perſona prohibita alienare; ſi autē facta appareret ab alia non prohibita, tunc proculdubio currit præſcriptio, vt firmat etiam D.Præpoſ.ibi col.4.ver.ſed vtrum. allegant ad id iura,& deciſiones; volentes id procedere etiam in feudo ex pacto,& prouidentia;& in ſimili iſtud ꝓbatur ex dictis per Paul.de Caſt. in l. fin. §.ſed noſtra.col.fin.C.communia de lega.& per Corn.conſ.117.licèt col.2.& 3. in 1.vol.quos ſequuntur Moderni in d. tract.de præſcript.in quinta parte quintæ partis prin.fo.58.col.4.verſ. quinto quæro.n.37. & Ioan.Crot.in d. §. diui. fo.10. col.3. in quinta concluſione.

147 ¶ Et quia in caſu præſenti apparent tot, & tantæ inueſtituræ infeudationes factæ per Sereniſs. Imperatores minimè prohibitos alienare, meritò legittima

præſcriptio cucurrit. Non enim erant prohibiti illas concedere, ſi conſideratur inueſtitura facta Aledramo, vt oſtenſum fuit ſuperius pluribus ex capitibus, & rationibus.

¶ Et dictę inueſtituræ per Sereniſs. Imperatores conceſſæ iſtis de domo Paleologa, præſtiterunt iuſtum titulum præſcribendi, & fecerũt tale feudum præſcriptibile, argum. not. per Bal. in l. 2. C. de vſucapio. pro emptore. & per Bart. & alios in d. §. diui. & per glo. & Cyn. in l. fin. C. in quib. cau. reſtit. non eſt neceſ. & in terminis noſtris illud firmat Fran. de Curte: d. conſ. 82. col. 5. ver. & cũ in caſu noſtro. & col. 3. in prin. verſ. & hanc partem: Et faciunt illa, quæ ſtatim dicemus de priuilegio præſtante iuſtum titulum, & faciente rem præſcriptibilem.

148 ¶ Et cùm feudũ præſens fuerit, & ſit hereditarium, Dñs Marchio, qui ſuccedere prætendit, tenetur obſeruare, & adimplere geſta etiã in negligendo conſiſtentia, per ſuos anteceſſores, medio quorum prætendit venire. Nam factum, & negligentia illorum præiudicat ipſi ſucceſſori. l. cùm à matre. C. de rei vendi. l. ſi ab eo. C. de neg. geſt. l. ex qua perſona. ff. de reg. iur. & ibi Deci. allegans concor. & per Fran. de Curte. d. conſ. 82. col. 5. ver. & cũ præſcriptio. & conſ. 25. & Alex. cõſ. 28. in ſecundo dubio. in 5. vol. & cõſ. 10. in 3. vol. & per Mart. Lauden. col. 4. & D. Præpo. in d. §. hoc quoq;. & per Iacobi. in ſua inueſtit. in ver. Marchio. & in deciſio. conſ. Neapol. 112. et 248. vbi concluditur non procedere in feudo hæreditario, in quo ſuccedit primogenitus.

¶ Nec aduerſus hanc præſcriptionem ipſe Dñs Marchio poterit adducere malã fidem illorum de domo Paleologa, conſiderato primæuo titulo conceſſionis factæ Aledramo, ſecundũ quem ſui ſucceſſores præſumuntur poſſediſſe. l. 2. C. de acquir. poſ. & per Corne. conſ. 23. & 301. & 302. in 1. vol. Nam conſiderata pdicta conceſſione Ottonis, deſcẽdentes ex fœmina poterant venire, tenendo eam fuiſſe meram donationẽ, vel conſtituiſſe feudum improprium, vt deduximus.

¶ Item conſideratis alijs inueſtituris conceſſis iſtis Paleologis, prorſus ceſſat obiectio. Nam dicere poſſunt ex illis venire, & poſſediſſe, & præſcripſiſſe, & non ex prima conceſſa Aledramo, conſequenter virtute iſtarum eſſe in bona fide, cùm fecerint feudum præſcriptibile, vt diximus; & plene proſequitur Franc. de Curte. dicto conſ. 82. per totum.

Eo etiam, quia Manfredus Marchio Saluciarum, & geſta per ipſum, & ſucceſſiuè per eius deſcendentes, iſtis Paleologis bonam fidem, & iuſtam cauſam præſcribendi præſtiterunt, vt dicetur.

149 ¶ Ex quibus etiã tollitur alia obiectio, in qua poſſet dici poſſeſſionem captam à Theodoro primo Marchione ex domo Paleologa fuiſſe vitioſam, & violentam, & induxiſſe vitium reale, quo ſtante nulla currit præſcriptio. Nam aſſeritur ipſũ de facto ſpoliaſſe Manfredum prædictũ poſſidentem dictum Marchionatum; Et tale vitiũ reale afficit ipſam rem ita, vt non poſſit eſſe locus præſcriptioni, nedum ex perſona illius, qui violentiam, & ſpoliam commiſit; ſed etiam ex perſona ſucceſſorum, & hæredũ ipſius; vt traditur in l. vitia. C. de acquir. poſ. & in §. qđ autem. & in §. furtiue. inſtit. de vſucap.

¶ Et tale vitium non dicitur purgatum, niſi res peruenerit ad priorem dominũ, vt tradit Bart. in l. certe. §. Iulianus. & per illum tex. ff. de præca. & in l. ſequitur. §. quod autem. & §. ſi tu. & §. ſi dominus. ff. de vſucap. & per Moder. in tract. de præſcript. in ſecunda parte tertiæ partis prin. q. 12. & ſequen. n. 51.

¶ Eo magis, quia ſumus in facto arduo, & in occupatione feudi dignitatis; quo caſu mala fides præſumitur continuata etiam in quoſcunque ſucceſſores, vt dicit Abb. conſ. 3. Nitar. col. 24. ver. decimas extra quæſtio. in 2. vol. & ſequitur Felyn. in c. ſi diligenti. col. 2. verſ. pro quade præſcriptio. & Moder. in repetitio. l. cælſus. col. 41. ver. & nota ſingulariter. n. 94. ff. de vſucap.

Et Theodorus, & ſucceſſiuè alij Paleologi tanquàm occupatores iuris alterius, & tanq̃ tiranni non potuere præſcribere, nec

nec acquirere ius aliquod etiam ex inueſtituris poſtmodũ eis factis, ſecundũ tradita per Bal.& alios in l.decernimus.C.de ſacroſanc.Eccl.& per Bart.in tract. de tirann.& in l.penult.C.de conditio. ob tur pem cauſam.& Alex.conſ.3.in 5. vol. & Soci. conſ. 22. in prin. in 1. vol. & late Barba. conſ. 55. in 4. vol. & deciſio.conſ. Neapol. 77.

150 ¶ Et quia in dicto Marchionatu ſunt Caſtra fortiſſima,quorũ recuperatio ſpoliatis conceditur,quando facultas ſe obtulerit,nõ obſtante præſcriptione. l. 3. §. cum igitur.ff.de vi & vi armata.& tradit in l.vt vim.ff.de iuſti.& iur.cum alijs allegatis.per Fely.in c.ſignificaſti.col.4.de homici.& in c.1.col.6.in fi.de iudi.

151 ¶ Obiectiones iſtę in nullo tollũt ius bonum Illuſtriſs. Duciſſæ: Nam & Theodorus, & reliqui Paleologi non fuerunt inuaſores,& occupatores dicti Marchionatus,nec tiranni: quinimmo bona fide illũ ceperunt, & poſſiderunt. Nam Ioannes vltimus ex domo Saxoniæ,decedens ſine filijs,Violantidẽ eius ſororem,& vnũ ex filijs hæredem inſtituit; Meritò igit Theodorus capere potuit poſſeſſionem, & bona fide oium,& ſingulorum poſſeſſorum per dictũ Ioannem etiam feudaliũ rerum,per omnes in l. fina. C. de edicto diui. & idem ſi ab inteſtato deceſſiſſet, cùm iſti proximiores eius eſſent, vt ad plenũ deduxi in conſilio poſſeſſorij: Et iſtis conſideratis,iure permittente, & ſine vitio,poſſeſſio dicti Marchionatus potuit appræhendi, etiam ſi alij ſuper petitorio in dicto feudo ius habuiſſent, & ꝑtendiſſent. Nam Theodorus licitè potuit illud ignorare, prout in dubio præſumitur.l.verius.ff. de proba. Et propter longæuam diſtantiam, & abſentiam, arg. l. Titiſu.§.lucius.ff.de libe.& poſthum. & ꝑ Soci. in l.qui duos. col.pen.ver. octauo quærit. ff. de rebus dub. & argum. l.fin. ff. pro ſuo.

152 ¶ Eo inſuper quoniã vniuerſitates dicti Marchionatus,conſentiente,& ſollicitãte Manfredo Marchione Salutiarũ,tranſmiſere Oratores Conſtantinopolim vocatum vnum ex filijs dictæ Violantidis; et licitè, & bona fide ipſe Theodorus vocatus fidem adhibere potuit,& debuit eũ vocantibus; ſicuti dicimus de illo, qui credit probo viro,ſecundũ glo.in l. Titio fundus. ff. de conditio. & demonſtr. & Gemin. in c.de capitul⁹.7.diſtinct.& Iaſ. ĩ l.properãdũ.§.fin autẽ.col.4.C. de iudi. Et iſtis conſideratis nulla mala fides poteſt applicari Theodoro,nec aliquod vitium reale,aut perſonale,nec dolus, nec occupatio,ſpolium,aut tirannia; & ceſſabunt omnia ſuperius adducta.

153 ¶ Quæ eo fortius non obſtabunt. Nam ſi quod vitiũ imaginari poſſet,illud perſonale potuit eſſe,nec habuit impedire, vt alij ſucceſſores Theodori, ad quos ꝑuenit Marchionatus,potuiſſent illũ præſcribere, eſto ꝙ cauſam haberẽt ab ipſo Theodoro ingrediente; vt probatur in l. ſi nulla,& ibi Bal.& Doct.C.de acquiren. poſ.& in §.quod autem.vbi Aret. in fin. inſtituta de vſucapio.& per glo.primam. in l.fin.C.vnde vi. cõmuniter approbatã per Doct.in l.ſequitur.§.item ſi occupauerit.ff.de vſucapio.& per Modernos in tract.de præſcrip.in ſecunda parte tertiæ partis prin.q.12.fo.19.n.54.

154 ¶ Ad quod etiam; nam, ſi qua mala fides potuiſſet allegari; illa iã purgata fuiſſet ſpatio annorum triginta,ſm̃ Bart.in l. fina.C.vnde vi. Et decurſis annis triginta bona fides præſumitur etiam à principio poſſeſſionis,ſecundũ Bart.ibi col.fin.ver. ſed contra prædicta.& Fran.de Curt. dicto conſ.82. col.3. Quanto igitur fortius ſtante præſcriptione annorum 200.& vltra, & ſic tanti temporis, in cuius contrarium non extat memoria.

155 ¶ Prout, quia ſucceſſores, & hæredes Theodori nolentis vti acceſſione ipſius, potuerunt inchoare ex propria ipſorum perſona præſcriptionẽ; & licitè præſcribere,nõ obſtante mala fide defuncti, ſecundũ Dy.in c.poſſeſſor.col.fi.de reg.iur. lib.6.& Bart.in l.cùm hæres.ff. de diuer. & tempor.præſcrip. vbi Alex. in apoſtil. & idem Alex.in l.Pomponius.§. cũ quis. col.6.& 7.ff.de acquir.poſ. Et licèt aliqui teneant in hoc cõtra Dyn.relati ꝑ Mod. in tract.preſcriptio.in ſecũda parte tertię

partis prin.q.12.fo.19.col.4.n.59.Tamē illa opinio Dyn.optimè procedit,& communiter tenetur, quando hæres feciſſet inuentarium,vt tradit Alex.citando alios in d.§.cùm quis,col.6. verſ. tamen in vno,& ſequuntur Moder.in d. tract. fol. 20.n.61.ver.ſecundo limita.

Prout etiam dicta opinio Dyn.procedit, qñ hæres,& ſucceſſor volunt præſcribere habito titulo à tertio poſt mortē eius prædeceſſoris. Nā pñt,non obſtante mala fide prædefuncti,vt probatur i l.an vitiū.§.fi.ff.de diuer.& temp.pręſcrip.rōne de qua ibi;& tradit Bal.in l.eum qui.§.in hac. ff. de publi. & Alex. adducens alia. conſ.79.Viſis.col.1. in 2.vol.& Iaſ.poſt alios in d.l.Pomponius.§.cùm quis. col.4. ver.limita dupliciter.& Moder.in d.trac. pſcrip. fo.20.col.2.n.63.ver.4. limita.

156 ¶Nec quidē immeritò, cùm ſucceſſores,& deſcendētes à dicto Theodoro habuerint tot,& tātas inueſtituras,& priuilegia ab Imperatoribus; & virtute illarū fuerunt in poſſeſſione, quæ præſtiterunt iuſtum titulū,iuſtam cauſam, & bonā fidem præſcribendi, ſecundum Bal. in l. comperit.C.de præſcript. 30. annorum, per l.fi.C.de fun.patri. lib. 11.

157 Etiam ſi priuilegiū fuiſſet inualidum,vt firmant glo.Abb.& poſt alios Felyn.in c. de quarta.de preſcrip.cum alijs alleġ.per Moder.in d.tract.in prima parte prin. q.

158 12.fol.49.col.1.n.94. Et procedit iſtud, etiam ſi erretur in iure,ſm̄ Bal.in l. 1. col. pen.ver.itē quærit.C.de ſer.fugi.& Fran. de Cur.d.conſ.82.col.3. & 5.& Moder. ī d.trac.pſcriptionū,in quinta parte quintæ par.prin.q.2.fol.57.col.3.n.30.

159 ¶Et comprobantur; nam quādo mala fides defuncti ſolū eſt præſumpta,&cauſata ab errore iuris; non nocet hæredi in præſcribendo,ſm̄ gl.mag.in fi.in l. tutor rerū.ff.de admini.tut.& Pau.de Caſt.in l. nunq̄.in prin.ff.de vſucap. & Alex. in d. §.cùm quis.col.6.ver.vnum addatis.

160 ¶Ex quibus apertè patet iſtos Paleologos iure permittente poſſediſſe, & præſcripſiſſe dictū Marchionatum; & quòd poſſeſſio Theodori nō potuit dici violenta; Nullū enim ſpoliauit,nec per vim occupauit Marchionatū; ex quo ad illum venit cauſis ſuperius enarratis, & licitis, & nullus illū tunc poſſidebat. Nam Manfredus nō fuit hæres inſtitutus à Ioanne, ſed ſubſtitutus; & caſus ſubſtitutionis nunq̄ euenit, & erat Gubernator; & eo cōſentiente,& ſollicitāte, ſm̄ diſpoſitionē Ioannis,qui id facere potuit, conſiderato tenore inueſtituræ conceſſæ Aledramo ab Ottone,vt deduximus,per Oratores tranſmiſſos ab hominibus dicti Marchionatus,Theodorus ipſe fuit vocatus, & accerſitus, qui poſtmodū ab Imperatore inueſtiturā obtinuit. Quæ tanto magis eius bonam fidē, & vacuam captam poſſeſſionem confirmauit,& roborauit, & purgauit ingreſſum feudi ſine inueſtitura factū,ſecundū D. Anto.in c. at ſi clerici.§.1.de iudi.& ibi Doct.nor.& per Fely.in c.cùm dilectus.n.3.de accuſ.& Gemini.in c. fin.56. diſtin. & Abb.in c. ex parte.col.6.de reſtitutio. ſpolia.

161 ¶Et ad alia ſuperius adducta, facilis eſt reſolutio;dum primò dicebatur,ꝙ poſſeſſio iſtorū Paleologorum fuit cū mala fide: Conſiderato primæuo titulo, & conceſſione facta Aledramo. Nam etiā illa attenta,in bona fide fuerunt, cōſiderādo eā,vt donationem,vel vt feudum impropriū,vel vt feudum proprium hæreditarium; tamen,vt de ſingulis dictū extitit. Prout etiam nō obſt.cōſideratis inueſtituris factis ipſis Paleologis tribuentibus bonam fidē,& iuſtā cauſam poſſidendi, & præſcribendi,& purgantibus oēm malā fidē, & ex alijs q̄pluribus ſup.adductis.

162 ¶Nec obſtat illud de vitio reali,ſpolio, & inuaſione; Nā nullum fuit ſpolium, nec inuaſio,nec occupatio violenta; nec vitium aliquod reale; ſed omnia rectè,& ritè proceſſerunt, & bona fide, & lege permittente, vt deduximus.

¶Et in facto arduo tunc præſumitur mala fides continuata, qñ ab initio interueniſſet,quod vtiq; hic ceſſat, vel qñ alijs de cauſis ſuccedētibus non fuiſſet purgata,maximè per tot,& tantas inueſtituras ſubſequentes, & ex alijs deductis ſupra.

163 ¶Nec obſt. illud,quod dicebatur de tirannis: Nam & Theodorus non fuit violentus

lentus inuaſor,& ſpoliator; ſed iuſtus poſſeſſor.& ideo ceſſant adducta per Alexã. Barba.& alios in contrariũ,quia loquunť de ſpoliatore,& violento inuaſore,vel tiranno; quæ qualitates minimè pñt applicari iſtis Paleologis; cùm fuerint iuſti, & veri dñi,habentes titulos, & inueſtituras dicti Marchionatus; et pro talibus ab oībus,& ſingulis fuerint habiti, & reputati etiam à Marchionibus Salut.conſequenter geſta per ipſos fuerũt valida, & firma ad plenè not.per Canoni. maximè Abb. col.antepen.in c.nihil.de elect. & eundẽ, &Fely.in c.ſciſcitatus.col.4.de reſcrip.& in c. ad probandum.de re iudi. & per omnes ſcribentes.in l. barbarius.ff.de offic.præto.& Bart.in d.tract.de tiranno. in 7.q.verſic.præterea. cum concor.

164 ¶ Et quia hic nõ tractatur de geſtis per eos erga ſubditos,ita vt poſſit argui tirannica impreſſio.ſm Bar.in d.tract.de tiranno.in prin.& col.4.ver. ſecũda inſpectio. & per eundẽ in l.pen.ff.de condit.ob turpem cãm: verſamur enim in præſcriptione completa, & perfecta contra tertios negligentes; quo fit, vt dicta qualitas tirannica minimè ſit conſiderabilis,à ratione ceſſante.c.cùm ceſſante.de appel.l. adigere,§.quãuis.ff. de iure patro.

165 ¶ Minus obſtat vltimũ, in quo dicebať in dicto Marchionatu eſſe Caſtra fortia, pro quorũ recuperatione ceſſat præſcriptio,cũ data facultate,& occaſione poſſint recuperari. Nam primò negatur ibidem eſſe talia Caſtra. Secundò dr̃ obiectionẽ procedere in ſpoliatis, qui de facto vellent recuperare. Nam eis id permittitur ſi incontinenti id fiat; hoc eſt quando ſe offert occaſio.d.§.eam igitur. cum ſimil.

166 ¶ Et iſto caſu id procedit,quãdo ſpoliatus fecit præparamenta; ſecus ſi nulla feciſſet,& extitiſſet negligens, tunc enim etiam de facto nõ poſſet recuperare. ſm Bal.in l.fi.C.de his,qui à non D.Aret. Soci.& alios in l.1.§. qui pñs. ff. de ver. obl. Prout etiã,quia dicta obiectio ꝓcederet,

167 quando per viã facti recuperare vellet, & expreſſe loquuntur deciſ. in contrariũ adductæ. Caſus autẽ noſter eſt diuerſus, quia modo venit p viam iudicij; & ideo debuit eſſe diligens ꝓſequi coram iudice ius ſuũ;& non pati illud (ſi quod erat) præſcribi: Et Imperator illi nõ defuiſſet tanq̃ iuſtiſſimus.ſm Cyn.& alios in l.fi.C. ſi contra ius,& Felyn.poſt alios in c. quæ in Eccleſiarum, n.82.de conſtit.

168 ¶ Et quia talis ſequeretur tractat. præſcriptionis ludibrio, & fruſtratoriè fuiſſe introductum contra l.diuus. §. ſtipulatio. ff. vt legato. nomi. cauea. & arg. l. quotiens.ff.de verb.oblig. cum ſimil.

169 ¶ Nec poſtremò aduerſus hanc præſcriptionem ipſe Illuſt. Marchio poſſet inſurgere,& dicere,ſe fuiſſe ignorantem dictæ cõceſſionis factæ Aledramo, & iuris ſibi cõpetentis, & conſequenter ſibi, tanq̃ ignoranti competere reſtitutionem in integrum,ex illa clauſula gñali, ſi qua mihi iuſta cauſa &c.Cũ probabilis,& iuſta videatur tam ſua,q̃ prędeceſſorũ ſuorum.ſm Bart.in l.Iulianus.ff.ex quib.cau. mai.& in l.1.§.ſi quis autem.ff. de iti. actuq; priua:& Abb.& alios.in c. vigilanti. de præſcrip. & Corn.conſ.169.col.2.ver. cùm ergo. in 3. vol. & Alex. in pluribus conſilijs, cum alijs concor.

170 ¶ Et quia tempus quadriennij conceſſum ad petendam reſtitutionem in integrum non currit niſi à die ſcientiæ.ſecundũ Bal.in l.falſam.C.ſi ex falſ.inſtrum.

171 ¶ Ceſſat namq; huiuſcemodi obiectio, quia ipſius anteceſſores, & ipſi erant vicini dictorũ Marchionum Paleologorũ, & propter vicinitatẽ,ius præſumit ſcientiam;& ſic ceſſat ignorantia.c. quanto. c. quoſdam.de præſump.& per Ancha.cõſ. 169.principaliter.& poſt alios per Mod. in l.1.n.17. ff. ſi cert.pet. & in terminis noſtris firmat Franc. de Curt.conſ. 82. col.3. ver ſed etiam.

172 ¶ Ad quod,nam Marchiones Salut.pluries affinitatem contraxerunt cum Marchionibus Montisferrati de domo Paleologa,per quã affinitatem inducitur præſumptio ſcientiæ,& tollitur illa ignorantiæ.l.de tutela.C.de in integ. reſt. min. l. octaui. ff.vnde cogna.& per Anch.conſ. 169. quem refert, & ſequitur Franc. de Curt.in terminis noſtris.d. cõſ.82. col.3. ver.& ſi fortè.& verſ.non enim.

Eo

173 ¶ Eo etiam, quia verſamur in notorijs publicis,& manifeſtis,& patētibus, ac ſe offerētibus omnibus; quo fit,vt ceſſet p̄ſumptio ignorantiæ.ſecundū glo.& alios in l.ſi tutor.C.de pericu.tuto.& in auten. qui ſemel.C.quō & quando iud.& in l.cū quidā.§.qđ dr.ff.de acquir.hær.vbi Bart. & alij.& quia ſumus in arduis, & ī ſeudo dignitatis.ſm̄ Abb. & Fely. ſupra citatos.

174 ¶ Tantomagis in caſu iſto; in quo & Manfredus,& alij ſucceſſores Marchiones Salut.pluries & verbis, litteris, ep̄ſis, & ſcripturis recognouerūt dictos Paleologos in veros Marchiones Montisferrati,& illis præſtitērunt fidelitatē tanq̄ va-

175 ſalli,& ipſorum feudatarij. Et quia iſte Dn̄s Marchio prætendit ſuccedere,& p̄bare deſcendentiā,& ſuam intentionem per famam; ex quo ſequitur, quòd non poterit allegare ignorantiam.

176 ¶ Eſſet enim ſatis craſſa, & minus probabilis,& valde ſupina, quo caſu ceſſare debet reſtō ex capite ipſius,c.1.de poſtu. præla.& per Imol.in c.fi.col.31.ver. ſed hic eſt aduertendū.& Fely. poſt alios in c.vigilantis.ver.limita tertio.de præſcrip. & Aret.conſ.15.in fin.& Alex.conſ.143. Viſo.in 2.vol.& Deci.conſ.267. & conſ. 185.col.4.n.9.ver.non obſtat.& Mod.in tract.præſcript. in 4. parte quartæ partis prin.q.29.fo.38.col.2. n.97.

177 ¶ Eo inſuper,nam licet dicatur ex capite ignorantiæ poſſe concedi reſtitutionē in integrū aduerſus præſcriptionē; tamē multi dubitant,an iſtud procedat aduerſus præſcriptionē 40. annor. Et quamuis multi etiā inclinent aduerſus iſtam concedi,nihilominus in caſu p̄nti penitus ceſſat,pluribus ex capitibus ſupra iam deductis: Ex quo affuit ſcientia, & non ignorantia, quæ eſſet ſupina, & craſſa, & min⁹ probabilis. Et quia nullus dubitat, quòd talis reſtitutio ex capite etiam veræ ignorantiæ minimè concedi debeat aduerſ⁹, & contra præſcriptionem annorum 200.

178 & vltra; conſequenter aduerſus illam, in cuius contrariū non extat memoria; quæ habet vim tituli cōſtituti,& priuilegij,vt eſt p̄ſs, & deduximus ſuperius.

179 ¶ Nec obſtabit dictū Bal.in d.l. falſam. & Cardina.in cle.1. q.25.de reſtit.in integ.Nam illud p̄cedit, quando ſumus in caſu,in quo cōpeteret reſtitutio,& dubitaretur,qn̄ incipiat currere tempus quadriennij, conceſſi ad petendum dictam reſtitutionē; qđ minimè poteſt adaptari ad caſum præſentem, in quo denegatur reſtitutionem competere,ſecundum Anchar.& Franc.de Curte.d. conſ. 169. col.2.& d.conſ.83.col.3.

180 ¶ Rurſus ipſe Illuſt.Marchio repellendus venit; qm̄ tam ipſe, q̄ alij eius anteceſſores,tanq̄ proximiores agnati prętendebāt habere ius ſuper iſto Marchionatu,poſt mortē dicti Ioannis vltimi ex domo Saxonię,debuerunt petere inueſtiturām dictæ Marchiæ infra annum, & diē; & quia nunquàm id petierunt,modò audiri non debent,iuxtà tex.in c.1.in prin. quæ fuit prim.cauſa benefi.amit. & in c. 1.§.præterea.de prohib.feu.alien.per Feder.& c.1. quo tempore mil. & per Deci.conſ.144.col.2.n.5.

181 ¶ Et licet Anchar.conſ.174. & Pau. de Caſt.conſ.58.col.1.in fi.& Alexan.conſ. 71.videtur col.fi.cū alijs alleg. per Deci. in d.conſ.144.n.6. dicant id non procedere,quando feudū ab alio poſſidetur, vt eſſet in caſu præſenti; Tamen id procedere poſſet, quando vſi fuiſſent diligētia in adipiſcendo poſſeſſionem per viā iuris; ita q. illis nihil poſſet imputari, aliàs ſecus.ſm̄ Bal.Salyc. & Fulg. in l. ſolēnibus.C.de rei vend.& per Doct. in d.c. 1. quo tempore mil.maximè D.Prepo.plenè attingentem,& referentem Paul. de Caſt. in conſ.156.& tradit Calde. conſ. 3.in tit.de feud. & alia ad id adducunt Moder. in tract.de feu. fo.35.col.4. ver. ſeptimo limita.

Et ad excuſationem iſtorum non poſſūt adaptari alij caſus adducti per Deci. in d. conſ.144.n.6. conſequenter de illis nulla habebitur commemoratio.

182 ¶ Excluſi inſuper fuerunt Marchiones Salut.qm̄,ſi erant proximiores agnati,& per mortem dicti Ioannis Marchionatus fuiſſet ad eos deuolutus; nullo modo debuerūt cōſentire,& pati tacitè,& expreſſè,prout conſenſerunt, & paſſi ſunt illos

de

de domo Paleologa inueſtiri; & quia id paſſi fuerunt, & ſcienter nedum per annũ, ſed per triginta; quinimmo & per annos 200. & vltra. Propter huiuſcemodi igitur permiſſionem, & conſenſũ iam renunciarunt omni iuri, quod habere prætendebãt ſuper dicto Marchionatu, vt eſt tex. apertus in c. 1. §. Titius. ſi de feu. fuer. controu. inter dom. & agna. & ibi Bal. & omnes firmant. & habetur in c. 1. §. præterea. vbi Doct. tangunt. quib. mod. feud. amit. & in c. 1. in princ. de alien. feu. pa. & Pau. de Caſt. conſ. 84. quæſtio iſta, cũ alijs accumulatis, per D. Præpo. in d. §. Titius. col. 1. & 2. ver. nota ex iſto tex. & per Alua. in c. ſi facta. col. fi. verſ. quæro quid ſi primus, ſi de feu. fuer. controu. & Fran. de Curte. d. conſ. 82. col. 1. & 2. in prin. & Alex. conſ. 87. n. 17. in 6. vol. & Deci. conſ. 389. Viſa. n. 8. & conſ. 395. in fi. & 328. n. 4. & 6.

183 ¶ Et de ſcientia iſtorum Marchionum Salut. ſatis concludenter dictũ extitit ſuperius. Et quia per longiſſima tempora iſti Paleologi fuerunt Marchiones, & poſſiderunt, lm Anchar. conſ. 170. & Soci. conſ. 185. col. 5. n. 9. ver. nec obſt.

184 ¶ Et quia expreſsè conſenſiſſe dñr dictis inueſtituris, & ob id renũciaſſe omni iuri; Nam pluries matrimoniũ contraxerunt, & affinitatẽ inſimul, vt fuit Ludou. Marchio Salut. capiens in vxorem Iſabellam filiã Io: Iacobi Marchionis Montisferrati: & alter Ludouicus in coniugem capiẽs Ioannã filiam Gulielmi, expreſsè paciſcentes, q ipſe Ludouicus ſuccederet in Marchionatu, ſi Bonifacius Marchio decederet ſine filijs; & à contrario, ſi cũ filijs, q ipſe excluderetur, arg. l. ſi legatum. ff. de adimen. lega. cum alijs allegatis. in l. 1. ver. huius ſtudij. ff. de offic. eius.

185 ¶ Adquod inſuper, nã ipſi Marchiones Salutiarũ nonnulla Caſtra poſſidere, & & poſſidẽt, quæ recognouerunt, & recognoſcunt ab ipſis Marchionibus Paleologis, præſtantes fidelitatẽ illi tanq̃ Marchionibus Montisferrati, per quos actus omnibus renunciaſſe videtur; vt in ſimili traditur per Bart. & alios in l. gerit. c. 4. ver. circa tertium. ff. de acquir. hæred. cũ alijs alleg. per Mod. in l. ex his. col. fi. nu. 32. & ſeq. C. de teſtam. mili.

186 ¶ Nec dici poteſt Marchiones Salu. hos actus geſſiſſe metu aliquo, ſeu impreſſione; tum conſiderata qualitate ipſorũ actuũ, & perſonarũ; tum longęua, & exceſſiua temporis perſeuerantia; vt traditur per Soci. allegantem iura, & deciſiones in conſ. 4. col. 6. ver. quinimmo. in 3. vol. & alias diffusè conſului.

187 ¶ Tum quoq;, quoniã Manfredus Marchio Salutiarum, qui extabat tempore mortis Dñi Ioannis, & gubernabat Marchionatũ Montisferrati, ſollicitauit, & procurauit Oratores, vt diximus, tranſmitti ad Violantidem, & eius filiũ accerſendũ,

188 ¶ Qui Theodorus filius aduenięns in Marchionatũ benignè receptus, cõpromiſſum, cũ Dño Manfredo fecit ſuper aliquibus controuerſijs inter eos tunc vertẽtibus. Et demũ per arbitros cõmuniter electos laudum fuit inde ſecutũ, & p Mãfredum emologatũ, & approbatũ, per qđ Theodorus, dicto Manfredo conceſſit, & dedit nonnulla Caſtra, & feuda; Mãfredus ipſe, & ſucceſſiuè eius poſteri recognouerũt Theodorũ, & alios eius deſcẽdẽtes in veros Marchiones Mõtisferrati,

189 ¶ Et qm dñs Marchio præſẽs, & alij ſui prædeceſſores, ſuper dicto Marchionatu Montisferrati ſolũ prætendunt cauſã habere à prædicto Marchione Manfredo; & ipſi⁹ medio (licèt verè nec ab ipſo, nec ab alio, vt deduximus, cauſam aliquã habeant) tamen hoc cõceſſo, adhuc aſtricti fuerunt, & ipſe eſt, obſeruare, & adimplere omnia geſta facta, & promiſſa per Dominum Manfredum, vt ſupra concluſimus, & oſtendimus.

190 ¶ Nec dici poterit q dictus Manfredus pdicta geſſerit per metũ, & timens Dñm Theodorum, quia ab eo prius ſpoliatus. c. ſollicite. de reſtitutio. ſpolia.

Nam verè nullus interuenit metus, nec impreſſio, & nunquàm id probari poterit, nec vnquàm ſpoliatus fuit, & ſic ceſſabit. d. c. ſollicite.

191 ¶ Quod iſto caſu etiam nõ procederet, cũ ſumus in prophanis, vt cõmuniter cõcludunt ibi Doct. & ex alijs cauſis aliàs

conſulendo plenè per me deductis.

192 ¶Et ſuadetur inſuper iſta, qm̃ iſte Dñs Marchio modernus recognouit in verũ Marchionẽ Montisferrati Ioan.Georgiũ Paleologum,cui fidelitatẽ obtulit. Nec circa id poterit ſe iuuare aſſerendo obtuliſſe ſub conditione,quæ nihil ponit in eſſe.l.ſi quis ſub conditione.ff.ſi quis omiſ. cauſa teſta. cum ſimil. Quoniã conditio illa tendebat ad aliud pœnitus ab iſto diuerſum,& ideo nõ infert ad caſum præſentẽ,ſecundũ iura vulgaria,& cõmunia.

193 ¶Minus etiã poterit ſe tueri, ex capite ignorãtiæ,arg.l.vetius.ff.de proba.& quã paratus eſſet ſuo iuramẽto probare. ſecũdum glo.&Doc.in §.aliæ.inſtit.de act.Eo etiam quia illico habita notitia de prima inueſtitura Ottonis,mouet litem; Et de præſenti præſumitur in præteritũ, vt dixi ſupra. Et ignorans non dicitur conſentire.l.ſi mater.ff.de inofficioſo teſtamento, cum concor.

194 ¶Nam iſta omnia ſupinam,& craſſam inferunt ignorantiã,& minus probabilẽ, & admittendã; tum attenta vicinitate,& affinitate; tum quia ſumus in notorijs, & publicis,& arduis; necnon & in poſſeſſis, & geſtis,& longiſſimo tpe. Tum quoq;, qm̃ ipſe ſolùm ſe fundat ſuper dicta inueſtitura facta per Ottonẽ, & deſcendentiam,& ſuã intentionem intendit ꝓbare per famam. tum etiam quia in facto proprio,non recipitur.l.fi.ff.pro ſuo.

Ex quibus,reiecto pœnitus capite ignorantiæ,patet ſeipſum excluſiſſe,iuribus, & deciſionibus,quibus ſupra. Prout etiã excluſus fuit,&eſt alijs quãpluribus cauſis,& capitibus ſupra adductis.

195 ¶Cuius excluſio,& optimum ius Illuſt. Duciſſæ poſtremò deducitur virtute inueſtiturarum per Sereñ.Imperatores cõceſſarum Marchionibus Paleologis. Et primò per illã Caroli quarti expreſsè vocantẽ fœminas poſt maſculos ad feudum ipſum,per quã ipſa Illuſt.Duciſſa tanquã vocata, cũ maſculi deficiant, ſuccedere debet, vt deduximus in cõſilio poſſeſſorij, & ſuperius. Et dictæ inueſtituræ per Carolũ quartum conceſsæ non contrariantur, nec repugnant aliæ ſubſequen- conceſsæ ipſis Paleologis, quoniã ſm̃ tenorẽ illius Caroli quarti interpretandæ, & declarãdæ veniunt, vt ad plenum oñſum fuit in dicto conſilio poſseſſorio. Nec etiã illa Caroli quarti contrariatur conceſſioni factę per Ottonẽ,tenendo illam Ottonis cõtinere meram, & puram donationẽ; vel cõtinere feudum impropriũ, vel poſtremò feudum mere hæreditarium conceſsum familijs vtriuſque ſexus: Et conſiderata poteſtate alienandi in illa attributa Dño Ioanni,vt diffuſè ſuperius oſtendimus.

196 ¶Et ſi quod ius aliquibus agnatis mortuo Ioanne vltimo ex domo Saxonię,ſuper dicto Marchionatu cõpetere potuiſſet,virtute conceſſionis factæ per Ottonem;certè illud omne ſublatũ extitit per dictã inueſtituram conceſsam Paleologis per Carolum quartum, in qua derogatur apertiſſimè omnibus perſonis,inueſtituris, & priuilegijs quibuſcunque alijs cõpetentibus,conceſſis iam,& concedendis. Quodquidẽ Dñus Imperator facere potuit,cùm tales ſucceſſiones feudorum iure poſitiuo inductæ ſint, vt deducit Alexan.conſ.65.Qm̃ omne.n.14.in 6. vol. & Iaſ.in l.ſi teſtamentũ.n.6. C. de teſta. & Doct.in l.ex hoc iure.ff.de iuſti.& iur. & in l.1.per glo.ff.de acqui.rerum domi. Et tale ius ſuo arbitrio tollere, & alterare poteſt,cũ ſit ſupra illud. c.innotuit. de elect.c.ꝓpoſuit.de cõceſ.præben.cũ alijs in terminis noſtris alleg. per Deci. conſ. 269.Conſultus.col.3.& ſeq.in conſ.390. Quoniã.n.10.& ſeq.& Alber. Bru. conſ. 1.col.5.ver.primo quia.& cõſ.2.quod eſt Ioan.Campegij. col.4.& cõſ.3.col.2.ver. & præmitto.& conſ.5.6.& 8. & per Moder.Papieñ.in conſ.1.poſito poſt tract.de feu. Nec conuenit de ipſius poteſtate diſputare,cùm ſacrilegiũ nempe eſset.l.2. C.de crimi.ſacrileg.& per Doct.ĩ l.reſcripta.C.de praeci.impe.offe.& in l.fin.C. ſi contra ius,vel vtil.pub.& per Canoniſtas in c.quæ in Eccleſiarum,de conſtit.

197 ¶Et quia,ſi ſucceſſiones in feudis inductæ ſunt ꝑ cõſtitutiones,&conſuetudines feudales.ſecundũ Bar.in d.l.de quib⁹.col. 5.ff.de legib. Et contraria conſuetudine

poſſunt

poſſunt tolli,ſecundũ Bal. in l.2. in prin. ff.de vulg.& pup. ita & per priuilegium conceſſum à Principe potuerunt alterari,& tolli: Cùm à pari,priuilegium,& cõſuetudo procedãt.c.duo ſunt.de off. ord. c.cùm contingat. de foro compe. & per Old.conſ.172.Quia oẽs.col.1.& Fely. in c.accedentes,de præſcrip. & in terminis noſtris tradit Deci.d.conſ.269.n.7.& 8. & conſ.præallegato 390. n.12.

198 ¶ Eo etiam,quia tale ius ſuccedendi ſolũ cõnſiſtit in ſpe,quæ non dicitur eſſe in bonis.l.prætia rerũ.ff. ad legem falcidiã. Et de facili tolli poteſt per Principẽ,quãdo legittimat filium naturalem in præiudicium agnatorũ,quibus delata eſſet hæreditas.ſm Alex.conſ.2.Viſis.col.6. in 1. vol.Bal.& alios in c.naturales.ſi de feud. fuer.controu.cum alijs alleg.per Deci. in d.conſ.269.n.9.& 10.& d.conſ.390. nu. 11. & Curt. d. conſ.1. col. 10. ver. tertio aduertendum. & col. 14. & ſeq. ver. Ad iſtud. & per Alb.Bru. in dictis ſuis conſilijs ſupra citatis.

199 ¶ In quibus omnibus allegando ad id iura,& deciſiones, etiã traditur ſupremũ Principem ſuo arbitrio poſſe tollere obſtaculum impediẽs ſucceſſionem alicuius, & dare, & conſtituere nouam regulam,& formam ſuccedendi,& habilitare fœminam ad ſucceſſionẽ feudi,etiam in præiudiciũ aliarum perſonarum habentium ſpem ſuccedendi, & prætendentiũ ius. Quanto igitur fortius Carolus quartus ad ſucceſſionẽ dicti Marchionatus potuit habilitare fœminas,cauſis,& rationibus ſupra deductis.

200 ¶ Eo etiam, cùm expreſsè deroget iuri poſitiuo,apponẽdo clauſulã non obſtantibus,ſm Innoc.in c.cùm ad Monaſteriũ. de ſtatu Monac.& per Fely.in c.1.de cõſtit.in prima ampliatione quartæ fallentiæ.& in c.ad audientiã.col.6. verſ. nihilominus.& in c.nõnulli.n.93.de reſcript. & in ſimili poſt Bal.traditur per Iaſ.in d. l.ſi teſtamentum. n.2. & in terminis noſtris per Carolũ quartum expreſsè derogatum apparet per clauſulam ſpecificã, non obſtantibus omnibus iuribus,& cõſtitutionibus feudorum, contrarium diſponentibus; quo fit,vt vlterius diſceptãdum nõ ſit,quæ ſpecifica derogatio potẽtior eſt.ſecundum Bal. in d. c. naturales. col.1.cum alijs accumulatis per Deci. d. conſ.269.n.12.& per Curt.d.conſ.1. col. antepen.ver. non obſt.& Alber. Bru. in conſ.ſupra adductis.& Fely. in d. c. nonnulli.n.21.39.& 79.& Alex.conſ. 92. nu. 34. & cõnſ.155. n.3. in 6. vol. & Franc. de Curt.conſ.27. col.12.

201 ¶ Tantomagis, cũ in dicta inueſtitura Caroli quarti adſit illa clauſula,quod haberi debeant pro expreſſis, & ſpecificatis oĩa obſtantia, quæ clauſulæ habent efficaciam,vt expreſſa & ſpecifica oĩum obſtãtium dicatur facta derogatio.vt traditur I c.1.de tranſac.& per Ant.de But.conſ. 2. aliàs 55.Viſis lr̃is,cum alijs alleg.per Fely.in d.c.nonnulli.n.22.& duobus ſeq. & per Soci.conſ.20.n.9.in 4.vol.& cõſ.169. ver. confirmo ſecundo, in 2.vol.& conſ. 63.n.5.in 3.vol. vbi tangit de illa clauſula, etiam ſi oporteret in ſpecie mentionem facere, quæ etiam adeſt hic; & per Deci.conſ.341. Viſo.n.1.& Cur. d. conſ. 1.col. antepen. ver. præterea aduertendum eſt.

202 ¶ Prout etiam in illa clauſula,ſupplẽtes &c. tollens ſingulos defectus iuris poſitiui; & ſupplens alios omiſſos, & quæ trahitur etiã ad non ſpecificatos.ſm Io.And. in c.1.de tranſac.& Alex.conſ.3.Perſpectis. col.2.n.4.6.& ſeq. in 6.volu. & per Franc. de Curte.conſ.65.col.9.

203 ¶ Necnon & illa de plenitudine poteſtatis,ſæpe ſæpius repetita; per quod tanto magis oſtenditur enixa, & præciſa voluntas Caroli quarti.ad not.in l.baliſta.ff. ad Trebel.cum vulgar. Et quæ clauſula vim habet clauſulæ derogatoriæ ad oẽm legem contrariam,& per quam nihil poteſt opponi, quod gratiam habeat annullare,ſm Bald. in proœmio decreta. col. 4. & Fely.in d.c.nonnulli.n.30.& 51.& Alexan.conſ.92. Perſpectis.n.35.& ſeq. & conſ.3. n.4.in 6.vol.cum alijs allega. per Deci.conſ.198.Et pro tenui. n. 2. Et per quam tollitur ſpes futuræ ſucceſſionis, vt allegando deciſio. firmat idem Deci. d. conſ.166.n.2.& d.conſ.390. n.10. 13. &

 14.

14.& conſ.1.n.9. impreſſo cum illis quadraginta.& per Alber.Bru.conſ.1. col.7. & Cur.d.conſ.1.col.9.& 10.

204 ¶ Nec poteſt dicta inueſtitura Caroli quarti dici obreptitia,ſeu ſurreptitia, cũ vltra ſuperius adducta facta appareat ex certa ſcientia, & matura animi deliberatione,tollente oẽm ſubreptionem,& obſtaculum iuris poſitiui. ſm Abb. in d. c. nonnulli.& Fely.allegantem concor.nu. 44.& Franc.de Curte. conſ.35.col.4. & conſ.65.col.7.& per Deci. conſ.198.n.2. & in terminis noſtris d. conſ.269. n.11.

205 ¶ Nec opus erit citare Marchiones Salut.cùm apertiſſimè ex ſuperius deductis pateat Carolum quartum voluiſſe derogare iuribus aliorum.ſecundũ Alexan. d. conſ.2.col.6.Viſis codicillis.in 1.vol.cum alijs alleg.per Deci.d. conſ.269. n. 16. & d.conſ.390. col.penult.& Curt.d.conſ.1. col.12.verſ.facio tamen.& Alber. Bru.d. conſ.1.col.penult.verſ.& ad id.

206 ¶ Nec iſtis obſtare poterit, ſi diceretur Carolum quartum non potuiſſe derogare agnatis habentibus ius ex inueſtitura Ottonis, & illud tollere ſine ipſorum culpa. Nam ex inueſtitura Ottonis nullũ ius competit Dño Marchioni,vt deduximus. Nec Carolus aliquod ius aufert, & habilitare potuit fœminam, & derogare iuri poſitiuo,vt oſtendimus.

207 ¶ Et Princeps ſupremus poteſt derogare.c.1.quemadmod.feu. ad fil. perti. Et habilitare pœnitus inhabiles in præiudicium aliorum,vt dictãt iura apertiſſima, alleg. per Cur. in ſuo conſ. 1.col.9. ver. quarta concluſio.cum alijs ſupra alleg.

¶ Nec tex.in d.c.procedit,qñ fœmina à principio in inueſtitura mixtim vocata eſt ad feudũ cũ maſculo,& compræhẽſa in cõceſſione primæua,vt deduxim⁹ ſup.

208 ¶ Non enim expreſsè excluditur fœminam per inueſtiturã Ottonis, quinimmo vocatur ſaltim poſt maſculos: vnde meritò etiã vocata fuit per inueſtituram Caroli quarti volentis, & potentis derogare iuri poſitiuo,vt concluſimus ſuperius: & cum ea potuit diſpenſari etiam in præiudicium aliorum prætendentium ius.

¶ Quæ eo fortius in caſu præſenti,pcedũt, cùm nullum verè ius ſuper ipſo Marchionatu competat Illuſt. Marchioni.

209 Accedat,& nouiſſimè inueſtitura conceſſa Illuſtriſſimæ Duciſſæ, per Cæſareã Maieſtatem Caroli quinti. quę omni ex capite valida,& efficax fuit,& optimũ ius tribuit,& conceſſit,vt ad plenum oſtendimus in conſilio abſoluto ſuper poſſeſſorio; In quo vlterius declarauimus condecenter,& congruè Cęſaream Maieſtatem id feciſſe,etiam ſi Marchionatus ad eã per mortem Ioannis Georgij deuolutus fuiſſet, præferendo Illuſtr. Duciſſam omnibus alijs cauſis,& rationibus adductis,ibidem pœnitus excludentibus Illuſtriſs. Marchionem.

¶ Ex quibus omnibus ſuperius enarratis, & concluſis infertur neceſſaria,& validiſſima cõcluſio,in dicto Marchionatu nullum ius competere dicto Illuſt.Marchioni Salutiarum,& illum applicandũ eſſe Illuſt. Duciſſæ,& Illuſtr. Duci eius marito,ſecundum tenorem inueſtiturę conceſſæ nouiſſimè per Cæſaream Maieſtatem,conformis inueſtituris,& priuilegijs conceſſis Paleologis, per Sereniſſimos alios Imperatores.

¶ Ita dico, & conſulo Iuris eſſe, Ego Petruspaulus Pariſius V.Iur. Doct.Bononiæ iura ciuilia ordinariè legens, ſaluo ſemp in omnibus &c. Et in fidem manu propria ſubſcripſi,& ſolito ſigillo roboraui. DEO Opt. Max. gratiæ.

CON-

CONSILIVM DECIMVM EXCELL. Domini Andreæ Alciati.

DEI OPTIMI MAXIMI numine implorato &c.
1 Qui græcarum fabularũ allegorias interpretati ſunt, Prothæum illũ Pellenenſem maritimum Deum, idcircò in varias formas mutari creditum aiunt, ꝙ ea, quæ ſolent ab antiquitate repeti, plerumq́; ficta, & pro cuiusq́; ingenio, vel celebrata, vel depreſſa ſunt: Græci enim prota chiepellinæa, vetera appellant, & antiquiſſima. Videndum ergo in primis, an Marchioni Aledramo conceſsũ priuilegium, cui innititur Illuſt. Marchio Salutienſis, verũ fuerit recteq́; probari poſſit. Aguntur enim ferè ſexcenti anni, cùm adducitur quædam Ottonis primi Imperatoris cõceſſio, huic Aledramo Marchioni pro ſe, & ſuis hæredibus facta, iure cuius conceſſionis petitur ſucceſſio Montisferrati; Et omiſſis ijs, quæ parum ad rẽ facere videntur, existimo ego non ſatis probari Salutienſis intentionem ex eo priuilegio, qm̃ eius fides plurimis coniecturis vacillat.

2 ¶ Et primũ ex ſubſcriptione apparet datum anno Dñi 967. Imperij Ottonis ſexto, & tñ Otto Phriſingẽſis hiſtoricus lib. 6. c. 22. ſcribit eum Imperatorẽ creatum anno 964. quo fit, vt nõ ſextus annus, ſed tertius ille fuerit, cuius mentio eſt in priuilegio; & licet huic ſupputationi aliqui diſſentiãt, tñ etiam ſecundũ eos conſtat ſupraſcriptũ annum non fuiſse ſextum Imperij Ottonis. Cùm ergo pugnantia contineat hoc priuilegiũ, proculdubio fidẽ non facit. l. ſcripturę. C. de fide inſtr. idq́; maximè, cũ contrarietas hæc in re ad ſubſtantiã pertinẽte ſit, nempe ad annos Imperij, quos præcisè referri in priuilegijs, cõſtitutio Iuſtiniani ſanxit. in auten. vt præpo. nome. Impe. §. vnde ſancimus. glo. l. generali. C. de tabul. lib. 10.

3 ¶ Rurſus me mouet, ꝙ in eo priuilegio ſimpliciter dicit̃ datum eſse Rauennæ; & non exprimitur, quo in loco eius Ciuitatis id factũ ſit, & tñ receptior videt̃ eorũ eſse ſentẽtia, qui etiam locũ loci in inſtrumento neceſsarium cenſuerunt. l. optimam. C. de contrahen. ſtipul, vbi Cyn. c. abbate ſane. de re iud. in 6. vbi Io. And. aliasq́; eius ſubſtantiam deficere. glo. & Ioan. de Plat. d. l. generali.

4 ¶ Moueor & illa ratione, ꝙ nulli teſtes illi priuilegio ſunt ſubſcripti, & tñ eorum ſubſcriptio per notariũ fieri debuit, aliàs enim inſtrm̃ n õprobat; §. oportet in auten. de inſtr. caut. glo. d. l. gñali. vbi Doct. etiam ſi ſigillũ haberet, quantumuis autenticũ, Abb. & Doct. c. poſt ceſſionem. d̃ proba. quæ ſentẽtia receptiſſima eſt, prætereã cum de actis iudiciarijs agitur, ea .n. teſtium commemorationem nõ exigũt, Bal. rub. C. de fide inſtr. col. 1. aut de priuilegio agatur, à publica concione conceſso. Bal. in Spec. tit. de inſtru. edi. verſ. quandoq́; inſtrumentum.

5 ¶ Illud quoq́; me mouet, ꝙ in eo priuilegio dicit Otto, ſe illud concedere interuentu, ac petitione Adlegidæ coniugis; quæ tamen non Adlegida vocata fuit, ſed Adeleida, vt Liutprandus diaconus libro Hiſtoriæ ſuo quinto, & Otto Phriſingenſis, qui fuit Federici Ænobarbi Imp. auũculus, ſupraſcripto libro tradiderunt; nec veriſimile eſt nomen ſuæ coniugis non fuiſse rectè deſcriptũ ab Ottonis Secretario, maximè cũ iſtud nomen Germanicũ ſit, & frequens etiam nunc in Saxonia, quod ipſi vulgo appellant Alihit; vnde etiam talis error in nomine auget ſuſpitionem. l. fi. C. de hæred. inſtit.

6 ¶ Confirmatur hæc ſentẽtia etiam ex diplomatis tenore; dum in eo datur Aledramo, ſuisq́; hæredibus licentia inueſtituram illã probare per pugnã. Cũ enim probatio per pugnã ſit omni iure prohibita. c. 1. de cle. pug. in duel. l. 1. C. d̃ glad. lib. 11.

lib.11.& maximè.l.diuina, non eſt veri-
ſimile religioſiſſimum Imperatorẽ Ot-
tonem eam voluiſſe concedere;vnde re-
ſcriptũ potius ſubreptitiũ præſumitur.l.
fi.C.ſi contra ius.l.nec damnoſa.C.de p̃-
ci.Impe.offe. Videmus enim huiuſmodi
duellis non ſolere Principes aſſenſum
præſtare,ſed quando neceſſitas hoc fert,
conniuere potius,& tacitè tollerare.

7 ¶ Auget & illud nõ parum ſuſpitionem,
ꝙ iam ducentis annis, cùm lis eſſet inter
Salutienſem,& Paleologũ, lataq; fuiſſet
inter eas partes ab arbitro ſñia, nunquã
eius priuilegij facta eſt mentio. Cùm tñ
veriſimile ſit faciliùs potuiſſe eius noti-
tiam ad illum Marchionẽ peruenire,qui
ſęculo Ottonis proximior fuit, q̃ ad iſtũ;
argum.c.quanto.de præſumpt. Nec vll᷒
eſt color,vt dicamus eius priuilegij, iteq;
Aledrami deſcendentium famã publicã
hodie eſſe, quæ tunc nõ fuerit. Nam &
cæteri Marchiones Salutienſes nunquã
vigore iſtius priuilegij controuerſiam vl-
lam Paleologis fecerunt: Cùm tñ veriſi-
mile non ſit tanto tpe eos taciturnos fuiſ-
ſe,ſi priuilegium iſtud adfuiſset.l.cùm d
indebito.de proba.l.5.ver.& ſi qua forte.
quib.ex cau.in poſ.ea. Credendum ergo
eſt in re tam antiqua nullũ adfuiſſe;&
nobiliſſimæ huius proſapiæ inſtrumẽta,
ſicut & aliarum multarum,deperdita tot
annorum curriculis eſſe.

8 ¶ Suadetur hoc & illa ratione; quòd &
Salutienſes ipſi à Paleologis titulo feudi
particularia quædam Caſtra recognoue-
runt, quæ recognitiones probant ius di-
rectum in Paleologorũ fauorem;quod &
Bart.cenſuit Bal.l.cùm falſa.C.de iur.&
fact.igno.Guid.Pap.q.272.& cõmuni cal
culo admiſsum videtur, cùm ſi præten-
diſsent aliquod ius ob ſupraſcriptũ priui-
legium,vtiq; illud ſibi reſeruaſſent: vn-
de,cùm id factum non ſit,credẽdum eſt
nec priuilegium vllum verè adfuiſſe,nec
eius priuilegij famam.

9 ¶ Oſtendit hoc,& elegantiſſimus hiſto-
riæ ſcriptor Georgius Merula,qui lib. 6.
fo.77.diffuſiùs horum Marchionũ geſta
proſequitur,& Gulielmi, qui longaſpata
eſt dictus, ceu vetuſtiſſimi meminit; &
cũ Theodorus, qui primus ex Paleologa
familia Marchionatum accepit à Thra-
cia veniſset, inquietatũ illum à Thoma
Salurienſi ſcribit, non quod ius in Mar-
chionatu pretenderet; ſed quia tanq̃ vi-
cinus aulam hęrede vacuã,ceu caducam
volebat inuadere, actumq; id fuiſſe re-
fert anno 1306. Credendumq; magis
eſt elegantiſſimo ſcriptori Merulæ do-
cto; quam vulgaribus illis fabulis, quòd
10 rapuerit filiam Imperatoris Aledramus,
ꝙ multos annos latuerit in Carbonaria,
& ſimilibus nugis, quæ incerto auctore
ab otioſis narrantur; non omitto, ꝙ ſm̃
Hiſtoricos tpa Aledrami non conueniũt
11 Ottoni primo; ſiquidem Nauclerus Tu-
bingenſis,& Irenicus in Saxonũ, & Bru-
ſuicẽſium genealogia primùm ſcribunt
Vvidonem, cui Vvlielmus fuerit filius,
Corrado primo Imperãte, Vvlielmo aũt
genitum hunc Aledramũ,quam originẽ
etiã ſequitur Benuenutus in ſuis Croni-
cis Montisferrati. Quomodo ergo ab Ot
tone primo fuit Aledramus inueſtitus,
qui adhuc natus nõ erat, cùm eius pater
ſub Corrado fuerit, qui longè poſterius
vixit? Fuit enim factus Imperaror anno
1138.& ſic 71.anno poſt id priuilegium.
12 ¶ Addo,ꝙ nec huius priuilegij autenti-
cum exẽplar hactenus exhibetur, vt in-
de poſſit diligentiùs videri, & perpendi
veritas. conſtat autẽ, niſi exhibeatur au-
tenticũ,nullam fidẽ fieri.l.ſancimus.C.đ
diuer.reſcrip. Nec me mouet,qđ exem-
plum exhibetur factũ auctoritate Nico-
lini Vicarij Ciuitatis &c. quia poſset fidẽ
facere reſpectu eorum,qui erant ſub iu-
riſdictione dicti Nicolini.l. fin. ff. de iu-
riſd.omn.iud. Non autem reſpectu alio-
rum,quibus ipſe Nicolinus cenſetur pri-
uata perſona. Requiritur aũt,vt tale exẽ-
plum probet,fieri ex iuſta cauſa.c. fi. de
fide inſtr.Alex.conſ.112.in 4.& quidem
parte citata; aľs enim ei,qui ignorauerit
ęquum nõ eſt vllũ prorſus fieri præiudi-
cium. l. chirographus;vbi Bar.de ad.tut.
Quod ſi incertus ſit aduerſarius, debet ꝑ
edictum ſaltẽ quilibet admoneri. arg.c.
fi.đ elec.6.& l.ſi eo.de re pig.Doc.i autẽ.
ſi quis in aliquo.C.de eden.quod Bal.&

Ang.tradiderũt, quæ cũ in propoſito caſu obſeruata non ſint,conſequens eſt, vt
13 exemplum fidẽ non faciat; debuit ergo exemplum ipſum fieri eius auctoritate; qui & nouum concedere potuiſſet, ideſt Cæſaris.l.ſi donatio.C.de don.glo.c. Romanorũ,19.diſt.nõ aũt vicarij municipalis,qui inter ſuos dũtaxat ius dicere põt.
14 ¶Et certè ſi priuilegium illud verũ fuiſſet,eſt veriſimile,ꝙ propter vetuſtatem fuiſſet renouatum.c.cũ p.tabellio.de fide inſtru. Alex.d.conſ.112. Hæc enim eſt iuſta cauſa renouationis,& à ſucceſſorib° Ottonis petita confirmatio; & maximè ſi dicamus, prout Salutienſis contendit, ꝙ illa conceſſio ſit feudalis.Debuit enim intra annum, & diem peti confirmatio, ſeu inueſtitura.c.1.§.prẽterea.de prohib. feu.alien.per Feder.& tñ non apparet tãto tpe hoc ſpacio annorum 340.(tot.n. interceſſerũt ab Aledramo ad Theodorum Paleologũ) fuiſſe vnq̃ aut petitam, aut renouatam;quæ omnia arguunt magnam ſuſpitionem, ꝙ hæc conceſſio va-
15 cillet fide.¶ Cæterum,quia nihil refert, an quid factum nõ ſit,an probari non poſſit.l.duo ſunt,de teſta.tut. videam° circa probationes, quomodo poſſit Illuſt. Marchio Salutienſis,ea quæ ſibi incumbunt, ꝓbare;& quantũ ego video vix eſt,vt huius rei ſufficientes ꝓbationes hẽre poſſit. ¶Et prima eſt probatio,quę ex ipſius priuilegij inſpectione habetur, in eo eſt inſcriptio;Ambroſius Cancellarius ad vicẽ Vberti Epi,& Archicancellarij recogno-
16 ui,& ſcripſi. Sciendũ enim eſt, ꝙ licet in inſtrumentis antiquiſſimis præſumatur eum,qui ſubſcripſit, eſſe notarium, nec alia fides de tabellionatu facienda ſit. In noc.c.veniens.de verb.ſig.Tñ neceſſariũ eſt ſubeſſe aliquas coniecturas, ꝙ ille ſit notarius,vt quia ipſe in ſubſcriptione ſua aſſeruerit ſe notar ium,& plura inſtra reperirentur ab eo ſubſcripta,& in Archeijs publicis repoſita.Bal.l.Barbarius.de offic.præto.vbi Iaſ.col.11.ver. tertio notabiliter.quod nõ vno in loco Bal. tradidit, & recentiores probant: Oportet ergo ꝓbari hunc Ambroſiũ,alia quoq; Ottonis priuilegia ſubſcripſiſse,quod (vt ego arbitror) non facilè erit Salutienſis,alias.n. ſi ſufficeret nuda ſubſcriptio, cũ ſigillo, non difficulter reperirentur,qui vel Caroli magni, vel etiã antiquiorum Imperatorum priuilegia confingerẽt, & oium poſſeſſorum iura ſubuerterent; & quod quodam cõſilio Bal.ait,mundum reuan-
17 garent. Meritò ergo vltra ſubſcriptionẽ opus erit,alias quoq; coniecturas adducere,quibus efficiatur id iudici probabile; & cùm in rebus Regni Italici, Epiſcopus Colonienſis ſit Cæſarũ cancellarius, fortè perſpecto catalogo Colonenſium Epiſcoporũ non reperietur huius nominis aliquis,qui tempore Ottonis vixerit: Adde,ꝙ hic Ambroſius ait ſe vice Vberti Epiſcopi ſcripſiſſe; & tñ non conſtat de mandato ſibi ab eo facto:gl.c. cùm in iure.de off.deleg.Quodquidẽ mandatũ nõ præſumitur etiam mille annorum lapſu, quod vulgo traditũ eſt.Bal. l. & qui non. C.ſi ex fal.inſtr.in l.1.C.de reb. alien.A-
18 lex.conſ.1.in 4.Secũda eſt probatio rerum,quæ ipſi Aledramo conceſſæ ſunt. Et in primis mendo eſt gñalis cortium, qui Regno Ottonis debentur. Item rerũ omnium,& proprietatẽ,quæ illi obuenerunt,& familiarũ vtriuſq; ſexus,puta ſeruorũ,& ſeruarum,ſeu adſcriptitiorũ, qui tunc appellabantur aldi,ſeu aldiones, vt videre eſt in lege Longobarda.l.fi.quaſr mul.lib.in Lombar.& toto tit.de coniug. ſer.cod.lib.& l.2.de dona.quæ cauthing. cõcernit enim illa clauſula res conceſſas, nõ autem perſonas, quibus cõceditur, vt ſatis apparet ex lectione priuilegij: & hoc etiã fatentur aduerſarij.Item mẽtio eſt,qualiter cõcedit ei proprietates ſuas, tam de hæreditate paterna, q̃ acquiſitionis ipſius,quæ ſunt in Comitatu Aquenſi,ferati,Parmenſi,Veronẽſi,&c. Sed hęc omnia tanq̃ gñaliter dicta, nihil probãt, quia oportet,vt ſpecialiter conſtet, quæ
19 & quales eſſent huiuſmodi res, quas in dictis locis eo tempore Aledramus poſſidebat, alias conceſſio nihil operatur.l.legatũ.de lib.leg.vbi Bart.& in l.ſi ſic.§.1. de leg.1. Et licet deinde ſubijciatur clauſula ſpecialis inter Tanarum, & Vrbam, cũ particulari enunciatione quorundam Caſtrorum;

Caſtrorũ;tamen de eis non pendet lis,cũ
pro maiore parte nõ ſint ex Marchionatu,
cũ alia per Ducem Mediolani, alia p
Genuienſes,alia per Sabaudienſem poſſideantur,
qui litẽ cum Salutienſi nullam
20 habent. Tertia eſt probationis difficultas,
quomodo ꝓbabit Salutienſis ſe quoque
à dicto Aledramo deſcendiſſe, quæ
licet aſſerat ſe probaturum per famam,
21 quæ ſiñ aliquos in hiſce antiquiſſimis ſufficit.
Alex.con.90.6.lib.Aret. conſ.37. 2.
dub. Tñ hoc caſu non videtur ſufficere;
quia ſunt plures coniecturæ ſupra per me
relatæ in contrariũ: ꝙ ſcilicet Aledram⁹
non fuit tẽpore Ottonis,ꝙ maiores iſtius
Marchionis ſemper tacuerunt, nunquã
mouerunt controuerſiam, aliqua Caſtra
recognouerunt,& ſimiles. vnde hac in
materia coniecturæ aduerſus coniecturã
famę induci debent,eiusq; vires eneruare.
Bart.l.de ætate.§.plurimum.ver.quæro
quid ſit probata.de quæſt. ſicut ſolet
dici,ꝙ vna præſcriptio aliã tollit.l.diuus.
22 de in inte.reſt.l.cùm de indebito. de ꝓ-
23 ba. Fortius videt̃ eſſe manifeſta ꝓbatio
in oppoſitũ,quia priuilegio Caroli quarti
connumerant̃ familiæ,qui ab Aledramo
deſcenderunt,inter quos nõ eſt hæc Salutienſis:
ergo illud priuilegium fidẽ facere
aduerſus hanc famã debet.cle.1.de
proba. Præterea eſt aduertẽdum, ꝙ ſi famam
hanc ſequi velimus, ea nõ ſoli Sa-
24 lutiẽſi opitulat̃,ſed ẽt alijs;quia,vt Raph.
Volaterra.lib.4.ſcribit,& etiam vulgares
quidã tradiderũt, ab hoc Aledramo aliæ
quoq; familię prouenerunt Mõtisferrati,
Ceue,Garretina, Ponzana,Malaſpina,
quod & Carolus quartus Imperator in
ſupraſcripto priuilegio ſuo Ioan. Marchioni
conceſſo atteſtatur. Videndum
ergo,quo colore Salutienſis ſoli ſibi vendicet,
quod alijs quoq; cõe eſt; cũ veriſimile
ſit in aliqua ſupraſcriptarũ familiarum
eſſe aliquẽ ſeniorem, qui ꝓpinquitate
gradus Aledramo proximior ſit; vnde
videretur hoc caſu neceſſaria probatio,
ꝙ nemo ex iſtis familijs ſuperſit Aledramo
propinquior; quia quotieſcunq;
quis petit ſe ad ſucceſſionem admitti, ſi
nõ probet,quo in gradu ſit,debet ſaltem
ꝓbare neminem eſſe illi proximiorem;
quod veteres aliqui tradiderunt.Spec. ti.
de conſta.§.pen.Dec.conſ.321.in fi.&ex
25 facto nouiſſimè Decius rñdit, qui enim
ex negatiua aſſertione ſuam fundat intẽtionẽ,
is eam probare debet.Innoc. c. ſuper
his.de accuſ.Bar.l.hoc iure.de ver.ob.Cũ
ergo aſſertio Salutiẽſis ſit, ꝙ ipſe debeat
admitti, quia ex illis ſupraſcriptis familijs
nemo ſit proximior, probare hoc debet.
Aret.l.ſed & ſi de ſua.col.pen.de acquir.hęred.
ſicut & q̃d ex legittimo matrimonio
deſcenderit, quodq; per continuam
ſeriẽ maſculorum, nullis fœminis
intercedentibus. Nam & hoc fundamẽtum
eius intentionis eſt: Ideoq; neceſſariò
probandũ Soci.conſ.29.primo dubio.
quod,an ei ſit facto facilè, non ſat ſcio.
26 ¶ Videamus nunc,poſito,ꝙ priuilegium
ſit verũ,& quod rectè probari,incumbentia
Salutienſi poſſint, qualis ſit conceſſio
hæc Aledramo facta,feudalis, an non?Et
paucis agendo,non eſt dubitandum conceſſionem
hanc feudalẽ nõ eſſe, ſed potius
meram donationem,quæ & vtile, &
directum dñium trãſtulit in Aledramũ,
probaturq; hęc concluſio varijs modis.
27 ¶ Et in primis ex regula, ꝙ quælibet res
præſumitur allodialis,& libera, niſi contrarium
euidenter probetur, c. fi.de iud.
c. nimis, de iureiur. vbi Doct. ſicut &
quælibet res præſumit̃ libera à ſeruitute.
l.altius.de ſeruitu. & Eccl'a libera à iure
patronatus,ſaluo iure Epi. c. venerabilis.
22 de excep. vbi Inno. & Bal. Vnde ſi aliquis
ſit Comes, vel Marchio ſub dominio
Regis,in dubio exiſtimabit̃ Comitatũ
iure proprio hẽre,non aũt iure feudi.l.
nõ dubito.verſ.huc enim. de capti. Et ſi
qua ſeruitia Regi præſtiterit,præſumitur
præſtitiſſe ſimpl'r,tanq̃ Principi ſuo,non
tanq̃ feudi dño,idq; Hoſtien.Ioan. And.
Butr.Iaſ.cæteri affirmant. Alexan. conſ.
15.lib.5.Iaſ.l.ſi prius.col.14.de ope. noui
nunc. Confirmatur hæc ſñia,& ex priuilegij
ipſius verbis,quibus ſimpliciter dicitur
petijſſe eum,vt quaſdã cortes concederemus;
deinde ſubijcitur, concedi-
23 mus,donamus,atq; elargimur, quæ verba
ad meram,& ſimplicẽ donationem ꝑtinet

tinet.l.1.de dona.non ad feudum,in quo mutua eſt obligatio vaſſalli ad ſeruitia dñi ad defenſionem.c.1.de feu.dat.inuic.nec
24 in dubio.à verborũ proprietate receden dum eſt.l.non aliter.de leg.3.Nam & in-
25 fra ſubdit,ita,vt ammodo in antea,prout ad nos pertinent; & ſubmiſſæ ſunt ipſius
26 Aledrami dñio, ſubdantur, & in eius ius delegẽtur,& omninò transfundantur; q̃ verba videntur omnimodũ ius transferre, vt dictio illa ſimilitudinẽ ſignificans plenariè accipiatur,nõ autẽ ad vtile tantũ dñium reſtringatur.Bar.extrauag.ad reprimen.ver. prout. Suadet hoc & aduerbium,omninò,quod præciſum eſt,& reſtrictionem hãc nõ patitur.l. ſi poſſeſſor, in princ. de peti.hæred. Sicut & illud in
27 eius ius delegetur; ſignificat enim nõ vtiles tantum,ſed & directas actiones transferri.l.ſi cũ emptore.vbi Ang.de pact.
28 ¶Rurſus ſubijcitur,habeatq; poteſtatem vendendi, commutandi, alienandi, pro anima iudicandi,& quicquid eius decreuerit auctoritas faciẽdi,omnium hominũ contradictione remota,quæ verba prorſ' repugnant naturæ feudi.c.1.de feud. non hab.prop.Nec dicatur,q; hoc poteſt procedere reſpectu expreſſorum, in reliquis tñ debet iudicari ſm̃ naturam feudi; qđ Bal.videtur cenſuiſſe,Bal.l.1.q.16.de rerum diui.quia loquitur ipſe in caſu claro, cùm conſtabat eſſe feudum, in noſtro conſtat potius oppoſitum.
29 ¶Suadetur hoc etiã per locum, à veriſimili.c.inſpicimus.de reg.iur. vbi Dy. Cũ enim hæc conceſſio de oĩbus per Aledramum poſſeſſis,atq; acquiſitis, itemq́; quærendis loquatur,non eſt credẽdũ id actũ fuiſſe, vt illa vellet iure feudi recognoſcere,& quæ libera habebat ſeruitute ſubijcere.l.cùm de indebito.de proba. Sic enim priuilegiũ in odium verteretur. l.
30 qđ fauore.C.de.ll.Adde, q; in beneficijs Principum latiſſima debet fieri interpretatio.l.fi.de conſtit.prin.quæ profectò nõ fieret, ſi feudum potius,q̃ ſimplex dona-
31 tio,præſumeretur. Declaratur hoc & ex his,quæ ſequuta ſunt.l.Iulianus. §. proinde.ad maced. cùm enim nunq̃ petita ſit aliqua renouatio,neq; inueſtitura; ſed p̃

300. annos vſque ad Theodorum Paleologũ perſeuerauerint hæredes Aledrami in poſſeſſione,ex titulo illius cõceſſionis; ſatis apparet non iure feudi poſſediſſe,cũ eo caſu neceſſaria fuiſſet petitio inueſtiturę.c.§.1. p̃terea.de prohi.feu.alie.p Fede.
32 ¶Accedit his,q; ſi conceſſio feudalis eſſet,vtiq; præſtandum iuramentum fidelitatis eſſet,c.1.de nou.for.fidel. Et tamẽ nec Aledramus illud vnquàm præſtitit, nec conſtat eius deſcendentes vſque ad Ioannẽ præſtitiſſe, nec de hoc iuramẽto vlla eſt mentio in priuilegio.
33 ¶Adde etiã,quòd tpe iſtius Ottonis nõdum erant feuda; & ideo impoſſibile eſt dicere hanc cõceſſionem eſſe feudalem, quia vt in iure expreſſũ legitur.c.1.§. cũ vero.qui feu. dar. poſ. Corradus Imperator,cũ Romã iuiſſet primus conſtituit, vt feuda à dñorum poteſtate ſeparata cenſerẽtur,& in filium deinde, & in nepotes transmitti poſſent: Vnde ſatis apparet tẽpore Ottonis non fuiſſe feuda,quę in hęredes transmitterentur. Fuit autẽ Corradus poſt Ottonem circiter annis 70. & certè ſi bene videatur prima pars priuilegij,quatenus ei donat cortes Imperij, nulla eſt mentio hæredũ,ſed eorum mentio dũtaxat eſt, quatenus ei res paternas,& p̃ ſe acquiſitas, ſeu allodialia confirmat.
34 vñ,ſi feuda fuiſſent,morte Aledrami reuerſa eſſent ad Imperatorem,d.c.1.§.cũ vero. Nec hanc ſñiam aliquo modo oppugnat, quæ in conſilio contrario addu-
35 cuntur. Dum dicit,quod in priuilegio fit mentio inueſtiendi, & diſueſtiendi, & quòd eum conducit in famulatũ ſuum: Et hoc propter fidelitatẽ,quam ipſe Marchio habet erga Imperium, quæ oĩa videntur tacitè arguere conceſſionem hãc feudalem eſſe: ſed hæc argumenta ego ſatis leuia eſſe arbitror.Et in primis inueſtitura ſimpl̃r,& propriè eſt poſſeſſio.c.1. in prin. quid ſit inueſt. & diſueſtire eſt poſſeſſione priuare;vnde inueſtitura vox eſt, compræhendens quãlibet poſſeſſionem,nõ ſolùm ſi iure feudi appręhendatur,ſed etiã ſi quocunq; alio titulo, puta iure electionis Eccl̃æ.c.propoſuit.de conceſ.præben.iure donationis, iure locationis,&

nis,& ſimilium contractuũ.Dyn.rubr. de reg.iur.Alberi.rub.C.de locato: vnde nihil infert ad feudum,ſicut etiã illa dictio, famulatũ,quæ non niſi impropriè ad va-
36 ſallum poteſt referri; ſed potius ſignificat quodlibet obſequiũ, quod à quocunque familiari præſtet̃.c.graue. de præb. Nã & fidelitas nihil ſpeciale in feudis infert, cùm non minus ad fidelitatem teneantur ſimpliciter ſubiecti,q̃ feudatarij; qđ eleganter Bart. tradidit.extrauag. ad reprimen.gloſ.3. Apparet ergo iſtas coniecturas eſſe leues,& feudum non probare,cùm etiam donationi conueniat. glo. l. neque natales. C. de proba. nec quòd
37 appellatus ſit Marchio. Sequitur ergo đ feudo Marchiæ,inueſtitus erat.c.1.đ feu. March. quia Marchio dicitur etiam, qui Marchiã iure proprio habet,licet non iure feudi, cũ poſſit Marchio, ſicut & Comitatus haberi iure proprio; præſumatq́; hoc in dubio,vt ſupra dixi.Lex enim ſimpliciter Marchionẽ diffinit, qui de Marchia ſit inueſtitus.c.1.quis dicatur Dux, March.Siue ergo Marchiam iure feudi, ſiue iure proprio habuerit, erit Marchio dummodo inueſtitus,id eſt per poſſeſſio-
38 nẽ confirmatus; & dignior Marchio ille erit,qui ꝓprio iure habet, q̃ qui alieno. l. ſi filius.§.erit de fid.libert. vbi not. Et ex his ſatis,& ſuper probatur conceſſionem hanc allodialem,nõ autem feudalẽ eſſe.

¶Hinc conſequens eſt, vt cũ de re allodiali tractetur, Ioan. Georg. ſuccedat Illuſt.Duciſſa Mant. eius ex fratre neptis; quæ illi eſt proximior, non autem Salutienſis, qui nullo illi eſt in gradu. auten. ceſſante.C.de legit. hæred.

39 ¶ Nec me mouent tria argumenta, quæ in aduerſũ adducuntur. Et in primis, ꝗ, cùm Marchionatus ſit feudum regale, in eo non pñt ſuccedere fœminæ,quæ regulariter ab huiuſmodi ſucceſſionibꝰ repelluntur; cũ in talibus ſoli maſculi, & quidẽ primogeniti admittantur. c. licèt. de vot.vbi Abb.Nã rñdeo immo ẽt fœminas ſuccedere,quãdo dignitates ſunt allodiales,vt ſupra dixi.c.ſignificauit.de reſcrip. quia nulla eſt lex, quæ hoc caſu eas excludat: vnde à regula iuris nõ eſt recedẽdum.l.maximũ.C.de lib. præte. Nam & videmus alias in hoc feudo ſucceſsiſſe Violantidem, ſicut & in Regno Siciliæ Ioannã; quod & in Hiſpania obſeruatur, & in pleriſq; alijs locis, niſi conſuetudo Regni ſit in contrariũ,vel lex Salica, ꝓut in Francia,no.c.1.de matr.ad morg.contrac.in feu. Et ideo Doct. ſemper diſtinguunt iſtas dignitates,an competant iure feudi, an iure proprio, puta donationis. Ange.conſ.242.Cardina. 64.

40 ¶Nec rurſus mouet, qđ in conſilio contrario adducitur, nempe ex cõſuetudine in domo Marchionũ Montisferrati fœminas ſemper excluſas, ſtantibus maſculis, quæ conſuetudo videtur attendẽda. Deci.conſ.85. etiam ꝗ ab vna familia inducta ſit,eſtq́; huiuſmodi optima legum interpres,& habet vim priuilegij. l. cũ hoc iure.§. ductus aquæ.de aqua quoti. Reſpondeo hãc conſuetudinem facti eſſe,& omninò probari debere.Bart. l.1. C. quæ ſit longa conſuet. q.27. & ſeq. ſaltem ab Aledramo vſque ad Ioannẽ vltimum domum Saxoniæ,quia à Ioãne citra excluſę ſunt fœminę propter inueſtiturã, quia illa bona allodialia recognouit in feudum à Carolo quarto,pro ſe,& hæredibus maſculis,& fœminis; quibus verbis,exiſtentibus maſculis,fœminæ nõ admittuntur. d.cõ.de eo qui ſibi,vel hered.Bar.l.vt ius iur.§.ſi liberi.da oper.liber.Cùm ergo ho-
41 die nõ exiſtant maſculi, quia Salutienſis ab Aledramo originem prætendit, non à Ioanne,meritò admittetur fœmina;ideóq́; ex inueſtitura Maximiliani, & etiam nři Imperatoris,quæ conceſſa eſt pro ſe,hæredibus, & ſucceſſoribus, quibus verbis maſculos admittuntur fœminæ, vt Soci. conſ.257. Reſpondit.

42 ¶Minùs mouet,ꝗ dicitur fœminã ſemel excluſam,perpetuò cenſeri excluſam.l.đ quibus.C.de ſecun.nupt.vbi Bal. cũ concor.ꝑ Iaſ.l.inter.§.ſacram.col.8.de verb. ob. quia hoc procedere poteſt,cùm de eiuſdẽ perſonæ hæreditate agitur, ſecus ſi de diuerſis. Vñ abſurdũ non eſt hanc, q̃ à fratris hęreditate per patruum excluſa eſt,nunc mortuo patruo ſuccedere, quia qualitas,propter quam excludebatur,ſcilicet

licet

licet exiſtentia maſculi, nunc nulla eſt, ſicut videmus filiã fœminam,quæ in hereditate patris propter legem municipa-
43 lem excluſa eſt,ipſi deinde fratri defuncto ſuccedere. l. quamq̃. ad legem falcidiã,vbi Doct.Iaſ.l.1.§.veteres. de acquir. poſ.nec ſequitur,excluſa eſt à patruo,qui illi in tertio gradu eſt, ergo excludenda eſt etiam à Salutienſi, qui illi in milleſimo gradu eſt.

¶Supereſt, vt vlterius progrediamur, & admiſſo,q̃ conceſſio illa Aledrami ſit feudalis; videamus,an Salutienſis cauſa defendi poſſit; & circa hoc maximè inſiſtũt illius conſultores; & videretur prima fronte defendi eius cauſam poſſe, quia
44 conceſſio facta eſt Aledramo,& hæredibus ſuis,quę dictio omnes deſcẽdentes in infinitum complectitur. l. ſciendum. de verb.ſignif.Et cũ ex natura feudi donec ſuperſint maſculi,fœminę non admittantur.d.c.1.de eo qui ſibi. Bart. d.§.liberi.
45 Ergo admittendus eſt ipſe, & quidem nõ ex iure tranſmiſſo,ſed ex propria perſona, quia vocatus verbis inueſtituræ. Bart.l.3.ff.de inter. & releg. & ideo illi non obſtat nec teſtamentũ Ioannis, nec priuilegia conceſſa per Imperatores Pa-
46 leologis,quia ius ipſius nõ potuerunt auferre.c.1.de ſuc.feu.in prin. in glo.in verbo inueſtire; nec deniq; obſtat præſcriptio,quæ non valenti agere, nõ currit. l.1. ĩ fin.C.d anna. except.Bart.l. Sen. C.col.
47 2. de off.præſi. Salutienſis aũt agere non potuit,niſi poſtq̃ natus eſt. Cũ tale ius illi ex perſona ſua,vt ſupra dictum eſt, competat.d.c.1.§.hoc quoq;. vbi Aluar.col.ſi. ver.quæro ab extra. Sed tamen his, & ſimilibus,quæ diffuſiſſimè in cõſilio referuntur, non obſtantibus,adhuc arbitror nullum eſſe Salutienſis ius; idq; quatuor principalibus fundamentis,quibus explicatis,omnia quę in contrarium adducun
48 tur,facillimè diſſoluta remanebunt. Et in primis ſciendum eſt, q̃ conceſſio hæc Ottonis,poſito, q̃ facta ſit pręſenti Marchioni Salutienſi, non dicitur reſpectu Marchionis,vllius eſſe efficacię,antequã natus ſit; nec ius vllum in eũ prius transfert,quia nõ entis,vt vulgo dicitur, nullæ ſunt qualitates,l. pen. ſi cert. peta. quod ergo ad eum attinet, antequam naſceretur, conceſſio erat ex defectu perſonę inefficax; quia ei facta,qui in rerum natura non erat. Et licèt de ſe valeat propter ſpem natiuitatis,& quia eo nato conualeſcit; argum.l. vſufructu.de ſtipu. ſer. interim tamen eſt inefficax,quia non ſubeſt perſona,cui ius acquiratur.l. quæcũq; gerimus. de act.& oblig. vnde conſequẽs eſt, vt talis conceſſio, quæ adhuc ius nullum Salutienſi dederat, potuerit reuocari. Et ideo priuilegiũ Caroli quarti, quo deſcendentibus Aledrami derogatur, ſit attendendum, & valeat,quia potuit mutare voluntatem, & ab Ottonis conceſſione recedere; nec ius Salutienſis cenſetur ſuſtuliſſe,quod nondum erat, ſicut videmus licitum eſſe ei, qui in abſentis gratiam paciſcitur,mutare voluntatem, & cõceſſionem reuocare, etiam ſi de fauore libertatis ageretur.l.3.ff.de ſer. exp. vel fauore dotis.l.ſi ego. §. ſi res. de iurę dot.Roma.& Caſ.& Iaſ.l.3.§. de condit. ob cau.vel etiam fauore Eccleſiæ, quod Bar. cenſuit,& receptiore calculo ab omnibus ferè approbatum eſt. l. qui Romæ. §.flauius.vbi Bar.de ver.ob.ſemper enim ante ius facto meo tibi quæſitum, licet mihi ſñiam mutare, vnde ſi tibi abſenti donauero,antequã acceptes,poſſum reuocare. l. abſenti. de dona. vbi Bart. c. ſi tibi.de præben. in 6.vbi Doct. & ſi antequã acceptes,moriaris,donatio eſt nulla, nec ad hæredes tranſmittitur, quod Pau. Caſt.& Dec. ex facto reſponderũt, Paul. conſ. 195. Deci. conſ. 226. Contractus enim, antequã per conſenſum vtrumq; partis abſoluti ſint,nullum iuris effectum pariunt,& meri facti ſunt; ideoq; ad hæredes non tranſeunt,& ab libitum reuori poſſunt.l.ſi.de legatio. l. non ſolùm. §. morte. de oper. noui nũ. & quoties lex concedit abſenti ſtipulationẽ factam valere, vel abſenti acquiri poſſe; ſemper intelligitur,ſi ille ratum habeat.l. ea quæ ciuiliter, ver. volentibus. de acquir. rerum domi. Et ideo ante ratihabitionem nullum ei ius acquiritur.Bart. l. frater à fratre. colu. 4. de condit. indeb. meritò

ergo reuocari poteſt. In caſu igitur noſtro dubitandum non eſt, quin Imperator Carolus quartus potuerit etiã circunſcripta poteſtate regia mutare ſententiã Ottonis, & ius Salutienſis perimere, qđ ipſi Salutienſi nondum quæſitum erat, vt qui adhuc in rerum natura non eſſet, tm̃ abeſt, vt de ratificatione ſit quærendum.

¶ Nec obſtat, quòd aliquando traditum eſt, ſi quis rem emphyteoticam, vel feudalem ſibi, & filijs ſuis ſtipulatus ſit, non poſſe eum mutatione voluntatis deteriorem filiorum conditionem facere. c. 1. de ſucceſ. feud. Bart. d. §. ſi liberi. quibus confeſtim, & ipſo iure ex ſtipulatione paterna ius quæſitum eſt. l. quodcunq; de verb. obl. in princ. Alexan. conſ. 104. & ſeq. 4. lib. quod & ex facto Alexander cenſuit; Reſpondeo Alexandrum loqui, cùm ipſe pater vult mutare, non cũ Princeps, ſeu dominus, qui conceſſit. Cùm enim filius per mortis cauſa capionẽ tale feudum conſequatur. Bart. l. ſi mihi, & Titio. de verb. oblig. poteſt dominus reuocare, maximè accedente poſſeſſoris conſenſu. cap. 1. in prin. de prohib. feud. alien. per Feder. vbi. Item loquitur Alexander, cũ filij extabant, quibus iam erat ius quæſitum. At in caſu noſtro non potuit huic Salutienſi quæri, qui nondum erat natus.

¶ Minùs quoq; illud obeſt, ſi qui ſquã dixerit procedere ſupraſcriptam rationẽ; ſi ipſe Otto mutaſſet, non autem ſi eius hæres. d. l. 3. de ſer. exp. l. 1. C. ſi mancip. ita fue. alie. d. l. ſi ego. §. ſi res. Reſpondeo quoties mutatio voluntatis alicui permittitur, etiam hæredi eius permiſſa cẽſetur. l. ſed interim. §. ſi vxori. ff. de dona. inter vir. non enim diuerſum ius à teſtatore in hæredem conſtituendum eſt. l. hæredem. de reg. iur. Exceptis tamen tribus caſibus ſpecialibus fauore dotis, libertatis, & Eccl(ſ)ę, (ut ſup. dixi) qui caſus, cũ ſpeciali ratione procedãt, ſatis indicant regulam in contrarium eſſe. Et ſic quod Ottoni licuit, & Carolo quoque licuiſſe: Tametſi etiam illud non abſurde reſponderi poſſit, exceptiones illas in hærede locum habere, qui factum defun-

46 cti ratum habere debet. At in caſu noſtro Carolus hæres Ottonis non fuit, ſed æque principalis, atq; ipſe Otto. Cũ enim Imperium perpetuum ſit, & nunquàm pereat. c. ſi gratioſe. de reſcrip. tit. 6. dicũtur Imperatores eius adminiſtratores, & vno mortuo, alius ſuccedit, non tanq̃ hæres, ſed tanquã nouus adminiſtrator; ſicut etiam dicimus in Eccleſia, & eius Prælatis. c. 1. de ſol. vbi no. Et ideo ſequẽs non cogitur ratum habere factum anteceſſoris. d. c. ſi gratioſè. Et hæc procedũt etiam, ſi quilibet priuatus conceſſor reuocaſſet. vnde fit, vt minùs dubitationis ſit in noſtro caſu, in quo Imperator appoſuit clauſulam. Nõ obſtante, & ex certa ſcientia, & de poteſtatis plenitudine; quarum natura eſt adeo efficax, vt poſſit ius etiam quæſitum tollere; maximè ex cauſa, quæ ſubeſt euidens, nempè tot annorum poſſeſſio in Paleologis continuata. vnde non eſt dubium etiam priuilegijs Federici, Maximiliani, & nouiſſimè Sereniſſimi Caroli quinti, ius omne Salutienſis perimi.

50 ¶ Secundũ principale fundamentum aduerſus Salutien. ex verbis priuilegij ipſius ſumitur, quo Imperator Otto ſe concedere ait Aledramo, & hæredibus ſuis; quæ dictio, hæredibus, nullo modo conuenit Salutienſi; ſiquidem hæres iure ciuili intelligitur, qui ſucceſſit in vniuerſum ius, &c. l. nihil aliud, de ver. ſig. Et licèt vulgari ſenſu filij vocentur hæredes, tamen hoc expreſſè prouenit, quia ſuccedunt patri. Et ideo, vt quis admittatur ad dictum feudum, oportet duo ſimul coniungi, & quòd ſit ex deſcendentibus, & quòd ſit hæres; non poſſet enim quis repudiata hęreditate feudũ cõſequi. §. emphyteoſim vero. in auten. de non alien. Bart. d. §. ſi liberi. & l. ex facto. §. fin. ad Treb. vbi Doct. dec. als ſequeretur, ꝙ ſucceſſio contra vim expreſſam verborũ deferretur, quæ hæredẽ vocant, & ita ſe habet cõis concluſio; ſecundum quam & Alexan. & Iaſ. & Soci. & ipſe Deci. ſæpiſſimè conſuluerunt, nec vidi vnquã id in dubium refricari. Cùm ergo Salutienſis hæres non ſit, meritò cenſetur excluſus.

Nec

Nec me mouent octo reſponſiones, quæ huic argumento ſubtiliter in conſilio Salutieſis accomodantur, quia non videtur difficultatem ipſam ſatis ſummouere.

51 ¶ Et in primis rñdetur communem ſententiam procedere, quando dictum eſſet pro ſe,& filijs,& hæredibus, vt dictio, hæredibus, aliquid operetur; ſecus in caſu nr̃o, in quo ſimpliciter dictum eſt pro ſe, & hæredibus; & ita videtur Caſtreſis diſtinguere, ſed tu dic eam diſtinctionem eſſe contra Bart. ſententiam, quæ frequẽtiori calculo approbata eſt. Bart. d. l. ex facto. §. fin. Præterea præcedere poſſet, attento vulgari vſu imperitorum, qui hæredem ſimpliciter appellant filiũ; vt etiã dicit Saly. l. 2. q. 20. C. de iure emph. Sed hæc interpretatio nõ eſt capienda in priuilegio Cæſaris, qui pręſumitur loquutus eo modo, quo Iuriſprudentes, & docti. l. omniũ. C. de teſta. non quo plebei, & vulgares, verba enim ſm̃ qualitatem eorum, qui ea protulere, accipienda ſunt. l. labeo. de ſuppel. lega. Bal. c. 1. de ſuc. feu. Adde, quòd in priuilegio vtroq; modo ſcriptũ eſt, primò hæredibus, ſecundò filijs, & hæred. vnde apparet nullam huius diſtinctionis habitam rationem.

52 ¶ Secundò ergo reſpondetur in caſu noſtro limitari ſupraſcriptam concluſionẽ, nec requiri eum, qui ſuccedere in feudo velit, eſſe hæredẽ, idq; quia ſubiecta materia hoc ſuadet, vt feudum in deſcẽdentes cõſeruetur, vt fidelitas Aledrami magis cenſeatur remunerata, quæ per hæredes ſanguinis magis tranſmittitur &c. Reſpondeo ad fauorem Aledrami pertinere, non ſolùm ꝙ ſint hæredes ſanguinis, ſed etiam vniuerſi iuris. §. valde. inſtit. quibus ex cau. man. Et ideo vtrumq; requiri, nec in priuilegio vllum eſt verbũ de hac conſeruatione in deſcendentes, ſed in hæredes, & natura feudi hoc ſuadet, vt qui vult ſuccedere non ſolùm ſit deſcẽdẽs, ſed etiã hæres. c. 1. an agna. vel fil. vbi Doct. & minùs cõueniẽs eſt illa ratio, ꝙ ſi eſſent hæredes, cogerentur ratam habere alienationem factã per prædeceſſorem. l. cùm à matre. C. de rei ven. quo caſu feudũ non perennaret in deſcẽdentes. Reſpondeo enim expreſſè actum cõtrarium, quia in priuilegio dicitur quòd poſſint alienare, commutare, vendere, diſponere arbitratu ſuo.

53 ¶ Item ergo reſpõdetur, & approbata de plano cõmuni concluſione dicitur, Salutien. per medias perſonas auctorũ ſuorũ eſſe hæredẽ Aledrami, l. ſi C. d inſtit. & ſubſtit. ſi non vniuerſalem, ſaltẽ particularem, idq; ſufficere. Bart. d. §. ſi liberi. Reſpondeo iſta faciliùs dici, quam probari; & cùm ſint facti, erit de probatione diſputandũ, ꝙ enim ſit Marchio Salut. non arguit ſucceſſorem eſſe Aledrami, cũ nunquam conſtet Salutias ad Aledramũ pertinuiſſe. Præterea cum ex forma priuilegij poſſet Aledramus vendere, alienare, diſponere, &c. apparet tractari de re, quã ad extraneos potuit tranſmittere. Et ideo tali caſu appellatio hæredis, in particulari ſucceſſore nõ verificatur; ſolusq; is admittit̃, qui in vniuerſum hęres eſt, vt eleganter Paul. Caſtr. diſtinguit, Pau. l. quotiens. in fi. C. de hæred. inſtit. Alex. l. quædam. §. nihil. de eden. & Alex. probat.

54 ¶ Rurſus ergo rñdetur ſupraſcriptã concluſionem procedere, quòd deſcendens idẽ, & hæres eſſe debeat, cùm conſtat ei delatam eſſe hæreditatem. ab ea enim feudũ ſeparare non poteſt, ꝙ ſi delata nõ ſit, nihil prohibet, quin ſaltem feudũ ſibi delatum habeat; quod Iac. Bal. Alua. d. c. an agna. Deci. conſ. 208. in fi. tradidiſſe dñr, & ex facto rñdit Decius. Sed certè difficilis nõ eſt huius rñſionis confutatio, quia loquuntur illi, quãdo in aliqua tamẽ parte inſtitutus eſt filius; licet hæreditas vniuerſalis non ſit ei delata: vñ apparet hanc rñſionem cũ ſuperiore eandẽ eſſe: Et ideo iiſdem argumentis proſterni.

55 ¶ Iterum igitur reſpondetur, quòd deſcẽdens adeat hęreditatem, cũ beneficio inuentarij, quia tunc poterit habere feudũ, & non ſuſtinere onera hæreditaria; ſed quomodo adibit Salutienſis hæreditatẽ, quæ ſibi delata non eſt? l. delata. de verb. ſignif. impertinens certè, & extra propoſitum hæc eſt reſponſio.

56 ¶ Ad aliam ergo reſponſionẽ tranſeundum eſt, qua dicitur ex conſuetudine ita

fuiſſe interpretatã eam clauſulã, pro ſe, & hæredibus; vt minime neceſſaria eſſet hęreditatis aditio, ſed ſufficeret eſſe ex deſcendentibus: vnde reperiuntur Paleologi pluries repudiaſſe paternã hæreditatem, & acceptaſſe feudũ. Minimè ergo mutanda ſunt, quæ certã interpretationem habuere. l. minimè. de legib. Rñdeo, fecerunt hoc Paleologi, quia ſibi licuit ex Caroli conceſſione, qui feudũ indulſerat pro ſe, & deſcendentibus, nõ aũt ex hac Aledrami, cui innititur Salutienſis. Præterea ſemel duntaxat id factũ eſt, ne alienatio per Ioan. Iacobum, & filium in Sabaudienſem Ducẽ facta comprobaretur, quod an fieri potuerit, nunc lis pendet, nec talis actus poteſt conſuetudinem inducere, cùm nõ fuerit iudiciarius, nec geminatus, nec præſcriptus. glo. l. de quibus. ff. de legib. nec probabiliter dici põt eum actum, qui ex Caroli quarti priuilegio factus eſt ad declarationem priuilegij Aledrami pertinere; cùm ex diuerſis non fiat illatio. l. pap. exuli. de min.

57 ¶ Aliter ergo etiam reſpondetur, fatẽdo vtrãq; qualitatem, ſcilicet quòd hęres ſit, & q̃ deſcendens, requiri, ſed ordine ſucceſſiuo; vt primum deſcendentes hæredes præferantur, deinde deſcendentes nõ hæredes, quod in ſimili caſu Doctores in eo tradiderunt, qui filiũ, & nepotẽ inſtituit, intelligitur enim ordine ſucceſſiuo. l. Gallus. §. 1. de liber. & poſthum. Sed certe Doctores hoc tum demũ procedere aiunt, cũ ratio neceſſitatis non cogit, tunc enim à natura copulæ recedimus, q̃ æqualiter ſolet operari. l. reos. §. cùm in tabulis. de duobus reis. quòd ſi neceſſitas nõ vrgeat, vt in caſu noſtro eſt, nulla eſt ratio, cur à proprietate recedamus. c. Raynutius, extra de teſta. Bar. l. caius. q. pen. ſolut. mat. vt quoties in actu, neceſſariæ coniunctim ſunt duæ qualitates, qui vnã tãtum habet, excludatur. l. ſi hæredi plures. de condit. inſtit. glo. l. mancipia. C. de ſer. fugiti. Doct. l. diuus. de re iudi. vnde proculdubio hæc reſponſio contra ipſam concluſionem eſt, quam ſupra dixi communiter approbatam.

58 ¶ Tandem igitur alio modo res finitur, nempè ſupraſcriptam diſputationẽ, an requiratur vtraq; qualitas, in caſu noſtro locum nõ habere propter verba illa priuilegij, ac vtriuſq; ſexus familias, quæ indicant vocari deſcendentes, non vt hæredes, ſed tanq̃ ex familia, ſeu ſanguine deſcendentes: Debet ergo illa pars priuilegij aliam declarare. l. qui filiabus. de leg. 1. ne videatur eadem ſcriptura ſecũ pugnare, & verbum hæredibus æquiuocũ, ſm̃ ſupraſcripta declarari. Sed certè ſunt huiuſmodi non ſatis in ꝓpoſito, quia ſi bene legatur priuilegiũ, illa verba non de perſonis, quibus fit conceſſio, loquuntur; ſed de familijs vtriuſque ſexus, idest ſeruis, & ancillis, ſeu adſcriptitijs intelliguntur, quorum dñium Aledramo Imperator confirmat, quod & ſup. oſtendi. Sonantq; hoc expreſsè illa verba, Cõfirmamus illi res, & proprietates, ac vtriuſque ſexus familias, tam de hęreditate parentum, q̃ de acquiſitione illi aduenientes per diuerſa loca, nec puto hac in re eſſe vllam prorſus dubitationẽ. Hincq; apparet ſtare inconcuſſum ſm̃ hoc fundamentum; Nec reſponſiones in conſilio adductas ſufficere, verumq; eſſe, quod vulgo ſolet dici, cùm multipliciter reſpõdetur, non ſemel benè reſpondetur.

59 ¶ Tertium principale fundamentum eſt in præſcriptione, qua tutiſſimi ſunt Paleologi aduerſus Salutienſem, cùm continua ſerie poſſederint per annos 227. Vnde dubitandũ non eſt tpis lapſu ſopitam eſſe oẽm Salutienſis qõnem. l. ſicut. l. omnes. C. de præſcript. 30. vel 40. ann. cũ in feudis ſoleat vel 30. annorum tp̃s actorem excludere. c. ſi quis per triginta. ſi de feu. fuer. Et certe abhorret à ſenſu naturali, q̃ quiſq̃ admittatur poſt tãtum tempus, aliàs nemo vnq̃ eſſet tutus in re poſſeſſa, quod eſſet contra bonum publicũ. gloſ. l. 1. de vſucap. idq; maximè in feudis debet obſeruari, in quibus vel annalis taciturnitas ſolet præſcriptionem inducere. c. 2. in fin. ſi de inueſt. in dom. c. Ti-
60 tius. ſi de feu. defunc. Nec obſt. q̃ aduerſus Marchionem pñtem non potuit præſcribi, quia nõ valenti agere &c. Et quia ex perſona ſua admittitur &c. Reſpõdeo enim,

enim,cũ Carolus quartus mutarit ſenten tiam,& ius Salutienſi ex Ottonis priuilegio prætenſum ſuſtulerit, non poteſt, vt ſupra ſcripſi, ex perſona ſua ampliùs Salutieſis admitti. Confirmataq; eſt hæc Caroli quarti mutatio per tanti temporis lapſum,vt ampliùs de eius valore diſputari non poſſit.l.1.C.de vſucapio.transfe, 16.q.c.volumus. Præterea reſpondetur, ꝙ cũ Paleologi habeant titulũ,& bonam fidem,ꝑſcripſerunt aduerſus quemcunq; ſiue natum,ſiue naſciturum, quod Fran. Curt.ſenior conſilio quodam ſuo cõcludit,quæ ſnĩa indubitanter vera eſt, ſaltẽ, cum præſcriptio centenaria proponitur. Cur.conſ.pen.col.4. glo. §. de cætero. in auten.vt de cęter.non ſi.Bal.l.1.C.de an-

60 nali excep. Nec vnquã à condita legali doctrina auditum fuit, quòd aduerſus ꝑſcriptionem 230.annorũ daretur in integrum reſtitutio. Diſputant Doct. & non modica eſt altercatio,quid in quadraginta,& non pauci,nec aduerſus eam quidẽ reſtitutioni locũ eſſe tradiderunt. Deci. conſ.29.Arèt.104.Alex.71.84.in primo. Soci.86.166. At de iſta, quæ decies quadragenaria eſt,nemovnq̃ dubitauit,quin nulla reſtitutio competeret. glo. d. §. de cætero. Nulla enim æquitas ſubeſt, quæ hoc dictet. Nec obſtat ꝙ Paleologi videantur in mala fide,quo caſu nunquàm potuiſſent præſcribere.c.fin.de præſcrip.

61 Rñdeo id falſum eſſe, cùm enim titulo hæreditario ex teſtamẽto Ioannis vltimi ſucceſſerint; cùm & tot priuilegijs,& inueſtituris à Romanorum Imperatoribus ſint muniti,nõ pñt dici malæ fidei poſſeſſores.l.bonæ fidei.de verb. ſig. vbi dixi.

62 Nec in facto verũ eſt Salutienſem vnq̃ poſſediſse,& deinde armis per Paleologum ſpoliatũ, quo caſu videretur impediri præſcriptio.l.auctoritate. C. vnde vi. l.2.C.de fun.& ſal.rei dom.lib.11. Alex. conſ.3.col.3.in 5.commenta ſunt hæc, q̃ probatione indigent; & ſi opus fuiſſet, probaretur contrarium;& Georgius Merula hiſtoriæ ſuæ lib. 6. oſtendit contrarium. Et ideo non duxi in re pluſquàm manifeſta vlterius inſiſtendum.

63 ¶Quartũ,& vltimum fundamẽtum eſt, quia ſi bene inſpiciatur,ſupraſcriptũ priuilegium habet tres partes, in prima confirmantur Aledramo cortes, & iuriſdictiones Regni Italici,& oppida nominatim deſcripta,& reſpectu huius partis nulla eſt mentio hæredum.vnde ſi volumus dicere iure feudi cõceſſa fuiſſe; ſequitur, vt morte Aledrami reuerſa ſint ad imperium, prout tunc obſeruabat ante legem Corradi.d.c.1.§.cùm vero.qui feud. dare poſ.Secunda pars eſt reſpectu rerũ, quas Aledramus habebat hæreditarias,quaſq; ipſe vel acquiſiuerat,vel acquiſiturus erat; quarũ confirmationem habuit pro ſe, & hæredibus,& de ijs nulla eſt cõtrouerſia, ſed de feudalibus tm̃; potuit autem hæc confirmatio eſſe neceſſaria propter aliquam legẽ prohibitiuam,quam tunc haberent in patria illa,& quæ vocaret curtẽ Regis ad ſucceſſionem,quod in lege longobarda ſatis deprehendi poteſt. l. 1.l.ſi pater.l.ſi quis de ſucceſ. l.1.de acquiſ.act. Reg. in Lombard.

64 ¶Tertia pars eſt,quia recipit eum cũ filijs,& hæredibus,cũ omnibus rebus ſuis, ſub regij mundij conditione. Sic enim vocabant quòd nũc in ſaluaguardia Regis dicunt; ideſt,vt eadem cõditione ſit, qua res,ſeu patrimoniũ Principis: Eſt .n. mundiũ in lege longobarda patrimoniũ. l.1.qualiter mundualdus in Lombar. apparet igitur mentionem hæredũ ex verbis ſupraſcripti priuilegij nullam eſſe, reſpectu eorum feudalium,& ideo nõ poſſe ex eo Illuſt.Salutienſem ſe iuuare.

65 ¶Poſtremò,nõn omitto ſupraſcripta oĩa ad iudiciũ petitoriũ ſpectare: In caſu aũt noſtro videtur in primis poſſeſſorium expediendum eſſe.l.incerti.C. de interdi.l. ordinarij.C.de rei ven.in quo iudicio nulla eſt difficultas,quin præferri Illuſt. Mãtuæ Duciſſa debeat. Cùm enim ipſa ſit proximior agnata Marchioni Ioan.Geor. nuper defuncto,vt quæ ſit illi ĩ tertio gradu. §.3. inſtit. de gradi. non eſt dubium eam in poſſeſſione eſſe ponendã, ſaltem per interdictũ quorum bonorũ, l.1. quorum bon. C.quod competit hæredi in eis bonis,qui ab inteſtato deceſſit.Fulg.Pau. Iaſ.l.fin. C.de edict.diui Adr. tollen. quæ con-

conclusio procedit etiam ſi de feudalib⁹ bonis agitur, quia nihilominus lex ait fęminā in poſſeſſorio iudicio agnatis maſculis præferendam eſſe. c. 1. §. ſi de feud. defunc. cont. vbi Doc. Guid. Alex. d. l. fin. col. fin. ſaluo agnatorū iure in petitorio. Et etiam Suzarius, Alex. cæteri tradiderunt. Nec hæc res vllam habet dubitationem, præſertim cū dn̄us feudi ipſe rei tradendæ habet facultatem, nulla enim eſt ratio, cur ſaluis exceptionibus altiorē indaginem requirentibus poſſeſſionem tradere dn̄s ipſi fœminæ non debeat. c. 1. de controu. inueſt. c. 1. de prohib. feu. aliē. in prin. vbi Doct. quæ omnia adeo clara ſunt, vt minime operæprætium ſit vlterius inſiſtere. Et hæc omnia, ſaluo ſemꝑ rectiore iudicio.

¶ Andreas Alciatus Iur. Conſ. reſpondi ſecundū ſupraſcripta, & ſubſignaui.

CONSILIVM VNDECIMVM REVERENDISSIMI D. IACOBI SIMONETTÆ, NUNC CARDINALIS BENEMERITI.

CHRISTI, eiusq; Matris glorioſiſſimę nominibus inuocatis.

Viſa facti narratione, & his, quæ non minùs eleganter; quam copioſe ꝑ celeberrimos Ducales Senatores, in fauorem Illuſt. & Excellen. Ducis, & Duciſſæ Mantuæ ſcripta fuere; ſuperfluum eſſe putabam pręſertim viris doctiſſimis, coram quibus cauſa agitur, veritatē ſatis ſuperq; à prædictis Doctoribus defenſatam lōgiori ſermone, demōſtrare; ſed quia ab Illuſt. Dn̄is meis Duce, & Duciſſa Mantuæ, quibus pro ſingulari in ipſos obſeruantia quicquid facultatis eſt meæ, negare non poſsū, inſtanter requiſitus fui, vt pro veritate, & iuſtitia ſcriberem. Ideo pro more huius noſtræ curiæ, & ocij breuitate mihi à publicis occupationibus, & cauſis forenſibus raptim conceſsa, omiſſis diſputationibus, communes Doctorū opiniones, & loca, vbi articuli plenè diſcutiuntur, referens; plenitudini rei per ſupradictos Excellen. Doctores demonſtratę, ſubſtātialia perſtringendo, aliqua adijciam.

¶ Placet itaq; concluſio per præſtantiſſimos Ducales Senatores, in fauorē Illuſt. Ducis, & Duciſſæ firmata ex tribus, videlicet ex conceſſione Ottonis Aledramo facta, ex antiqua inueſtitura, & ex īueſtitura ꝑ Inuict. Cęſarē nouiſſimè conceſſa.

1 ¶ Quò ad primū, ſi verba conceſſionis Ot
tonis conſiderentur, cùm dicatur, ꝗ Otto
cōceſſit, donauit, atq; elargitus eſt quic-
quid &c. Dico, ꝗ talia verba important
2 donationem liberā, & non feudum; cùm
de donatione in dictis verbis fiat mētio,
3 & non de feudo: & non eſt dubiū, quòd
qualitas conceſſionū ex tenore verborū
demonſtratur. l. ad ꝓbationem. prima. C.
de ꝓba. l. ſancimus. C. de fideiuſ. l. itereſt.
C. de ſolu. cum multis, de quibus per Cur
tium ſeniorem conſ. 53. Super articulo,
in 1. col. & Soci. conſ. 66. col. 2. ver. ſed
præmiſſum. vol. 1.
4 ¶ Hoc ſtante dicitur, ꝗ licet aliàs in feu-
dis fœminæ nō ſuccedant. c. 1. §. hoc autē
notandū. qui feu. dar. poſ. c. 1. §. ad filias,
de ſucceſ. fratr. & c. 1. an mutus, vel alias
imperfectus, cū alijs; tn̄ in bonis à Prin-
cipe donatis, fœminæ ſicut maſculi ſuc-
cedunt. Bal. conſ. 351. In bonis feudalib⁹.
col. 2, in prima parte. & 310. Ad euiden-
tiam. col. 1. circa fin. vol. 3. latè Deci. cōſ.
32. Et pro tenui. 85. Et diligenter. col. 4.
circa prin. 208. Ad clariorem. col. 2. &
269. Conſultus. col. 1. In quibus locis
etiam Decius plenè ponit ſigna cogno-
ſcendi donationem à feudo, quæ ad caſū
noſtrum adaptari poſſunt. Et quando eſ-
ſemus in dubio, potius iudicari debet Ot-
tonis cōceſſio, ꝗ ſit donatio, ꝗ̄ feudū; ita
Deci. in d. conſ. 208. col. 2. 269. in prin. &
conſ. 193. col. 2. ver. & etiam in dubio.

Si ergo

¶Si ergo bona prædicta per Ottonem Aledramo conceſſa intelliguntur donata; cùm dicta donatio nō ſolùm Aledramo, ſed ſucceſſoribus ſit facta, & appellatione ſucceſſorū veniant tā maſculi, q̃ fœmi-
5 næ; cùm de iure cōi ad ſucceſſionem defuncti, pariter maſculi, & fœminę admittantur. l. maximū vitium. C. de lib. prętc. l. lege duodecim tab. C. de legit. hęred. & hoc in terminis voluit Abb. cōſ. 3. Nitar. in 3. col. vol. 2. vbi voluit, q̀ legittima ſucceſſio etiā verificetur in filiabus in dignitate Ducatus, Comitat⁹, & Marchionat⁹.
6 ¶Concluditur de neceſſitate, q̀ decedente Marchione Ioāne, qui fuit vltimus ex domo de Saxonia Montisferrati Marchio, Violantides, filiusq́; ipſius, Ioannis ex ſorore nepos, tanquā proximiores in Marchionatu Mōtisferrati, & bonis alijs donatis legitimè ipſi Ioanni ſiue ex teſtamento, ſiue ab inteſtato, excluſis alijs agnatis remotioribus, ſucceſſerūt. §. 1. §. ſi plures. & §. proximus. inſtit. de legit. agnat. ſucceſ. iuncta auten. poſt fratres. C. de legit. hæred. & §. nullā. in auten. de hę-
7 red. ab inteſtato; agnati ergo Ioannis vltimi Marchionis ex domo de Saxonia, ꝑ Violantidem, & eius filiū ſemel excluſi à ſucceſſione Marchionatus; remanebunt, maximè extantibus deſcendentibus ex Violātide, & eius filio, perpetuò excluſi; argum. eorū, quæ dicit Bart. in l. fi. col. 2. circa fi. ff. ad Tertul. Bal. in auten. ſed & ſi quis. col. 5. verſ. & per hoc infertur. & in l. in quibus. col. 2. C. de ſecun. nupt. Alex. conſ. 29. Quoniā. in fin. vol. 1. Aret. conſ. 143. Viſa. Soci. 296. In præſenti. vol. 2. In quibus locis dicitur, q̀ filia excluſa propter maſculū, remanet perpetuò excluſa: ita in caſu noſtro, cū propter Violantidē, & eius filium agnati remotiores in ſuccedēdo Ioanni vltimo Marchioni excluſi fuerunt, remanebūt perpetuò excluſi. Nam Violantides, & eius filius ſemel hęredes effecti, remanſerunt perpetuò hæredes, & ſemper ius tranſmittendi habuerunt. l. fi. ff. de ſucceſ. edict.
8 ¶Patet ergo ex prædictis, q̀ dato, q̀ Illuſ. Marchio Salut. probet ſe ex agnatione Aledrami fore; tñ, quia conceſſio per Ottonem Aledramo facta, dicit̃ eſſe donatio, & non feudū; & de talibus bonis donatis iudicatur, vt de alijs; Temporeq́; obitus Illuſtr. Ioannis vltimi ex domo de Saxonia agnati præfati Marchionis aſcēdentes, tanq̃ remotiores, per Violantidē, & eius filiū à ſucceſſione Marchionatus legittimè excluſi fuerunt; quod tam eius aſcendentes, q̃ Illuſt. Marchio modern⁹ remanſerunt perpetuò excluſi, extātibus præcipuè deſcendentibus ex dictis Violātide, & eius filio; Et ideo hodie in Marchionatu Montisferrati nullū ius prætendere poſſunt. Et præmiſſa vera ſunt, ſtante hoc, q̀ conceſſio Ottonis contineat donationem, prout indubitanter cōtinet, ſi alia verba in conceſſione non interuenerunt, q̃ quæ in facti poſitione narrantur.
9 ¶Sed daro, q̀ conceſſio Ottonis ſaperet feudū, & non donationem; dico, quod ex quo pro dicto feudo nullū ſeruitium erat præſtandū, in tali etiam fœmina admittitur. Bal. in l. quotiens. col. 2. C. de ſuis & legi. & in c. 1. §. hoc aūt notādum. col. fin. qui feudare poſ. Deci. in d. conſ. 32. col. 2. ver. ſecūdo principaliter. 85. col. 3. ver. venio ad ſecundū. 208. col. 2. ver. præterea etiā. & Cur. Iun. in tract. feud. in tertia parte. col. 3. ver. quīto limita. vbi dicit, quòd ita Mod. cōiter tenent; & licèt ibidem Cur. velit iſtam communē impugnare, tamen ad rationē ſuam poteſt rñderi ex his, quæ dicit Soci. cōſ. 257. Viſis inueſtituris. c. 2. circa fi. cum ſequen. vol. 2.
10 ¶Nec obſtat, quod dicit Alex. conſ. 30. Qm̃ omne. col. 6. ver. ad tertiū. vol. 1. vbi voluit, q̀ ſi pro re feudali præſtatur iuramētum fidelitatis; iam non poteſt dici, q̀ nullum ſeruitiū pro feudo præſtetur; cū vaſallus ad ea teneatur, quæ in tali iuramento includuntur; quinimmo ex mēte Alexandri videtur neceſſarium eſſe, q̀ in inueſtitura expreſsè dicatur, quòd nullum pro tali re ſeruitium pręſtetur, quod in caſu noſtro non fuit.
11 ¶Quia rñdetur, q̀ in conceſſione facta ꝑ Ottonem, Aledramus aliquod iuramentū fidelitatis præſtiterit, iſtud conſiſtit in facto, & facta nō præſumuntur, niſi ꝓbentur. l. in bello. §. factæ. ff. de capt. l. ſi ne emancipatus.

emancipatus.C.colla.& quia, q̄ tale iuramentum ſit præſtitū, non conſtat. Et cū ſit quædam ſolēnitas extrinſeca, in inſtrō non enunciata, pſumitur, q̄ non interuenerit, niſi probetur.l.ſciēdū.cùm ibi not. ff.de verb. obl.c.ſicut. de re iud. c. Albericus.vbi latè Fely.de teſti.& iuramentū fidelitatis remitti pōt.c.1.§.fin. vbi text. eſt clarus, per quos fiat inueſt. Quòd aūt in lr̄is conceſſionum ſatis exprimatur, q̄ Aledramus, & ſui ſucceſſores ad nulla ſeruitia tenerēt; apparet, quia vltra bona, quæ de nouo Aledramo Otto conceſſit; idem Otto cōfirmauit Aledramo omnes res tam paternas, q̄ aliunde quęſitas, quas idem Aledramus p diuerſa loca in regno Italico habebat; & voluit quòd bona de nouo cōceſſa eodem modo Aledramus poſſideret, quo antea paterna bona, & ꝓpria poſſidebat: ſicut ergo pro bonis paternis, & proprijs Aledramus ad nullum ſeruitiū tenebatur; ita à paritate voluit Otto, quod etiam pro bonis de nouo conceſſis ad nullū ſeruitium idē Aledramus
12 teneretur, ne eadem conceſſio diuerſo iure cēſeretur, cōtra. l.nam hoc iure.ff.d vulgar.& pup.& l.cū qui ædes. ff.de vſu-
13 cap. & quia, quādo duo ſunt æquiparata, quod dicit de vno, dicitur de reliquo, iuxtà plenè not.per Alex.& alios in l.1.ff.d leg.1.gl.& Doct.in l.ſi quis ſeruo perſua-
14 ſerit.C.de fur. Ex iſto ergo etiam capite Violantides, licèt fœmina, ad feudū admitti potuit; Et ideo eius filius non ex radice infecta ſucceſſit, vt aduerſarij dicunt.
15 ¶Quod cōfirmatur; nam cū in conceſſione dicatur, quòd Otto prædicta bona cōceſſit, cum facultate vēdendi, commutādi, alienandi, & quicquid voluerint faciendi, oīum hominū contradictione remota, poſito quòd conceſſio cōtineat feudum; tamē per prædicta verba conceſſio eſt alterata, vt alienatio fieri poſſit. Ita, vt de illo etiā teſtari poſſit, prout voluit Bal. in c.1.circa prin.de feud.non haben.propriā feud.natu. Potuit ergo ex tenore cōceſſionis Ioannes vltimus ex domo de Saxonia, in teſtamento, Marchionatū in Violantidem, & eius filium transferre, & agnatos remotiores excludere, etiam domino irrequiſito per ſupradicta.
16 ¶Nec obſtat, ſi dicatur quòd illa verba gn̄alia, & quicquid voluerint faciendi, debent reſtringi; dum tamen diſpoſitio in perſonā habilem fiat per ea, quæ dicit Bal.conſ.207.Quæſtio eſt.vol.2. vbi voluit, quòd feudū alicui conceſſum pro ſe, & hæredibus, quibus voluerit, illa verba reſtringantur, dū tamen perſonæ habili relinquat; cùm iſtud ſit, quòd verba quātumcunq; gn̄alia ſemper recipiāt reſtrictionē de habilitate; prout in his terminis conſuluit Deci.conſ.193. Et ꝓ tenui. col.pen.ver. non obſtat fundamentum. Cùm igitur fœmina ad feudum ſit inhabilis, Ioannes vltimus ex domo de Saxonia, reſtando, feudum per dictaverba generalia, in fœminam, & eius filium transferre non potuit.
17 ¶Quia rñdetur, quòd ex quo in caſu noſtro verba gn̄alia ſunt geminata, geminatio iſtud operetur.argum.not.in l.baliſta.ff.ad Trebel.& per Bar.in l. cū ſcim⁹. in fi.C.de agric.& cenſi.lib.11.& in materia iſta.tradit Soci.conſ.257. Viſis. col. 4.vet.aliquādo, & quarto.vol.2.vel ſecundo, & melius dico, quòd contra dicta per Bal.& Deci.in d. conſ. eſt cōis opinio in contrariū, vt patet ex his, quæ dicit Curt. in tract.feud.in tertia parte. col. vlt. verſ. ſecunda eſt quid operētur; & in conſ. 4. Super controuerſia, inſerto poſt dictum tract.feudalem.ī vlt.col.in ver.10.& vlt.
18 Et pro iſta opinione facit, quia feuda sūt contractus, vt per Bar.& alios in l.iuriſgētiū.§.quinimmo.in 6.col.ff.de pac.Bal.& Ang.in l.legittima.de pac.Bal.& Imol.in c.quæ in Eccl'arum.de cōſtit.& per Doc.
19 in prælud.feud. Sed in contractibus verba gn̄alia non reſtringuntur ad habiles, ſed gn̄aliter intelliguntur, vt per Bal.in l. fin.in 1.col.circa mediū. C. ſine cenſ.vel reliq.cum multis, de quibus per Iaſ.in l.1. §.nunciatio.in 5.col.in ver. tertio limita.
20 ff.de oper.noui nun. Et tantomagis iſta opinio erit vera in caſu noſtro, in qua poſita ſunt illa verba, oīum hominū contradictione ceſſante. Et certū eſt quòd contradictio ipſa in perſonis inhabilibus verificari non poteſt; verificabitur ergo in perſo-

perſonis habilibus; & ſenſus erit, quòd in quācumq; perſonam diſpoſitum ſit quomodocunq; de bonis conceſſis, ꝙ perſonæ habiles, ad quos ſpectabat contradictio, tamen contradicere non poſſint; & non eſt dubiū, quòd in iſta materia feudali tenor inueſtituræ in primis, & ante omnia inſpiciatur c. 1. de fratribus. de nouo feud. inueſtit. cū alijs. Cùm ergo potuerit Ioannes vltimus ex tenore inueſtituræ, diſponendo in vltima voluntate Marchionatū in Violantidem, & eius filium transferre, & alios agnatos excludere, non poſſunt nunc agnati ad ius, à quo ſunt perpetuò excluſi, extantibus maximè deſcēdentibus excludētium, venire.

21 ¶ Et quando quis in pręmiſſis pertinaciter ſubſiſteret: Dico ꝙ negari non poteſt, quin ſaltem ſupradicta omnia cauſent rem non mediocriter dubiam circa validitatem diſpoſitionis per Ioannem vltimum in Violantidem, & eius filium factæ; modò probabile dubium iuris æquiparatur errori facti, & facti ignorantiæ, & cauſat iuſtū errorem; in tantum, ꝙ non ſolùm cauſat bonam fidē, ſed habetur pro titulo, & ſufficiens eſt ad longi temporis præſcriptionē. per tex. in c. cùm dilectus. ſm̄ vnam lect. quam ibi D. Anto. & Imo. approbant de conſuet. ita Corn. conſ. 127. primo aſpectu. col. 9. ver. Et ꝓbabile dubium. vol. 2. Curt. conſ. 72. Princeps defunctus. col. 5. in 10. concluſione. Soci. conſ. 29. Viſo. col. 7. ver. Et ex prædictis ſequitur vol. 1. latè Fely. in c. de quarta. col. 8. ver. limita vtiliter hanc doctrinam, de præſcriptio. Concurrentibus igitur in caſu noſtro circa validitatem diſpoſitionis per Ioannē vltimum, vt prædixi, factæ, probabili dubio iuris, & non ſolùm poſſeſſione 40. annorum, vt pręfati Doct. conſiderant; ſed pluſq̄ longiſſima, & cuius initij memoria in contrarium nō

22 extat, quis ſani capitis negabit; quin quęſtio iſta præſcriptione oīnò ſit ſopita, ita vt ad ius, à quo præſcriptione Illuſt. Marchio Salut. eſt excluſus, nunc venire non

23 poſſit, & per conſequens legittimus contradictor in caſu dici nō valeat. Ex his tolluntur, quæ pro parte contraria aſſeruntur,

dum dicitur, ꝙ dn̄ia tirannica nullo tp̄e præſcribuntur, alleg. Bal. in l. decernim⁹. C. de ſac. ſanc. Eccl. Alex. conſ. 3. vol. 5. cū alijs. Ita ꝙ de ipſis Caſtris, & dn̄io ſic inuaſis, nec per Cæſarē infeudatio facta teneat, prout latè ponit Curt. in d. tract. feu. in 2. par. col. 29. ver. Tertio principaliter quæro. an illi qui inuaſerūt aliqua Caſtra.

24 ¶ Quia rn̄detur, ꝙ præmiſſa haberent locū, quādo principium fuiſſet vitioſum, ſed in caſu nr̄o nullum vitiū interuenit; ſed vt dictum fuit, probabile dubium iuris cauſauit bonam fidē, & titulum: Ergo potuit ſequi præſcriptio, & dictorum Caſtrorum infeudatio, prout ſequuta fuit.

25 ¶ Accedit præmiſſis tā antiquiſſima poſſeſſio, in qua domus Paleologa fuit, ex qua pręſumuntur omnia ſolēnia, quæ neceſſaria erant ad excluſionem aſcendentiū Illuſt. Marchionis Salut. & per conſequens ipſius moderni Marchionis interueniſſe per ea, quæ dicit Corne. conſ. 181. Viſis nonnullis. col. 6. ver. & videtur reſultare, vol. 2. Fely. in c. illud. col. 3. cum ſeq. de præſcript. & Iaſ. latè in l. ſi certis annis. col. 3. ver. & ex cōi ſolut. cum ſeq. C. de pac. & in l. qui aliena. in prin. in 5. col. ad fin. cum ſeq. ff. de acquir. hære. Vn̄ cū à ſucceſſione Marchionatus Illuſtr. Marchio, & ſui legittimè excluſi fuerint, & Marchionatus ipſe in domum Paleologam tranſlatus fuerit, Illuſtriſſimusq́; Marchio Salut. non ſit de agnatione; cōcluditur, quòd in caſu noſtro nullum ius prætendere poſſit.

26 ¶ Et cùm, vt ſupra dixi, in tranſlatione Marchionatus à Ioanne vltimo ex domo de Saxonia in Violantidem, & eius filiū Theodorum nullum vitium interuenerit; potuit poſtea ſucceſſiuè Illuſtr. Ioannes Montisferrati Marchio, ipſius Theodori deſcendens, de ipſo Marchionatu à Carolo quarto inueſtiri; argu. text. in l. auctoritatem. C. vnde vi. in glo. in l. 2. C. de fun. & ſalt. rei dom. lib. 11. per Felyn. in c. poſtulaſti. col. antepen. cum duabus ſeq. de reſcript. Et cùm inueſtitura à Carolo quarto fuerit conceſſa pro ſe, & hæredibus ſuis maſculis, & fœminis; & hæredes maſculi ipſius Ioannis deficiant,

tantumq; maneat Illuſtr. Duciſſa Man-
tuæ hæres ipſius Ioannis mediatè, licèt
fœmina, tamẽ ex tenore inueſtituræ ſuc-
cedore habet; & non eſt dubium, quòd
ex pacto in inueſtitura appoſito fœmina
in feudo ſuccedere poſſit, c.1.§. hoc autẽ
notandum. qui feud. dare poſ. c.1. de ſuc.
frat. cum alijs.

27 ¶ Nec obſt. q̃ Illuſt. Duciſſa fuerit ſemel
excluſa per Bonifacium fratrem, & Ioan.
Georg. patruum; ergo remanet perpetuò
excluſa. c.1. §. quin etiam Epiſcopum, vel
Abbatem. & ibi communiter Doct. Deci.
dicto conſ. 193. col. 3. & alibi ſæpe.

28 ¶ Quia rñdetur intelligendo, quòd con-
ceſſio Ottonis feudum importet, quòd cũ
ſolitum eſſet, vt in huiuſmodi bonis in
feudũ conceſſis, fœmina non excludere-
tur per ſuperexiſtentiã maſculi; immo d-
ficientibus maſculis quandocunque fœ-
minæ ſuccedebant, vt apparet in Ioanne,
& Violantide, quæ Violantides per ſuper
exiſtentiam Ioannis maſculi à ſucceſſio-
ne feudi non fuit excluſa: dicamus quòd
illa verba in inueſtituta Caroli poſita ꝑ
hæredibus maſculis, & fœminis, ita in-
29 telligi debeant, vt ſolita erant per prius
interpretari; quia iſta eſt vera concluſio,
quòd feudi conceſſio ſemper intelligi-
tur facta, vt ſolita erat fieri. c.1. §. ſimili-
ter. vbi Præpoſ. circa fin. de lege Corra.
Bart. in auten. quæ rem. circa fin. ver. quç-
ro quid ſi res. vbi Moder. C. de ſacroſan.
Eccleſ. & multum benè facit, quod dicit
Alexan. conſil. 189. Viſo & maturè di-
ſcuſſo. col. pen. circa fi. ver. tamen ſi ſe-
mel talis res, cum ſeq. col. vol. 2. vbi vo-
luit, quòd ſi Eccleſia ſemel conceſſit rẽ
in emphyteoſim ꝑ ſe, & hæredibus qui-
buſcunque, de cuius conceſſione natura
eſt, vt res ad quoſcunque etiam ad extra
neos tranſeat; poſtea, ſi concedat alteri ꝑ
ſe, & hæredibus, quòd etiã ad extraneos
tranſibit; quia illa verba, & hæredibus,
debent intelligi, prout ſolitum erat per
Eccleſiam concedi; ita erit dicendum in
propoſito noſtro.

30 ¶ Sed dato, quòd verũ eſſet, q̃ per ſuper-
exiſtentiam fratris, & patrui, Illuſt. Du-
ciſſa perpetuò excluſa foret; tamen ex æ-
quitate. §. permittitur. l.1. & quod ibi gl.
& Bart. ff. de aqua quoti. & æſti. videtur,
q̃ de neceſſitate Illuſtr. Duciſſa erat in-
ueſtienda, quia deſcendens primi inue-
ſtiti, agnata vltimò defuncti, & hæres v-
triuſque, quia hæres hæredis, teſtatoris
eſt hæres; vulg. l. fi. C. de hæred. inſtit. cũ
alijs ſimil. & de dicto Bart. in d. §. permit-
titur. latè ſcribit Curt. in d. tract. feud. in
ſecunda parte. col. 23. in. 15. q. princ. Frã.
Ripa. in tract. de peſte. car. 82. pag. 2. Ex
quorum dictis patet deciſ. Bar. apud Doc.
communiter teneri.

31 ¶ Nec obſtat, ſi dicatur q̃ Bart. in d. §. ꝑ-
mittitur; dum loquitur in feudo, fecit
mentionem de hærede maſculo, quæ
qualitas maſculinitatis Illuſtriſs. Duciſ-
ſæ nõ conuenit, ergo deciſio Bart. ad caſũ
noſtrũ adaptari non poteſt; quia rñdetur,
quòd Bar. locutus fuit ſm̃ naturam feudi,
in quibus regulariter maſculus tantũ ſuc
cedit; ſed cùm in caſu noſtro ex pacto in
1 ¶ Et prædicta ſunt eo magis clara, quãto quod ſupponitur per teſtes eſſe probatũ iſtud eſſe purum, nobile, & antiquũ feudum; & vltra teſtes hoc etiam videtur probari ex pluribus.

2 ¶ Primò, quia in conceſſione Ottonis dr̃, nulla Italici Regni perſona &c. diſueſtire præſumat. Nam ex inueſtitura præſumitur feudũ, quia priuatio præſupponit habitũ. l. decem. ff. de verb. oblig. Nã congruè non diſueſtitur, niſi inueſtitus. Nã vnum de contrarijs præſtat alterius intellectum. l. & ſi contra. ff. de vulga. & pup. Inſti. de his, qui ſunt ſui, vel alie. iu. in prin.

3 ¶ Secũdò, quia Imperator dicit, q̃ ſi quis ei obiecerit, q̃ non habuerit inueſtiturã, &c. liceat aut per pugnam &c. quæ verba eſſent fruſtratoria, ſi cõceſſio nõ eſſet feudalis; & ſic de mente apparet, quòd erat inueſtitura, & conceſſio feudalis: Et quia probari debebat inueſtitura, voluit eum releuare ab onere probandi inueſtituram præceſſiſſe.

4 ¶ Et verba ſemper cenſentur appoſita cũ virtute aliquid operandi. l. ſi quãdo. ff. de leg. 1. ſi quãdo. C. de inoffic. teſta. Bal. in rubr. de contrahen. emptio. 9. q. & nullũ verbum, licèt minimum, debet eſſe ſine virtute aliquid operandi.

5 ¶ Item tertiò ponderat verba proœmij, dũ dicitur, eos in ſuũ efficiant famulatũ, quæ verba cõueniunt magis vaſallo, qui tenetur famulari, q̃ ſimplici donatario. & ex proœmio colligitur cauſa finalis. l. fi. ff. de hæred. inſti. Alex. conſ. 7. 2. vol.

6 ¶ Quartò, etiã ponderat, quòd Imperator deſiderabat fidelitatem Aledrami, quæ verba reſpiciunt feudũ, quod dicitur à fidelitate. c. nulla, per quos fiat inueſti.

7 ¶ Quintò, Aledramus appellatur Marchio in dicta inueſtitura, prout etiã appellati ſunt, & appellantur hæredes; & cùm alius titulus nõ adſit in dicta cõceſſione, nec conſtet, quòd aliundè eſſet Marchio, & etiam ſucceſſores teneant in feudum Marchiæ. Et hoc demonſtratur, quòd ſit feudum Marchiæ pluribus rationibus.

8 ¶ Prima quidem, quia præſumitur datũ ex titulo, quòd apparet. l. 2. & ibi Bar. ff. de acqui. poſ. l. Triticum. ubi Bar. ff. de verb. oblig.

9 Secundò, quia ex ſequentibus declaratur qualitas ſucceſſionis. l. ſi ventri, ubi glo. & Angel. ff. de priui. cred. c. officij. ubi gl. de elec. l. item ſi filiusfam. §. proinde. & ibi Bar. ff. ad municip. Bal. in l. ſi certis annis.

C. de

C.de pac.Iaſ.in l.fin.C.de pac.

10 ¶ Tertiò ſucceſſores Aledrami pſumuntur poſſediſſe ex titulo præcedente.l.1.de impo.luer.deſcrip.l.2.C.de acquir.poſſ. Corne.conſ.301.&312.&23.lib.1.

11 ¶ Nec obſtat,quòd in aliquibus nõ ſapiat naturã feudi,quia in cæteris retinet illã ſm Bal. in l.1. in 16. q. & in prælud. feu. col.7. Calder. conſ.11.

12 ¶ Et licèt nõ conſtet, quòd aliquod ſeruitiũ debeatur: Immo ſit gratioſa cõceſſio,in qua fœmina admittitur, vt p Ang. conſ. 242. ſuper puncto primo, in fi. & Curt.conſ.64.Quòd donatio vera; & in feudo,in quo nullũ ſeruitium præſtatur, quòd fœmina admittat. ſm Bal.in l. quotiens.la 1.C.de hæred. inſti.per Roman. conſ.367.circa prin.col.pen.quia rñdet, quòd licèt ex hoc non conſtet ex alijs,de quibus ſupra. Ideo quantum ad id, quod non eſt,expreſſam naturam feudi ſortitur,vt dictum eſt ſupra.

13 ¶ Item & aliter reſpondetur,quia immo ſeruitiũ debetur, quia etiã nullo ſeruitio expreſſo, tñ tenetur ad ea, quæ ſunt de natura iuramenti fidelitatis.c.1.de noua form.fidelit.Bal.in c.1.col.fi.de capit.qui eur.vend.& ſtante tali iuramẽto,fœmina non admittit. Alex.conſ.9.Põderatis his. col.3.5.vol.& in conſ.30.Qm omne datũ &c.col.9.1.vol.per Deci. conſ. 293. Pro tenui &c.col.3.ver. non ob.

14 ¶ Item & tertiò reſpondetur, & planiùs ſm eundem,quia Aledramus prius iam erat factus Marchio; & propterea nõ fuit neceſſe facere mentionem de aliquo ſeruitio,quia circa augumentum aliqua inueſtitura nõ requirebat; & habetur in §. ſd & res,per quos fiat inueſti.& ibi Alua. & in c.1.§.ſi quis.de mãſo.col.3.ver.q̃ro an pro incremento. de controu.inueſti.

15 ¶ Subdit etiã,quòd dicta conceſſio probatur feudalis,quia,ſi quod dubiũ eſt, an fuerit feudalis,vel ne,conſuetudo,& obſeruantia declarat. Nã deſcendentes oẽs ab Aledramo,ſẽper fidelitatẽ præſtiterũt, & nunq̃ fœminæ admiſſæ fuerũt;& ſemper tanq̃ feudum nobile,& antiquum tenuerunt,prout etiã teſtes examinati probant. Ideo ex iſtis ſequentibus feudum fuiſſe declaratur.argum.not.in l.cùm de in rem verſo.ff.de vſur.& in l.ſi certis.C. de pac.& eius, quod ſupra dictum eſt, de præſcriptione, & longiſſima obſeruantia, & conſuetudine.

16 ¶ Et licèt prima inueſtitura tolli,vel mutari nõ poſſit; tamen põt declarari, vt ſupra dictũ eſt.& facit tex.in l. hrdes palã. §.quod verò.ff.de teſta.& minimè mutãda ſunt,quæ certã &c.& maximè in natura feudi,vbi conſuetudo multum attẽditur.c.1.de feu.cogni.& ibi per Aluar.

17 ¶ Ex quibus declarationibus apparet cõceſſionem Ottonis fuiſſe feudalẽ, & proterea fœmina excluditur.c.1.§. hoc autẽ notandũ.qui feu.dar.poſſ.Et proles fẽminini ſexus ad ſucceſſionem feudi aſpirare non poteſt. c.1.§. ad filias.de gradib. ſuc. in feud.& in c.1.an natus, vel aliter imperfec.c.1.de alien. feud. pater.

Et dicit dñs Conſultor,quòd non intendit alia dicere, an ſit feudalis; quia poſito quòd non eſſet etiam feudalis; tamen adhuc fœmina non admittitur, per ea, quæ dicta ſunt ſupra.

Huc uſq; ſunt verba dñi Conſultoris,alia ẽt proſequitur, verũ illa pro nunc referre non intendo,quia placet primò ſuprâſcriptis ſingulariter reſpondere.

Reſponſio ad ſupraſcriptam partem conſilij Decij.

18 ¶ Et antequàm particulariter ad vnum quodq; reſpondeã pro fundanda intentione; quòd immo nõ ſit feudũ,nec poſſit eſſe feudũ; & inquantũ eſſet feudum, quod nõ habet propriam naturã feudi,& quòd ꝓpterea in eo fœmina non prohibetur ſuccedere, in hoc me remitto ad planè dicta in conſilijs tam noſtris,quam etiã aliorum Excellentiſſimorũ Doctorum,ſuper hac re æditis.

19 ¶ Vnũ tamen non omitto, quia in dubio res ſemper præſumitur libera,& nõ feudum,Ioan.And.& alij,in c. nimis. de iureiur.& in c.fi.verſ.rñderunt de iudicijs. l.altius.C.d ſeruitu.l.fi.ff.eo.de ſerui. no. Doct. in pluribus locis. Immo plus ẽt, ſi eſſet Comitatus,vel alia dignitas,quia ẽt tales dignitates in dubio præſumũtur liberę,& non feudales,vt clarè voluit do. Abb.

Abb.in c.ſignificauit,in 3.vol.de reſcrip.
qui dicit hæc verba,& facit iſte tex. Nã
hic nõ dicitur,quòd iſte Comitatus eſſet
feudalis.quod idẽ voluit D.Bal.ibi,col.2.
ver.dicit Gofredus;cuius verba ſunt hęc,
vel dic,quòd iſtę Comitatus non erat feu
dũ,ſed proprium,& Regalę patrimoniũ.
20 Et ꝓpterea tranſmittitur in fęminam,vt
in Comitiſſa Mathilda;nec etiam pręſu-
mitur feudũ,niſi probetur. hoc idem ſup
ponit D.Abb.in c.dilecti.de arbitris. vbi
21 quærit, an fœmina in iſtis dignitatibus
excludatur à maſculo;& diſtinguit inter
iſtas dignitates,videlicet diſtinguendo,
an ſit feudales,vel nõ feudales;& ſic ſup-
ponit pro indubitato,quòd harũ dignita-
tũ aliquę ſunt feudales,aliquæ verò non.
22 Quod idẽ pro firmo aſſerit,licet non ſe-
quatur opin.Abb.dũ loquitur de exclu-
ſione fœminæ, D.Marti. Lauden. in ſuo
tract.de primogenitura.ĩ col.5. ver.quę-
ro nunquid fœmina.vbi & ipſe admittit
iſtas dignitates poſſe eſſe,& non eſſe feu-
dales. Iſtud idem in fortioribus terminis
tenuit D.Oldra.in conſ.159.Ex præſenti
themate.vbi cõſuluit Principatũ Achã-
iæ non eſſe feudũ, etiam quòd conceſſũ
fuerit ab Imperatore; hoc idem voluit
Sicul.in d.c.ſignificauit. col.3.ver. noto.
ibi fratri. ubi dicit,& benè facit iſte text.
quia hic nõ dicitur,quòd iſte Comitatus
eſſet feudum; facit etiã,quod uoluit Ge-
minia.in c. grandi. col.3. verſ. Nunquid
fœmina,de ſupplen.negli.Præla. vbi Ge-
minia.diſtinguit,an Regnum ſit feuda-
le,vel nõ feudale, eandem cõcluſionem
tenent infiniti Doct.quos refert,& ſequit᷑
Cur.conſ.73.in prin.Ibi,tamen hoc non
23 obſtante,vbi dicit Caſtra eſſe, & præſu-
mi teneri libera,& nõ feudalia per illũ,
qui ea tenet,& poſſidet,& pñt videri de-
ciſiones ibi allegatæ; & pulchrè dixit
Mart.Laud.in tract.de prin.in 15.cõcluſ.
24 qui ait, ꝙ omnes Principes ſubſunt Im-
peratori generali prouiſione. l.de præca-
rio.ff.ad legem rhodiã de iact.Et ſic cùm
Prĩcipes ſubſint iſta gñali prouiſione,nõ
poteſt argui,quòd ſubſint iure feudi tan-
tum,ex regula non facit hoc eſſe, quod
ab hoc cõtingit abeſſe;iuxtà gl.in l. neq;
natales.C.de proba.& facit.c. in pñtia. &
quod ibi per Canoniſtas. de proba.
Immo inquantũ poſſet argumentari, nõ
põt tamen pro parte quod ſit feudum ar-
gumentari; cùm in dubio nunꝗ̃ præſu-
matur per ea,quæ dicta ſunt ſupra.
Iſtis ſuppoſitis,venio ad rñdendũ his,quę
ꝑ dñm Conſultorẽ,vt ſup. deducta ſunt.
¶ Dum primò dicit,probatum eſſe ꝑ te-
ſtes iſtud fuiſſe feudum, etiã temporibus
Saxonũ,quia teſtes non vidi, nec produ-
ctionem eorũ, propterea non intẽdo par
ticulariter aliqua ad id reſpondere; non
omittã tamen vnum, quod, ſi qui teſtes
extant, pro certo teneo illos fuiſſe rece-
ptos,non citata parte,nec ſeruatis ſeruan
24 dis; quo fit,quòd nõ probant.l. ſi quãdo.
& ibi Doct.C.de teſti.c.2. vbi latè Doct.
ff.de teſti.etiã ſi examinentur ad perpe-
tuã rei memoriã.ſm̃ Bar.in auten. ſi quis
in aliquo.in fine.C.de teſtib.c. ſignifica-
uit.& c. Alberi.de teſtibus. & dicit Paul.
de Caſt.in d.auten.ſi quis in aliquo.ĩ fin.
quod non probant dicta teſtium publi-
cata à notario,niſi citata parte.
25 ¶ Et millies ꝙ eſſemus in antiquis; tamẽ
cũ fuerit in facultate Marchionis Man-
fredi,Marchionis Salut.ſeruare ſeruãda,
& illa ſeruare nõ curauerit; propterea il-
lis caſibus, quibus aliquid fecerat, nihil
pœnitus faciunt: ex quo præſumit᷑ fraus.
26 Ille enim,qui poteſt vti iure ordinario,ſi
excedit ad extraordinariũ, habet præſũ-
ptionẽ contra ſe; vt eleganter dixit Bart.
in l.admonẽdi.col.4.ver.ſed quæro quid
de exemplo.ff.de iureiur. qui dicit,quòd
producens exemplũ, cùm poſſit produ-
cere originale, non caret ſuſpitione. Et
ꝓpterea tali caſu exemplũ nõ ꝓbat, etiã
quòd alias probaret, vbi originale non
reperiretur.Ita etiam videtur dicendum
in ꝓpoſito,in quo Marchio Salut. potuit
accedere ad Imperatorẽ, & agere contra
Dñm Marchionem Montisferrati,& ſer
uatis ſeruandis examinare teſtes; vnde
aliàs teſtium examinatio, etiã ad perpe-
tuam rei memoriã non valet.per Bar. in
d.auten. ſi quis in aliquo.
27 ¶ Et facit,quia aliàs eſſet in facultate cu-
iuſcunq; facere aliquid, & illud tenere
ſecretum

ſecretum per multa tpa, & ea poſtea in lucē edere; & ſic eſſet locus fraudibus, ad quod facit, qđ voluit Hoſtien. in c. cùm cauſam. de pba. vbi loquens de Prælato, dicit ꝙ ſi in præiudicialibus crederetur huiuſcemodi geſtis; ꝙ ſequeretur, quòd Eps, ſeu Prælatus poſſet aliquid facere, vt poſt centū annos crederetur, quod eſt inconueniēs, & plus dixit Bar. in l. 1. in prin. C. de bon. poſ. ſm tab. quod litteræ ſcriptę in ære, vel lapide, de voluntate vnius dūtaxat, non probant; & dixit Io. And. in ad dit. ad Spec. ī tit. de locato. §. nunc aliqua. ver. 57. qđ in factis, quantūcūq; antiquis, nō ſtatur pro eo, qui nunc egit, ſi aliquid aſſeritur pro eo; & infinita pnt adduci, q̄ cumulat Fely. in c. cùm cauſam. col. 1. de proba. vbi poteſt videri ad ſaturitatem.

28 ¶ Non obſtat verbum, quod ponderat, diſueſtire præſumat, quaſi oſtendatur, ꝙ ſit inueſtitus, & quòd propterea diſueſtiatur, quia priuatio præſupponit habitum, & prout latius ſupra.

29 ¶ Quia ad hoc rñdetur pluribus modis. Et primò quidē, quia inueſtitura nihil aliud eſt, quā poſitio in poſſeſſionem, & tenutam, vt eſt tex. in c. 1. in prin. quid ſit īueſtitura. ibi, inueſtitura quidem propriè dicitur poſſeſſio. eſt tex. ī c. ex ore. de his, quæ fiunt à maio. par. cap. vbi verbum inueſtire conuenit inſtitutioni beneficij, hoc idē voluit Salyc. in rub. de cōtrahen. empt. ver. ſeptimo quæro. Item idem voluit D. Abb. in c. auctoritate. col. 2. ver. inueſtitura aūt, de inſti. vbi verbum inueſtire confert collationi beneficiorū, & ſignificat tranſlationē poſſeſſionis, & aliquando facultatē illam appræhendendi. Item in emphyteoſi cadit hîc titulus inueſtituræ, vt voluit Cur. conſ. 47. in prin. & in pluribus locis, 2. col. quod idem habetur per Alex. conſ. 14. Viſo & examinato themate, in prin. & in pluribus locis, in 2. vol. Et ita quotidie practicatur, & infinita poſſent adduci ad hoc.

Nec examino nunc, quod ſolet dici, ꝙ inueſtitura eſt optimum ſignū ad cognoſcendum feudum, vt aliqui dicunt, quia ex ſupraſcriptis quiſq; videre poteſt, quātum hoc ſit verū, quod tamen pro nunc non examino, ex quo dñs Conſultor non vtitur hoc fundamento.

30 ¶ Plus dico, ꝙ poſito, ꝙ verbum inueſtitura cōuenerit ſoli feudo, tñ hoc non poteſt ita in propoſito nr̄o intelligi; quia poſito, quòd iſta ſit inueſtitura feudalis, nō poteſt quiſq̄ diſueſtire, niſi īueſtiēs, quia eius eſt tollere, cuius eſt cōcedere. l. is poteſt. ff. de acquir. hæred. l. ſi ita. §. ſi ſub conditione. ff. de leg. 2. l. eius, eſt nolle, qui poteſt & velle, facit. l. pater ſeuerinā. ff. de condit. & demon. & l. quis ſit fugitiuus. §. ait ſi ſeruus. ff. de edil. edic. & Dec. in d. l. eius. multa accumulat ad hoc, quæ facilè videri pnt; & ille qui inueſtit, diſueſtit, vel Iudex, qui de iure pronunciat feudatarium cecidiſſe. vt per Alua. in c. 1. §. fi. circa fin. quid ſit inueſtitura. Cùm igitur dicat, ꝙ nemo Italici Regni audeat diſueſtire, non pōt intelligi de diſueſtitura, prout eſt feudū, quia ſolus Imperator hoc poteſt, cauſa ſubſiſtēte. Intelligitur ergo, & neceſſariò de inueſtitura, prout eſt facti: videlicet, nemo poſſit eū priuare poſſeſſione; & iſte intellect' iudicio meo, & cuilibet rectè intuēti, nullū habet dubiū. Ex hoc patet, quòd ſequens argumentatio eſt ſatis extranea, dum ponderantur illa verba, quòd ſi quis obiecerit, quod nō habuerit inueſtiturā, ſtāte quòd inueſtitura poſſit applicari, & propriè applicatur ad actū, quo quis inducit' in poſſeſſione, vel datur facultas illam appræhendendi.

31 ¶ Præterea illa conceſſio nedum reſpicit præſentia, verū etiam futura; quomodo igitur poſſumus dicere, quòd ſit feudū, cùm potuerit in futurum acquirere allodialia, vt ſatis clarè de ſe patet; & non eſt dubium, quòd etiā futura non compræhendantur in conceſſione Ottonis.

32 ¶ Et verba ſatis operantur ſm ſupraſcriptam veram intelligentiam.

33 ¶ Non obſtant verba proœmij, quæ ponderantur; dum in eis dicitur, vt promptiores, & deuotiores eos in ſuum efficiant famulatū; quia feudum cōceditur, non vt quis promptior efficiatur ad famulandū, ſed vt famulet, quod patet ex feudi diffinitione, de qua re per Alua. in proœmio feud. in 4. q. Ibi, fideliter dño ſeruiunt, nō autem

autem dicit promptus ad ſeruiẽdum. Et
34 iſta,& ſimilia verba ponuntur in priuilegijs donationũ. Donatarius enim obligatione antidorali,ſi debebat primò eſſe promptus, tenetur eſſe promptior, non quod ob id ſit feudum,maximè cũ cætera repugnant.

35 ¶ Minùs valet,quòd appellatur Marchio ipſe Aledramus, quia non valet conſequẽtia,appellatur Marchio,ergo eſt feudum,vt latè probaui ſupra,& nõ repeto; & ſic conſequentia dñi Conſultoris eſt contra omnes Doctores,nec eam fundat aliqua ratione,vel auctoritate.

Et ſic ceſſant multa,quæ ibi ſequuntur,q aliter non repeto; quia deſtructo fundamento, ruunt quæcũq; ædificia.

36 ¶ Dũ dicitur,quòd ex ſequẽtibus declaratur qualitas ſucceſſionis: rñdetur,quòd multi ex deſcendentibus Aledrami tenuerunt illã Marchiam; & tñ nunq̃ inueſtituram petierunt,ſed frequentatio inueſtiturarum capit à Theodoro,& Ioan. ſecundo,eius Theodori primo filio,& ſic vſq; ad illa tpa,ſuper quibus præcipuè fit fundamentũ per dñm Conſultorem, vel raro,aut nunquã illi Saxoni recognouerunt Marchionatum in feudum.

37 ¶ Dum dicitur,quòd ſextò probat feudũ eo,quòd & ſi in aliquibus non ſapiat naturã feudi,tamen in cæteris ſortitur eius naturã. Reſpondetur primò,quòd iſtud nõ eſt fundare, q ſit feudũ: Et ,ppterea non debet poni tanquã fundamentum, ſed tanq̃ reſponſio. nam cũ negatur per eos fuiſſe conceſſum per Ottonẽ in feudũ; neceſſe erat dño Conſultori primò fundare,quòd cõceſſio fuerit in feudum, quod nullibi apparet. Immo fundatur negatiua feudi,prout ſup. latè probaui: Cũ igitur non ſit feudum,quod cadit dicere, quòd in reliquis retinet naturam feudi,

38 ¶ Secundò rñdeo,quòd poſito,quòd in reliquis retineret naturã feudi; tamẽ nõ retinet reſpectu fœminæ, quia data impropriëtate feudi,ſuccedit,quòd fœmina admittitur ad eius ſucceſſionẽ; ſicut videmus in feudo dato ad certũ ſeruitium, non facta mentione de fœmina, quia nihilominus feudũ,reſpectu fœminæ, non retinet propriã naturam feudi. Roman. conſ.167.per Aluar.in c.1.§. quin etiam Epm,vel Abbat.& iſta eſt cõmunis opin. vt patet ex adductis per Cur. in tract. de feu.cart.24,col.1.ver.nono fallit. Et licèt ipſe dubitet,tamen apparet Doctores cõmuniter tenere hanc partem.

38 ¶ Dum dr̃,quòd ſaltem obligatur,ad quę ſunt de natura iuramenti fidelitatis: Reſpõdetur,quòd ſi nullũ feudum extat, nõ cadit hoc dicere. Itẽ inquãtum eſſet feudum,ex quo eſt improprium,fœmina admittitur. Nec dicatur quòd ſaltẽ obligat ad ea,quę ſunt de natura iuramenti fidelitatis,quia nullum iuramentum extat in cõceſſione Ottonis. Propterea nõ video, quo iure dñs Conſultor fundet hanc ſuã chimeram. Et ,ppterea non eſt mirum,ſi almũ Collegium Bonoñ. recuſauit conſulere pro Marchione Salut.quia fundamenta omnia ſtant ſuper chimeris.& Alex.in cõſ.9.col.93.in 5,vol. loquitur,vbi fuit iuratũ iuxtã formã. c.1,de for. fidel. quia in ,ppoſito nullum extaret iuramentum. Item,quia talis forma,& ſi de præſenti ſit in vſu; tamen tempore Aledrami nõ erat,vt latè dictum eſt per nos.

36 ¶ Tertiò reſpõdeo quòd Aledramus priũ erat Marchio,ad probandũ autem id dñs Conſultor nihil allegat. Et ,ppterea modicum fundamentũ fieri poteſt ſuper talibus verbis,quis enim põt eſſe Marchio, & ſi nõ habeat Marchionatum,& ſimilr quis poteſt eſſe Comes,licèt non habeat Comitatũ. Impropriè tamen ſunt Marchiones,& huiuſmodi Comites. ſm̃ Bal. in c.1.de feu.March.ſequitur etiã Laud. in tract.de Princip.concluſ.65.

40 ¶ Item & ſi appellatur Marchio,non ſequitur,ergo prius erat Marchio,ſicut videmus,quòd ſi Imperator ſcribit alicui terræ,tanq̃ Ciuitati,hoc nõ probat illam fuiſſe Ciuitatẽ. Immo potius eam conſtituit Ciuitatem,vt dixit Ang. in addi. ad Bart. in l.1. C.de Metropo.lib. & per D. Alex. ibi in alia eius addi. vbi multa bona adducit ad hoc propoſitum, quæ aliter non repeto.

41 ¶ Item,& aliter reſpõdeo erat Marchio, ergo Marchio Montisferrati; non valet conſequentia

conſequentia per regulam.glo.in l. neq; natales.C.de proba.

42 ¶ Item, ſi Marchionatus non fundatur ex donatione Aledrami, ad quid tot & tantæ argumentationes factæ per dñum Conſulentem,maximè ponderando verba,ad vtriuſq; ſexus familias.

43 ¶ Item non ſequitur,erat Marchio Montisferrati; ergo Marchionatum habebat in feudum, quia non valet hæc conſequentia,vt probaui ſupra.

44 ¶ Item,dum dicitur ꝗ de aditamento ſuper addito feudo,non fuit neceſſe exprimere aliquod ſeruitium, quia ex ſuprascriptis ſatis patet eſſe reſponſũ; ſed ſpecialius etiã reſpondẽdo, dico ꝗ Aluar.in d.§.ſi quis. de manſo. vet. quæro. an pro incremento,non figit pedes,ſed remittit ſe ad plura loca,de quorũ ſingulis ſi vellem loqui,eſſet tendere nimis in longũ, ſe remittit in ſpecie ad ea, quæ habentur in l.1.C.de iure emph.vbi D.Iaſ.in n.79. in ſpecie ex mente Bal.dicit illam cõcluſionem habere locum in augumento cõſueto; ſecus ſi non eſt conſuetum, prout eſt pręſens; Et hæc eſt ſolutio plana.

46 ¶ Secundò reſpondeo, ꝗ & Aluar.& alij loquuntur in augumento, quod fit in rę ipſa,ſeu ipſi rei, ſed hic nullum augumẽtum fuit factum Marchionatui; ſed ipſi Aledramo Marchioni, vt patet in ipſa conceſſione, quæ incipit à perſona, quo caſu perſona, & non dignitas præſumitur conſiderata,gl.in l. tale pactum.§.fin. in glo.magna.in fi.ff.de pact. Doct. in c. quoniam Abbas.de offic.& poteſtat.iud. deleg. per Doct.in l.more.ff. de iuriſdictio. omnium iudi.

46 ¶ Tertiò pro augumento aſſumitur inueſtitura; quare ſi vnus fratrum iam inueſtitus decedit,alter qui ſuccedit,& cuius parti adijcitur pars defuncti,pro parte addita tenetur aſſumere inueſtiturã; & aliàs cadit à iure ſuo.vt dixit Iaco. Ardiz. in ſua ſumma,in tit.quib.mod. feu. amit. & ſequitur Aluar.in c.1.§.ſed & res. col. 6. ver.quæro ſubſequenter,per quos fiat inueſtit. vbi ſi deuoluit pars iam inueſtiti, accreſcit eũ onere accipiendi inueſtituram; hæc autem non eſt inueſtitura, vt de ſe patet; propterea non eſt bona ratio,eſt augumentum, ergo debent ceſſare, quæ in feudis interueniunt.

47 ¶ Dum ſequitur dñs Conſultor, ꝗ conſuetudo vtendi,interpretata eſt eo,ꝗ deſcendentes omnes ab Aledramo ſemp inueſtiti fuerunt in feudum, & fœminæ nunq̃ fuerunt admiſſæ. Reſpõdetur, negando ꝗ Saxoni, deſcendentes Aledrami,continuè recognouerunt in feudum, nec iſtud poterit reperiri;dum dicitur de fœmina, reſpondetur quòd immo fuit admiſſa Violantides in defectum deficientis lineæ Gulielmi filij Aledrami.

48 ¶ Item fœminæ non fuerunt admiſſæ, quæ non fuerunt vocatæ, ſeu vbi vocatæ fuerunt,admiſſæ fuerunt, vt Violantides, quæ fuit vocata à teſtamento Ioannis vltimi de domo Saxona; & non ſequitur, non fuerunt admiſſæ, ergo fuit feudum, quia in iſtis dignitatibus de facili introducitur conſuetudo primogenituræ,quę tamen conſuetudo non plus percipit de effectu,quã de vſu, ſeu poſſeſſione: Immo in caſu noſtro conſtat de contraria conſuetudine,vt latè dictum eſt ſupra in prima parte conſilij.

49 ¶ Dũ igitur vltimo loco concludit, ꝗ ex iſtis declarationibus apparet, quòd fuit feudũ; Reſpondetur,ꝗ cùm confuſæ ſint iſtæ declarationes, & cùm probatum ſit, quòd ſunt falſæ; apparet propterea, quòd talis concluſio dñi Conſultoris nihil penitus valet; immo inducit admirationẽ, quòd ſuper tam leuibus fiat tm̃ fundamentũ, cùm omnia ſint falſa, & in iure, & in facto: Immo nec conſequentia procedit, maximè duobus reſpectibus; Primò,quia & ſi ſit feudũ,eſt tamen improprium,quo caſu ſuccedit fœmina,vt probatũ eſt latè in conſilijs. Itẽ, quia ẽt quatenus fœmina non ſuccederet, põt tñ vocari per illa verba,& quicquid eorum decreuerit animus; & quia illa verba ita ſępè interpretata ſunt,vt dictum eſt ſupra; dum plures commemoraui de hoc.

Conſilium Decij.

¶ Expeditis ſuprascriptis,proſequitur dñs
50 Conſultor aliud fundamentum,quòd licet in feudis nõ ſuccedatur vltra ſeptimũ

gradum.c.1.§.hoc quoq;, qui feud. dare
poſſ.& in ſucceſſione allodialium vſq; ad
decimũ.l.fin.C.vnde leg.§. fin. inſtit. de
ſuc.cogn.& ſic quòd videat̃, q̄ Marchio
Salut. excludatur; ſubdens quòd audiuit
hoc eſſe potiſſimum fundamentum, qđ
pro parte noſtra fiat in cauſa iſta; quod
tamen debile fundamentũ eſt, quia ſu-
mus in deſcendentibus à primogenitore;
inter quos vltra ſeptimum, & decimum
gradum datur ſucceſſio. Et hoc proce-
dit de plano, vbi iure contractus, non tran
ſmiſſione, deſcendentes à primo acquiſi-
tore vocantur.

51 ¶ Et quicquid ſit de alijs minoribus ſuc-
ceſſionibus; tñ in iſtis magnis Comitum,
& Baronũ ſucceſſionibus oẽs in infinitũ
admittuntur. Bal. in c.1.§.Capitanei. ver.
Item opponitur de feud. March. vbi lo-
quitur de cẽteſimo gradu, & de rege lo-
quitur ẽt de milleſimo gradu, ſequit̃ Iac.
in d.§.Capitanei, in glo.fi.& dicit notan-
dũ, quia poteſt quotidie euenire in facto,
in iſtis magnis ſucceſſionibus, cõceſſis e-
tiam iam quingentis annis.& dicunt Iac.
de Bel.& Nic. de Neap. quod vbi fit trã-
ſitus ad deſcendentes primi acquirentis,
proceditur in infinitum, ſecus ſi ad tran-
ſuerſales acquirentis, & dicit notandum
in iſtis magnis ſucceſſionibus: Eo quòd
poteſt quotidie contingere, & ſequitur
Capol. ſua cautel. 96.

52 ¶ Et Bal.& Aluaro. nedum loquuntur in
feudalibus, verũ etiam in allodialibus,
quia loquuntur in Rege Francorum, qui
neminem recognoſcit.

53 ¶ Et coadiuuatur iſta concluſio, quòd vl-
tra ſeptimũ, & decimum gradum admit-
tatur ſucceſſio, quia de ipſis deſcendenti-
bus in antiquiſſima conceſſione facta eſt
mentio; & ſic iure contractus deſcenden-
tibus omnibus ex sãguine Aledrami fuit
acquiſitum ius, & propterea iſtud ius di-
citur efficacius. ſm̃ Bar. in l. eum qui. de
interdic.& releg. Bal. in c.1.§.hoc quoq;,
col. 2. ver. pone ego recepi &c. de ſuc. feu.
& in c. imperialẽ, col. 5. ver. q̃ro vtrum. de
ꝓhib. feu. alie. per Fede. Item per Pau. de
Caſt. conſ. circa id, quod primò quęritur.

54 ¶ Non obſtãt allegata in contrariũ, quia
nõ hñt locũ, vbi de primo acquirente fit
trãſitus ad deſcẽdentes, quia tunc ꝓcedit̃
in infinitũ per Aluar.& alios in d. c.1.§.
Capitanei.& ꝑ Aluar. in d.c.1.§.& quia
col.4. qui feu. dare poſſ. vbi volunt quòd
inter tranſuerſales ſucceſſio terminatur
ſeptimo gradu. Marchio aũt Salut. eſt de
deſcendentibus Aledrami acquirentis.

55 ¶ Secundò rñdet̃, q̄ illud põt procedere ĩ
alijs minoribus, ſecus autẽ in maioribus.

56 ¶ Tertiò, & ipſe dicit in cõſ. 85. vbi dicit
cõtraria habere locum, in feudis ſimpli-
citer aſſumptis; ſecus vbi prouiſum eſt ẽt
deſcendentibus, quia intelligitur in infi-
nitum, propter prouiſionẽ hominis; & ſic
ex pacto, quæ pacta in primis reſeruãtur.
d.§.hoc autem.& c.1. qui feu. dar. poſ. &
57 ibi per Doct. c.1. de fra. de nouo ben. in-
ueſtitis.& quòd ceſſat ꝓuiſio legis, pactis
appoſitis. l. fin. C. de pact. conuen. & quòd
lex tollit prouiſionem ſuã non hominis.
l. aſſiduis. C. qui pot. in pig. hab. §. fuerat.
in glo. in ver. creditoribus.

Reſponſio ad ſupraſcripta.

¶ Et anteq̃ ſequamur alia fundamenta e-
iuſdem dñi Conſultoris, conuenit primò
rñdere omnibus contentis, in ſupraſcri-
pto tertio principali fundamento. Et pri-
mò, dum dicit, quòd attenditur in infini-
tũ, vbi vocentur deſcendentes primi ac-
quirẽtis, prout ſupponit Marchio Salu. eſ-
58 ſe de illis, & qđ audiuit hoc eſſe de ma-
gnis fundamẽtis, quæ habeamus, licèt tñ
debile fundamentũ ſit. Rñdetur, quòd ſi
vidiſſet nr̃m cõſilium, hoc non dixiſſet.
Nos equidẽ oſtendimus in conſilio per
me, & Mag. Dñm Hieron. Lucen. ſimul
edito, quòd opinio Doctorũ tenẽtiũ partẽ,
quã tenet dñs Cõſultor, non eſt vera, im-
mo contra oĩa iura; & ſufficienter rñdi-
mus ad iura, & rõnes, quæ adducuntur in
contrarium; & ſi viderẽ, quòd dñs Con-
ſultor rñderet ad ea, quæ diximus; profe-
ctò aliquid præſtarem ſuę Excellen. dum
dicit, quòd fundamẽtũ eſt debile; videat
igitur primò, & poſtea corrigat, putat ne
fortè ꝑ nos non fuiſſe viſa oĩa iura, & au-
ctoritates, quas dñus Conſultor allegat,
cũ ſint vulgariſſima; vidimus quippe, &
profundè conſiderauimus diſtinctiones

de

de deſcendentibus,& collateralibus; ſed illam cognouimus,& probauimus falſã,
59 & licet ſint plures tenentes contrariam partem; tamen cũ pars noſtra perſpicuis, & claris argumentis refulgeat,& pluribꝰ etiã auctoritatibus coadiuuetur; illi ſtandum eſt,etiã ꝙ communnis opin.eſſet in cõtrarium.ſm Hoſt.in c.1.de conſti.& ꝑ Abb.in conſ.1.in fin.in 1.vol. & in c. ex litteris.de ſponſa.& per hæc,& alia voluit Cur.in conſ.46.col.4.qui dicit,quòd bonꝰ iudex acutiſſimi ingenij diſcernet, an cõmunis opin.ſit falſa, vel ne, qđ quidem dicit idem Cur.in cõſ.82.col.4.qui dicit quòd opinio Doct. non eſt ſeruanda, vbi eſt euidenter falſa.

¶Dum ſequitur,quòd quicquid ſit in feudis,iſtud tñ eſt clarũ in iſtis magnis ſucceſſionibus; & quia allegat multa, ꝓpterea videbimus de ſingulis allegatis à dño
60 conſultore. Allegat primò Bal. in c. 1. §. Capitanei.verſ.item opponitur. de feud. March.qui Bal. fundat ſuã concluſionẽ, ꝙ in feudis,ex quo ſucceditur vltra ſeptimum,& decimũ gradum, infert,quod ẽ notandum,dignitates;& ſtatim ſubdit ꝙ poſita propterea alia opinione,quòd immo non ſuccedatur vltra ſeptimum gradũ, dicit eſſe ſecus, & eius verba formalia ſunt hæc; videlicet,ſed ſi tenemus aliam opin.debemus dicere, ꝙ poſt ſeptimum gradũ vacaret ſucceſſio, & ſic pares Regni deberent eligere nouum Regem; & admittamus pro nunc,quòd Bal. intelligat etiã in feudis,tñ vult,quòd ita demũ in allodijs ſuccedatur in infinitum,ſi verũ eſt,ꝙ in feudis ſucceditur in infinitũ.
61 ¶Plus dico,quòd fortè illatio Bal. nõ eſt vera,quia & ſi in feudis ſuccedatur in infinitum; tamen non ꝓcedit in feudis habentibus dignitatem regalem, cùm nõ tranſeant regulariter etiã ad filios, vt in d.c.1.de feud.March.& ſic nedum non tranſit vltra ſeptimum,ſed nec vltra primum,& dictum eſt etiam ſupra.Nec põt ſaluari opin.Bal.& aliorũ in feudo Marchionatus,& ſimilium,quia eſt cõtra dictum text.quẽ habebat præ oculis.in c.1. de feud.March.Itẽ,quia eſſet contra oĩa iura feudalia,quibus non rñdet ipſe, nec poteſt reſpõdeti.Neceſſe eſt igitur,quòd intelligant de allodijs,in quibus d.c.1.nõ loquitur.& in allodijs non proceditur in infinitum; niſi vbi ſit verũ, quòd in feudis ſuccedatur in infinitum. ſm eundem Bal.& loquens ego pro veritate,Bal.& cęteri,qui eum ſequũtur,ita leuiter loquuti ſunt in hac re,ſicut fortè in alia materia feudali,in qua loquuti fuerint.& pro certo teneo,quòd ſi Bar.hæc vidiſſet, deriſiſſet; quia aliquid fatuitatis habent, videntur, & ſequuntur multæ cõcluſiones contra regulas,& iura feudalia.
62 ¶Et primò ſequeretur,quòd in iſtis magnis dignitatibus ſuccederetur longiori gradu,quòd eſt cõtra dictum c.1.de feu. March. vbi regulariter non tranſeunt huiuſmodi dignitates, etiam in filium.
63 ¶Secundò,quia finita linea primi inueſtiti,trãſiremus ad aliam lineam,cuius ꝑdeceſſores non fuerant vnq̃ inueſtiti.
64 ¶Tertiò non deuolueretur ad dñum inueſtientem, ſed ad pares, qui alium eligerent,vt explicitè dicit Bal.
65 ¶Nec eſt etiã ſimpliciter verũ,quod dicit Bal. vbi ſupra, quòd data veritate illius cõcluſionis, quòd immo feuda non excedant ſeptimum gradum,quòd vltra ſeptimũ gradum pares Regni eligant vnum Regem; quia iſtud procederet in Rege,qui nullo pacto ſubeſt Imperatori, ſed vbi aliquo ſubeſt, etiã eo modo, quo Imperator dicit dñs Orbis, tali caſu electio Regis ſpectat ad Imperatorem, non ad pares; vt eleganter declarat Bal.in l.nã hoc iure.col.2.ver.3.quæritur.ff. de iuſt. & iur.verũ, quia iſtud non eſt præſentis materiæ, propterea ſuper hoc non inten do vlterius procedere.
66 ¶Non obſtat,quod dicit Alua. in d. §. ſi Capitanei. quia Alua. refert ſimpliciter certã partem opinionis Bal. & propterea non intelligitur aliter q̃ Bal. Et hoc modò etiã reſpondetur ad dictũ Iac. de Bel. & Nicol.de Neapol. quia loquuntur data opinione,quòd ĩ feudis procedatur ad ſucceſſionem,etiam vltra ſeptimum, vel decimũ gradum. Nec ob.cautela Cæpol læ mihi 90.quia nihil facit,eo,quòd quærit an Regna tranſeant per ſucceſſionẽ,

vel electionẽ: & hoc non decidit, ſed remittit ſe, not. in c. venerabilẽ. de elect. cũ in quibuſdã locis, prout cõiter in Italia, quod tranſeãt per ſucceſſionem. Data igitur hac conſuetudine, quod ſuccedat per ſucceſſionem, non electionẽ, quærit vſq; ad quem ſuccedatur virtute talis cõſuetudinis. Et dicit quòd ĩ infinitũ; & allegat Bal. & Alua. ſed de Bal. & Alua. ſupra fecimus mentionẽ, & ſufficienter re-

67 ſpondimus. Propterea dictũ Capollæ nõ pl' valet, q̃ auctoritates, ad quas ſe refert, quia dictum Doctoris intelligitur ſm̃ auctoritates, quas adducit, vt dicit Bar. in l. non ſolũ. §. liberationis verba. ff. de lib. lega. & in l. cùm quidã. ff. de his quib. vt indig. per Roma. conſ. 211. vlt. col.

68 ¶ Præterea & ſecundò rñdeo, quòd Carpol. loquitur ſtãte cõſuetudine, quod aũt extiterit in Marchio. Montisferrati, hoc non apparet: Immo apparet quòd in deficientiã maſculorum ſucceſſit Violantides, & eius Regnum ſortitum eſt effectũ per longiſſima ſæcula. Et cùm hæc conſuetudo ſit contra ius cõmune; & ſimiſr cũ ſit facti, proculdubio debet concludẽter probari per allegantẽ. l. in bello. §. factæ autẽ. de capti. Et in ſpecie, quòd conſuetudo debeat probari, & quomodo, ſaltem vbi non eſt notoria, declarat Bar. in l. de quibus, in 4. q. princ. ff. de leg. & per eundem in l. 1. C. quæ ſit longa conſue. per Iaſ. in d. l. de quibus, n. 78.

69 ¶ Et licèt Bal. loquatur in Rege Franciæ, tamen fundamentum eius non eſt ius; ſed conſuetudo, ibi dum dicit, iure ſanguinis, & perpetuæ conſuetudinis, & loquitur de Regis Franciæ, quia talis eſt antiquiſſima conſuetudo.

70 ¶ Item dũ ſubdit, quòd hoc ius tanto efficacius debetur, quãto quòd in conceſſione fit mẽtio de deſcendentibus. Rñdetur, quòd dñs Conſultor ſupra voluit, quòd verba, ad vtriuſq; ſexus familias, referantur ad res, & nõ ad perſonas, qua re ſtante, nullum eſt verbum, qđ deſignat deſcendentiã, ſed ſolũ de hæredibus fit

71 mentio. Quo caſu nullus agnatus admittitur, niſi ſit hæres, etiã, quòd tractemus de magnis ſucceſſionibus, vt voluit Mart. Laud. in tract. de Principibus, cõcl. 20. vbi dicit, q; ſi quis eſt ĩueſtitus de Baronia, pro ſe, & hæredibus ſuis; tali caſu ſi filius priuatur hæreditate, priuatur etiã facultate conſequendi Baroniã, quæ deciſio non poſſet magis cõmodate facere ad propoſitum nr̃um; & quia de hac re latè dictum eſt ſupra ſuo loco, propterea aliter non repeto.

Dum dr̃, q; allegata in cõtrarium nõ procedunt, vbi de primo acquirente fit tranſitus in deſcendentes; & quia dñus Conſul. or repetit illud idem, quod paulò ante dixerat, & quia reſpondimus ſupra, ne ſequamur Conſultorem in ſuperfluis, propterea expedit ad illa me remittere. Dum iterum replicat, quòd id procedit in minoribus, ſatis reſponſum eſt ſupra, propterea ſimiliter non repeto.

72 ¶ Tertia reſponſio dñi Conſultoris, indiget ſpeciali replicatione; dum dicit, q; lex tollit ſuam, non hominis prouiſionem, & prout latius ſupra. Et dico, quòd mirandũ eſt, quòd Mag. & Ill. Dñus Conſultor tãdiu perſeuerauerit in ſua ſnĩa. Nam id eſt contra opin. oĩm tenentium, quòd ſucceſſio tendat in infinitum in feudalibus; dicunt enim Doct. quòd iura, quæ volũt, quòd in feudis ſucceſſio tunc reſtringat ad ſeptimum gradũ, quãdo feudum fuit acquiſitum à principio per plures; verũ quia erat dubium, an talis diſtinctio videretur fatua, eo quòd in feudis non ſuccedãt niſi deſcendẽtes à primo. c. 1. §. fin. & ibi hoc not. Alua. de ſucceſ. feud. Propterea ad tollendam iſtã difficultatem, reſpondetur per Doct. quòd pacto fuerũt admiſſi tales tranſuerſales, quia ita à principio fuit factum, vt dicti agnati ſuccederent. Ecce igit quòd Doct. tenentes hanc partem, quã tenet D. Conſultor, loquuntur, quãdo trãſuerſalibus per pactum fuit prouiſum, vt vnus alteri ſuccedat, vt per Iac. de Bel. Nicol. de Neap. Bal. & Aluar. in c. 1. §. ſi Capitanei. de feu. March. & idẽ Alua. in §. & quia vidimus, de his, qui feudare poſ. vbi et Lauden. & Roman. conſ. quos oẽs, & etiam alios refert, & ſequitur exemplificando in pacto, quòd vnus alteri ſuccedat, Cur. in trac. feu. car. 31. col. 2.

ver.

ver. ego igitur. Et tũ nõ obſtãte pacto, qđ agnati ſuccedant, tale pactum, & ſic talis prouiſio hõis limitatur ad ſeptimum gradum; & ſic patet, quod hæc ſua opinio, in quà perſeuerauit à tpe quo cõſuluit, vt in conſ. 85, vſq. ad hæc tempora, eſt contra Doct. quibus nec ipſe reſpõdet, nec de eis uel aliquã mentionem facit, nec ẽt ali-
73 quid in terminis ſuis allegat, ſed fundat eum tñ certis ſuis regulis gñalibus cõtra doctrinam Fely. in c. 1. col. 5. de præſcrip. volentis q̃ illi Doct. qui vtuntur regulis generalibus tantum, & non veniunt ad particularia, dicantur pauperes Doct.
74 ¶ Nec obſtat, quòd lex ſuã, non hominis prouiſionẽ tollat, quia iſtud nõ eſt tollere prouiſionem hominis, ſed interpretare. Tunc enim tolleret prouiſionem hominis, quando verba eſſent adeo clara, quòd nõ poſſent interpretationem aliq̃ pati, ſalua ratione recti ſermonis, vt dicit Pau. de Caſt. in l. ſi de certa. ver. in gl. ibi de omni tranſactione. C. de tranſac. puta ſi in ſtipulatione dictũ fuiſſet etiã de millesimo gradu: ſed vbi de hæredibus eſt ſimplr̃ facta mentio, talia verba ſunt apta recipere interpretationem à diſpoſitione iuris cõis, puta de hęredibus ſanguinis. & per Bal. in c. 1. de eo, qui ſibi & hæred. & per Pau. in l. ex facto. §. fin. ff. ad Treb. Itẽ de hæredibus vſq; ad certum gradũ; verba enim ſunt apta recipere interptationem, ſalua rõne recti ſermonis, ꝓpterea interpretantur ſm̃ naturã cõtractus. l. vel conſuetudinis. per Bar. in l. vt iuſiu. §. ſi liberi. ff. de oper. lib. quo argumẽto ſæpè vtitur Deci. in hoc præſenti ſuo conſilio; propterea non cadit alia adducere.

Conſilium Decij.

¶ Sequitur dñs Conſultor, quod fundat etiã, & quarto principaliter intentionem ſuam hac forma ſummariè tamen. Et dicit, quòd & ſi inueſtitura loquatur de hęredibus, quo caſu videtur, quòd ſit quid hæreditariũ, & quòd hæres teneatur approbare factum defuncti, niſi ſit hęres, cũ beneficio inuentarij, vt per Alex. cõſ. 12. lib. 5. Bal. in l. qui ſe patris. col. 6. C. vnde lib. Alex. conſ. 18. ſuper primo. col. 2. ver. & potuit. & conſ. ſeq. col. 3. verſ. nec obſtat. & conſ. 13. col. 3. lib. 5. & cõſ. 89. col. 4. ver. ad prædicta, lib. 4. Et ſi dicitur pro ſe, & liberis, non dr̃. quid hæreditarium, ſed prouidentia acquirentis; & in propoſito verbũ hæredibus, nedum de ꝓprietate verborum intelligitur de deſcendẽtibus, verũ etiam de extraneis. l. in annalibus. C. de leg. l. ſciendum. ff. de verb. obl. Bar. in l. Gallus. §. etiam ſi parente. ff. de lib. & poſthum.

Et licèt iſta verba, hæredibus, non intelligantur de extraneis; tamẽ intelliguntur de deſcendentibus, cũ iſta qualitate hæredibus. & in ſimili in l. ex facto. §. fin. ff. ad Trebel. Et dicit, audiuiſſe partem noſtram facere fundamentũ ſuper hoc. ſed ipſe d. Conſultor arbitratur, hoc eſſe debile fundamentum, & alienum à mente iuris, & ſignificatione verborum.

75 ¶ Et pro reſponſione prædictorum, dñus Conſultor ſupponit, quod dicit Saly. in l. 2. in 20. q. C. de iure emphyt. qui dicit, q̃ verbum hæredibus habet duplicem ſenſum: vnum vulgi, & aliũ iuris; & ad ſenſum vulgi veniunt deſcẽdentes, qui naturaliter ſuccedunt. l. nã ratio. ff. de bon. dã. l. ſcripto. in fin. ff. vnde leg. l. ex facto. §. fi. ff. ad Trebel. c. in præſentia. de proba. Et ſenſus iuris eſt reſpectu illorum, qui ſuccedunt in vniuerſum ius, & ſenſus vulgi eſt in ore omnium.

Et propterea ſm̃ ſubiectam materiam aliter, & aliter accipitur, & in caſu noſtro intelligitur de hærede ſanguinis in iſta materia feudali, vel primogenituræ, in qua principatus defertur, cùm poteſt ſtare propriè, ſed intelligitur de hærede ſanguinis per Bald. in c. 1. de eo qui ſibi & hæredibus ſuis. Aret. in l. quod dicitur. & ibi Imo. ff. de ver. obl. Pau. de Caſt. in d. l. ex facto. §. fi. & propterea intelligitur de hærede maſculo. Alex. in l. etiam. ff. ſol. mat. vbi Bal. in fi. Cald. in cõſ. 15. in tit. de ver. ſig. c. 1. §. & ſi clientulus. de alien. Facit ibi, ſine legittimo hærede, ideſt ſine filio maſculo. c. 1. §. fi. ſi de feud. fuerit controu. Et quòd intelligatur de deſcẽdentibus, dicit hoc dubitandum nõ eſſe, ſed quòd dubium eſt, an debeat interuenire ſimul, & ſemel hæc qualitas, quòd

tales deſcendentes debeant eſſe hære-
des,& propterea ſequitur hunc articulũ;
ſed omitto pro nunc referre; quia intẽdo
in primis ad ſupraſcripta reſpondere.

Reſponſio ad ſupraſcripta.

76 ¶ Circa quæ prædicta cadit pauca dice-
re; quia totũ hoc fundamentum conſtat
duobus ſuppoſitis; quorũ primum eſt, ꝙ
bona ſint feudalia, ſecundum ꝙ debean-
tur iure primogenituræ, quæ duo, & vnũ
quodq; eorum falſum, & falſa ſint. Pri-
77 mò falſum eſt, ꝙ ſit feudum, vt probatũ
eſt. Secundum etiã falſum eſt, & de iure
cõi, & de conſuetudine, de iure quidem
cõi, quia vt ſupra probaui, in iſtis magnis
ſucceſſionibus, ius nõ concedit primoge-
nituram, maximè in recognoſcentibus
ſuperiorem, prout eſt Imperator, & ꝓut
Imperator ſe dñm Orbis aſſerit. iuxta l.
deprecatio. ſupra ſæpe allegatã. ff. ad le-
gem rhodiam de iactu. & quia latè ſupra
dictũ eſt de hoc, propterea non cadit re-
78 petere, attenta etiam conſuetudine; hoc
non poteſt eſſe in conſideratione, quia
conſuetudo debet probari. ſm Bar. in l. de
quibus. & in l. ff. quod & ſupra alió loco
etiã deduxi: Et ſic neceſſe eſt, quòd talis
conſuetudo extiterit tpe Aledrami; quod
eſt impoſſibile, quia, vt dictum eſt etiam
ſupra, conſuetudo tm̃ habet de effectu,
quantũ habet de vſu; ſed nullus vſus po-
terat eſſe in Aledramo, cùm ipſe ſolus eſ-
ſet, & ipſi ſoli fuerit donatum; & ſic eſt
impoſſibile, ꝙ ipſe tenuerit tanquã pri-
mogenitus, vſus igitur inchoauit in eius
filijs, & deſcendentibus, vt dictum eſt et
ſup. talis conſuetudo non defert ius Mar-
chioni Salu. etiã quòd eſſet de deſcendẽ-
tibus maſculi Aledrami, quia tunc nulla
extabat conſuetudo.

79 ¶ Plus dico; quòd nedũ non apparet de
tali conſuetudine tunc tpis; Immo ſup-
poſito, quòd ille Thetes, prætenſus filius
Aledrami, verè fuerit eius filius, & ha-
buerit ab eo Aledramo ſtatum Salut. di-
gnoſcitur; quòd inter eos non habebat
locum primogenituram, quinimmo di-
uiſerunt ſtatũ, quia Marchionatus Mon-
tisferrati peruenit Gulielmo, Marchio-
natus verò Salutiarũ peruenit Theti eius
fratri. Si enim ius primogenituræ tũc tpis
fuiſſet ſeruatũ inter eos, quippe Guliel-
mus ſolus fuiſſet Marchio vtriuſq; Mar-
chionatus; cùm tñ fuerit ſeruatum oppo-
ſitũ, & quòd Marchio Salut. id prætẽdat,
hæc deprehendi ex facto, expoſito in cõ-
ſilio Dñi Secundini, qui conſuluit pro
Marchione Salut. & ſupponit Aledramũ
fuiſſe dñum vtriuſq; Marchionatus, &
quòd poſt eius mortem alterum obuenit
Gulielmo, alterum Theti; & ſic apparet,
quòd tunc temporis non habuit locum
ius primogenituræ; immo diuiſionis, vel
iuxta morem Italicum, de quo dixi in
prima parte præſentis conſilij.
80 ¶ Et ſublatis iſtis fundamentis; vt ſublata
ſunt, ſuperfluũ eſt reſpõdere ad ſingula;
tamen, ne in aliquo deficiam, adhuc par-
ticulariter reſpondet. Et primò, dum dr,
quòd verbum, hęredibus, habet duos ſen
ſus, vnum iuris, & aliũ vulgi. Reſponde-
tur; quòd hoc facile poteſt fateri; ſed in
ꝓpoſito magis conuenit amplecti intel-
lectum iuris, ꝙ vulgi, attenta perſona dan
tis, qui fuit Imperator. Nam verba ꝓlata
ab homine groſſo, debent intelligi groſ-
ſiter, & vulgariter, ſecùs verò ſi ab hoĩe
magno, & non vulgari; vt voluit Bar. in l.
ſi quis filiabus. verſ. quidem exponunt. ff.
de teſta. tute & facit quod pulchrè voluit
d. Foly. in prin. poſt Inno. & Abba. in c. ad
audientiã. il primo. de reſcrip. vbi dicit ꝙ
non eſt veriſimile, quòd in reſcriptis, quę
trãſeunt per plures manus, permittatur,
quòd in eis adſit falſa grammatica, præ-
81 ſumitur enim, quod eã ſeruauerint. Et ſi
reperit, quòd nõ ſit ſeruata, contra reſcri-
ptũ præſumitur: Quare, cùm Imperator
Otto fuerit, qui protulerit illa verba, quæ
direxerit, nõ viro vulgari; ſed Marchio-
ni, apparet, quòd omni reſpectu debent
intelligi propriè, & non vulgariter.
Nec dicat & in legibus tales termini re-
periuntur, & tamen iuriſconſulti erãt e-
legantiſſimi, & ſingulariſſimi viri, quia
hoc nõ habet aliquod mirum, eo ꝙ iudi-
cabant, & ſanciebant ſuper caſibus occur-
rentibus, vel illi cõtingerent in viris groſ
ſis, vel in viris doctis: vnde tales impro-
prietates nõ debent attribui ipſis iurecõ-
ſultis,

ſultis,ſed magis contingentijs factorum.

82 ¶ Alia etiam ſolutio colligitur ex ſupraſcriptis. Eo quòd poſito, q ſuppoſita per dñm Conſulentem eſſent vera, & in facto,& in iure; tamen limitantur, niſi per deſcendentes Aledrami fuerit aliter prouiſum,quia nõ obſtantibus ſupraſcriptis, data eſt facultas diſponẽdi, prout eorum decreuerit animus,& prout ſæpe etiã obſeruatum fuit,vt ſupra deductum eſt ex verbis conceſſionis,ibi,vendendi &c. & quicquid eorũ decreuerit animus &c. & ſic virtute illorum verborũ, quibuſcunq; non obſtantibus, Violantides virtute teſtamenti Ioannis fratris potuit vocari.

Conſilium Decij.

83 ¶ Sequitur modo dñs Conſultor, dicens non eſſe dubium,q appellatione hæredũ non veniãt hæredes ſanguinis; ſed aliud dubium reſultat, an tales deſcendentes debent hẽre iſtã qualitatem,q ſint hæredes.& Bar.in l.ex facto.§.fin.ad Treb. requirit vtraq; qualitatem debere cõcurrere,ad quod pluribus modis reſpondetur. Primò,quòd glo.in d.l.ex facto.§.fi.tenet oppoſitũ,& videtur opinio verior, quam ſequuntur Imo.& Paul.ibi, qui volunt, quòd vbi ſimpl'r dicitur de hæredibus, intelligatur de liberis,etiã quòd non ſint hæredes,quod facit ad propoſitum, quia de hæredibus ſimpliciter fuit facta mentio,ſi verò dicitur de liberis, & hæredibus,tunc vtraq; qualitas requiritur,quod dicit Pau.ibi quòd tunc habebat iſtũ caſum de facto, & iſtam diſtinctionẽ tenuerunt plures Doct.relati per Soci.conſ.57. In cauſa filiorũ.in 2.vol. Et ſubdit, quòd licèt alias habuerit hanc partem pro dubia,tamen eam tandem amplexus eſt.in conſ.38.circa prin.in col.5.ver.venio ad ſecundum. quam eandem ſnĩam tenuit Iaſ.in l.ſi non ſortem.§. libertus. in fi. ff. de condit. indeb.

Et ſubdit,quòd poſito, quòd de iure, & regulariter vtraq; qualitas requiratur,tamen nõ procedit,vbi aliter colligitur ex verbis,& coniecturis; ſed anteq̃ repetam iſta verba, & coniecturas, placet primò reſpondere iſti parti,vt ſupra enarratæ.

Reſponſio ad ſupraſcripta.

84 ¶ Ad quæ ſupraſcripta rñdetur, quòd nõ eſt verum,quòd etiã in feudis,&in rebus non trãſmiſſibilibus ad extraneos, quòd diſpoſitio faciens mentionẽ de hæredib9, licèt reſtringatur ad deſcendentes;quòd tamen de neceſſitate nõ requirat tales deſcendentes eſſe hæredes,cũ immo requirat.& hoc decidit idẽ Deci. in conſ.208. n.7.cum ſeq.in 3.vol.vbi poteſt ad ſatu ritatem videri.conſuluit latè Alex. conſ. 19.& conſ.26. in 5.vol. & habetur in c. 1. de eo,qui ſibi & hæred.ſuis &c.cum alijs proximè allegandis.

85 ¶ Itẽ reſpõdeo,quòd opin.Bar. in l.ex facto.§.fi.eſt verior,quia,cùm fecerit mentionem de hæredibus,& ſic reſtringatur ad filios; reſtringitur tamen cũ hac qualitate,quòd ſint hæredes,quia à proprietate verbi,quantominùs poſſumus,debemus diſcedere.l.non aliter.ff.de leg.3.& iſtam ſnĩam ſequũtur q̃plures Doct. refert,& ſequitur Alex.in d.§.fi. qui Alex. ſequitur ſimpl'r opinionẽ Bar.licèt etiam citet Pau.de Caſt.& ſic diſtinctioni Pau. de Caſt.reſiſtit Alex.ibi,& q̃ opinio Pau. de Caſt.nulla ratione,vel lege probatur.

86 ¶ Nec dicatur,quòd vulgus nominando filium, illum quãſæpiſſimè dicat hæredem; quia neſcio,nec vnquã audiui, nec legi,quòd vulgus appellet filium exhæredatum hæredem.

87 ¶ Et poſito,quòd diſtinctio Pau.de Caſt. placeret magis iudicare debentibus, tamen adhuc facit ꝑ parte noſtra; quia fatetur Pau.quòd vbi de liberis,& hæredibus facta eſt mẽtio, quòd vtraq; qualitas debeat de neceſſitate cõcurrere; ſed dñs Conſultor in principio conſilij laborauit in probando, quòd illud verbũ, vtriuſq; ſexus familias, reſpicit deſcendentes,cũ igitur & de deſcendentibus,& de hæredibus ſit facta mentio; ſequitur quòd attenta opinione Pau. de Caſt. vtraq; qualitas eſt neceſſaria. Item Imperator in illa cõceſſione loquutus eſt de filijs,& hæredibus,vt patet ibi circa finem; videlicet, Aledramũ,cum filijs,& hrdibus ſuis: Propterea apparet,quòd vbi Otto Imperator locutus eſt de hrdibus, non intellexit modo illo vulgari, quia & de filijs

mētionem facit,& ſic doctr.Pau. de Caſ. facit pro parte, quam nos tuemur.

Conſilium Decij.

88 ¶ Et quia dñs Conſultor videt non eſſe tutum diſcedere à ſnīa Bar. ſequitur, dicens quòd & ſi in dubio, vbi ſit mētio de hæredibus, vtraq; qualitas requiratur; tamen hoc non eſt verū, vbi extant coniecturæ.c.glo.in l.ſi tibi.§.pactus.ff. de pactis. propterea deuenit ad conſiderandum plures coniecturas.

89 ¶ Prima quidem eſt ratione rei feudalis,& primogenituræ.

Reſponſio ad ſupraſcripta.

90 ¶ Et anteq̃ alias rationes referam, placet iſti,& demum vnicuiq; ex alijs ſingulariter reſpondere. Dico igitur, quòd prima pars iſtius primæ rationis, quia feudalis, non valet vnū obolum;& ſit venia verbo, quia & ſi natura feudi non ſit tranſire ad extraneos, non repugnat tamen, quin vltra quod ſit deſcēdens, debeat etiā eſſe hæres, ſi de hac qualitate facta eſt mētio, quia in feudalibus magis attenditur inueſtituræ tenor, quā propria natura feudorum. Bal.in c.1.de duob.fratrib.à capitaneo inueſtitis. vbi per illum textum, quem dicit perpetuò notandū, probat quòd tenor inueſtituræ derogat cuicunq; naturę feudorū, ad quod poſſent adduci multa, quæ breuitatis cauſa poſſunt videri in tractatu Cur.car.6.col.3. Aliàs data opinione dñi Conſultoris, diceremus quòd, vbi feudū concederetur pro ſe, & hæredib⁹; quòd ea ratione, quia feudū ſemper intelligeretur conceſſum deſcēdētibus, etiā quòd non eſſent hæredes, quod tamē eſt falſum; vt per Andr.de Iſern.in c.1.an agna.vel fil.vbi, ſi in conceſſione feudi eſt facta mētio de hæredibus, illud feudū eſt hæreditarium, nec agnatus poteſt habere tale feudū, niſi ſit hæres, quod latiſſimè proſequitur Alex.in conſ.19.col.1.& ſeq.in 5.vol.& Bart.hoc idē voluit in l. vt iuſiur.§.ſi liberi.ff.de operis liberto, elegantiſſimè notat Cur.in ſuo tractatu feudorum, cart.8.col.1.ver. quarto, ſub hac ſpecie; vbi dicit, quòd ſi agnatus decedit relicta filia, quæ ſuccedit in hæreditate, excluſo agnato; operatur, quòd agnatus, tanq̃ non hæres, non poteſt admitti ad feudum; & conſuluit idem Deci.in dicto conſ.208.n.7.cum ſequen.

91 ¶ Secundò, nihil valet ex alio, quia nō eſt feudum, vt latè etiā ſupra dictum eſt; Et quatenus etiam eſſet feudū, non eſt feudum propriū; & propterea ſuccedit fœmina; & per conſequens nulla ratio ſuadet, q̃ poſito, quòd itelligatur de liberis, quòd non intelligatur etiā de Violātide.

92 ¶ Secunda pars, quæ reſpicit primogenituram, ſimiliter nihil facit, ſtantibus ſup. adductis, eo, quòd nulla primogenitura tempore Aledrami eſt in cōſideratione, nec de iure, vt latè probatum eſt ſupra, nec etiam de conſuetudine, quia nulla conſuetudo probari poteſt.

Sequella conſilij Decij.

93 ¶ Secunda ratio dñi Conſultoris, quòd itelligatur de deſcendentibus tantum, & non hæredibus, quia veriſimile eſt, quòd voluerit conſeruare tam amplū patrimonium inter ſuos deſcendentes, & ad iſtū effectum ſufficit ſimpliciter, quòd ſit deſcendens, & alia qualitas, quòd ſit hæres nihil cōfert; immo potius impediret dictam conſeruationem, quia ſi defunctus eſſet implicitus debitis, deſcendentes forte abſtinerent; & ſic ſeruanda eſt interpretatio, quòd voluerit bona eſſe inter deſcendentes, non hæredes.

Reſponſio.

94 ¶ Similiter iſta ratio ſecunda minus valet, quia dum dicit quòd veriſimile eſt, quòd Aledramus voluerit hæc bona eſſe inter ſuos deſcendentes, iſte enim eſſet quidam appetitus vniuerſalis, iuxtà doctrinā Conſultoris; ſm̄ quam omnes contractus mundi, vel in magnis, vel in paruis ſucceſſionibus ſemper ita intelligerētur, quod eſt abſurdū, & minus eſt in cō-

95 ſideratione: quia mens non debet colligi ita vagè, ſed ex verbis ipſius diſpoſitionis, vt dicit Socin.in l.hæredes mei. §. cū ita.col.4.ff.ad Trebell. quod idē pulchrè voluit Curt.noue.in conſ.16. col.4. verſi ſecunda princip.vbi declarat verba Bal. in l.vnica.C.de his, qui ante apertas tab. Nec præſumpta uoluntas teſtatoris debet nimis ſubtiliter coniecturari, vt dixit

Cur. ſenior. in conſ.45.col.11. verſ.condeſcendamus.

96 ¶ Plus dicitur, quòd ſi licet uagè argumétari, quòd magis uerisimile eſt, quòd non acceperit cũ iſta ſeruitute, quia expediebat Aledramo habere potius rem expeditã ab omni ſeruitute, q̃ ita oneratam, & ſeruientem. l. gallus. in pluribus locis. ff. de liberis & poſthumis. Et ingenui hominis eſt habere rerũ ſuarum liberam facultatẽ. l. non vſq; adeo. ff. ſi quis à parente fuc. manumiſ. & facit l. in re mandata. C. mandati. & erat in facultate Aledrami ſua libera voluntate ſtatuere teſtm̃ condendo; & diſponere ꝙ illud amplum patrimoniũ ſtaret in eius familia, & ſic vtrique reſpectui potuit conuenientius prouidere.

97 ¶ Sed ne tam vagè argumentemur, ſed ex verbis ipſius conceſſionis, nonne dicitur in eadẽmet conceſſione, quòd ipſe Aledramus, & eius hæredes poſſint vendere, alienare, diſponere, & facere quicquid eorum decreuerit animus? quæ verba non poſſunt ſtare cum iſta præſumptione Conſultoris, quia illi in totum repugnant; & plura etiam alia verba extant, quæ ſpecialiter poſſent ponderari: Et hoc modo licet arguere à voluntate diſponentium, quando videlicet voluntas colligitur ex ipſis actibus, prout colligitur ĩ caſu noſtro, vt etiam dixi ſupra, allegando Socin. in §. cũ ita. item & Cur. nouel. in conſ. 16.

98 ¶ Præterea non eſt veriſimile, quòd voluerit prouidere deſcendentibus non hę redibus; eo quòd honor eſt habere hæredem. l. primo gradu. ff. quæ in fraudem credito. per quem text. Bal. in l. prima. col. 4. verſ. extra vlterius nota. C. ſi quis omiſſa cauſa teſtamen. vbi dicit, quòd honor eſt & conſeruatio famæ defuncti habere hæredem, nec poteſt repudiari hæreditas citra iniuriam defuncti, cùm agatur contra eius honorem, & eius perpetuam famam, vt dictum eſt ſtatim ſupra. Et ſic non eſt veriſimile, quod voluerit prouidere deſcendentibus ſimpliciter, cũ iniuria propria.

99 ¶ Nec eſt etiam verum, quòd ſi prouideretur & deſcendentibus, & hæredib⁹, quod iſte eſſet modus, quo iſtud patrimonium exiret de eius familia, quia reſpondeo, ꝙ non eſt verum, data vtraque qualitate, quia tali caſu ſatis eſt, ꝙ quis ſit hæres Aledrami, etiam ꝙ non eſſet hæres immediatè defuncti, cùm ſatis ſit, ꝙ ſit hæres primi, & non immediati; vt voluit Alex. conſ. 26. col. 4. verſ. nec obſtat etiam, in 5. vol. cum multis alijs, quæ poſſent adduci, quæ breuitatis cauſa omitto.

100 Item poſſet adire hæreditatem immediati, cũ beneficio inuentarij; quo caſu poſſet ſtatum retinere liberum à tali onere, etiã vltimi, prout verior iſta eſt opinio, at etiam probabo, ſi opus erit, & fatetur etiam dñs Conſultor.

Conſilium Decij.

101 ¶ Proſequitur dñs Conſultor tertiam rationem, quam ipſe appellat ſecũdam, quæ honore conſultoris poſſet omitti, quia nihil boni in ſe cõtinet: dicit enim, ꝙ ex præfationibus dignoſcitur mens, & intentio diſponentis. l. fina. ff. de hæredib. inſtitut. Et in prẹfationibus dicitur quòd id fit ob amorẽ Aledrami, & iſta ratio mouet ad dicendum, quòd concedatur deſcendentibus, non autem hæredibus.

Reſponſio.

102 ¶ Profectò non video, vnde trahat hãc ſuam tam extraneam fantaſiam: Quid enim commune habet, quod amor vni⁹ præſtet cauſam, quod concedatur magis pro deſcendentibus, quã pro hæredibus? Immo cùm ſolus amor fuerit cauſa finalis, ex hoc arguitur, ꝙ voluerit rem eſſe magis liberam apud Aledramum, quàm fuerit poſſibile, vt ſuadent verba conceſſionis; dum dicitur, ut ſicut hucuſq; iuri Regni noſtri dominio ſubmiſſa ſunt; ita amodo in antea præfati Aledrami dñio ſubdantur, & in eius ius delegantur, & omninò transferantur.

103 ¶ Item dicitur, ꝙ conceſſio illa, & donatio fuerunt factæ intuitu Adelaidæ Imperatricis, & iſta fuit cauſa finalis; nõ inficiamur tamen, ꝙ non conſiderauerit fidelitatem Aledrami, ſed vt patet in præfationibus; fuit interceſſio Adelaidis

Imperatricis, quæ præſumitur cauſa finalis.l.fin. ff.de hæred.inſtituen.

Sequella Conſultoris.

104 ¶ Sequitur alia ratio eiuſdem domini Conſultoris, quia deſcendentes, qui ordine ſucceſſiuo vocati ſunt, non poſſunt alienare in præiudicium ſequentis, vt ſupra probatum eſt; & ſi deberent eſſe hęredes, non poſſunt venire contra factum defuncti. l. cùm à matre. C. de rei vend. quod eſt contra intentionem agentium.

105 ¶ Et ita in ſimili caſu interpretatur Bal. conſ. 125. Viſo teſtamento. libro quarto. vbi dicit, quòd illa verba, & eius hæredes intelliguntur de deſcendentibus, licèt hæredes non ſint, quia ita ſe habet communis vſus loquendi. Et dicit iſtum intellectum eſſe verum, licèt aliqui contrarium dicant.

106 ¶ Confirmatur ex eo, quod dicit Barto. in d.§. etiam ſi parente. quòd quando fit mentio de hærede, in materia non tranſitoria ad hæredes, verbum, hæredes, intelligitur de deſcendentibus etiam non hæredibus.

107 ¶ Quare cùm materia noſtra ſit huiuſcemodi, propterea appellatione hæredum, veniunt deſcendentes, etiam ꝙ non ſint hæredes.

108 ¶ Item ex diſpoſitione contrahentium apparet, quòd Marchionatus iſte non erat tranſitorius ad hæredes extraneos deſcendentibus, exiſtentibus. Igitur &c. & ſubdit; & hoc expreſsè voluit Bartol. dum ad probandum concluſionem ſuã, allegat text. in l. ex facto. §. fina. ff. ad Trebellia. Et ſic intelligit illum textũ, quòd non erat tranſitorius ad hæredes extraneos, ex diſpoſitione eiuſdẽ teſtatoris. & ita in terminis Soci. conſiderat in dicto conſil. 57. col. 3. uerſic. præterea dicit Bart. ubi dicit, quòd iſta eſt optima conſideratio, & quàplura alia dicit Soci. quæ conferunt ad caſum noſtrum, ad quæ habeatur relatio.

Et ſic concludit, quòd deſcendentes intelligantur vocati vt deſcendentes, non vt hæredes; huculq; ſunt uerba Decij, ſeu ſummariũ: & anteq̃ deueniam ad alia, placet reſpondere ſupraſcriptis.

Reſponſio ad ſupraſcripta.

109 ¶ Reſpondetur igitur ad illam rationem, quòd deſcendentes, qui ordine ſucceſſiuo &c. quia negatur iſte ordo ſucceſſionis, & ſatis latè dictum eſt ſupra.

110 Item, dum dicit, quòd ſi deberent eſſe hæredes, non poſſent venire contra &c. ad hoc etiam fuit ſupra proximè reſponſum, & non repeto. Hoc enim quod dñs Conſultor dicit in hoc loco, dixerat etiã prius paulò ante, & reſpondimus, propterea non repeto.

111 ¶ Dum omiſſis rationibus idem Conſultor iterum redit ad deciſiones; & dum primo loco allegat Bal. in conſ. 125. in 4. volum. aliter non reſpondeo, quia non reperij illud conſilium in libro meo, & inquantum Bal. dicat id, ad quod allegatur, eſt contra communem opinionem, & contra id, quod conſuluit idem dominus Conſultor; & contra alia, quæ dicta ſunt ſupra.

112 ¶ Dum allegat Bar. in d.§. etiam ſi parente. reſpondetur, ꝙ Bar. exponit in materia non tranſmiſſibili ad hæredes extraneos, quod intelligitur de filijs, ſeu deſcendentibus; ſed an tales filij debeant etiam eſſe hæredes, Bar. non dicit, ſed dicit in d. l. ex facto. §. fin. vbi vult, quòd vtraque qualitas requiratur; & aliàs diceremus Bar. eſſe ſibi met contrariũ; quod non eſt dicendũ, cùm vnum dictum poſſit ab alio ſuppleri. liber enim librum aperit, & expedit iura iuribus concordare. §. quibus. prima conſtit. Cod.

113 ¶ Itẽ dum dicitur, ꝙ ex diſpoſitione cõtrahentiũ apparet, ꝙ Marchionatus iſte non erat tranſitorius ad hæredes extraneos, exiſtentibus deſcẽdentibus, ad hoc non puto expediens aliter reſpondere, cùm hæc verba ſint fundata ſuper radijs ſolis, qui nihil habent firmitatis.

114 ¶ Dum ponderatur dictum Barto. inquantum allegat tex. in l. ex facto. §. fin. reſpondetur, quòd Bart. vult, quòd appellatione hęredum veniant deſcendentes tantum, etiam quòd non ſint hæredes, quia id aliter intelligendo ſequeretur abſurdum. Et dicit veritatem, ſed videat quiſq;, quod abſurdum ſequatur

in

in propoſito, quod vtraque qualitas requiratur,& expediret hoc loco repetere multa de ſupraſcriptis, tamen breuitatis cauſa omitto. Nullũ enim in veritate reſultat, nec poteſt reſultare abſurdum.

115 ¶ Nec Soci. in conſ. 57. col. mihi 4. ver. præterea, dicit Bart. aliquid dicit ad propoſitum: Dicit enim tantũ, ꝙ in materia non tranſmiſſibili ad hæredes, veniunt tantũ liberi; ſed ꝙ & liberi non debeant eſſe hæredes, maximè vbi nulla alia coniectura ſuadet, nullum verbum dicit; & iſta eſt noſtra quæſtio principalis. Et quia vidi in ſupraſcriptis certa nimis cauilloſe extorta, pro firmo iudicaui, vel iſtud nõ eſſe cõſilium Decij, vel non cõuenire ei⁹ grauitati, ſed fortè eius decrepitiſſimæ ætati; etiam ꝙ in hac ætate viderim multa eius bona cõſilia per ſuam Excell. ædita; ſed fortè in hoc nimis ipſe, vel eius coadiutor affectate proceſſit.

Sequella conſilij Decij.

116 ¶ Viſo per dñm Conſultorem, ꝙ non requiritur, ꝙ Marchio Salut. ſit hæres, tēdit ad aliam reſponſionem, quòd dato, quòd requiratur, ꝙ ſit hæres, quod nihilominus põt probari, quòd eſt hæres ſaltem in re certa, quia bona aliqua tenet de ſucceſſione Aledrami; quod tamen hæres hæredis dicitur primi teſtatoris hæres. l. fi. C. de hæred. inſti. l. pater filiũ. §. de vulg. & pup. l. ſi quis filium. §. fin. ff. de acquir. hæred.

117 ¶ Et ſufficit eſſe hæredem in re certa Bal. in c. col. 5. de ſuc. feu. Bar. in l. vt iuriſiur. §. ſi liberi. ff. de oper. lib. & in conſ. 55. Dom. & in conſ. 60. Alex. in l. quædam. §. nihil. ff. de eden. & in conſ. 158. Conſideratis verbis. col. fin. 1. vol. & in conſ. 8. Viſis. col. 1. tertio vol.

Reſponſio ad prædicta.

118 ¶ Ad hoc fundamentum rñdetur, negando ꝙ poſſit probari, quòd aliquid iſti Marchiones Salutiarum habeant, quod fuerit Aledrami, & habeãt iure hæreditario Aledrami, & cũ hæc ſint facti, debēt probari. l. in bello. §. factæ. ff. de capti.

119 ¶ Et poſito, quòd aliquid immobile haberent, etiã ſi diceremus, prout dicit dñs Secundinus Conſultor eiuſdem Domini Marchionis Salut. quòd habet Marchio Salut. rñdetur, quòd ſñ hoc ceſſaret fundamentum primogenituræ, ſuper quo dñs Conſultor facit ſuum magnum capitale, & fortè propterea hoc ſilentio prætermittit, & multum bene comprehendi, quare non vtatur facto expoſito per Secundinum; quia veretur, ne ceſſet hoc ſuum potiſſimum fundamentum, prout ceſſat, ſtante tali diuiſione.

120 ¶ Secũdò reſpõdeo, quòd & ſi ſufficiat, quòd quis ſit hæres in re certa, tamen nõ ſequitur, quis poſſidet rem certam, ergo poſſidet tanꝗ hæres in re certa, cùm aliter, & alio modo poſſit habere; Immo neceſſe eſt, quòd habeat particulari titulo; ſi & inquantũ ſucceſſio deferretur iure primogenituræ, vt de ſe ſatis notum eſt, ſtante quòd Thetes non fuit primogenitus, etiam ſecundũ partem aduerſã in conſil. Secundini.

121 ¶ Tertiò non eſt ſimplr, & ſñ omnes verũ, quòd ſufficiat, quòd ſit hæres in re certa, cùm immo ſñ aliquos ſit neceſſe, vt quis ſit hæres vniuerſalis, vt dicit Cur. ad quem me remitto pro nunc, quia non intendo decidere præſentem articulum. in conſ. 82. col. 5. & 6.

Conſilium Decij.

122 ¶ D. Conſultor deſcendit ad aliã reſponſionem, quòd illud, qđ dicitur, quòd quis debet eſſe hæres, & quòd aliter non admittatur, intelligitur vbi poteſt, ſecus aũt vbi non fuit delata. ita Iac. Aluar. poſt Iacob. de Belui. & Bal. ibi in c. 1. col. 5. verſ. ſubſequēter addas. an agn. vel fil. & Bal. ĩ c. 1. de ſucceſ. feu. & ita alias aſſerit, ſe dixiſſe in conſ. 208. Ad clariorem. in fin.

Reſponſio.

123 ¶ Ad hoc reſpondet, quòd vbi feudum eſt ſtipulatũ pro hęredibus, vel poſſint eſſe hæredes, vel non, nunꝗ tamen quis admittitur, & potius aperitur via dño, quã quòd quis admittatur, niſi ſit hæres; & iſta eſt vera opinio, & de hoc loquutus ſũ ſupra; & conſuluit Deci. vt dixi ſupra cõſuluit Alex. conſ. 19. in 5. vol. & in infinitis conſilijs: Et hanc partē tenuit, vt dixi ſupra Curt. in d. tract. car. 8. col. 5. de quo etiam memini ſupra. Et propterea Deci. in conſ.

in conſ.208.in fi.in 3.vol.vel in caſu ſuo intellexit, vt dictũ eſt ſup. vel errauit ibi, put et errauit in hoc loco. Et ſi nõ putárẽ tędio afficere lectores, ſuper hoc articulo facere pulcherrimam doctrinam, prout alias feci, quia hucuſq; per aliquos facta non eſt, ſed rei materia, & longitudo cõſilij hoc non expoſtulat.

Sequella Dñi Decij.

124 ¶ Sequitur quinta principalis rñſio Decij. ſm And. de Iſer. quem ſequitur Alua. in c.1. an agn. vel fil. ver. idem addas. vbi dicit, quòd deſcẽdentes adeant hæreditatem, cũ beneficio inuentarij, quia tunc retinebunt feudum liberũ, dato, quòd nihil remaneat in hæreditate. l.fi.C. de iure delib. quo caſu regula, quòd hæres nõ poſſit cõtra facta defuncti, non habet locũ confecto inuentario. ſm Bal. in l. qui ſe pris. col.10. ver. item quæritur. C. vñ leg.

125 ¶ Et non eſt inconueniens, quòd tali caſu hæres contraueniat facto defuncti, vt ipſemet dixit in conſ. 185. col. 4. ver. nec obſtat.

126 ¶ Et quòd, quando quis ſuccedit ex ꝑſona propria, poſſit venire contra factum defuncti. Bal. not. in l. 2. C. ſi quid in frau. patr. & in l. 2. C. de inoff. do. Soci. conſ. 93. & conſ. 15. col. 4.

127 ¶ Quare in caſu noſtro ſi hæreditas eſt delata Marchioni Salut. poterit adire cũ beneficio inuentarij; & ſi nõ eſt delata, poterit conſequi Marchionatum, etiã quòd non ſit hæres.

Hucuſq; ſummarium dñi Decij, reſponſio.

128 ¶ Et ad hanc quintã rñſionem breuiter replicatur, quòd neutrũ iſtorum põt ꝓcedere. Primò, quòd adeat hæreditatẽ, ſiquidẽ loquitur de hæreditate parentũ Marchionum Salut. & ſuppono iam diu fuiſſe aditam, & per cõſequens excluditur à beneficio inuentarij per 90. dies, & iam lapſi ſunt anni, & anni, tale enim eſt tempus ad inuentarium inchoandum, & perficiendũ. ita eſt text. in l. fi. C. de iure

129 delib. vbi glo. & Doc. Si verò loquimur de hæreditate Marchionis Ioan. Georg. ea nõ poteſt per Marchionẽ Salut. adiri hæreditas, cùm Marchio Salut. diſtet lõgiſſimo gradu, & ſucceſſio hæreditatum nõ deferat vltra decimũ gradum. §. hoc loco & illud Inſtit. de ſucc. cog. Item, cũ extet Illuſt. Duciſſa, quę diſtat à Ioann. Geor. tertio gradu. ſm computationẽ iuris ciuilis. & eſt tex. in §. tertio gradu. Inſtit. de grad. ipſe neceſſariò excluditur. Nec valet conſequẽtia, nõ poteſt eſſe hęres, ergo admittitur ad feudum, etiam ꝙ non ſit hæres, quia in feudo habito ꝓ ſe, & hæredibus, non valet conſequentia, vt probaui ſupra ſatis proximè, & declararem latiùs, ſi daretur ocium.

Sequella conſilij Decij.

130 ¶ Reſpondet & ſexto loco dñs Decius, quòd pluries fuit ſeruatum, quòd Marchiones Mõtisferrati repudiarunt hæreditatem; & tamẽ tenuerunt Marchionatũ; & quod minimè mutanda ſunt, quæ certã habuere interpretationem. l. minimè. ff. de leg. Et verba dubia declarãtur. l. hæredes palam. §. quod vero. ff. de teſta. l. ſi ſeru⁹ pluriũ. in fi. ff. de legatis primo.

Reſponſio.

131 ¶ Ad quã ſextam rñſionem replicatur, quòd inter illos de domo Saxona, nunq̃ reperitur aliquẽ repudiaſſe hæreditatẽ, & agnouiſſe Marchionatum; & licèt in domo, & familia Paleologa reperiatur id fortè bis fuiſſe actum, tamẽ potuit id fieri, ſtante quòd & ſi repudiauerint hæreditates fratrũ, tamen erant hæredes parẽtum. Et quatenus etiam repudiaſſent hæreditatẽ parentum, hoc non facit ad propoſitũ, ſtante quòd fuerunt inueſtiti, nã dñs potuit illos admittere, etiã quòd non eſſent hæredes, cùm alicui ob id nõ faceret præiudicium.

132 ¶ Itẽ ſi dñs Conſultor argumentatur ab iſtis caſibus, qui fuerũt inter Paleologos; quanto magis dicendum eſt, quòd non ſint mutanda, quæ in perſonam Violantidis cõtingerunt, quæ valde diù fuerunt, quã dicta prætenſa repudiatio.

133 ¶ Præterea qui repudiarunt, quæ fierunt habere inueſtituram ab Imperatore, quis tali caſu potuſt tales repudiantes inueſtire, cũ nihil obſtaret, & ſic poteſt fateri, quòd iſtud non habuerunt iure conceſſionis Ottonis, ſed nouæ inueſtituræ, quę

illi fortè potuiſſet cẽſeri. Fortè enim cõſtitutũ fuit feudum per Paleologos, qui per plures inueſtituras habitas fortè præſumuntur recognouiſſe ex certa ſcientia, & fortè dicetur ſuo loco.

Sequella conſilij Decij.

134 ¶ Sequitur dñs Conſultor ſeptimo loco, reſpondendo, ꝙ poſito, ꝙ vtraq; qualitas requiratur, tamen hoc intelligitur ordine ſucceſſiuo, vt primò ad deſcendentes hæredes deferatur; ſecundò his deficiẽtibus ad deſcendentes nõ hæredes; ratio enim ordinis ſucceſſiui attenditur, vt in l. gallus. §. quidã rectè. ff. de lib. & poſthu. Ratio eſt, quia dato, ꝙ acquirens cogitaſſet de deſcendentibus hæredibus; tamẽ non eſt veriſimile, ꝙ cogitaſſet, ꝙ illis deficientibus, non ſuccedant etiam deſcendentes, etiã quòd non eſſent hæredes, potiusꝗ̃ extraneos, & maſculos deſcendentes agnatos potiusꝗ̃ fœminas; igitur ſicut ibi ordine ſucceſſiuo potius maſculi, quã fœminæ admittuntur, vt ſupra viſum, & probatum eſt, Ita prius deſcendentes hæredes, & illis deficiẽtibus deſcendentes non hæredes, ex veriſimili mente.

Reſponſio ad prædicta.

135 ¶ Ad hæc reſpõdetur, quòd verũ eſt, ꝙ Bart. in l. gallus. in §. quidẽ rectè. ff. de lib. & poſthu. voluit quòd ordo charitatis debeat attendi; ita quòd inſtitutio facta de filio, & nepote, intelligatur ordine ſucceſſiuo, tñ contra Bart. tenẽt cõiter Doct. vt refert, & cõtra Bart. tenet Alex. ibi, qui tunc, & eo tñ caſu vult, ꝙ ordo charitatis ſeruetur cũ concurrit neceſſitas, quia tali caſu inſtitutio præſumitur iuxtà, & prout ſuadet neceſſitas; & ponerẽ exempla, ſed me nimis lõgiorem redderem. Poteſt enim videri, an dicat, quod dicit Decian ego, & quiſq; videbit, quòd dñus Conſultor allegauit hoc loco deciſionẽ reprobatam, & ſi ipſe allegat Bart. ꝓ ſe, & ego allego alios Doct. pro me; dũ cõ-

136 muniter reprobant Bar. & poſito quòd opin. Bar. eſſet vera, termini tamen ſunt valdè diuerſi, quia ibi filius nõ poteſt eſſe nepos, nec è cõtra, ſic idẽ filius põt eſſe filius, & hæres, & nulla ratio ſuadet, quòd hæc qualitas ſit ſine ſuo ſubiecto, & à diuerſis non ſit illatio vulgata. l. Papinian⁹. ꝯ minori. & iſta rõ eſt ſolius Decij, nulla lege, vel auctoritate approbata; & hoc agere, eſt potius attribuere ſibi auctoritatẽ legis condẽdę ꝗ̃ exponendę.

137 ¶ Reſpõdetur etiã, & ſecundò quòd poſito, quòd prima rñſio dñi Conſultoris eſſet ſufficiens, quia tamen idem dñs Conſultor ſupra voluit hunc ordinẽ eſſe ſeruandũ, videlicet quòd primò maſculi, ſecundò fœminæ; hic autem vult, quòd primò hæredes, ſecundò non hæredes hoc ordine ſuccedãt: Propterea nõ ab re mõ quærit, ſuppoſitis pro veris dictis opinionibus, quid dicendũ ſit in caſu noſtro, in quo reperitur fœmina hæres, & prætẽſus tranſuerſalis maſculus non hæres. Et cũ dñs Conſultor non fundat intentionem ſuam, quòd fœmina hæres excludatur à tranſuerſali nõ hærede, qui non admittitur niſi in ſubſidium, ſuper enim dicto poteſt fundamentũ modicum fieri; debebat enim fundare intentionem ſuam ſuper eo, an fœmina hæres poſtponatꝛ ab extraneo non hærede, cùm in quolibet caſuũ ſuprascriptorũ conſideretur ordò.

138 ¶ Tertiò reſpõdetꝛ, quòd dñs Cõſultor fundat ſe ſuper præſumpta mente Aledrami, quod mihi videtur ſatis incongruũ & incõueniẽs, cùm Aledramus ĩ illa conceſſione nihil fecerit, quare conſideranda eſt tantum, iudicio meo, mens Ottonis, qui conceſſit, non Aledrami, qui nihil facit; propterea attenditur in inter-

139 prẽtatione magis mens concedentis, ꝗ̃ recipientis. Et propterea Bal. in c. hoc quoq;. col. 2. ver. item ius formale. de feudi ſuc. dicit quòd feudũ magìs acquiritur beneficio concedentis, quã recipientis.

140 ¶ Quartò, vel arguamus à mente Aledrami, vel à mente Ottonis; dicitꝛ quòd ex verbis cõceſſionis cogitauit magis de hæredibus, quã de deſcendentibus, per plura verba eiuſdẽ conceſſionis, maximè dũ pluries de hæredibus facta eſt mẽtio. Item, quia in ceſſionẽ fuit data facultas diſponendi, & faciendi quicquid eorum decreuerit animus, quo fit, vt videatꝛ cogitatũ de hæredibus magis, quã de alijs.

Hęredes

Hæredes enim ex teſtamento habent explicitam voluntatem defuncti,vt de ſe patet,hæredes etiā ab inteſtato habēt tacitam.l.conficiuntur.§.1.ff.de codi. Soci.conſ.292.col.2.ver.ſecundo principal'r.ī 2.vol. quam expreſſam,vel tacitam non habet deſcendens,qui non eſt hæres.

Sequella conſilij Decij.

141 ¶ Octauo loco reſpondet dñs Conſultor,& regiſtro hic verba formalia, videlicet octauo,& vltimo: Reſpōdetur principaliter,q̃ præfata diſpoſitio,quòd vtraque qualitas requiratur in caſu noſtro, nō habet locum ex alia ratione,quæ oēm difficultatem abſtergit, quia in conceſſione datū fuit Aledramo ad vtriuſq; ſexus familias,& ſic ſimpliciter vocauit deſcendentes non hæredes; quo caſu ſm omnes non requiritur iſta qualitas,quòd ſint hæredes. Ergo ſequit' quòd declaratio ad ſequentia pro ſe,& hæredibus, qđ intelligitur de deſcendentibus,nō quòd debent eſſe heredes,quia vna pars per aliā declaratur.l.qui filiabus.ff.de lega. 1.

142 ¶ Et verba debent intelligi ne cōtradicāt.c.inter dilectos.§.cæterum.de fide inſtru. Abb.in c.cùm eſſes. de teſta.

143 ¶ Nec præſumitur,ita ſtatim aliter voluiſſe.l.nā ad ea.ff.de condi.& demon.

144 ¶ Itē,quia verbum,hæredibus,eſt equiuocū ad plures ſignificatus. Soci.cōſ.249.col.10.ver.hanc concluſionem.

145 ¶ Item verba præcedentia ſunt expreſſā & determinata: Ideo ſequentia declarātur Bal.poſt Cyn.in l.legatorum petitio.§.fi. in fin.ff.de lega. 2.Bal.Imo.& Mod. in l.cohæredi.§.qui diſcretus.ff.de vulga.& pup. Et hæc ſunt, quæ ponit Dec.in hac ſua vltima reſponſione.

Reſponſio.

146 ¶ Ad quorū ſingulorum reſpōſionē cōdeſcendo: Et primò,dum ponderat verbum,ad vtriuſq; ſexus familias,quod denotat,quòd deſcendentes poſſint ſuccedere abſq; eo, quòd ſint hr̄des, hoc quidem non trāſit ſine admiratione: Eo, q̃ ſupra enixus eſt ꝓbarē, quòd iſta verba nō concernunt perſonas,ſed res; quā re ſtante vnuſquiſq; poteſt videre quāta ſit variatio in hoc conſilio, quia modò iſta verba,ſecundū Cōſultorem, intelligunt vno modo,& modò alio contrario.

147 ¶ Item in alio loco dixit ſupra,quòd vbi ſit mentio de deſcēdentibus, & hæredibus,quòd vtraq; qualitas requiratur,modò dicitur quòd vbi primò ſit mentio de familia,quo caſu veniūt liberi,quòd verbū,hęredibus,ſequens,declaratur,per ꝓcedens, quare neſcio,vnde orta ſit in tanto viro hæc variatio eodemmet tēpore. Sed non ſufficit mirari,niſi ēt reſpōdeamus: Et propterea dico,quòd ſtāte,quòd non ſit feudū, quòd ꝓpterea nec pōt haberi in cōſideratione ius primogenituræ.

148 ¶ Et poſito quòd eſſet feudū, eſt feudū fœmineum propter illā verba,vtriuſque ſexus,per quæ fęmina concurrit cum maſculo,ſm opin.Aret.& aliquorum aliorū, de quibus ſupra: Et licèt hoc non ſit multum tutū,tamen,eo ſtante,quòd ſit feudum impropriū, ꝓculdubio admittatur cōcurſus,vt ſimiliter ēt probatū eſt ſup.

149 ¶ Dum dr̄,quòd iſtud verbum hęredibus,declaratur per verbū familias; dicit' quòd immo non eſt ſuperfluum, cùm vtrūq; poſſit ſtare ſimul, & quòd ſint de deſcendētibus,& de hæredibus, quòd vt aliquid operentur, faciunt,quòd vtriuſq; qualitas requiratur,ſecundū Paul.de Ca. in l.ex facto.§.fin.ſupra ſæpe allegato.

150 ¶ Alias ſequeretur,quòd iſta verba,pro ſe & deſcendentibus hæredibus,ſemper intelligerentur pro deſcendentibus tantum,quia ſic illud verbum deſcendentibus tantum præciſum fuerat,quod verbū hæredibus intelligeretur de deſcendentibus tantum,etiam quòd non eſſent hęredes,quod eſt contra communem opinionem,de qua in d.§.fin.

151 ¶ Dum dicitur quòd ita debet intelligi,ne contrarietur; & præſertim ſtatim reſpondetur,quòd iſtud non eſt contrariari,ſed addere; ſicut etiam videmus,
152 q̃ contra ſnīam nō poſſunt opponi exceptiones peremptoriæ.l. ad perēptorias. C.de ſen. reſcin. tñ poteſt opponi de iuribus inuentarij, quia id non eſt venire cōtra ſnīam,ſed præter,quia ſtant ſimul, quòd ſnīa ſit iuſta, & quod nihilominus quis velit contra eam vti beneficio inuētarij.

tarij. Bal. ī l. peremptorias. C. ſent. reſcin. non poſ. Doct. in l. tancinius. §. in computatione. C. de iure delib. per Bar. in l. Nēſenius Apollinarius. §. inſolidum. ff. de re iudi. Ita in propoſito dicere, ꝙ ſpectat iſtud ius deſcendētibus, nō eſt contrariari, ꝙ debeant eſſe hæredes, quia ſtant ſimul, quòd quis ſit deſcendens, & hæres.

CONSILII XIII. TERTIA PARS, Excell. D. Nicolai Aliprandi, Mantuani Senatoris.

1 Seqvitvr idem Deci. ſubdendo, quòd nō obſtat allegata pręſcriptio Paleologorū, cùm poſſederint longiſſimo tpe cum titulo, & inueſtitura, c. ſi quis per triginta. ſi de feu. fue. controu. inter dom. & agn. & per reg. l. ſicut. & l. omnes. & l. ſi quis. C. de præſcrip. 3 o. annorum.

2 ¶ Et non ſolùm, quia iſta præſcriptio eſt longiſſima, immo tanti tpis, quòd nō eſt memoria in contrarium, quæ pręſcriptio habet vim conſtituti. l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quoti. & æſti. cū ſimil. quæ nota ſunt.

3 ¶ Ad iſta enim dñs Decius rñdet, quòd huic moderno Marchioni nulla pręſcriptio obſtare poteſt, quia, vt ſupra viſum eſt in primo principali fundamento, quilibet ex deſcendētibus limitatum habet dñium, & finitur cum morte cuiuſlibet, & ſequens in gradu ex propria perſona vocat. Ideo nullus deſcendens alij ſucceſſori præiudicium afferre poteſt, vt dixit latius dixiſſe in ſuo primo conſilio, ſubdens Aluar. pulchrè tradidiſſe in §. quoq̃3. col. ſi. ver. quæro ab extra. de ſucc. feud. vbi quęrit, an præcedens poſſit nocere ſucceſſori. & ſm And. de Iſer. rñdet, quòd non, quia mortuo conſentiente, vel negligente, ſequens in gradu, qui ex ꝓpria perſona admittitur ſuccedit.

4 Et iſta negligentia reuocari potuit, etiā, quòd tpe alienationis non eſſet natus, vel conceptus. arg. l. ſi cogna. de reb. dub. l. placet. in fi. ff. de lib. & poſthu. l. qui in vtero. ff. de ſtatu homi. l. 2. C. de liber. & eorum lib. l. 2. ff. de leg. 3.

5 Et ratio eſt, quia prouiſio eſt gñalis oībus deſcendentibus; ideo remanere debet ī columis. l. 3. ff. de īterdic. & relega. & datur iſtis naſcituris, poſtea venientibus ex perſona propria, vtilis vendicatio. l. 2. & 3. C. de dona. quæ ſub modo.

6 Ex qua re infertur, quòd ſi non potuit expreſſè præiudicare, minus poteſt tacite. l. qui ad certum. C. locati.

7 Et pręſcriptio longiſſima eſt fundata in odiū negligentiū. ſm Bar. in l. ſequitur. §. ſi viam. ff. de vſucap. Propterea nō poteſt naſcituris nocere, cùm aliqua culpa non poſſit aſcribi non conceptis.

8 Et hinc eſt, quod dicit, quòd nō valenti agere nō currit præſcriptio. l. 1. in fin. C. d anna. except. l. 1. in fin. C. de bon. mater.

9 ¶ Et confirmatur ſm eundem Deci. ex doctr. Bar. in l. Senatuſconſultū. col. 2. ver. quæro hic. de offic. præſi. vbi quærit, an impedito currat pręſcriptio; & concludit, quòd qñ impedimentum eſt ꝑ parte agentis, ſeu agere debentis, omninò impeditur, & tale impedimentum impedit præſcriptionem inchoatā, vel inchoandā. alleg. tex. in l. 1. §. fin. C. de anna. excep. Si verò non impeditur agere, ſed cōmodè agere poteſt, etiam tunc currit ꝑſcriptio; cùm igitur naſcituri non poſſint agere contra naſcituros, non poteſt currere præſcriptio.

10 ¶ Adducit etiā text. in l. cū notiſſimi. §. illud autem. C. de præſcrip. 3 o. vel 4 o. ann. vbi dicit, quòd illa pręſcriptio ſolū aſſumit initium poſt conditionis exitum, & euentū diei certæ, vel incertæ, quā ante agi non poteſt. Ergo reſpectu naſciturorum, qui prima quaque die naſcuntur, ius quæritur ex prouidentia illius antiquiſſimæ

quiſſimæ conceſſionis; præſcriptio nulla incipere poteſt.

11 ¶ Et ſi qua præſcriptio contra præcedētes deſcendentes ab Aledramo obſtat, illis tm̄ obſtat pro tempore, quo ſunt dñi, videlicet, durante vita tantū. Nam ſicut qñ expreſsè aliquid agunt, durante vita ſua, ſolū obtinet, quod actum eſt; ita negligentia reſpectu præſcriptionis nocet tantum illis, & non naſcituris, qui ex ꝓpria perſona vocantur.

12 ¶ Et dicit idem Decius, id confirmari ex dictis per Abb. conſ. 101. in q. quæ vertit. col. 2. in 2. dubio. vbi non currit præſcriptio centū annorum, ſi pro tanto tēpore durauit impedimentū, quia præſcriptio inducta eſt in odiū negligentis. l. 1. ff. de vſuc. & ibi in caſu Abb. erat impeditus agere ꝓpter quaſdā intimationes factas à ſummo Pōtifice, & ibi etiā d. Abb. adducit alia adminicula, quæ dicit conferre.

Reſponſio ad partem conſilij Decij.

¶ Proſequitur & alia idē dñs Decius etiā circa iſtam materiam, verū, quia concernunt alia q̄ natiuitatem, poſtea ſecutam, propterea placet præfatis particulariter reſpondere, quibus explicitis, ſtatim deueniemus ad ſequentia.

Et quia ſuū potiſſimum fundamentū in hoc articulo eſt, quòd Marchioni Franciſco debetur hæc Marchia iure ſuo, & quod propterea cū ipſe adhuc natus non eſſet, non pōt contra eū probabiliter tractari de pſcriptione iuribus ſupra alleg.

13 Rñdetur hanc ſuā concluſionē eſſe maniſeſtiſſimè falſam pluribus reſpectibus.

14 ¶ Et primò, quia præſcriptio 30. annorū, in feudis regulariter excludit quoſcunq; vt eſt tex. apertus in c. 1. §. ſi quis per 30. ſi de feud. fuer. controu. inter dom. & agn. ita clarè voluit d. Alua. allegatus fortè inaduertenter per dñm Conſultorē partis aduerſæ. in c. 1. §. hoc quoq;. col. pen. ver. ſed verū contra eos. de feud. ſuc. qui clarè vult, quòd vbi ceſſat reſpectus regulæ, q̄

15 habet, ꝙ quæ nō ſunt alienabilia, præſcriptibilia etiā non ſunt, quòd tali caſu valet præſcriptio contra naſcituros, & iā natos; & ſic in effectu Alua. ibi vult nullā inter natos, & naſcituros eſſe differentiā, vt quiſq; ibi oculus magis mentis, q̄ corporis videre poteſt; hinc infert Alua. quòd ſi tertius alienauit, in quē non fuit prohibita alienatio, quòd tali caſu præſcriptio procedit cōtra naſcituros: & ſic Aluar. clarè vult, quòd præſcriptio procedat contra vaſallū, & indiſtinctè noceat etiā naſcituris; & ſic non ponderat, quòd naſciturí potuerint agere, & quòd propterea nō valenti agere, non currat præſcriptio, de qua re dicemus infra.

16 ¶ Hanc etiā concluſionē (& loquimur ēt reſpectu naſciturorū) tenuit clarè Curt. ſenior. in conſ. 82. col. 4. vér. & ſi opponatur amice. qui dicit eſſe cōem ſniam, & quā eandem tenuit etiā Franc. Balb. etiā in eiſdemmet terminis, in ſuo tract. præſcript. car. 35. col. 1. ver. octauo quæro. & eſt ſub n. 62. qui ita ipſe ſequitur Alua. in dicta ſua opinione, quæ eſt in totum difformis ab ea, quæ eſt dñi Conſultoris, q̄ fundat̄ ſuper eo, quòd præſens Marchio ſuccedit iure ſuo. Et cùm ipſe nō potuerit agere, & cū non eſſet in rerum natura, quòd non potuit contra eum currere præſcriptio, quod eſt in totum alienum à mente ſupraſcriptorum.

17 ¶ Hæc eadē opinio probatur elegāter ex his, quę voluit Pau. de Caſt. in l. fi. §. ſed quia noſtra. col. 3. ver. aduerte tñ ad vnū. C. cōia deleg. qui dicit, quòd ſi prohibitus alienare vendit, tali caſu emptor ꝓhibetur præſcribere; eo quòd alienatio erat ex toto nulla; ſed ſi tertius, qui non fuit prohibitus, vendidit rē ab alio prohibitā alienari, eo tali caſu valet alienatio, tanq̄ venditio rei alienæ, & præſcribitur etiā præſcriptione longi temporis contra fideicōmiſſariū; qui tamen fideicommiſſarius non minùs ſuccedit iure ſuo, quā feudatarius, vt ſtatim infra dicetur. Si autem loquimur de præſcriptione longiſſimi tpis, dicit ipſe Pau. quòd hoc non habet dubiū, quia etiam ſi ipſamet perſona prohibita alienaſſet, valet indiſtinctè alienatio; & dicit ita conſuluiſſe, & alleg. etiā Pet. & Cy. in l. fi. in 6. opp. C. in quib. cau. in integ. nō eſt neceſſ. & ſubdit Pau. hęc eſſe menti tenenda, quia ſunt ſubſtātialia, & d. Iaſ. ibi, col. 3. verſ. 3. Principaliter

nota;

nota; dicit q. vbi alienatio fit ab alio, quã à prohibito, q. præſcriptio currit etiã ad præiudicium fideicommiſſarij. Et dicit nota, quòd eſt bona, & vtilis limitatio, & iſta decidit caſum noſtrum, cùm ſit generalis etiam ad naſcituros.
18 ¶ Iſtã concluſionem meli⁹ cęteris declarat Corne. in conſ. 104. car. 4. col. 1. ver. vltimo dictus reus & c. cũ ver. ſeq. & maximè in ver. eſt ergo ratio. in 3. vol. & pro
19 intelligentia dictorũ per Corne. ſupponendũ eſt primò, quòd fideicõmiſſarius vocatur ſuo iure, & virtute teſtamenti, & teſtatori ſucceditur non grauato. l. coheredi. §. cũ filiæ. ff. de vulg. & pup. non minus, prout facit feudatarius, qui ſuccedit iure ſuo, ex prouiſione primi diſponẽtis, non vltimi decedentis, vt dicit conſules, qui dicit, q. feudatarius ſuccedit iure ſuo, quo ſuppoſito, venio ad auctoritatẽ Cornei, qui dicit duo, videlicet, quòd contra fideicommiſſariũ currit præſcriptio lõgi tpis. Item, ſi tertius alienauit, & non prohibitus quòd præſcribens indiſtinctè, & ſic pſcriptione longi temporis, acquirit dñium tã ad preiudicium hęredis, qui dè preſenti eſt, quã etiam ad præiudicium fideicõmiſſarij, qui, vt ſupra dictum eſt, iure ſuo ſuccedit. Et quia videtur, quòd ob id nõ poſſit fieri, videlicet, quòd præiudicet fideicõmiſſario, qui agere nõ potuit, cũ adhuc non euenerit conditio, nec dies: Et ſic videt, quòd obſtat ratio, quòd nõ valenti agere, non currit præſcriptio, propterea rndit ipſe Corne. & quia verba Corne. non pñt eſſe magis ad propoſitum, & ſi cõiter habeatur, tamen contra morẽ meũ decreui formaliter verba referre, qui loquens de præſcriptione dicit, & auocatur tunc dñium ab eo, qui tunc tẽporis eſt dñus, prout eſt hæres, vel alius rogatus de reſtituendo: et hoc legis diſpoſitione, non ex diſpõne rogati de reſtituendo, quòd aũt iſtud dñium, eueniẽte poſtea cõditione, auferat ab eo, qui pſcripſit, & qui illud nõ habet à rogato de reſtituendo, non cauetur iure: nec ratio id ſuadet, nam licet fideicommiſſarius dicat, nõ currit præſcriptio aduerſus me, quia agere non poterã: Reſpõdetur, ego non pręſcribo aduerſus te, ſed præſcribo dñium aduerſus dñm præſentẽ; & illud quęſitum non dicitur auocari à te, qui nunq̃ illud habuiſti, & modò ſuccedis in locũ hæredis. l. qui quadraginta. & l. poſtulantẽ. ver. ſanè. ff. ad Treb. ideo ſi hæres nõ eſt dñs tempore reſtitutionis, nec tu ſis dñs, qui ſuccedis in locum eius. Ponamus enim, quòd hæres nunq̃ quæſierit poſſeſſionẽ, vel ſi quęſiuit, illa amiſit ſine facto, vel culpa ſua, alius poſſedit longiſſimo tẽpore bona fide, & ipſe pręſcriptio ne quęſiuit vtile dñium. Euenit poſteà conditio fideicõmiſſi, dicetne quiſpiam, quòd tranſeat dñium in fideicommiſſariũ, ita quòd lex auferat ab eo, qui illud habet, & qui nihil habet agere cũ fideicommiſſario? profectò ratio non ſuadet, nec iura vrget. Hucuſq; ſunt verba Cornei, quę nõ poſſent magis pulchrè decidere caſum nrm; Præſcriptio enim ĩ caſu noſtro fuit facta contra poſſeſſores, & ſic contra viuentes de familia Thetis, & propterea Paleologis fuit acquiſitũ dñiũ, quod ab eis ſine facto eorum auferri non poteſt per modernũ Marchionem Salut. qui eo dñio caret propter præſcriptionẽ factam contra auctores ſuos, non contra ipſum, cũ tamen ipſi noceat, nec quiſpiã ob id credat, quòd aſſeram Thetem Aledrami deſcendentem, maximè per lineam maſculinam.
20 ¶ Sed aduertendũ, quia poſſet quis dicere, caue, quia ſupraſcriptorum iuriũ, & auctoritatum poteſt fieri retorquutio, eo quòd Theodorus non habuit titulũ ab extraneo, immo habuit à Violantide, q̃ habuit à Ioanne vltimo lineæ Saxonæ, qui non potuit alienare, & tamen alienauit ſuo teſtamento; cui rei ſi reſpondebitur, prout reſpondebo, erimus in aperta deciſione Cor. quæ eſt notabiliſſima.
21 ¶ Propterea dico, quòd nos nõ ſumus in pręſcriptione longi tẽporis, immo 200. & 25. annorũ; & ſic tanti tẽporis, cuius initij memoria non eſt in contrariũ: De qua re, & de cuius priuilegio habetur in infinitis locis, & per nos in pręcedenti conſilio, & per cęteros nros Doc. conſulentes in hac cauſa, qui de hac re amplè locuti

ſunt; & in quibus terminis Corn.& Paul, & alij admittunt, quòd etiã contra non valẽtẽ agere currat præſcriptio longiſſimi temporis, quanto igitur magis præſcriptio, cuius initij memoria &c.

22. ¶Secundò rñdeo, quòd Theodorus non habuit à Ioanne Marchionatum, immo habuit ab Henrico Imperatore, non tãq̃ vocatus à Ioanne, ſed de gratia ſpeciali, remittendo eidem quaſcunq; cauſas deuolutionis; & ſic Theodorus habuit titulũ ab Imperatore, & ſic non habuit, à Saxonis prætenſe prohibitis alienare, & grauatis reſtituere. Vnde virtute illius tituli, proculdubio potuit pręſcribere etiã pręſcriptione 10. vel 20. ann. inquantũ non obſtaret tex. in §. ſi quis per triginta; quare ſic dicemus, vel quòd ſucceſſio (vt nos dicimus) verè ſpectabat ad Theodorũ per mortem Ioan. & Marchio Salu. in totum excluditur, vt de ſe patet; aut ſucceſſio (vt etiã facilè fateri poſſumus) non erat ad eum Theodorũ deuoluta, ſed ad dñm; & pariter Marchio Salut. in totum excluditur, vt conſequentia eſt manifeſta; aut ſucceſſio, quod non admittimus, immo aperto ore inficiamur, ſpectabat ad Manfredũ tunc Marchionem Salut. Et cùm Imperator Henricus inueſtiuerit Theodorũ, etiam quòd mens Henrici, vt etiã præſumitur, non fuerit derogare iuribus tertio competentibus; tamen dedit titulũ inueſtituræ feudalis, qui titulus eſt habilis ad pręſcribendum d. §. ſi quis per triginta. per conſequens pręſcriptio fuit cõpleta per Theodorum contra Manfredũ; & per conſequens poteſt dici, quòd Manfredus deſierit habere feudum, non propter inueſtiturã Henrici, ſed per pręſcriptionem; & ſi ipſe, & deſcendentes deſierunt eſſe dñi, & quòd dñium, cùm fuerit ſolidatũ in Paleologos, & demum vel in Illuſt. Dñam Ducíſſam, vel in Imperatorem Carolũ modernum, & de Imperatore in Duces per inueſtiturã; propterea apparet, quòd modernus Marchio Salut. ſi comparet, poteſt repelli, dicẽdo, tu non potes eſſe dñs, quia dñium nõ eſt apud te, cùm ſit apud me, cũ apud duos non poſſit eſſe inſolidũ. l. ſi vt certo. §. ſi duobus vehiculũ. ff. commo. l. 3. §. ex cõtrario; vbi Bar. & alij. ff. de acquir. poſſ. Et quod quidẽ eſt apud Duces, non ex eo, ꝙ fuerit præſcriptũ contra non exiſtentem in rerũ natura; ſed ex eo, ꝙ anteq̃ Marchio Salut. pñs veniret in rerum natura, fuit per Paleologos præſcriptum dñium, quod per cõſequẽs, tanq̃ ab alio occupatũ non põt eſſe apud Marchionẽ Salu. & iſta eſt clara ſolutio pro communi opinione, contra ſubtilem chimerã Decij. Et ſic ex prædictis conſtat, ꝙ deciſio Cornel. in omnibus, & per oĩa quadrat caſui noſtro, & eſt æqua; & veriſſima, & data contraria parte, ſequerentur multa abſurda, prout dicemus ſtatim infra.

23 ¶Hæc etiã concluſio probatur iuribus apertiſſimis. primò per tex. in c. auditis, de præſcript. vbi Prælatus inferior præſcribit contra Epm, detracto tamen tẽpore, quo vacauit Epatus; & talis præſcriptio ẽ firma; & ſic nocet ſucceſſori, qui ſucceſſor, & ſi ſuccedat in perſonam primi, nõ tamen iure primi; eo, ꝙ propterea nõ tenetur ſeruare factum defuncti. c. fin. ne Præla. vices ſuas. & ibi per d. Abb. p Alex. conſ. 160. in 6. vol. Et ſic non poteſt dici, ꝙ fuerit præſcriptũ contra ſecundũ Prælatum, cùm nõ eſſet Prælatus: Bene dicemus, ꝙ fuit præſcriptum contra primum, quæ præſcriptio nocet ſecundo, non obſtante regula, ꝙ non valenti agere &c. p tationem Corne. quod dñium per præſcriptionem occupatũ, non potuit trãſire in Pręlatũ ſucceſſorem, ad idẽ bonus tex. in c. cũ olim. de pręſcrip. & per Soci. conſ. 54. in 3. vol. vbi multa allegantur.

24 ¶Et ſi replicando dicatur, ibi fuit pręſcriptum contra Eccľam, non contra modernum Prælatũ, qui non potuit agere; replicatur, ꝙ idem poſſumus etiã dicere in caſu noſtro, quòd non fuit præſcriptum contra modernũ Marchionem Salut. qui non potuit agere, ſed fuit pręſcriptũ contra familiam Thetes; Nam, vt vidimus etiam ſupra, & dñs Conſultor idem ſupponit, vna familia poteſt inducere cõſuetudinem; ergo & contra familiam vnã poteſt induci, & præſcribi cõſuetudo, vel quid aliud; ut ſic in caſu noſtro Illuſtr.

Franciſcus

Franciſcus modernus Marchio excluditur ex duobus. Primò, quia dñium reperitur eſſe penes alium propter completã præſcriptionem, & ſic nõ poteſt eſſe amplius penes eũ; & iſta eſt ratio Cor. iuſta, & vera, de qua ſupra. Itẽ excluditur, quia & ſi non ſit principalr præſcriptũ contra eum, eſt præſcriptum contra familiam prætenſi Thetes, in qua ipſe exiſtit, vt aſſerit, licèt nos negamus.

25 ¶ Nec eſt mirum, cùm faciliùs præiudicetur non habenti adhuc ius, quàm illud habenti, vt voluit Pet. de Anch. in regula ſine poſſeſſione. de reg. iur. quem refert Soci. conſ. 63. col. 4. ver. præterea hanc partẽ. in 1. vol. & facit tex. in l. filiofam. §. diui. ff. de lega. 1. & ibi Doct. & per Alex. in repeti. l. ſæpe. col. 8. ver. nec obſtat tex. ff. de re iud. vbi ſentẽtia lata contra hæredem nocet legatario, vel fideicommiſſario conditionali, cui adhuc nullum ius acquiſitum eſt, etiã quòd nõ non fuerit citatus, ſecus autem ſi ius com peteret de præſenti, ſm̃ Alex. vbi ſupra.

26 ¶ Et ſi opinio dñi Conſultoris eſſet vera, ſequerentur infinita abſurda. Et primò, quòd nunq̃ poſſent præſcribi regalia, & Principi, ſeu Imperatori reſeruata cõtra ſucceſſorem in Imperio, cũ ſemper poſſet dicere ſucceſſor, præſcriptio nõ nocet mihi, quia tẽpore præſcriptionis non poteram agere; & tamen talia præſcribuntur, ſaltem tanto tẽpore, cuius initij memoria &c. c. ſuper quibuſdã. §. præterea, ff. verb. ſig. per Inno. in c. cùm tabellio. de fide inſtru. cum alijs adductis per Balb. d. trac. de præſcrip. car. 50. n. 2.

27 ¶ Similiter iuriſdictio nunquã poſſet præſcribi, quia in dies naſcuntur homines, & quilibet poſſet dicere natus ſum, & exiſto iure meo, nec ſum hæres patris: Ergo præſcriptio mihi non potuit nocere, quia agere non poterã; & tamen iſtud eſt falſum, & contra cõem ſententiam Bar. in l. 1. §. deniq; ff. de aqua plu. arc. Doct. maximè Iaſ. i l. imperiũ. ff. de iuriſd. om. iud. & per antedictũ Balb. in d. tract. de præſcrip. car. 51. vol. 2. ver. tertia eſt quæſtio.

28 ¶ Sequeretur, & tertiò, quòd præſcriptiones inductæ ſuper feudis eſſent impoſitæ verbis, & nõ rebus: Nam ſi feudatarius laborat per triginta annos ad præſcribendum cõtra feudatariũ, ſi demũ illo mortuo, contra quem præſcriptũ eſt triginta annis, præſcriptio nihil facit, ad quid ꝓdeſſet tam longa præſcriptio, vt non duret, niſi ad vitam illius, contra quem ꝑſcriptum eſt, & verè hæc non fuiſſet mediocris dementia.

29 ¶ Sequeretur & quartò, quòd nulla conſuetudo præſcripta, vnquã ſe extenderet ad naſcituros, qui tẽpore conſuetudinis, dum præſcribebantur, non erant in rerũ natura; reſpectu enim cõſuetudinum nõ tenetur quis, quia hæres maiorum, cũ teneatur, etiã quod quis fundet ſe iure ſuo tantum, vt de ſe patet.

30 ¶ Quod plus eſt magis de eſſe ꝑſcriptionis, vel conſuetudinis, q̃ præſcribens, vel conſuetudinẽ inducens poſſideat, vel vtatur, q̃ ſit de eſſe, quòd ille, contra quem præſcribit, poſſit agere ex regula ſupraſcripta, qđ nõ valenti agere &c. quia ſine poſſeſſione ꝑſcriptio non ꝓcedit, reg. ſine poſſõne. l. qui in ſeruitute. ff. đ de reg. iur. c. ſine poſſõne. de reg. iur. in 6. Et cõ-

31 ſuetudo tm̃ habet de effectu, & potẽtia, quantũ habet de vſu. l. 1. §. Iulianus. ff. de itiñe. actuq; pri. per Bal. in l. fi. C. communia vtriuſq; iud. per Iaſ. in l. de quibus. de leg. per Fely. in c. auditis. col. 9. de præſcr. Sed ſi Marchioni moderno Salut. nõ nocet præſcriptio, eo quòd nõ valuerit agere, q̃uo vtetur antiquiſſima, ſeu prætenſa conſuetudine primogenituræ. Itẽ & alia conſuetudine, quòd fœmina non ſuccedat, immo excludatur à maſculo, cùm id ſit contra. l. maximũ vitium. C. de lib. ꝑte. Si igitur vult vti hac cõſuetudine acquiſita per antiquiores, debet pariter pati de damno præſcriptionis, contra prædeceſſores ſuos curſę; quare ſic concludamus argumentũ, Franciſcus Marchio Salut. vtitur conſuetudine præſcripta per maiores ſuos, et quòd ipſe non poſſederit: pariter debet vti ꝑſcriptione cõpleta contra maiores ſuos, licèt nõ valuerit ipſe agere, quia idẽ operatur propoſitũ in ꝓpoſito, quod oppoſitũ in oppoſito. Inſtit. de iis, qui ſunt ſui, vel alien. iur. in prin.

32 ¶ Optimè facit ad propoſitũ, quod eleganter voluit Alex. conſ. 30. Viſis dubitationibus. col. 1. ver. Ex his infertur. in 6. vol. quod primò dixit, ꝙ feudum indiuiſibile poteſt diuidi, ſi conſenſus dñi accedat; & ſic Alex. vult Ducatũm, & Marchionatũ, & ſimilia feuda indiuiſibilia, poſſe diuidi, ſi conſenſus dñi ad id accedat; quærit ſubſequenter Alex. an in feudis antiquis iſta diuiſio noceat poſteris compræhenſis in inueſtitura, qui nõ conſenſerunt: & rñdet Alex. quòd ex quo diuiſio iure fieri potuit, cum tali cõſenſu, & ſm̃ regulas feudales, quòd talis diuiſio nocebit poſteris, qui nullo pacto poterũt contrauenire, quæ deciſio eſt multum præciſa ad terminos noſtros.

33 ¶ Alio etiã principali modo rñdeo, quòd iſta non eſt propriè præſcriptio ſed conſuetudo, videlicet, quòd fœmina, prout Violantides ſucceſſerit, & ſuccedere poſſit in defectũ lineæ Gulielmi filij q. Aledrami, & quod vel per deficientiã dictæ lineæ feudum deuoluat ad Imperatorẽ. Itẽ eſt conſuetudo, quòd Marchio Montisferrati poſſit in defectũ ſuæ lineæ dicti Gulielmi diſponere de Marchionatu in fœminas, prout pluries fuit diſpoſitum, licèt caſus euenerit in Ioanne tantũ. Vñ cũ hæc reſpiciant mores magis, quã res, propterea dicitur conſuetudo, iuxtà doctri. Bal. quẽ refert, & ſequitur Fely. in c. auditis. col. 13. ver. Modos autem cognoſcendi. de præſcrip. Item cũ gñaliter reſpiciant familias, non vnã perſonam tantum, & in vna familia poſſit induci conſuetudo, vt dictum eſt etiam per dñum Conſultorẽ, apparet propterea, quòd hæc magìs dicitur cõſuetudo, q̃ præſcriptio, vt per Ioan. And. in c. fin. de conſuet. & per Gemi. conſ. 122. circa prin. Et ita hãc eſſe conſuetudinem pluries appellat dñs Conſultor in ſuo conſilio, dum propterea infert, quòd, quæ certam habuere interpretationẽ, minimè mutanda ſunt. L. minimè. ff. de leg. & loquendo in terminis cõſuetudinis, ceſſant omnia, quæ dñs. Conſultor allegat.

Stantibus igitur ſupraſcriptis, ſola difficultas pro abundantiori cautela, eſt in reſpondendo adductis in contrarium pro confirmatione concluſionis dñi Conſultoris: Et dum primò dicit, quòd iſta concluſio fundata fuit per aliud conſiliũ dñi Conſultoris; ad quod aliter non rñdeo, quia illud non vidi, ſed quicquid dicat, eius concluſio non poteſt bene fundari, quia obſtant deciſiones, & auctoritates antedictæ, à quibus ſua concluſio non poteſt ſe tueri.

34 ¶ Et dũ pro veritate iſtius concluſionis alleg. Alua. in §. hoc quoq; de ſucc. feud. ſupra reſpondi, quòd immo Aluar. tenet totũ oppoſitum, vbi ceſſat iſta regula, q̃ habet, quòd prohibitũ alienari, ꝓhibetur etiam præſcribi, quæ nõ facit in ꝓpoſito noſtro per ea, quę dicta ſunt ſupra.

35 ¶ Nec laborabo in rñdendo argumento adducto per l. ſi cognatis. ff. de reb. dub. quia illa lex, & aliæ allegatæ, nihil penitus faciunt ad cauſam, vt quiſque videre poteſt, immo potius faceret aliquid contra; ſed non intẽdo laborare ſuper hoc, & cũ habeamus deciſiones particulares, & in indiuiduo, non conuenit accedere ad huiuſmodi extraneas, & generales argumentationes, vt dixit Fely. in c. 1. col. 6. de præſcrip. Eo maximè ad ſubuertendum totam materiam præſcriptionum, & conſuetudinum; circa quam tot iureconſulti, & tot Imperatores laborarunt.

36 ¶ Et dũ dicit, quòd prouiſio reſpicit oẽs: ergo reſpectu omniũ debet remanere incolumis; rñdetur iſtud poſſe eſſe verũ, niſi prouiſio tollatur præſcriptione, quæ facit præſcribentẽ fieri dñm, & illud dominiũ ampliùs non poſſe applicari ad alium ſine facto nſo, ex regula, quod noſtrum eſt, ſine facto noſtro à nobis non poteſt auferri. l. fi. ff. de pac. l. id quod noſtrum eſt. ff. de reg. iur.

37 ¶ Et dũ dicit, quòd ſequitur, quòd ſi non potuit expreſſè præiudicari, multominus tacitè: Reſpondetur, quòd argumẽtum non eſt bonũ; pater, vel auus non poteſt pręiudicare filio, vel nepoti alienando: ergo lex nõ poteſt præiudicare filijs, vel
38 nepotibus ſua prouiſione præſcriptionis; eo maximè, cũ contractus vſque à principio potuerit recipere interpretationẽ à

iure

iure cõmuni, videlicet quòd tranſeat ad deſcendẽtes, inquantum præſcriptiò nõ obſtet, vt dixit eleganter Cur. in ſuo trac. feud. in quinta parte principali. col. 2. & eſt in carta ſignata 53. col. 1. vbi dicit, ꝙ à principio, quo feuda recipiuntur, poteſt dici cõuentum, quòd feuda remaneãt apud feudatariũ, & deſcendentes quouſq; & ipſe, & ſui deſcendentes fuerint fideles, & grati verſus dñm: et propterea vnus poteſt eſſe ingratus in præiudicium aliorũ, ex quo facit conditionem purificari, quod dictũ ſequitur d. Io. Ant. Rub. Alexandrinus, in eius conſ. 76. circa caſum, n. 4. Ita etiã dicamus in propoſito, ꝙ feudum ſit datũ acquirenti, & eius deſcẽdentibus, niſi tamen præſcribatur in cõtrarium, quia talis eſt natura feudi, quòd poſſit pręſcribi etiam in præiudiciũ ſucceſſorum, tanquam conditio, ſub quã conſẽtur contractũ, ſit verificata. Nec incon-

39 uenit, quòd vnus pro alio, & facto alteri' patiatur, ſicut videmus in pluribus hæredibus emphyteotę, quorũ vnus ſi ceſſat à ſolutione partis canonis ſibi tãgentis, p̃iudicat cæteris reſpectu deuolutionis. gl. in l. cõmuni diuidũdo in prin. ff. cõmuni diui. per Hoſt. in ſumma in tit. de loca. §. ſi. ver. quid ſi vnus. per Bar. in l. fraudari. ff. de publ. cũ alijs adductis per Iaſ. in l. 2. n. 57. C. de iure emphy. Hinc dicit', patres nři comederunt vuas acerbas, & dentes filiorum obſtupeſcunt. Item, ſi pater ſe fecit ligiũ alicuius, aliquibus caſibus, nõ dico indiſtinctè; & filius, licèt non hęres patris, efficitur, tñ ligius eiuſdem, cuius eius pater ſe ligiũ fecit. ſm̃ Marti. de Fano. in ſuo trac. de Homagijs. & latiùs per do. Iac. de ſancto Georg. in ſuo conſimili tract. de homagio. car. 1. col. 2. ver. ſecundo quæro. & in 3. col. ver. quintus ẽ caſus. In omnibus enim caſibus ſupraſcriptis, non eſt homo ſolus, qui hoc faciat, cùm immo ẽt poſſit puniri vnus pro alio,

40 licèt pęnę teneãt auctores ſuos. l. ſancimus. & ibi Doct. C. de pac. Et ſic non eſt homo, ſed lex, quæ facit hoc, ſicut etiam auctoritate legis pater diſtrahebat filiũ ſuum. l. 2. C. de patri, qui fil. diſtraxer.

41 ¶ Alio modo etiã reſpondetur, ꝙ immo non valet argumentũ, non poteſt fieri expreſsè; ergo multominùs tacitè, quia immo videmus, ꝙ multa tacitè fieri pñt, quę tamen non pñt fieri expreſsè. ſm̃ Bar. in l. 1. C. qui admitti. vbi not. multa poſſe fieri tacitè, quæ tamen nõ pñt expreſsè. hoc idem voluit Bar. Roma. Alex. & Iaſ. n. 32. in l. is qui. §. neq; filius. ff. de acqui. hęred. Videmus etiam, ꝙ iuramentũ calumniæ non poteſt remitti expreſsè; & tamẽ poteſt tacitè. l. 1. & toto titulo. C. de iura. calumniæ. Et plus poteſt pręiudicare procurator tacendo, quàm loquendo, non poteſt enim renunciare appellationi, ſed tantũ tacitè, non appellando, Ang. in l. ab executione. de appell. cum multis, quæ poſſent adduci.

42 ¶ Dũ dicitur, ꝙ pręſcriptio longiſſima eſt fundata in odiũ negligẽtium; propterea non poteſt nocere naſcituris, quibus aliqua negligentia non poteſt imputari. Rñdetur primò, quòd hæc non ſit præſcriptio, cùm immo ſit conſuetudo, quæ reſpicit mores, vt ſupra probatum eſt.

43 ¶ Secũdò poſito, quod ſit præſcriptio, eſt pręſcriptio non longiſſima tantũ; ſed tãti tẽporis, cuius initij memoria &c. quæ habet vim priuilegij, cũ cauſa. ſm̃ And. & Iſer. in c. 1. in ver. flumina publica, quæ ſint rega. & de hac præſcriptione multa loquuntur Conſulentes noſtri, multa dicit Balb. in antedicto tract. de præſcript. car. 15. n. 25. cum ſeq. Perinde igitur eſt, ac ſi Imperator in pręiudiciũ futurorum, quibus adhuc ius non eſt quęſitum, & ex iſta cauſa, ne dominia diù, & perpetuò ſtent in ſuſpenſo, iuxtà l. 1. ff. de vſucapio. & Inſtitut. eod. in prin. quæ eſt ratio iuſta iſtius præſcriptionis, per priuilegium derogaſſet deſcẽdentibus, quod proculdubio poteſt facere, quia Imperator in acquirendis, etiã ſine cauſa poteſt pręiudicare; prout Imperator ſine cauſa legitimat ſpurium in præiudicium hæredũ, quibus adhuc nullũ eſt quæſitum ius, ſm̃ Docto. omnes, & maximè Felyn. in c. quę in Eccl. arum. col. 17. ver. primus eſt. de conſtit. multomagis cũ cauſa, vt ſup.

¶ Secundò rñdetur, quòd iſtud eſt verũ

44 regulariter, quòd præſcriptio longiſſima

eſt

eſt odioſe inuenta in odiũ negligentiũ; ſed non eſt talis præſcriptio 30. annor. in feudis, quę cenſetur fauorabilis. ſm̃ Bal. in c. 1. §. ſi quis de manſo. circa fi. ver. opponitur iſta littera, de contro. inueſt. Iaſ. in l. fi. ĩ prin. col. 2. ff. de eo, per quem fac. erit. & in l. 3. §. genera. ff. de acquir. poſ. per Balb. in antedicto tract. car. 6. col. 3. ver. prædicta concluſio.

45 ¶ Et hoc eo maximè eſt verũ, ſtãte, quòd non ſumus propriè in terminis præſcriptionis, ſed cõſuetudinis, quæ multomagis ampliatur, quã pręſcriptio. ſm̃ Egid. deciſ. 589. licèt conſuetudo. & deciſ. 626. & tractat Fely. in c. auditis. n. 34. de præſcript. &c. Et ſic eſt fauorabilior, quia odia reſtringuntur, fauores ampliantur. c. odia. de regul. iur.

46 ¶ Non obſtat regula, per quã Decius q̃rit fundare intentionem ſuã, quòd ex eo non eſt curſa, nec currit præſcriptio contra naſcituros, quia naſcituri ante eorum natiuitatẽ non poſſunt agere: Ergo contra eos non currit pręſcriptio ex regula nõvalenti agere &c. quia iſtud procedit, vbi aliquis habet ius, & non poteſt agere, quia nõ cõuenit, vt ab eo illud ius abdicetur per pręſcriptionem, ſtante, quòd non ſtat per eũ; ſed iſte non eſt caſus noſter, quia nõ quærimus, an ſit curſa præſcriptio contra modernũ, quia verè non eſt curſa contra eũ, cùm tempore curſus non eſſet in rerũ natura, ſed bene curſa eſt contra poſſidentes: Et propterea Paleologis eſt acquiſitum dñium, quod ꝓpterea non abdicandũ eſt ab eis ſine facto ſuo, vt dictũ eſt ſupra, allegãdo Corn. Et quòd propterea modernus Marchio Salut. excludetur, non ex eo, quòd curſa ſit præſcriptio contra eũ; ſed ex eo, quòd iure medio eſt acquiſitum dñium Paleologis, & demum Imperatori, quod ab eis ſine facto eorũ non poteſt amoueri, & aliàs ſequeretur abſurda, de quibus ſupra.

47 ¶ Et ex hoc etiã patet, quòd doctrina Bar. in l. Senatus. col. 2. ver. quæro, hic nihil facit, quia loquitur, vt ſupra, quando impedimentũ eſt ex parte agere debentis;

48 ſed iſta qualitas nõ poteſt eſſe, nullo dato ſubiecto, quia qualitas ſine ſubiecto eſſe non poteſt. l. eius qui. ad ſi. ff. ſi cer. pet. per Saly. in l. ſi procuratori. col. 1. ver. oppono tunc contra gl. ff. de cond. cau. data non ſequ. & eſt regula Philoſophica, vt patet ad ſenſum, quia nihil poteſt eſſe albũ, vel nigrum, niſi primò exiſtat. propterea non intelligit Bar. de non exiſtente in rerum natura, qui nullũ ius habet, nec contra eum currit præſcriptio; ſed curſa contra exiſtentes in rerum natura, & agere valentes bñ poteſt nocere, & pıudicare in conſequentiã, vt dixi ſup.

49 ¶ Et vltra ãndictas rationes Cor. & alias per me ſupra adductas, põt & alia ratio aſſignari, quia, quod fit contra vnum, nõ poteſt quouis modo nocere alij, quando eſt omninò alius; ſed, vbi quis non eſt oĩnò alius, non eſt inconueniens, quod geſtum eſt contra vnũ, noceat alteri, qui nõ eſt omninò alius. ſm̃ Inno. in c. quamuis. de ſen. & re iud. quem refert, & ſequitur Alex. in repeti. l. ſæpe. col. 18. ver. vna eſt. ff. de re iud. Quare, cũ in feudis licèt filiꝰ ſuccedat iure ſuo, tamen cũ ſubrogetᷣ loco patris, vel immediatè defuncti; et ſic non ſit omninò alius, ſed aliquo modo idem, vt etiam probaui ſupra, & etiam in alio noſtro conſilio; & res de ſe ſatis patet; propterea nimirum ſi factum, vel negligentia patris nocet filio.

50 ¶ Ad tex. in l. cùm notiſſimi. §. illud autẽ. de præſcrip. 30. vel 40. annor. reſponſio patet ex ſupraſcriptis, quia ille tex. loquitur, vbi præſcribitur contra illum, qui nõ poteſt agere; eo, ꝙ actio ſua ſit conditionalis, vel in diem, & ſic contra illum, qui nõ poteſt agere; ſed in caſu noſtro præſcribitur cõtra illum, qui poteſt agere; & contra illum acquiritur ius, & dñium, intantum, quòd in conſequentiam præiudicetur demum alij ex poſt venienti, vt latè probatum eſt ſupra; & contrarium dicere eſt hæreſia in iure ciuili.

51 ¶ Non obſtat allegatũ conſiliũ Abb. 101. non obſtant etiã multa alia, quæ potuiſſent per eundem dñm Conſultorem adduci, & in ſpecie non obſtat conſilium Alex. quo nihil melius potuiſſet allegari, in conſ. 101. col. 6. verſ. venio ad quintũ, in 6. vol. qui dicit, quòd præſcriptio non currit

currit contra fideicommiſſarium, nedũ ſi hæres nõ alienauit, ſed immo tertius, quia,cũ fideicõmiſſarius nõ poſſet agere cõtra eũ,non potuit currere præſcriptio.

52 ¶ Quia rñdetur,ꝙ Abbas loquitur,vbi pſcribitur contra eum, qui ius habet, ſed non poteſt agere,vt etiã dictum eſt ſup. & ita proprie loquitur d. Abb. & iſta ſunt verba eius,non potuit Abbas ſanctę Crucis,pro tempore exiſtẽs ius ſuum, ſibi in hoc cõpetens,exercere: Et iſte non eſt caſus noſter,cùm fuerit præſcriptum cõtra illos,qui poterant ius ſuum exercere, quæ præſcriptio in conſequentiam nocet,non principaliter vt dictum eſt. ſup. Sed maior videtur difficultas in rñdendo conſilio Alex.quod non adducit Decius,ſed ego pro eius, & eorum dictis cõfirmatione addidi,quare dico,ꝙ d. Alex. loquitur primò in pręſcriptione longi tẽporis,de qua nos nõ loquimur in propoſito, cùm immo poſſit quilibet admitti ad præſcriptionem longiſſimi temporis contra dictam regulam, ꝙ non valenti agere &c. quæ tali caſu non obſtat.

53 ¶ Secundò rñdeo, ꝙ Alex. dicit, ꝙ præſcriptio non currit contra fideicommiſſariũ,qui non poteſt agere: Sed caſus noſter eſt,quando pręſcriptio currit contra non impeditum,& proficitur,& acquiritur dñium pręſcribenti,an talis pſcriptio noceat in conſequentiam fideicommiſſario, & de hoc non loquitur Alex.

54 ¶ Tertiò rñdeo,quòd quatenus Alex. aliter intellexerit,quòd errauit, & eius errorẽ & à veritate, & à cõi opinione non defenderet totus mundus per prędicta, ſed ego adhęreo alij intellectui: Cognoui enim Alex. multum cautũ in conſulẽdo, & qui non volebat plus inferri ex eius verbis,ꝗ illa de neceſſitate importarent, & poſſem dare aliqua exempla, ſed non expedit nunc pp lõgitudinem materię, quæ nos cogit nõ accedere ad extranea. Firma eſt igitur ex præfatis cõcluſio cõtra dñm Conſultorem, quòd pręſcriptio perfecta contra feudatarios,& multomagis cõſuetudo excludit in infinitum naſcituros; nõ ex eo,quòd fuerit contra eos pręſcriptum, cùm de illis, & eorũ reſpectu nullum eſſet ſubiectum pręſcriptibile; ſed quia præſcriptio completa contra præceſſores,nocet ſequentibus etiam in infinitum naſcituris, maxime in feudis, & maximè in pręſcriptione tanti temporis,quod non eſt memoria in contrariũ; & maximè in conſuetudine, & alijs reſpectibus,de quibus ſupra.

Sequitur pars conſilij Decij.

55 ¶ Expedit modò venire ad alia adducta per Deciũ: vnde idem Decius perſeuerans in ea concluſione pręſcriptionis,dicit id confirmari,quia in longiſſima pręſcriptione requiritur bona fides. l. fin. ff. quemadmod. ſer. amit. per Inno. in c. bone. de poſtula. Præla. per Abb. conſ. 101. col. 3. ver. præterea. in 1. vol.

56 ¶ Et malę fidei poſſeſſor nullo tempore pręſcribit. c. fi. de præſcrip. regula poſſeſſor. de reg. iur. in 6. quod ſeruatur etiã in foro ciuili ſm̃ gl. in d. reg. poſſeſſor. Doct. in l. ſequitur. §. ſi via. ff. de vſucap.

57 ¶ Et licet Theodorus habuerit titulũ inueſtituræ, erat tñ inueſtitus,quia obtentus per dolũ, vnde non prodeſt. c. ſi diligenti. de præſcrip. l. nulla. ff. de rei vendi. per eundẽ Deci. conſ. 14. Et natura; col. 3. ver. & præterea. Alex. conſ. 3. Ex his, ꝗ in themate. col. 5. in 5. vol. vbi voluit, ꝙ inuaſores, & ſpoliatores inueſtiti à Papa, non præſcribunt virtute talis inueſtiturę. l. fi. C. vnde vi. & Bart. ibi dicit illam legẽ eſſe menti tenendã; & dicit Ang. ibi, nota contra tirannos,qui occupãt, nec poſſunt confirmari à Papa.

Quare,cũ iſti Paleologi per vim ſpoliauerunt Manfredum de domo Marchionis Salut. de Marchionatu Montisferrati,vt dicit audiuiſſe, & acta quædam, & atteſtationem teſtium; propterea ſequitur,quòd etiam potuerit inueſtiri.

58 ¶ Et nedum inuaſores non præſcribunt; ſed nec hæredes,quia de iure Canon. qđ ſeruatur etiã de iure Ciuili,cùm hæc concernant peccatũ,mala fides defuncti nocet hrdi,ſecundũ magis communẽ opin. vt per Ant. de But. Io. de Imol. & Abb. in c. ſi diligenti. de præſcrip. vltra alia, quæ ipſe Deci. hoc loco infinite adducit in ſpecie, Alex. conſ. 3. col. 3. in 5. vol. Abb.

conſ.

59 conſ.3.14.& 18.q.vbi vult, quòd mala fides defuncti nocet ſucceſſoribus.

60 ¶ Nec ex perſona propria inchoare poteſt, quia, vt dicit Abb.in d.q.18. Poſſeſſor præſumitur malæ fidei ex fama publica exiſtente, quòd Marchio Saluciarum proceſſerit ab ea ſtirpe.

Quibus ſic actis dñs Conſultor ſtatim deuenit ad materiam reſtitutionis in integrum; ſed antequàm ad eas condeſcendam, placet primò ſingulis ſupraſcriptis more meo reſpondere.

Reſponſio.

¶ Et quippe non cadit hic aliter fundare intentionē noſtram circa præſcriptionē, de qua ſup.plura diximus; Propterea immediatè venio ad reſpondendum.

61 ¶ Et dum dictum eſt ſupra, quòd præſcriptio etiam longiſſima, non procedit ſine bona fide: rñdetur, quòd ſumus in præſcriptione tanti tpis, quod non eſt memoria in contrariū: lapſi enim ſunt 225. anni, & vltra; propterea ex hoc ſolo præſumitur & titulus, & bona fides, ſm Inn. & Bal. in c.ſi diligenti. de præſcrip. qui volunt, quòd in tanto tempore præſumitur & titulus, & bona fides, millies, quod non allegetur; & tanta eſt vis, quòd non admittitur etiā probatio, vel præſumptio in contrariū. ſm Fely. in c.cùm nobis.col. 3.de præſcrip.& Salyc.in l.2. C. de ſeruit. & aqua.dicit, quòd vbi habemus talem præſcriptionē, non eſt curandum de bona, vel mala fide: & ſi etiam non tenem⁹ hanc concluſionē ita latè, quòd data mala fide, non currat talis præſcriptio, vt aliqui voluerunt; tñ data tali præſcriptione, neceſſe eſſet ad illā infringendam, qđ ad minùs apertè conſtaret de iſta mala fide, cùm clarè præſumatur bona, etiam, quòd nō allegetur, vt voluit Fran. Balb. antedicto tract.de præſcrip.car.16.n.29. cum ſeq. Sed in propoſito conſtat de bona fide, & nunquā probabitur mala; propterea fundamentum hoc ex toto ceſſat in hac præſcriptione.

62 ¶ Et ſimiliter etiā ceſſat in præſcriptione 30.annorū, in qua non requiritur titulus, ſed ſufficit bona fides, etiā, quòd titulus eſſet nullus; vt per Fely.in c.de quarta.de præſcrip.& per Balb.in l.celſus.col.8.ver. quarto limitatur.de præſcrib.vbi de materia amplè loquitur, quia dixit idē Balb. in ead.car.ſigna.81.col.2.n.77. quòd in præſcriptione longiſſimi temporis, in qua ſufficit probare bonam fidē ſine titulo;

63 ſufficit probare qualēcunq; errorē ad inducendam bonam fidem.

64 ¶ Sed in propoſito, hic nedū aderat qualis error, ſed veritas, vbi enim pro comperto habuit Theodorus, qui erat forenſis, quòd Marchia fuerit data in feudum Aledramo, cùm & à pluribus Imperatoribus deſcendentes fuerant donati; Item quòd donatio Ottonis eſſet feudum; Itē, quòd eſſet feudum propriū, ad quod fœminæ non ſuccederēt; Item, quòd non poſſent ſuccedere virtute verborū, quòd ipſe, & hæredes poſſent diſponere, & facere quicquid eorum decreuerit anim⁹, Item, quomodo potuit ſcire Manfredū, tunc fuiſſe deſcendentem Aledrami per lineā maſculinam, & legittimam; Item, quomodo nō potuit nedū errore, immo iuſtiſſima cauſa moueri ad credendum ſtatum fuiſſe ſuū, ſtante teſtamento Ioānis, ſtante quòd habuit Ambaſciatores à Cōitate, & Marchionatu; Item ſtante, quod Manfredus conſenſit tali rei, quia de cōſenſu ſuo fuerūt miſſi ambaſciatores; Item, ſtante, quòd Manfredus, & alij acceperunt de inueſtituris à Marchione Montisferrati; de quibus omnibus extat Cronica Dñi Beneuenuti Præſidentis, & conſtat etiā documentis publicis; & inquantū etiam extaſſet aliquis rumor, vel fama, non debuit credere ita ſimpliciter, quia fama non facit plenā probationem; iuxtà plenè not.in l.de minore. §.tormēta. vbi Bar.& in l.fi.de quæſtio.per Iaſ. in materia famæ. in l. admonendi.ff. de iuiur.per repeten. in rub.C.de ꝓba.in materia famæ. Item, quia requirit plura, de ſubſtantia, de quibus per Bar.in l. de minore.§.tormenta.de quæſti. Item ſtante præſumptione, & facit in arg. quod voluit Bart.in l.filium diffinimus. ff. de iis, qui ſunt ſui, vel alien.iur. vbi Bar.repræhēdit illum filiū Regis, qui credidit ſoli matri, dicenti, immo illum non eſſe filiū

Regis,

Regis,ſed natum ex adulterio; Item eſt deciſio in terminis,ꝗ publicę famæ non eſt credendum,maxime ſtante titulo,cũ fama ſæpe ſoleat eſſe falſa,dato enim cõcurſu famę,& tituli,fama cedit titulo.ſecundũ Bal.in c.vigilanti. de præſcrip. & Fely.in c.ſi diligenti.3.col.de præſcrip.

66 ¶Nec eſt laborandũ ſuper eo; dũ dicitur Theodorum fuiſſe conſequutum titulũ dolo,quia omnia ibi dicta nugæ ſunt; & chimeræ alienæ ab omni veritate, item ab omni veriſimilitudine, quorum oppoſitum proculdubio probatur per. Cronicas Dominĩ Pręſidentis,immo per publica documenta.

67 ¶Nec eſt verum, quòd fuerit ſpoliator, immo vocatus à populis, & à Manfredo, tunc Marchione Salut. & fuit à populis amatus, & proceſſit, vt verus dominus; non more tiranni.

Sequella conſilij Decij.

68 ¶Sequitur alia pars conſilij Decij, quæ habet,ꝗ poſito, ꝗ eſſet decurſa præſcriptio; ꝗ nihilominus concedenda eſt reſtitutio in integrum ex capite ignorãtię, vel potẽtiæ.glo.in l.ſi partẽ.§.1. verſ.non vtendo.ff.quemadm.ſer.amit. Bar.Ang. & Doc.col.1.§.ſi quis autẽ.ff.de iti. actuque pri. Alex.conſ.3.in fin.in 5.vol.

Reſponſio.

69 ¶ Sed ad hoc breuiter rñdetur pluribus modis. Primò,quia iſta non eſt præſcriptio,ſed conſuetudo, inquantũ Paleologi conſequuti fuerint præſcriptione; cũ immo magis conſuetudine conſequuti fuerint,quã præſcriptione; quæ conſuetudo ita interpretatã eſt,vt latè dictũ eſt ſup. quo caſu nõ habet locum reſtitutio.

70 ¶ Verũ poſito,quòd fuerit præſcriptio; rñdetur & ſecundò,ꝗ talis reſtitutio nõ competit Marchion.moderno Salut. eo, quia nihil fuit præſcriptum contra eum, ſed contra eos, licèt aliorum præſcriptio in conſequentiam noceat iſti moderno Marchioni; eo,quòd dñium reperitur penès aliũ,vt probaui ſup. alleg. Corn. quẽ oſtendi optimè locutum in hac materia.

71 ¶Tertiò rñdetur,ꝗ talis reſtõ non datur niſi infr. quadriẽniũ à die ſcię,iuxtà l.ſupuacuã.C.de temp.in integ.reſti.& qđ no. in auten.quas actiones.C.de ſac.ſan.Eccl. & in c.1. de præſcrip.Et,cũ hoc quadrienniũ ſit elapſum,ſunt enim plures anni,ꝗ Marchio Fran.exceſſit pupilarem ætatẽ, eſt enim ætatis annorũ propè 40. & non poteſt ꝑtendere ignorantiam, cũ ſupponat de his extare publicã vocẽ,& famam; propterea tale remedium ex toto ceſſat.

72 ¶Quartò rñdetur,ꝗ & ſi articulus ſit dubius; tamẽ pro parte iſta concurrunt multæ,& multæ authoritates, intantũ,ꝗ Soci. dicit in l.cùm filius.§.in hac.ff.de ver.ob. quòd multi Doct. vt dicit ſæpius vidiſſe, cõſuluere pro parte nña; quæ eſt, ꝗ contra pręſcriptionem 40.ann.non datur reſtitutio.l.oẽs.in fi.C. de præſcrip. 30. vel 40.ibi plenã ſecuritatem &c. hanc partẽ ſequuntur multi; ſequitur in ſpecie Deci.conſ.29.Pro tenui &c. ꝑ totũ. in 1.vol. verũ.quia & plures Doc. tenent oppoſitum; & ego intendo fundare, & vbi opus eſt rñdere ſuper ſolida petra: propterea nec approbo,nec improbo hanc opin. ꝓ nunc,cùm non ſit tuta pro aliqua parte; & fortè alias ſuo loco dicemus; ſed non curo hic,ꝓpter longitudinẽ materiæ;verũ eſt,quòd ꝓ hac parte eſt vnus tex. & vna ratio inconuincibiles;tex.quidẽ in d.l.oẽs, ibi pleniſſimam ſecuritatem rõ, ne dñia perpetuò,& infinitè ſtẽt in ſuſpenſo. Infinitas aũt eſt improbabilis,quòd non agatur ad ius ſuum; vt clarè voluit Bart. in l. quibona. §. huic ſtipulationi. ff. de dam.infec. in ſua diſtinc. dum alleg.l.fi. C.de ſacr.ſanc.Eccl.& l.ſicut.& l.omnes. C.de præſcrip.30.ann. Nec plura dixero hic,cùm aliæ rñſiones ſufficiant, & quatenus etiam nihil reſponderimus, nõ refert,ſtante,quòd noſtrũ fundamentũ nõ ſtat ſolũ in denegatione huius reſtõnis.

73 Sed quicquid ſit de ꝑſcriptiõe 30.vel 40. ann.hoc ſaltem vr̃ indubitatum in præſcriptione tãti tpis,quod nõ eſt memoria in cõtrariũ,quę habet oĩa illa priuilegia, de quibus in conſilio nr̃o,& alijs æditis ꝑ conſultores nr̃ę partis,qui multa dicunt de hoc,& in ſpecie allegatũ fuit conſiliũ Iaſ.cõſ.209.vera,vt arbitror.n.2. ĩ 2.vol.

74 ¶Et hoc eo maximè in feudis, in quibus pręſcriptio longiſſimi tẽporis non eſt o-

dioſa,ſed fauorabilis,vt dictũ eſt ſup. & voluit Bal.in c.1.§.ſi quis de mãſo.de cõtro.inueſti.propter quã rationem voluit Iaſ.in l.3.§.labeo.in fi.ff. de acquir. poſ. quòd in ꝑſcriptione lõgiſſima nõ conceditur reſtitutio ratione modici temporis implementi,quod tñ eſt ſecus in feudis; cũ eorum præſcriptio longiſſima nõ ſit odioſa, & per conſequens dubitatio, de qua ſupra,non debet procedere aliquo ex iſtis duobus caſibus, maximè, ſi ambo iungũtur,videlicet in præſcriptione longiſſimi temporis reſpectu feudaliũ,& maximè tanti temporis,quod non eſt memoria in contrarium.

Sequitur pars conſilij Decij.

75 ¶Sequitur idẽ Decius,nõ obſtãte in contrariũ allegata; quia dicit eſſe rñſum ex ſupraſcriptis,& ad text.in c.1.§. ſi quis ꝑ triginta,dicit reſpondiſſe in ſuo cõſ.144. col.3.verſ.ſed his non obſtantibus.

76 ¶Item reſpondet,quòd loquitur quantũ ad dominũ,qui paſſus eſt poſſidere;& ſic loquitur in præſcriptione inductiua; nos autem (dicit ipſe) loquimur in præſcriptione,qua feudum aufertur; & alleg.Aluar. in d.§.ſi quis per triginta.col.3. ver. oppono,quòd immo in feudis.ſi de feud. fuer. controu. inter dom. & agn.

77 ¶Item præſcriptio tanti tpis,cuius memoria non eſt in contrariũ,habet locum cũ ipſo dño, quia lex dicit,quòd habet vim conſtituti.d.§. ductus aquæ. Sed in caſu noſtro dñs non poſſet expreſsè præiudicare naſcituris, quibus ex contractu ius eſt acquiſitum: Igitur nec tacitè patiendo.l.qui ad certum.C. locati.

78 ¶Item alio modo reſpondet, non habere locum contra naſcituros, vel non valentes agere;vt probatum eſt ſupra.

79 ¶Item non procedit inuaſoribus præſcribentibus;

80 Item,nec propter malã fidem defuncti.

81 ¶Item,nec propter præſumptam malã fidem ſucceſſorum,

82 ¶Item, inquantum eſſet curſa præſcriptio,quòd eſt concedenda reſtitutio.

83 ¶Ex quibus ſequitur fundamentũ ꝑſcriptionis eſſe multũ debile,quòd dicit iniquiſſimũ iuris præſidium,& fugiendum. ſm Alex.in conſ.77.col.1. & 2. lib. 6.

Reſponſio ad ſupraſcripta.

Et licèt prędictis non ſit neceſſe aliter reſpondere,quia rñſiones ſatis colliguntur ex ſupraſcriptis; tamen ne aliquid intactum remaneat; Reſpondeo, & dum dicit primò ad tex. in §.ſi quis per triginta, reſpondiſſe in conſ.144.col.3. vbi dat quattuor reſponſiones.

84 ¶Prima eſt,quòd vbi prohibetur alienatio,ibi prohibetur præſcriptio; ad quod reſpondeo,quòd non fundamus nos tantum in præſcriptione; ſed ſuper eo,quòd Illuſt.Franciſcus non poteſt admitti,nec nullo pacto vocatur.

85 ¶Secundò, nos non fundamus intentionem noſtram ſuper pręſcriptione tantum; ſed ſuper conſuetudine,quæ in deficientiam lineæ Gulielmi, admiſit Violantidem, & eius filios.

86 ¶Tertiò poſito,quòd eſſemus in præſcriptione ꝓpria, quòd ſolũ fundamentum noſtrum non eſt teſtamentum Ioannis, ſed inueſtituræ Imperatorum: & ſic nõ ſumus in feudatario alienante, & qui ꝓhibetur alienare, ſed in Principe inueſtiente; prout ſupra diximus, dũ loquuti fuimus de fideicommiſſo.

87 ¶Quartò non eſt verum,quòd feudatarius prohibeatur alienare cum conſenſu dñi,immo valet de prohib. feud. alien. per Feder.verum eſt,quòd non præiudicat agnatis, quin demum caſu eueniente valeat vendicare; tamen contra talẽ præſcribitur nedum 30.annis,immo aliquando vno anno.c.1.§. Titius.ſi de feu. fuer.controu.inter dom. & agn.

88 ¶Quintò,quod dr,quòd feudatarius,vel alius ꝓhibit⁹,puta hrs, ſtante fideicõmiſſo,non põt alienare,nõ tollit ꝑſcriptionẽ longiſſimi tẽporis,vt ẽt dictũ eſt ſupra; & ita rñdet Aluar.in c.1.§.ſi quis per triginta,col.3.ver.oppono,quòd immo in feudis, ĩ prima ſolutione,& hoc clarè voluit Soci.conſ.47.col.1.n.19.in 3.vol.Et dicit Corn.conſ.38.In hac cõſultatione,col.7. lra K.& ſequenti; quòd illud,qđ dr ꝓhibitum alienari,non põt pręſcribi;non intelligitur de ꝑſcriptione 30.vel 40. ann. cũ immo tali caſu prohibitum alienari

poſſit

poſſit tali præſcriptione præſcribi, ad hoc maximè in præſcriptione centum annorum, & tanti tpis ꝙ memoria &c. quia talis nunꝗ cenſetur ab excluſa aliqua diſpoſitione, loquatur quibuſcunq; verbis velit. ſin. Fely. in rub. de præſcrip. col. vlt.

89 ¶ Septimò, quicquid ſit in alijs, eſt tex. clarus in feudis d. §. ſi quis per triginta. & ratio diuerſitatis poteſt eſſe, quia in cæteris præſcriptio longiſſima 30. annor. eſt odioſa, in feudis verò fauorabilis, vt dictum eſt ſupra, & eſt deciſio Bal. in §. ſi quis de manſo. de. controu. inueſtit.

90 ¶ Octauò negatur, ꝙ in propoſito fuerit prohibita alienatio, etiam ſine conſenſu dñi, eo ꝙ poſito, ꝙ eſſet feudum in perſona Ioannis; tamen poterat tranſire in fœminas propter conceſſam facultatem Aledramo, & filijs, & quicquid eorũ decreuerit animus, quo caſu videtur data facultas alienandi c. 1. de feud. non habẽ. propri. nat. feud. Bal. Ang. Alberi. Io. de Imo. Alex. Salyce. quos omnes refert, ſequendo hanc partem Cur. in tract. feud. car. 49. ver. quinto quæro.

91 ¶ Aliæ rñſiones Decij in d. conſ. 144. col. 3. ver. ſed hic &c. quæ ſunt, ꝙ feudatari⁹ habuerit poſſeſſionem per 30. annos, & alia, ꝙ præſtiterint ſeruitia; & alia, quòd poſſeſſio fuerit vniformis, omnes iſtæ ceſſant in propoſito, ſtante poſſeſſione, nedum triginta, immo 200. ann. & vltra. Item ſtante inueſtitura, ſeu inueſtituris imperialibus, quæ tollunt oẽm difficultatem, quia quis præſumitur poſſidere iure tituli ſui. l. quædã mulier. vbi glo. ff. de rei vend. l. 2. C. de acquir. poſſ. per Bal. in l. inditia. col. 1. C. de rei vend. per Ange. in §. ſed iſte. col. 7. ver. addas ꝙ, Inſti. de act.

92 ¶ Non obſtat, dum Decius allegat Alua. in d. §. ſi quis per triginta. col. mihi 3. ver. oppono; ꝙ immo in feudis &c. quia in prima ſolutione Aluaro. conſentit, quòd præſcriptione longiſſimi temporis poteſt feudum præſcribi.

93 ¶ Et quo ad ſecundam ſolutionem, ſuper quã Decius ſe fundat; dicitur, & quiſq; videre poteſt, quantum fundamentũ fieri poſſit ſuper auctoritate Aluaroti, qui in hac re alternatiuè loquitur, quare ſuper vnò alternatiuorum non poteſt fieri fundamentum.

94 ¶ Aliter etiam rñdeo, ꝙ illa auctoritas nõ poteſt in aliquo nobis obſtare, quia reſpondet ad duo iura, videlicet ad tex. in c. imperialem. §. 1. de prohib. feud. alien. per Feder. & ad tex. in c. 1. de lege Cor. quæ iura inducunt alienationem feudorũ, non poſſe fieri ſine licentia dñi, nulla obſtante præſcriptione; ſed quid ad propoſitũ noſtrum? in quo Imperatores inueſtiuerunt, & ſic cum iura non faciant ad propoſitum, reſponſiones illis iurib⁹ datæ, nihil poſſunt facere.

95 ¶ Reſpondetur, & aliter, quòd etiam illa rñſio eſt multum extranea à propoſito noſtro, quia dicit ibi Aluar. quòd nulla p̃ſcriptione poteſt fieri, quòd feudũ non ſit feudum; bene poteſt præſcriptione fieri, quòd tanto tẽpore præſumatur feudum; ſed hæc quid ad propoſitum? in quo & nos fatemur feudum, nec derogare intẽdimus feudo; ſed dicimus illud ad nos, & non ad alium ſpectare.

96 ¶ Præterea iſta eſt clara concluſio, quòd in feudis habet locũ præſcriptio. vnde nõ video ad quid negare hanc concluſionẽ, pro qua eſt tex. in d. §. ſi quis per triginta. & nedum præſcribitur contra dñm, immo contra alium inueſtitum, iuribus dñi firmis manentibus reſpectu inueſtituræ. glo. Hoſtiẽ. Abb. & Fely. in c. ad audientiam. de præſcrip. latè tractat Balb. in d. tract. de præſcript. car. 34. col. 1. ver. ſecundo quæro. vbi multa dicit ad hoc propoſitum præſcriptionis tanti tẽporis, quòd non eſt memoria in contrarium.

Dum demũ idem dñs Conſultor ad reſpondendum repetit quod ſupra deduxerat, pro fundãda eius intentione, videlicet, quòd dñs expreſſè non poſſet p̃iudicare naſcituris, quibus ex contractu ius eſt acquiſitum: ergo multominùs tacitè, & quòd talis præſcriptio non poteſt habere locum contra naſcituros non valentes agere. Item nec habet locum in inuaſoribus. Itẽ nec propter malam fidẽ defuncti. Item nec propter malam fidẽ ſucceſſorũ. Item, quia daretur reſtitutio, quia ad hæc omnia ſpecialiter reſponsũ

 eſt,

ra facta inuaſori.l.cóquæreba tur.vbi Bar. & Doc.C. unde vi. Alex. conſ. 3. col. fi. ver.8.quia.lib.5.Ang.in l.2.C.de fun. & ſalti.lib.11. per Balan l. 1. in prin. ff. de carbo.edic. & in l. fi. C.ſi contra ius, vel vti.pub.per Alex. latius d. conſ.3.

Et ſequitur idē Decius,rñdendo alijs inueſtituris,ſed,anteq̃ ad ea deueniā, placet reſpondere ſupraſcriptis.

Reſponſio.

103 ¶ Propterea venio ad primū;& dum dicitur,q̃ Imperator non potuit præiudicare &c. Parcat mihi dñs Decius,quia forte adduxit in primo conſilio, quòd dñus non poteſt præiudicare, intelligendo de dñis feudorū, Marchionibus, Epiſcopis, & alijs, ſed in Imperatore,qui eſt ſuprema poteſtas, id dicendo,forte incidit in pœnam ſacrilegij,iuxtà l.2. de crim. ſacrileg. ſed quia non intendo hoc diſputare; propterea omitto hæc.

103 ¶ Bene dico, quòd Marchiones Salut. nullū ius habuerunt,nec hñt, & quaten° habuiſſent millies, quòd Henricus Imperator inueſtiendo, non præiudicauerit

104 iuribus tertij; hoc tamen nō prohibet, quin ſaltem transtulerit vſucapiendi cōditionem,quæ vſucapio eſt vnū de fundamentis noſtris,licet enim quis vēdendo non præiudicet iuribus dñi, poteſt tamen transferre,& transfert vſucapiendi conditionē. l.ex empto. ff.de actio. emp.

105 ¶ Dū dicit,quòd Manfredus fuit ſpoliatus,hoc negatur; cū immo ſi fuit in Marchionatu,fuit,vti adminiſtrator in virtute teſtamenti Ioannis, immo conſenſit Oratoribus,vt etiam dictum eſt ſupra.

106 ¶ Et dum dicit quòd præſumitur ſpoliatus; reſpondetur,quòd nunq̃ poſſedit, & quatenus etiam poſſediſſet,hoc non prodeſt,ſtante quòd etiā obſtat præſcriptio 225.ann. de qua re loquemur, vbi continget, quod non credo Marchionem Salutiarū probare hoc ſuum intentum, quod falſiſſimum eſt.

Verum eſt,quòd dñus Præſidens in eius hiſtoria dicit,quòd eo tpe, quo Manfredus gubernabat ſtatum Marchionatus Montiſferrati, ex commiſſione data in teſtamento Ioānis, quòd Manfredus datus cuſtos,derobauit certa Caſtra Marchionatus,quæ cū demum non voluerit reſtituere culpa antedicti Manfredi,fuit ortū bellum inter eundē Marchionem Manfredum,& Theodorū primum,qui Dñus Manfredus auxilio Caroli Regis Hyeruſalem, & Siciliæ, rupit exercitum Theodori primi;&ſic poteſt videri,quātum Manfredus timeret Theodorum; & pariter an poſſederit Marchionatum, an verò certas terras,de quibus nunc non fit quæſtio,ſed vbi de illis diſputare contingerit,videbim° de iuſtitia, vel iniuſtitia earundem, & quis fuerit ſpoliator, an Theodorus, an Manfredus.

Et pariter reſpondebimus alij argumento; quo dicitur, quòd non valet inueſtitura facta inuaſori.

Sequitur pars conſilij Decij.

107 ¶ Sequitur idē dñs Conſultor, non obſtant aliæ inueſtituræ factæ per Vinceſlaum, cū derogatione iuris deſcendentiū ab ipſo Aledramo, quia non valuit, nec fieri potuit in præiudicium iuris quæſiti ipſis deſcendentib° ex iure cōtractus, & ppria perſona, vt latius aſſeruit dixiſſe in primo conſilio, vbi dicit probaſſe oēs inueſtituras non valuiſſe ex vitio ſubreptionis,& ſubdit,quòd apparet fundamentum ex iſtis inueſtituris eſſe debile. Qua re expleta,idē Decius deuenit ad examen ſententiarū;ſed libet,anteq̃ vlterius procedā,reſpondere ſupraſcriptis.

Reſponſio.

108 ¶ Dū igitur dicit de inueſtituris factis per Vinceſlaū,cum derogatione iurium deſcendentium ab ipſo Aledramo. Reſpōdeo primò, quòd iſtud eſt ſomnium, nam in inueſtitura Vinceſlai nullum fit verbum,nec de Aledramo,nec de deſcēdentibus Aledrami, niſi tantū quantum confirmat inueſtituram Caroli quarti,in qua fit mentio de Aledramo; ſed nec in ea derogatur iuribus alicuius, & in inueſtitura Vinceſlai derogatur priuilegijs impetrandis contra dicta priuilegia, & derogatur geſtis in contrarium per tutores,& curatores Marchionum,& alios;& ſic non video vnde ſomniauerit hanc ſuam chimeram.

Et

109 ¶ Et dñs dicit, quòd apparet fundamen-
tum noſtrum ex inueſtituris eſſe debile,
reſpondetur, quòd ſi fundamentum ex
inueſtituris noſtris ſumeretur, prout fa-
cit dñs Conſultor; nedum eſſet debile,
ſed nullius valoris; ſed nos inducimus in
ueſtituras ad fundandã intentionem no-
ſtram, quę proculdubio fundatur ad pręſ-
ſtandum nobis ius, vel ad facultatem v-
ſucapiendi. d. l. ex empto. ff. de act. empt.
ſed non vtimur fundamento illarum in-
ueſtiturarum eo modo, quo imaginatur
dominus Conſultor.

Sequitur pars conſilij Decij.

110 ¶ Statim ſubdit dñs Conſultor nõ obſt.
ſñia arbitramentali amologata &c. quę
habet vim tranſactionis, vbi fuit tranſa-
ctum ſuper Marchionatu inter Theodo-
rum, & Manfredũ, quia non potuit Man-
fredus præiudicare moderno Marchio-
ni, qui venit ex perſona ſui, nõ ex perſo-
na Manfredi, vt dixit ſupra.

111 Secundò dicit, quòd non tollitur ius ip
ſorum Marchionum, immo reſeruatur
per eum; ita tamen, quòd interim fruan-
tur illo modo.

112 Tertiò dicit, quòd geſta per expulſum
meticuloſè non præiudicat. Abb. in d. c.
ſolita. de reſti. ſpol.

113 Nec obſt. dicit ipſe, quòd modernus
Marchio, tanq̃ hęres Manfredi teneatur
ſeruare facta defuncti. l. cùm à matre. C.
de rei vend. quia dicit ſup. reſponſum eſ
ſe in quarta conſideratione. 1. c. in fin. &
latè rñdet in cõſ. 185. In cauſa &c. col. 4.

114 Confirmatur etiam eo, quòd compoſi-
tio, ſñia, & emologatio non valuit, vt ſu-
pra probatum eſt.

115 Itẽ dicit ipſe Decius, non conſtat, quòd
Manfredus habuerit notitiam iuris ſibi
quæſiti, ex dicta antiquiſſima conceſſio-
ne: vnde ipſemet poteſt contrauenire;
Alex. in l. ſi donatione. col. 5. C. de colla.
quanto igitur magis deſcendentes.

117 Maximè, quia actus non potuit valere,
niſi durante vita eius, à quo mortuo, cæ-
teri vocantur ex perſona propria. Bal. in
l. 2. C. ſi in frau. pat. & faciunt not. per Bal.
C. ſi in frau. patro. vbi ponũtur caſus, qui-
bus põt hęres venire contra factũ defun-
cti. Bal. & Doct. in l. 2. C. de inoff. dona.
Quo expedito d. Conſultor ſtatim venit
ad reſpondendum, quòd non fuerit pe-
tita inueſtitura; ſed antequã ad id venia-
mus, expedit præfatis reſpondere.

Reſponſio.

118 ¶ Quare, quo ad primũ rñdetur; quòd
dum dicitur, q̃ fuit tranſactũ ſuper Mar-
chionatu; iſtud quippè non eſt verum,
quòd ego viderim, nec laudum aliquod
facit mentionẽ de hoc; bñ fundamentũ
noſtrum eſt, quòd cognoſcat March. Sa-
luc. in feudũ certas terras, à Marchione
Montisferrati; quo fit, quòd vſq; de illo
tẽpore habebatur ꝓ expedito Marchio-
natum nõ ſpectare Manfredo; & factis &
antiquo multa fides præſtatur, vbi maxi-
mè cætera conueniunt, vt dictũ eſt ſupra;
maxime, dũ remiſi me ad dicta in alio
conſilio, etiã ſi eſſent recentia, non pro-
barent, vt ibidem habetur, & potuit prę-
iudicare moderno Marchioni, ſtante,
quòd eſt hæres Manfredi: nam teſtator,
119 licèt extraneus, poteſt diſponere de re
propria hæredis. §. non ſolùm. vbi glo. &
Doc. Inſtit. de leg. & facit regula, quẽ de
euictione tenet actio, eundẽ agentem re-
pellit exceptio. l. vendicantem. ff. de offi.
eius. l. exceptione. C. eod. tit. ſed Manfre-
dus promiſit obſeruare ꝓ ſe, & hæredibꝰ
120 in ampla forma: propterea hæres non
poteſt contrauenire, maximè cũ ſuppo-
natur non eſſe aditã hæreditatem, cum
121 beneficio inuẽtarij; & hoc eſt etiã ex-
peditum in feudis, vbi de intereſſe dñi
non tractatur, vt latè dixi apoſtillando
meũ Alex. in l. ſi patroni. ff. ad Treb. qđ
hic omitto dicere, quia me nimis in lon-
gũ traheret materia; ſed reſeruo ſcribeñ.
ſi opus fuerit, prout de intereſſe dñi non
tractatur hic, ſtantibus inueſtituris.

122 ¶ Dũ dicitur, quòd per illam ſñiam nõ
tollitur ius, immo reſeruatur per eum: re
ſpondetur, quòd reſeruarũt ius ſuper p̃-
fatis in ſñia, ſed laudo; Et quia ſup Mar-
chionatu non laudarunt, nec laudare
potuerunt; propterea non poteſt dici re-
ſeruatum hoc ius.
Item reſeruarunt poſſe facere infra cer-
tum tempus, quod lapſum eſt; & ſic non

eſt

eſt amplius locus illi excitationi.

123 ¶ Dũ dicitur, ꝙ geſta per expulſum, vt meticuloſa &c. reſpondetur, ꝙ negata fuit, & negatur expulſio, & metus, & quo ad metũ ſpecialiter rñdeo, quòd non eſt verum; immo Manfredus, cũ fauore Caroli Regis Siciliæ rupit exercitum Theodori; ita ꝙ quiſq; videat quis, & qualis metus erat in Mãfredo, & dictũ eſt etiam ſuprà ver. verũ eſt &c. ſub n. 106.

124 ¶ Dum dicit, ꝙ non obſt. quòd pñs Marchio Franc. ſit hæres, quia ob id non tenetur ad factum defuncti, quia ipſe dñs Conſultor pro reſponſione remittit ſe ad dicta ſupra, & in ſuo cõſ. 85. col. 4. ver. nõ ob. quia replicat, negando, ꝙ Marchio Fráciſc. fuerit hæres cũ bñficio inuẽtarij.

125 ¶ Secundò quatenus ſit hæres, tenetur ſaltem tantũ, quantum vires hæreditatis ſufficiunt. & viſo inuentario, videbimus, an poſſit habere ſuã Marchiã pręcipuã; quod non expedit nunc examinare, ſed ſeruabimus ſuo loco, ſi opus fuerit.

126 ¶ Reſpondet, & aliter, quòd ſi ſit hęres ſine inuentario, non poteſt contrauenire; cùm etiam teneatur de euictione. d. l. cùm à matre. C. de rei ven. & contra d. l. vendicantem. vbi habetur regula quem de euictione &c.

127 ¶ Non obſt. tex. quem allegat Deci. d. conſ. 84. col. 4. ver. non obſtat. vbi alleg. tex. in l. fin. C. de euict. vbi ille text. eſt ſingulariſſimus, & ſpecialis, & contra regulas, de quibus ibi in glo. & propterea debet intelligi in ſuis terminis, nec trahitur ad conſequentias. l. ius ſingulare. l. quod vero. l. in ijs. ff. de legi. in caſu igitur noſtro procedunt ambæ regulæ, adiuit hæreditatem parentũ, ergo eorum facta nõ poteſt impugnare. d. l. cũ à matre. Item Marchio Franc. tenetur de euictione, ergo agẽdo repellitur d. l. vendicantem. & termini dictæ l. fi. ſunt diuerſi, quia illa l. loquitur in hærede fideiuſſoris; Item ꝓpter eius exorbitantiam, & irrationabilitatem habet diuerſos intellectos, vt per Saly. ibi poſt glo. & Bar.

128 ¶ Nec obſtat doctrina Bald. in d. c. imperialem. in fi. prin. quia nihil dicit ad hoc; & inquantum diceret, ſolutio colligitur ex ſtatim dicendis.

129 ¶ Non obſt. ꝙ contractus ſit nullus, ad hoc pro nunc non intendo rñdere, quia forte Illuſt. Dux, & Duciſſa ſuo tpe dicent, quod dicit dñs Conſultor; Sed quãtum eſt reſpectu præſentis materiæ; dico, quòd cõtractus, & laudũ non fuit nullum reſpectu naſciturorũ, in quibus terminis loquitur nunc dñs Conſultor: Alienatio enim feudi valet, ſi tamen dñus conſentit. c. imperialẽ. de prohib. feud. alien. per Fede. c. 1. §. hoc quoq;, de ſucc. feud. in auten. præiudicet, vel ne loquor nunc; & quia non tractamus de cõſenſu domini, ſed de intereſſe patris; propterea vaſallus, qui vendidit, non poteſt, quantũ eſt reſpectu ſui circumſcripto, reſpectu dñi reuocare; ſed ſunt agnati, qui reuocant; quare idem dicamus in filio, ſi eſt hæres per regulam dictæ legis, cũ à matre. C. de rei vend.

130 ¶ Dũ dicitur, quòd non conſtat, quòd Mãfredus habuerit notitiam iuris ſibi quæſiti; ſiquidem eſt publica vox, & fama, vt ipſe ſupponit per eam probare iura Marchion. Salut. quomodo ꝓbabiliter dicere poſſumus, quòd Manfredus minus ſciuerit, ꝙ̃ præſens Marchio; profectò hoc nõ eſt veriſimile, non ignoratur enim veriſimiliter id, de quo eſt publica fama, vt fatetur idem Conſultor, & not. in l. ſi tutor. ff. de peric. tut. Item ſi dñs Conſultor dicit, quòd Mãfredus acceſſit ad poſſeſſionem, vel quaſi; Item, ſi facta fuerunt acta publica; dicere modò, quòd ignorauerit, profectò id nihil aliud eſt, ꝙ̃ ſine rubore loqui, vt de ſe patet; modò enim dicitur vnũ, modo aliud; prout contingit domino Cõſultori facere ad rem ſuam.

131 ¶ Dũ dicitur, quòd actus non potuit valere, niſi pro tpe vitæ ipſius; Reſpondetur ſupplendo, & hæredũ ſuorum. d. l. cùm à matre. C. de rei ven. Nec dicatur, venit ex perſona ſua; ergo &c. quia & in caſu dictæ legis cũ à matre, nõ veniebat, tanq̃ hæres, ſed ex perſona ſua; & tamen repellitur, ſi agit, cùm ſit hæres, licèt non

132 agat vt hæres; & licèt dẽtur aliqui caſus ſpeciales, tamen neceſſe nõ eſt, quòd detur noſter, nam à iure ſingulari nõ fit

recta

recta illatio.l.ius ſingulare.l.quod vero.l. in his,ſupra allegatis,maxime cũ ſint diuerſa,à quibus non licet argumentari. l. Papianus exul.ff.de minori. Et cùm nos habeamus regulã pro nobis,habemus intentionem noſtram fundatã. ſm Bar.in l. 2.ff.de in ius voc. vbi dicit rem dici eſſe certã pro eo,qui habet regulam ꝑ ſe, & not.Matt.not.20.& per Bar.in l.quoties. ff.ſi quis caut. & aiunt, quòd Bononien. adhæreunt regulæ tanquã carotio.

Sequitur conſilium Decij.

133 ¶ Subdit dñs Conſultor non obſtare, ꝙ Marchio Salut.non petierit inueſtiturã infra annum, & diem, quia primò ignorabat ius ſuum dictæ antiquiſſimæ conceſſionis.

134 ¶ Secundò,quia alius,qui erat inueſtitus,tenebat,& poſſidebat, quod præſtat iuſtam cauſam, vt priuari non poſſit, vt dicit aliàs dixiſſe conſ. 144. maturè, tertio quæſito, col.4.

Reſponſio.

135 ¶ Cui rei,anteq̃ ad alia deueniam rũdeo intento,ꝙ iſtæ rationes nõ ſunt bonæ,ſtante vero,prout verũ eſt,quòd probauimus in conſilio noſtro, dum probauimus,ꝙ currit tempus non poſſidenti, vbi potuit vendicare feudũ, & non vendicauit,& ſic fuit negligens; & allegaui inter cætera dñm Præpo.in c.1.quo tempore miles.& ibi dicta facilè videri pñt, quæ ex toto tollunt hoc fundamentum, quod non facit in propoſitum,nec Marchionis præſentis,nec prædeceſſorum.

136 ¶ Et ideo magis verũ eſt,quia dñs Manfredus accepit inueſtiturã de dicto Marchionatu à Carolo Rege Siciliæ; & ſic à nõ vero dño,quod multo peiùs eſt. iſtud enim fuit peruertere bonum ſtatum Imperatoris, vt de ſe notum eſt.

137 ¶ Immo dñs Conſultor dicit Manfredũ tenuiſſe,& ſic nulla cauſa excuſat eum, cur non petierit inueſtituram.

138 ¶ Nec dicatur, ꝙ ignorauerit,quia ipſe Marchio Salut.ſupponit publicam famã, quare non poteſt dicere, ꝙ ignorauerit, cùm quilibet præſumatur ſcire id,de quo eſt publica vox,& fama,vt etiã dictũ eſt ſupra; dum allegaui Bart.in l.ſi tutor. C.

139 de pericu.tut.cũ alijs ibi. Et quatenus ignoraſſet,ignorantia fuit ſupina,quæ nõ excuſat.l.nec ſupina,ff.de iur.& fact.ign. per Imo.in c.fin.de præſcrip.per Fely. in c.vigilanti,de præſcrip.& per Bal.in l.fin. col.13.ver.ſed iuxta,de pſcrip.vbi ignorantia,quæ non tollit diligentiam, dicitur improbabilis,& quod idẽ voluit Cor. in l. quamdiù. C. qui admit. & Gemin. conſ.66. col.vlt. in princ. vbi voluit, ꝙ affectata ignorantia dicitur,vbi quis potuit ſcire,& neglexit.

Nõ obſtat,quòd alius teneret, quia iſtud hñ excuſat,niſi exiſtens extra poſſeſſionẽ fuerit negligens in vendicando, & dictũ eſt ſupra; & inquantum Deci.in ſuo cõſ. 144. hic allegatõ,ita intellexerit, poteſt dicere verum;ſed,ſi aliter intellexit,bona venia errauit, & hic,& ibi.

Sequitur pars conſilij Decij.

140 ¶ Succedit dicendo dñs Conſultor non obſtare,quòd modernus Marchio recognouerit certa Caſtra, quia dicit hoc nõ poſſe præiudicare,vt latè dixit in 1.conſ. ver. nec etiam dici poteſt; Immo, quod plus eſt,inquantum præiudicaſſet, quòd poteſt dari reſtitutio in integrum.

Reſponſio ad ſupraſcripta.

141 ¶ Profectò non poſſum reſpondere his, quæ non vidi,& fundamenta noſtra principalia conſiſtunt in alijs; tamen & hæc non omittimus: dico igitur, quòd cũ, vt videri poteſt,pars aduerſa quærit fundare ſuam intentionẽ ex fama, & alijs probationibus, & præſumptionibus priuilegiatis,quòd iſtæ inueſtituræ,millies quòd nõ probarent concludenter intẽtionem noſtram,tamen eludunt illas pſumptio-

142 nes partis aduerſæ. vna enim præſumptio tollit aliam, vulgata.l.cũ de indebit, de proba.c.tuam.de ſpon.per Alex.conſ.

143 124.n.11.in 6.vol. Et in antiquis præſumptiones multum valent,ſi tamen cętera conueniant,vt latè dictum eſt ſupra,

144 & non repeto; & dixit Ariſt. vero conſonant omnia,de quo meminit Soci.cõſ. 89.col.6.ver.præterea nihil.in 1.vol. qui allegat Philoſophũ 1.Ethicorum & dicit

145 Bar. probatio nihil aliud eſt,q̃ inducere Iudicem ad credendum rẽ ita eſſe,

ita

ita Bar.in l.admonendi.ff. de iuriſd. om. iud.& probat tex.in l.quinquaginta. ff. de proba. & refert,& ſequitur Soci. in præalleg.conſ.89.col.6. ver.præterea nihil:
146 quare quiſq; videat,quã ſit veriſimilis prætenſa fama,cũ Manfredus paulò poſt mortem Ioannis,decretus à Ioãne gubernator,ſtatum gubernauerit. Item miſerit pro Theodoro; Item interim cuſtodierit ſtatũ; Item demum acceperit inueſtiturã à Theodoro primo, & demum ſucceſſores Marchiones Salutiarum ſuc ceſſiuis tẽporibus à Marchionibus Montisferrati, acceperunt ſimiles inueſtituras: Immo aliquando Marchio Salutiæ. & locumtenẽs Marchionis Montisferrati,dicto nomine accipiebat inueſtituras, vt patet publicis documentis, & vtar argumento,quo ſæpè vtitur dñs Conſultor in hoc cõſilio,quę certam interpretationem habuere &c.l.minimè.ff. de leg. & ibi glo.quæ allegat pro caſu text.in l. ſi leones.C.de Epiſc.audien.& tex.in l. dos à patre perfecta. C.ſol.mat.

Pars conſilij Decij hic ſequitur.

Sequitur dñs Conſultor,dicens.

147 ¶ Non obſtat teſtamentum Ioannis, in quo inſtituit Violantidem,& eius filios, & demum Manfredum Marchionẽ Salut. quod fecit forte ſub poteſtate attributa diſponendi inter viuos, & vltima
148 voluntate,quia non valuit, & maxime inducens diuiſionem Marchionatus, qđ eſt contra.c.1.§.præterea Ducatus.de ꝓhib.feud.alien. per Feder.
149 ¶ Item,quia Doctores tractantes de primogenitura,volunt,quòd filij nõ poſſint petere legittimam,quia ſic paulatim diminueretur; & ideo facultas teſtandi debet intelligi de tota Marchia, vel fortè de modica alienatione, iuxtà not. per Bart.in l.prohibere. §.planè. ff. quod vi, aut clam.
150 ¶ Item,cũ iſta cõceſſio antiquiſſima intelligatur de maſculis tantum,ſiue ſimus in feudalibus, ſiue ſimus in illis magnis ſucceſſionibus, quę iure primogenituræ deferuntur,vt latè dixit ſup. in ſecunda conſideratione principali: Itẽ promiſſio
151 iſta alienandi non trahitur ad terminos incapacium.Bal.in c.1.§.donare.col. 2.ver.ſed debitori.ĩ tit.qualiter olim feu. poteſt. alien. per Corn. conſ. 16. aperta fronte,col.2.in fi.in 1.vol.Iaſ.in prælud. feud.col.17.verſ.ſecundo limita. & dicit dixiſſe, conſ.193. col.2. ver. non obſtat fundamentum.
152 ¶ Et iſta interpretatio ſumenda eſt, & concordat cum cõceſſione facta Aledramo,& ſucceſſoribus ex ſanguine, & de maſculis prius, & vt minus diſcordet à natura feudi,& à iure primogenituræ.

Reſponſio.

Et anteq̃ ad aliam deueniam,placet more meo reſpondere ſupraſcriptis.
153 ¶ Et primò,dum dicitur, quòd non valuit illa conceſſio, qua datur facultas alienandi,quia ſic poſſet Marchia diuidi, quia conſequentia dñi Conſultoris non valet, Marchiones non poſſunt diuidere.per tex.in §. præterea Ducatus. & ſic propter naturam feudi: Ergo Imperator concedendo Marchiam, non poteſt apponere conditionem, quòd poſſit vendi in totum,vel pro parte, vel magna, vel parua; hoc enĩ eſt ius poſitiuũ,& Imperator eſt ſupra ius poſitiuum.l. Princeps. ff.de legi.l.digna vox. C.eod. tit. de leg. habetur in c.quæ in Ecc'arum.de conſti. & in l.gallus.§.& quid ſi tantũ.ff. de lib. & poſth.& ſacrilegiũ eſt diſputare de potentia Imperatoris.l.diſputari. C. de cri. ſacrileg.Otto enim fecit Marchionatũ, & potuit illũ deuaſtare.l.eius eſt tollere,
154 cuius eſt condere.l.eius.ff. de reg. iur.
155 Item Imperator de vna dignitate põt facere plures,& de vna Prouincia poteſt facere plures,vt no.Mart.Laud.in tracta. de Principe.& dixi etiã ad aliud propoſitũ,conſulendo in p̃nti cauſa,& non repe-
156 to, & licèt pro cõſeruatione primogenituræ legittima non extrahatur, tamẽ ſi conſuetudo inducit primogeniturã contrariam,poteſt inducere contrarium; q. immo plures ſuccedãt, prout dictum eſt ſupra,quod ſeruatur in Lombardia.
157 ¶ Sed quid vltra,ſemper præſumitur,q. quis velit facere actũ validum. l. quotiẽs in ſtipulatio.ff.de verb.ob. l. quotiens in actionib.ff.de reb.dub. l. in ãbiguo. ff.de leg.

leg. latè per Matth.in ſuo tract. de elect.
veri.opin.col.vlt.quare,vt valeat, inquã-
tũ validitati id obſtaret, ſumenda eſt in-
terpretatio,vt intelligatur de tota; & ſm̃
hoc nihil obſtat teſtamento Ioannis pri-
mi,qui totũ vni ſoli,licèt mulieri reliquit.
158 ¶ Præterea verba Ottonis non pñt pati
iſtam interpretationẽ, dum dicunt, ha-
beantq́; poteſtatẽ tenendi,vendendi,cõ-
mutandi,alienandi, vel pro anima iudi-
candi, & quicquid eorum decreuerit a-
nimus faciendi,omnium hominum cõ-
tradictione remota, quare in claris ceſ-
ſat interpretatio.l.continuus.§. cùm ita.
ff.de verbo.ob. per Pau.in l.ſi de certa.C.
de tranſac. maximè,cũ fuerit donatio, in
159 qua fit nedum plenior, ſed pleniſſima
interpretatio: Et ſi verba Ottonis dedu-
cuntur ad dictam interpretationem; pri-
mò,ꝙ intelligatur de tota; ſecundò,ꝙ in-
telligatur in primogenitum; tertiò,quòd
in agnatum; quartò in maſculum, & nõ
in fœminam; quid operabuntur illa tam
plena,& prægnantia verba? certè nihil.
160 cõtra tex.in l.ſi quando.in princ. ff. de
lega.1. & c. ſi Papa, de priuileg. in 6. co
161 maximè duplicata,& prægnantia.l.ba-
liſta. ff.ad Treb.& l.cùm ſimus,de agric.
& cenſi. vni vnumquodq́; verbum debet
eſſe cũ virtute aliquid operandi: & cer-
tè,quod talis interpretatio eſt nimis vio-
lenta,& in hac re dñs Conſultor proceſ-
162 ſit nimis affectatè. Nec eſt verũ, quòd
fœmina tunc eſſet incapax,ſecundũ vſus
feudorum,à quibus poſſit dici,quòd illa
verba receperũt interpretationem, quia
tunc vſus feudorum non erant in conſi-
deratione,vt etiã probatum eſt ſupra in
noſtro cõſilio,vbi hoc ad ſenſum per cõ-
putationem temporũ probauimus; & ſi
licet in extraneos, cur non in ſororem,
quæ ſit ex deſcendentibus; eo maximè
propter illa verba ad vtriuſq; ſexus fami-
lias, ſi referantur ad perſonas, vt ſæpè
ſupponit dñs Conſultor.

Sequitur pars conſilij Decij.

163 ¶ Vltimo loco ſubdit dñus Conſultor,
dicens,non obſtat, quòd non poſſit pro-
bari iſta deſcendẽtia iſtorum Marchio-
num Salut. quia immo poteſt probari ꝑ
famam,& coniecturas.Bal.in l. cũ ſuper.
C.de rei vend. auten. quas actiones.col.
fin.C.de ſac.ſanc.Eccl.Aret. conſ.37. ſe-
quendo ordinem in ſecundo dubio.Bar-
ba.conſ.41.illud affetã.col.1.2.vol.Alex.
conſ.187.col.2.& 3.2.vol.item conſ.119.
Perſpectis.col.fi.5.vol.glo.& Doc. in l.1.
ff.de proba.Soci.conſ.136. col. 1.
164 ¶ Hinc fama,quæ nõ facit plenam, nec
165 ſemiplenã ꝓbationẽ, in antiquis facit
plenã, & probat dñium,quod eſt diffici-
lis ꝓbationis.ſm̃ Ang.in l.atqui natura.§.
cũ me abſente.ff.de neg.geſt.Bal. in l.ꝓ-
prietas.C.de proba.& idẽ Deci. conſ.42.
166 ¶ Et facta antiqua,ſola fama probantur
alijsq́; probationibus minus legittimis.
Cor.conſ.304.n.5. lib.2.
167 ¶ Item ſufficiunt adminicula, & teſtes
de auditu.Cor.conſ.323.n.13.1.vol.
167 ¶ Item in antiquis admittitur probatio
per modum veriſimilem,& poſſibilem,
licèt non præcisè cõcludentem. ſm̃ eun-
dem Corn.conſ.171.n.3. 2.vol.
169 ¶ Item ſubdit idem Deci. quòd adeſt
quoddam examen ad æternam rei me-
moriam,anni 1206. pro parte Dñi Man
fredi Marchionis Salutia. contra Theo-
dorum filium ſororis Dñi Ioannis, &
Dñs Manfredus tunc poſſidebant Mar-
chiam Montisferrati.
170 ¶ Et illi examini non poteſt opponi, cũ
præſumatur pro ſcripturis antiquis, etiã
non ſolemnibus.Bal.in c.1. §.cũ autem.
col.2.de controu.inueſti. & in l. exẽplo.
de proba. Bar. & Doct.& ibi latè Iaſ. col.
132.ver.tangit etiam.ff. de iureiur.
171 ¶ Item in antiquis ſcripturæ inter alios
probant Doct.in l.cũ aliquis. C. de iure
delib.etiam ſi eſſent verba enunciatiua.
ſecundũ Ant.de But.in c. cũ dilectus, de
ſuc. ab inteſta. clẽ. ſi ſummus Pontifex.
de ſen. excom. Fely. in c. cũ cauſam,de
proba. Alex. conſ. 6. Viſo themate .cir-
ca fi. & cõſ.74.Viſis &c.col.2.lib.4.dicit
dixiſſe,conſ.42.col.6.ver.tertio ex alio.
Et in hoc loco finit conſilium dñi Decij.

Reſponſio ad ſupraſcripta.

172 ¶ Reſtat igitur ad præfata rñdere, qua-
re dico,ꝙ,cùm hæc fuerint præuiſa, fuit
per nos, videlicet, per me, & Mag. Do.
Hieronym.

Hieronym. Luceñ. rñſum in nro conſilio cõmuniter æditо, & primò in ver. ſed poſito, vbi probauim⁹, quòd in antiquis fama, & huiuſmodi talia probant; ſi tamen cætera cõueniunt, & non aliter, & quòd in ꝓpoſito cætera non conueniant, & addo ibi dictis, quòd inter cætera non conuenit ſnía lata per arbitros inter dictos Marchiones Theodorũ, & Manfredum acceptantes, & approbantes, quod fuit de anno 1311. tertio Nouembris.

173 ¶Item in eodẽ conſilio noſtro car.... ver. diutina, probauimus, quòd fama, & alia ſimilia probãt in antiquis, qñ concurrunt cum poſſeſſione, ſecus verò, ſi fama, & effectus, ſeu poſſeſſio nõ conueniunt; & probauimus per tex. in l. qui in aliena. §. ſed ſi adierit. ff. de acquir. hæred. & per text. in l. ſi filius. C. de peti. hæred. vbi

174 ſola diuturnitas tẽporis non facit præſumi conſenſum; ſed tantũ, quantum temporis diuturnitas concurrit, cũ ſuo effectu poſſeſſionis, & quòd immo diuturnitas tẽporis, cũ contrario effectu facit præſumi totum oppoſitum: Item allegauimus Soci. in conſ. 153. col. 2. in 2. vol. vbi diuturnitas temporis facit præſumi tutelam fuiſſe legittimè decretam, ſi tamen geſta per tutricem ſortita fuerunt effectum; alleg. dictum Ange. multum ad propoſitum; qui voluit, quòd ſola diuturnitas non facit præſumi, niſi cum diuturnitate concurrat vſus, & poſſeſſio.

175 ¶Item in verſ. Et hoc eſt, allegauimus ad hoc propoſitum elegantem doctrinã Abb. in c. Alberi. col. 3. ver. ſed quæro. de teſti. qui vult, quòd ſi ſolus curſus tẽporis induceret præſumptionem, & probationẽ, de facili poſſent induci multę fraudes, vt de ſe patet, & latiùs ibi diximus.

176 ¶Immo in eodem nro conſilio car.... ver. & non ſtando, allegauimus pulcherrimã deciſionem Neapolitanã 277. quæ vult publicam famam in antiquis nõ prævalere aduerſus poſſeſſionem 30. anno. in quo loco allegauimus etiam D. Barthol. Veroñ. dictum il Cepolla, conſ. 22.

177 col. 3. verſ. Nam quum illud, qui dicit, quòd tũc in antiquis facilè præſumitur, quando præſumitur pro poſſeſſore.

178 ¶Et in eodem conſilio car.... ver. qđquidem &c. ad hoc propoſitũ allegauimus pulchrũ dictum Bal. in c. vigilanti. de præſcrip. vbi, ſi quis emit ab habente titulum, dicit bona fide emere, etiãquòd fama extaret, quòd res illa eſſet Eccleſię, cũ ſæpè fama deuiet à veritate; eo quòd magis præſumitur pro titulo, q̃ pro fama; & allegauimus etiam Fely. dicẽtem hoc eſſe dictum aureum; & propterea Hoſti. & poſt eũ d. Abb. in c. inter dilectos. col. 5. ver. nota bene &c. loquens in antiquis, dicit, quòd fama nõ releuat, quando aliæ probationes reprobantur; & propterea d.

179 Abb. ibi etiam in antiquis vltra famam requirit adminicula; ſed quicquid ſit de hoc, ad minus non debet habere adminicula contraria.

180 ¶Et in eodem conſ. car.... ver. pro quo etiã &c. deduximus quędam repugnãtia; nam leges inducunt vſucapiones, & pręſcriptiones contra poſſeſſores; & quod modo faceret in hoc quod cõtra poſſeſſores pro negligentibus pręſumeret magis propter longiſſimã negligentiam, q̃ ſi res eſſet recens; profectò oſtendimus eſſe abſurdum magnum.

Alijs etiam modis rñdimus in dicto conſ. ac etiam Illuſtr. Conſultores Italiæ, qui cõſuluerunt pro hac parte, quorũ conſilia pñt videri: propterea non intẽdo aliter dicere, hoc ſolo ſaluo, quòd intendo hic videre, & adducere, an Marchio Salut. poſſit ſuper aliquibus Cronicis, quas hucuſq; viderim facere fundamentũ; &

181 quidem ſupponendum eſt, quòd Cronicis præſtatur fides concurrẽtibus pluribus: primò, quòd ſint antiquæ; ſecũdò de factis antiquis; tertiò, quòd ab ãtiquis noſtris præſtita fuerit fides; hæc colliguntur ex doctrina Bar. in l. 1. ĩ prin. ff. ſi cert. pet. item ex doctrina Abb. & aliorũ in c. ex parte. vbi per Fely. de reſcrip. item in c. cũ cauſam, de proba. & in c. inter dilectos, vbi Fely. de fide inſtru.

182 ¶Addo & aliud, quòd debẽt eſſe veriſimiles ex regula gñali, quod non eſt veriſimile, dicitur eſſe falſitatis imago; vt per Imo. qui allegat Bal. in c. auditis, de præſcrip. & per Fely. in c. licèt cãm, de proba.

186 ¶Item Cronicæ nihil aliud ſunt, quàm
atteſtationes præteritorũ, quare in tãtum
credimus Cronicis, quantũ ꝙ narrant fa-
cta præterita; quare videtur, ꝙ omnia il-
lavitia, quę aſcribũtur teſtibus, poſſint &
pariter aſcribi Cronicis, ſi igitur eſt res,
quã ſcribens viderit, aut notoriè ſciuerit,
prout in ſcribentibus bella, quæ de recen
ti geſta ſunt, & quæ ſcimus, tanquã no-
torium, & facile, poteſt præſtari fides.

187 ¶Si autẽ ſcribunt audita, conuenit, vt
auditus ſui adhibeant teſtimoniũ, vt ꝓ-
babiliter poſſimus venire in cognitionẽ,
quanta ſit illis fides adhibẽda; & eſt text.
in l.licèt ex quadã, de teſtib. ibi perſonæ
graues; Item ibi didicerunt ab antiquio-
ribus; Itẽ ibi duobus ad minus; Item ibi
nec ab infamibus, & ſuſpectis, ſed à fide-
dignis; Item ibi, cùm ſatis videatur ab-
ſurdum illos admitti, quorũ repellerẽtur
auctores, & aliàs eſſet in facultate cuiuſli-
bet ſcribere, quæ voluerit, vt poſt lõgum
tẽps facilè illi credatur, qđ eſt incõueniẽs
vt in alijs tamen terminis dixit do. Abb.
in ca. Alber. col. 3. ver. ſed quæro. de teſti.

187 ¶Iſtis igitur ſuppoſitis, videamus quan
tũ fundamentum fieri poſſit per Croni-
cas, in fauorem Marchionis Salut. & ac-
cipiamus primo loco Cronicam Fr̃is Ia-
cobi Philippi ordinis Hæremitarum, car.
211. verſ. Alaramano, cuius dicta non re-
peto, cùm cõiter habeantur, & eius liber
vocatur Supplementũ Cronicarum; di-
cta igitur per eum habeantur hic pro ap
poſitis, & omni reſpectu dico illi non eſ-
ſe adhibendam fidem in aliquo.

188 ¶Et primò, quia Cronicę Fratris Iaco-
bi Philippi ſunt recentes, ſcripſit enim
vſq; de anno 1524. Et ſic non pñt dici an
tiquitus ſcriptæ, ĩmo potuiſſet id ſcripſiſ-
ſe ad inſtantiã Marchionum Salu. & ſic
conditio tpis non aufert ſuſpitionem.

189 ¶Ex hoc ſequitur, ꝙ non poſſumus di-
cere, ꝙ fuerit præſtita fides ab antiquis
noſtris, cùm fuerit contemporaneus no-
ſter; immo nec à contemporaneis no-
ſtris non præſtita eſt, nec præſtatur fides,
190 Et primò D. Præſidens Montisferrati,
qui fuit Dñs Beneuenut⁹, vir quippè do-
ctus, & bonus in eius hiſtoria illũ repræ-
hẽdit, & oſtendit dixiſſe non vera, & vl-
tra D. Præſidentem, eundẽ Fratrem Ia-
cobũ Philippum repræhendit Reueren-
191 dus Andre. Salernitanus Cremonenſis,
in eius opuſculo Belli nominis, & verbi,
car. 9. qui loquens de Dño Fratre Iacobo
Philippo, dixit hæc verba formalia, qui-
dam, qui falſo hiſtoriographum publicè
profitebatur; congeſſeritq; innumeras
in volumen quodam ineptias, eumq; li-
brũ Supplementum Cronicarum profi-
tebatur; quem quæſtionibus omnia fur-
ta fateri coactum in ignorantiæ terras ꝑ-
192 petuò relegarunt: Iſtas etiam non ve-
riſimilitudines in caſu Aledrami non ac-
ceptat Sabellicus, cui pariter videntur
fabulæ, licèt non veriſimilitudines non
impugnauerit.

193 ¶Erat iſte Fr̃ Iacobus Philippus multũ
facile ad mentiendũ, dicit .n. in dicto ſuo
Supplemẽto inter cętera, in car. ĩ ver.
194 Dum loquitur de Amadeo primo Du-
ce Sabaudiæ, quòd fuit vir bonus, prudẽs,
ſapiens, & ſanctus, & ꝙ fecit miracula;
cuius tñ Amadei vitã multum improbat
Blõdus, vir quidem (vt audio) magnæ au-
ctoritatis, qui de eo, & eius malis morib⁹
multa dixit, & inter cætera repręhendit
Albertũ Imperatorem, qui conſenſit, ꝙ
dictus Amadeus eligeretur in Papam; &
dicit eum Imperatorem conſenſiſſe tan-
to facinori, & exitus acta probat; cur enĩ
fuit eiectus à Papatu, & cur non habuit
obedientiam, ſi erat adeo ſanctus?
Item Fr̃ Iacobus Philippus, in alio etiam
mentitur, dũ recitat Hiſtoriam Griſeli-
dis, & Valterij, quẽ Fr̃ Iacobus Qualte-
rium nominat; dicit enim hunc Qualte-
riũ, Marchionem Salut. fuiſſe de familia
Aledrami, cùm tñ nullus Marchio fuerit
de prætenſa familia Aledrami, ſm̃ capi-
tulationem partis Salut. qui nominare-
tur Qualterius, vel Valterius.

195 ¶Sed omittamus extranea, & veniam⁹
ad immediata, & primò Fr̃ Iacobus non
dicit illud, quod dicit de Aledramo, ha-
buiſſe à viris, vel auctoribus, quibus me-
ritò credendum ſit; ſed ſimpliciter dicit,
& narrat fabulam, prout audiuit à multis
ita dicẽtibus; Ipſe enim vtitur his verbis
Aledramo,

Aledramo, *come dicono molti*; multi enim eſſe poterant, tres, vel quattuor plebei nugaces, qui ita vociferauerint; qđ eſt contra text. in d. c. licèt ex quadã. de proba. & ibi per Doct.

196¶ Secundò, Fr Iacobus dicit, quòd Aledramus erat fili⁹ Ducis Saxoniæ; & iſtud eſt manifeſtè falſum; eo, ꝙ filius Ducis ē Dux poſt mortem patris, & Ducatus ad filiũ ſpectat, vt not. in d. c. 1. de feu. Marc. not. latè Oldra. conſ. 94. eleganter circa negocium, & hoc fatetur, & ampliat dñs Conſulens; propterea circa hoc ſicco pede pertranſeo, quia non ſumus diſcordes in hoc; & ita in Saxonia ſeruatur, ꝙ filius ſuccedit patri in Ducatu, ſed in omnibus ſcripturis publicis, quas habemus, Aledramus nunꝙ̃ vocauit ſe Ducem, nec ab aliquo vocatus eſt, ſed iuuenis vocabatur Comes, demũ ſenior vocabat' Marchio; quare cũ nec ſe vocauerit, nec ab aliquo vocatus fuerit Dux, à cõmuniter accidentibus probatur, ꝙ non fuit filius Ducis; & argumentum à cõiter accidentibus valet glo. in l. neq; natales. C. de proba. quã gl. Bal. ibi no. qđ idem voluit Fely. in c. in pſentia. col. 7. ver. quarto limita. de ꝓba. & allegat bonũ text. in l. nã ad ea. ff. de leg. & glo. in c. litteras. de deſponſa. impub.

197¶ Tertia falſitas eſt, eo, quòd Fr Iacobus Philippus dicit Aledramum fuiſſe factũ Marchionem Montisferrati anno 985. & hoc apertè dicit, vt patet ex eius lectura: & tamen clarè apparet Aledramum fuiſſe Marchionẽ vſq; de anno 967. quo autentico priuilegio apparet Aledramũ vſq; de eo tẽpore fuiſſe Marchionẽ, quare dicẽti falſa non credit'. l. qui falſa, aut varia. ff. de teſti. & maximè in tpe, iuxtà ea, quæ habenrur in l. teſtium. C. de teſti.

198¶ Quartò dicit, quòd Dux Saxoniæ, & Ducilla vouerunt inquantũ ſuſciperent filium, quòd accederet ad ſanctum Iacobũ, & quòd Duciſſa bñficio ſancti Iacobi reddita eſt prægnans: & ideo Dux, & Duciſſa acceſſerunt ad explendũ votũ, quod ꝙ̃ veriſimile eſt, quiſq; videre poteſt: Et primò, quòd Duciſſa prægnans, quæ adhuc nõ cogebatur ad explendum votũ, cũ adhuc non eſſet natus filius, prægnãs poneret ſe in itinere, & tã longo, certa, quòd erat paritura in alienis patrijs, & Prouincijs, & ſciret à natura rei, quòd erat coacta filium infantẽ ineptum ad itinera deſerere tn locis alienis, ſine cura, & regimine parentũ, qui puerum tanto tempore affectarunt; quod eo maximè cõſiderandum eſt, eo, quòd Duciſſa non erat multũ longe à partu, quãdo diſceſſit à Saxonia; eo, quòd propinquata in Alexandria accedendo, nõ dico redeundo filium peperit, vt ipſe Fr Iacobus exponit: vnde, cũ hoc ſit longè valde à veriſimili, teſti atteſtanti non veriſimilia non creditur. c. afferte mihi gladium: & cap. quia veriſimile. & ibi Doct. de præſump. & o maximè, cùm non allegat auctorem, niſi quod audiuit.

199¶ Quintò ſubdit idem Fr Iacobus Philippus, quòd nato Aledramo Dux, & Duciſſa poſt menſem abiere, relictis certis Principibus, qui ſumma diligentia fecerunt puerũ nutrire, & quòd Dux, & Duciſſa expleto voto obiere; quo ſtãte, quis poteſt credere, ꝙ illi Principes diligẽtes (vt aſſerit Fr Iacobus Philippus) audita morte Ducum, ſe cũ puero non contulerint ad patriã, vel ꝙ populi Ducatus non miſerint pro puero eius Rege, ſeu Duce; hoc .n. viro diligẽti nõ conuenit; propterea nihil veriſimilitudinis habet: Arguere enim licet à conditione, & qualitate pſonæ, epiſtola inter claras, de ſumma Trinit. & fide cathol. l. 1. ibi credidit enim Princeps. ff. de offic. præfec. præto.

200¶ Sextò ſubdit idem Fr Iacobus Philippus, ꝙ Aledramus fuit amatus ab Ottone Imperatore, qui aſſignauit eum pro præceptore Adeleſiæ eius filiæ, quæ propter eius pulchritudinẽ capta eſt amore eius; qua propter reſultant incõuenientia neceſſaria; quia profectò, ſi Aledramus tũc fuiſſet iuuenis, nõ eſt veriſimile, ꝙ Otto Imperator dediſſet eũ pro præceptore, ſeu pedagogo eius filiæ: Dicit enim Fr Iacobus Philippus, quòd Aledramus erat pulcher; hoc enim honeſtati, & pudicitiæ non cõuenit: Scriptum eſt enim, pares cum paribus, veteri prouerbio facillimè congregãtur, & hoc non ſeruatur in curijs

cutijs magnorũ,nec etiam minorũ Prin-
cipum,ꝙ iuuenculus doceat & inſtruat
puellam,maximè,ſi iuuẽculus fuerit pul-
cher,vt aſſerit Fr̄ Iacobus Philippus: ſi
verò Aledramus erat ætatis maturę, quæ
veriſimilitudo eſt, ꝙ puella capta fuerit
amore viri iam matura ætate,& quòd tã-
tus fuerit eius ardor,quòd nec Ottonem
patrẽ Imperatorem timuerit, quominus
cum Aledramo aufugeret; & hæc pars
eſt minùs veriſimilis,quàm prima.

201 ¶ Immo hæc pars eſt verior,videlicet,
quòd Aledramus fuerit ætatis maturæ:
Extant enim publica documenta, quòd
Vgo,& Lotharius tunc Reges Italię vſq;
de anno 938. donarunt Aledramo certa
loca,nec fit mentio de aliquo tutore, vel
curatore,quod à cõiter accidentibus non
contingit,quòd pupilli careãt legittimo
adminiſtratore; quo fit, vt probabiliter
non poſſimus dicere,quòd de dicto anno
938. Aledramus fuerit minor 14. annis:
Otto enim primus cœpit imperare de an
no 962. quo tẽpore Aledramus non po-
terat eſſe minoris ætatis annorũ 38. Et ſi
dicimus,quòd Alaſia,quã duxit Aledra-
mus,fuerit filia Ottonis ſecundi; ꝓut ve-
re tenendũ eſt, eo, quòd Otto ſecundus
202 fuit ille,qui habuit Adeleſiam, quam
nupſit Aledramo,vt clarè volunt Croni-
cæ Alamanæ multæ auctoritatis,in Otto-
ne ſecundo,in fin. cart. 181. & hic Otto
ſecundus cœpit regnare anno 975. quo
tẽpore Aledramus non poterat eſſe mi-
noris ætatis ann. 51. Si verò intelligimus
de tertio Ottone,qui cœpit ĩperare 987.
Aledramus non poterat eſſe minoris æ-
tatis annorũ 63. Vnde quiſq; videat, quã
conueniat iſte narratus amor Adeleſiæ
puellulæ,cũ Aledramo iam viro,ſi Otto-
nẽ primum attendimus,& ſeu ſi ſecundũ
Ottonẽ conſpiciamus, & iam quaſi de-
crepitum,ſi tertiũ non negligimus.

203 ¶ Et vltra non veriſimilitudinem, & ꝙ
ſit fabula,& imaginatio Fr̄is Iacobi Phi-
lippi,hoc clarè ondunt Cronicæ Alema-
næ ſummæ auctoritatis, quæ narrant fi-
liationem Adeleſiæ Ottonis ſecundi, &
matrimoniũ Adeleſiæ cum Aledramo;
nihilq; dicunt de raptu,quod nõ eſt cre-
dendũ,tã grande factum fuiſſe omiſſũ.
Curaui etiam videre hiſtoriam Saxonã,
(vt audio impreſſam) ſed hucuſq; nõ po-
tui habere copiam; bene audiui,ꝙ ex il-
lis colligitur hanc eſſe meram fabulam.

204 ¶ Septimò,dicit idem Fr̄ Iacobus Phi-
lippus,ꝙ hoc modo Aledramus fuit fact⁹
dn̄s Montisferrati Pedemontium, & bre
ui tẽpore dn̄s totius Italiæ; quæ res in to-
tum falſa eſt,quia Otto in ſua donatione
non fecit eã eo intuitu,quia eſſet eius ge-
ner; ſed intuitu Adeleidæ eius Ottonis v-
xoris,& Imperatricis,vt explicitè dicunt
verba Ottonis Imperatoris;& quis dicet,
quòd ſi Aledramus tũc fuiſſet gener Im-
peratoris,quòd ſtante,quòd tunc erat,vt
dicitur,gratus, & cognitus Imperatori;
quòd nõ dixiſſet id,prout dixit feciſſe cõ-
templatione Imperatricis; item hoc eſt
impoſſibile,quia Otto prim⁹ fuit ille,qui
donauit,quia de anno 967. Otto primus
regnabat,& Adleſia vxor Aledrami,fuit
filia Ottonis ſecundi, & in Cronicis Ale-
manis hoc patet; quod idẽ ſequitur Ra-
phael Vulterranus, dũ dicit Adeleſiam
nuptam anno 986. quo tempore regna-
bat Otto ſecundus.
Et ꝓ certo teneo,quòd ſi Fr̄ Iacobus Phi-
lippus vidiſſet donationem Ottonis,factã
Aledramo, & vidiſſet cronicas Alema-
nas,non dixiſſet,prout dixit.

205 ¶ Aliud mendaciũ dicit in eo loco idẽ
Fr̄ Iacobus Philipp. dum dicit Aledramũ
breui tp̄e fuiſſe factum Principem Italię,
cũ id nullibi reperiat̃, ſed fortè equiuo-
cauit; eo,quòd Theodorus ſecundus fuit
conſtitutus à Vinceſlao Imperatore Vi-
carius gn̄alis Lombardiæ: vnde Fr̄ Iaco-
bus Philip. facilis ad mentiendum, quod
audiuit de Theodoro ſecundo, aſcripſit
Aledramo,vel id prouenit,quia in dona-
tione Ottonis dicit̃ Italici Regni, quod
tamen eſt valde alienum ab eo,quòd di-
cit ipſe Frater Iacobus.

206 ¶ Octauò ſimiliter arguendo à non ve-
riſimili; ſi Aledramus erat vnigenitus
Saxoniæ; item ſi erat adeo gratus Ottoni
Imperatori: vnde hoc,quòd non procu-
rauerit Imperator Ducatum Saxonię re-
ſtituere Aledramo;cùm illud ad eũ ſpe-
ctaret,

ſtaret, ſtante veritatē facti, prout aſſerit idem Fr̄ Iacobus Philippus.

207¶Nonò, Fr̄ Iacob. Philip. eſt mendax in alio, aſſerit enim Marchiam per mortē Ioannis, perueniſſe ad Andronicum Imperatorē Græcorū, & quod Andronicus fecit Theodorum Marchion. qui erat eius primogenitus, cùm tm̄ vtrūq; demonſtratur falſum publicis documentis: Fuit enim Erina vxor Andronici, vocata in Italia Violantides, quæ erat ſoror Ioan. & quæ fuit ab eo inſtituta, & q̄ miſit Theodorū; prætetea Theodorus non erat primogenitus, immò ſecundogenitus, vt ipſemet aſſerit, & vocabatur Porphyrogenitus, vt extant autenticæ ſcripturæ.

208¶Decimò, Sabellicus addit aliam non veriſimilitudinē; eo, ꝙ Otto primus fuit filius filiæ Regis Saxoniæ: vnde non eſt veriſimile, quòd fuerit incognitus Ottoni; & ego infero aliud, quod vix poterat eſſe, ſtante hoc, ꝙ non eſſent proximi Aleſiā, & Aledramus in quarto gradu, adeo, ꝙ inter eos fuerit prohibitum matrimoniū, iuxtà totum tit. de conſan. & aff. Quare datis tot falſitatibus, videat quiſq; quantum credendū ſit dicto Fr̄i Iacobo Philippo; dum dixit Aledramum habuiſſe ſeptem filios.

209¶Extat alia Cronica Fr̄is Iacobi, de aquis, quam non vidi in fonte, ſed relatā ab Excellen. Dn̄o Præſidente, qui dicit, ꝙ Aledramus habuit parentes peregrinantes Romā; & ꝙ in itinere natus eſt Aledramus, qui fuit educatus Segadij; qui demū educatus, fuit miſſus per eam Comunitatem ad Ottonem ſecundū, qui erat in expeditione belli Brixienſis ei rebellatæ; & amatus ab Imperatore antedicto, & demum ab Adeleſia eius filia, qui occultè illā rapuit; habuit ex ea Ottonem, Bonifaciū, Gulielmū, & Therem; & demum poſt aliqua tp̄a, Aledramus, qui habitabat in nemoribus incognitus, factus eſt coquus cuiuſdam Ep̄i; & cùm iuiſſent ipſe, & Otto eius filius, cū Ep̄o ad exercitum eiuſdem Ottonis contra Brixiā, declinante exercitu Imperatoris ꝓpter impetum Brixienſiū, Aledramus exercitum Imperatoris ſuſtinuit, qui Aledram⁹ demū cognitus ab Imperatore illi pepercit; & qui Aledramus in illo bello ignoranter & caſu interſecit Ottonē eius filium, ei incognitum, & qui Otto filius erat ann. 16. & deuicta Brixia ab Imperatore, fecit Aledramum Marchionem.

210¶Iſtam fabulam ſerioſius narrat D. Præſidens; ſed in effectu, & ſubſtantialiter iſta ſunt, quæ ipſe dicit, quæ omnia pariter fabuloſa, & falſa ſunt.

211¶Si enim, & primò Aledramus iuit Brixiam, & ibi ſtetit, & Imperator amauit Aledramū; Item Aleſiā pariter amauit eundē Aledramum; probabiliter nō poteſt dici, quòd hæc fuerint acta vno ictu, & vna die, ſed ad minus dādus eſt annus. Item ſi idē Aledramus redijt ad Ottonē ſuum ſocerum, cū filio Ottone 16. ann. neceſſe eſt, vt dicamus, quòd nō potuerit eſſe minùs interuallū 18. in 20. annis; ſed nullus fuit Otto, qui tanto tēpore vixerit Imperator, immo Otto, qui fuit pater Aleſiæ vxoris Aledrami, qui fuit Otto ſecundus, vt dixi ſupra, ex autenticis Cronicis Alemanis, non vixit niſi 12. ann. vt patet publicis ſcripturis & cronicis autenticis; quare quiſq; videat, quā hoc ſit ꝓbabile, immo q̄ ſit poſſibile.

212¶Itē fuit Otto primus, qui donauit, & dixit eū eſſe Marchionem; & tm̄ Otto ſecundus fuit ille, qui nupſit Aleſiam eius filiā Aledramo, vt dictum eſt ſupra.

213¶Itē nullus Otto regnauit, ſeu imperauit ante annū 962. & tamen Aledramus dono habuit ab Vgone, & Lothario certas terras vſq; de anno 938. vt patet publicis documentis, quare videat quiſq;, quā conueniat, quòd Aledramus fuerit educatus à Cōitate Segadij, & quòd dicta cōitas eū miſerit ad Ottonē; quapropter omnia inde ſequuta fuerint, cùm per plures annos ante primum Ottonem eſſet factus Comes.

214 Prætetea non reperit, quòd aliquis Otto fuerit ad Brixiā bello, quod durauerit vltra annos 16. & tm̄ nō eſt credendum; quòd de tam longo bello non fuerit facta mētio per Hiſtoriographos, & maximè per Cronicas Alemanas, qui de Ottone ſecundo, de Aleſia filia, & de Ale-

dramo

dramo mentionem faciunt.

215 Præterea apud me blaſphemia eſt (vt ita dixerim) dicere videlicet, quòd Aleſia Imperatoris filia, Carbonarij vxor, degens in nemoribus quattuor filios peperiſſet.

216 ¶Raphael quidem Vulteranus magis modeſtè loquitur, tñ & ipſe falſa, ſed nõ ita deridenda narrat in car. 38. faciata 1. qui dicit formaliter, anno ſiquidem 986. Aledramus de gente Ducũ Saxoniæ, ex Aleſia Ottonis primi propĩqua, ſeu filia, quatuor ſuſcepit filios, Ottonem, Gulielmũ, Thetem, & Bonifacium, pro qua pro dote dictę Aleſię, Marchio primus huius regionis ab eodem factus Imperatore, & poſtea moriens Gulielmũ ſucceſſorem reliquit cæteris fratribus reliquas diſtribuit terras Ceuas, Salutias, Boſchũ, Ponzonum, quæ oppida deinde per manus, ſuccedẽtibus tradita Marchionib. fuere.

217 Et hęc narratio pariter redditur impoſſibilis, quia de anno 967. Aledramus erat Marchio, Raphael aũt dicit Marchionatũ datum in dotẽ Aleſiæ de anno 986.

218 ¶Itẽ dicit, quòd fuit Otto primus, & dicit verũ, quia de anno 967. regnabat primus Otto, ſed non potuit dare pro dote Aleſiæ, quæ fuit filia, & nupta à ſecundo Ottone, & anno 986. erat mortuus primus Otto.

219 Item apparet, quòd habuit intuitu Imperatricis Adeleidæ, non pro dote.

220 ¶Ex ſupraſcriptis igit' apparet, quanta ſit Vulterano adhibenda fides, cũ plura ex eius dictis depræhendantur de falſo.

221 ¶Et licèt Sabellicus ſpretis nugis Fr̃is Iacobi Philippi, in aliquo videatur ſequi reſiduũ fabulæ, tñ ego ſupra oñdi totum eſſe falſum per computationẽ temporũ; Et propterea nec eidem Sabellico etiam in aliquo eſt prę ſtanda fides, quia ipſe potius dicit, quod ſentit, detrahens minus à Fr̃e Iacobo Philippo, q̃ ei fuerit poſſibile; tamen non alleſat auctores, & ipſe modernus eſt, & ipſe dicit Aleſiam captam forma Aledrami adoleſcentis; cũ tamen, vt probaui, non eſſet minor 50. annorũ.

222 ¶Viſis igitur impoſſibilitatibus ſupraſcriptorũ ſcribentium, falſitatibusq́; eorundem, ac viſa etiã contrarietate dictarũ Cronicarũ; videtur adhęreñ. ſoli Cronicæ D. Beneuenuti honorañ. Præſidentis Senatus Monferratenſis, quia, vt ipſe narrat, Aledramus cõtraxit nuptias honoratas cũ Adeleſia Ottonis filia, & cum eo conuenit auctoritas Cronicę, & hiſtoriæ Alemanæ, q̃ incipiũt ab origine Mũdi; quẽ librum vidi, & depræhẽdi, quòd non potuit eſſe compilatus, niſi à magnis viris, & quæ & ipſę volunt Aledramum duxiſſe in vxorẽ Aleſiam ſecundi Ottonis filiã, nec loquuntur de aliquo raptu; & cõueniũt in hoc, cũ Raphaele Vulterano, qui nihil dicit đ iſtis erroribꝰ raptꝰ.

223 ¶Itẽ adhęrendo, vt ſupra, debemus concludere, vná etiam cum D. Præſidente, Aleſiã fuiſſe filiam Ottonis ſecundi, & nõ primi, vt etiam clarè vult hiſtoria Alemana, & in hoc à ſupraſcriptis diſconuenit Raphael, qui vult, quòd immo fuit Otto primus, qui dotauit.

224 ¶Itẽ adhærendo, vt ſupra, debemus cõcludere ex Aledramo, & Aleſia natos tñ fuiſſe duos filios Bonifaciũ, & Gulielmũ, non autẽ Thetẽ, & qui vult dicere Thetem fuiſſe natũ, hoc debet probare alio modo, q̃ per Cronicas ſupraſcriptas, rõnibus, de quibus ſupra, & quia facti eſt, & facta nõ præſumuntur. l. in Bello. §. factę. ff. de capti. & poſtli. reuer. Item quia eſt fundamentum intentionis March. Salu. ergo debet probare. l. ei qui dicit. de ꝓba. c. in præſentia. eod. tit.

Ex quibus patet, quàm clariſſima ſunt iura Illuſt. DD. Ducum meorum.

Et ita, vt ſupra conſultũ, & concluſũ eſt, dico, conſulo, & concludo ego Nicolaus Aliprañ. I. V. Doct. Ducalis Mant. Senator, in quorum ſupraſcriptorum fidem manu propria ſubſcripſi, & ſolito meo ſigillo magno muniui.

SVBSCRIPTIO MAG. DOMINI Mariani Socini.

DIRIGAT. Dominus verba mea in viam veritatis & iuſtitiæ. Conſului elapſis menſibus in fauorem Illuſt. Ducum Mant. circa controuerſiam, quam hñt cũ Illuſt.

Marchione

Marchione Salut. ſuper Statu, & Marchionatu Montisferrati; cõcludendo ipſos Illuſt. Duces Mant. habere meliora, & potiora iura ſuper eo, tàm reſpectu dominij, & iuris eius, quàm reſpectu poſſeſſionis, quã habeat Illuſt. Marchio Salut. quem omni iure carere arbitror circa prędictũ Marchion. prout hęc in duobus meis conſilijs abundè demonſtraui, ad quæ in oĩbus me remitto, ea oĩnò cõfirmañ. &c.

Nunc offertur mihi elegantiſſimũ, doctiſſimum, & abundantiſſimũ conſilium Excelleñ. Alipran. mihi, vti patris honorañ. In quo firmando concluſionẽ prędictam, reijcit plurima, quæ per Excell. Deciũ in quodam ſuo conſ. adducta fuerunt in fauorem Illuſt. March. Salut. & requiror, ſi iuſtitia patiatur, q. velim prædictũ cõſiliũ ſimplici ſubſcriptione cõprobare. Quare viſo diligentiſſimè prædicto conſilio, licèt cũ ſummo labore propter eius longitudinẽ; quæ tñ (ſequendo ordinem; quem accepit) fuit quodammodo neceſſaria; maturèq; conſideratis deductis ꝓ Illuſt. Marchione Salut. per Excell. Deci. quæ omnia diſtinctè, & per partes circa 30. refert prædictus Excell. Aliprand. in oblato cõſilio; & ſubſequenter ponderatis, & introſpectis omnibus, quæ poſtea, & ſigillatim per ipſum Conſulentẽ adducuntur pro tñſione, & defenſione concluſionis prædictæ: animaduertens, q. ferè omnia per me fuerunt dicta in cõſilio, aliàs per me reddito in fauorem Illuſtr. Ducũ Mant. Item q. ſi quæ ſunt vltra dicta in conſil. meo, ſunt adeo plenè, & abundè deducta, & probata, vt nulla indigeant vlteriori demonſtratione; cũ plenitudini ſuperaddi nihil poſſit. iuxtà c. 1. in prin. 96. diſtin. & l. 1. in fi. cum ibi no. ff. de dot. præleg. Ideo abſq; alia allegõne & diſcuſſione, inhęrendo concluſioni, aliàs per me firmatæ in præalleg. conſ. iuridicum eſſe arbitror, quod in oblato conſ. per Excel. Alipran. concluſum fuit. Et ideo de ſimplici ſubſcriptione requiſitus, vt per eũ concluſum eſt, de iure eſſe arbitror, ego Marian. Socin. Senen. I.V. Doct. & vtriuſq; aulæ comes, Paduæ iura ciuilia legens in primo loco veſpertinæ lectionis, & in fidem propria manu ſubſcripſi, & ſolito ſigillo ſubſignari mandaui, ſaluo ſemper rectiùs ſentientis cõſil. ad laudem Dei, & Virginis glorioſę.

COLLEGII FAMOSISSIMI IVRIS CÆSAREI Bononienſis, Conſilium in ordine xiiij. ad fauorem Excellen. Coniugum Mant. Ducum, ſuper ſtatu Montisferrati.

IN CHRISTI nomine Am. In hac cauſa Illuſtriſſimi, & Excellentiſſ. Ducis Mantuæ, ac Illuſtriſſimæ Duciſſæ eius coniugis.

1 Primò videndum erit circa poſſeſſorium, an ipſa Duciſſa debeat mitti in poſſeſſionem omniũ bonorum, Status, Dñij, Caſtrorum, Ciuitatum & locorum, poſſeſſorum per Illuſtriſsimos Dños, q. Gulielmum ipſius Duciſsę patrem, Bonifacium fratrem, Ioan. Georgium eius patruum Marchiones Montisferrati; quibus ipſa, vt proximior ſuccedit: et hoc tàm reſpectu Marchionis Salutij, quàm Ducis Sabaudiæ. Secundò videndum erit, quid in petitorio ſimiliter reſpectu vtriuſq;.

Circa primũ videtur prima facie dicendũ Illuſtriſs. Duciſſam nõ debere audiri. Et primò, licèt ſit tex. in c. 1. §. inter filiã. ſi de feu. fuerit controuerſia inter dñum, & agna. quòd ſi ſit controuerſia inter agnatos, & filiam defuncti, ipſa debeat mitti in poſſeſſionem, tñ loquitur, & limitatur ꝓcedere in filia. Nos autẽ ſumus in nepte ex fratre, & ratio eſt differentię, quia pręſumptio eſt pro filia, cũ viuo quodãmodo patre dicitur quaſi dña. l. in ſuis. ff. de liberis

liberis & poſthum. ſecus eſt in extraneis, ita dixit Bal. in d. §. inter filiam.

2 ¶ Secundò ille §. procedit, quando filia dicebat eſſe allodiũ, agnati feudum. ideo ipſa mittitur in poſſeſſionem, quia habet fundatam eius intentionem; cùm in dubio res non præſumatur feudalis, ſed libera, vt not. Bal. & Præpoſitus ibi; atg. l. cùm res. C. de probatio. Quæ ratio ceſſat in Duciſſa, quia in omnibus inueſtituris apparet eſſe feudum, & fatetur Duciſſa: ergo à ceſſante ratione ipſa excluditur.

3 ¶ Tertiò. §. inter filiam. procedit, quando ipſa fuit hæres inſtituta, quo caſu habet locum l. fin. C. de edicto diui Adriani tollen; ita dixit Alexan. in dicta l. fina. & allegat Ioan. Andre. in addit. Spec. in tit. de teſte. §. 1. in fin. & ſequuntur Moderni in dicta l. fi. Sed Duciſſa non eſt inſtituta hæres, ſed venit ab inteſtato; quo caſu non habet locum d. l. fin. ſm̃ omnes ibi. Ergo nec §. inter filiam.

4 ¶ Quartò, quotieſcunq; agnati ſunt parati ſtatim docere de iuribus ſuis, & feudum eſſe, dicendo, hodie conſtat, hodie agatur; dicuntur legittimi contradictores; ideo non habet locum §. inter. filiã. argum. l. ſi his. §. primo. ff. vt in poſſeſ. legat. ita dixit Andrea de Iſerni. Martin. Lauden. Aluarot. & Præpoſ. Alexan. ibi faciunt not. per Bart. in l. filiam fratrib⁹. circa finem. ff. ad Trebellia. quòd hæres ſcriptus impeditur mitti in poſſeſſionem vigore. l. fina. C. de edicto diui. ſi incontinenti aduerſarius velit docere de iuribus ſuis, non habet locum bñficium d. l. fina.

5 Videmus etiã, quòd in interdicto poſſeſſionis adipiſcendę obſtat exceptio dominij defectus, ſi incontinenti probetur, vt notat Barto. in l. fi. C. quorum bonorum, & in l. 2. C. de edicto diui. & in l. ſi de vi. ff. de iud. faciunt notata per Abbatem. in c. ſuſcitata. de reſtitutione in integrũ, colum. penult. & in c. ſuper eo. in fin. de officio delega. & in conſ. 64. lib. 1. quòd, ſi ſtatutum reijcit omnes exceptiones contra ſententiam, vel inſtrumentũ, nõ videtur reijcere, quãdo quis vellet incõtinenti probare legittimas exceptiones.

6 ¶ Quintò, quotiens tertius comparet pro ſuo intereſſe, ſufficit probare de ſuo intereſſe per apparentiam, & ſatis eſt probare ſe electũ; nec requiritur, quòd probet ſe canonicè electum. Innoc. Abb. Ioſ. de Imo. in c. veniens. il 2. de teſti. & Dux Sabaudiæ oſtendit titulum, videlicet, donationes factas per Ioannem Iacobum Marchionem Montisferrati Ducibus Sabaudiæ; & poſtea ipſe Marchio acceptauit ea in feudum à Duce Sabaudiæ, & fuit confirmatio facta per Maximilianũ. Item Marchio Salutij oſtendit titulum, quia eſt de compræhenſis in priuilegio Ottonis, cùm deſcendẽtes Aledrami ſint vocati ad feudum, & ipſe ſit de deſcendentibus maſculis ex Aledramo; ergo ſatis eſt ad impediendum miſſionem in poſſeſſionem Illuſtriſſimæ Duciſſæ.

7 ¶ Sextò, quotiens cauſa proprietatis non remaneret ſalua, vt ſi ageretur de poſſeſſione alicuius Caſtri, vel fortalitij; quia tunc non poſſet recuperari, niſi cum difficultate. Tunc nunquã quis mittitur in poſſeſſionem, ſed cognoſcitur prius in petitorio; argum. in c. litteras. de reſtitutione ſpoliatorum. ita limitat Pau. de Caſtr. in l. 2. C. de edicto diui. & ſequuntur omnes alij. Alexan. in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquirenda poſſeſ. Paul. in l. ſi de vi. ff. de iud. Anto. de But. in c. ex parte. de reſtit. ſpol. & in c. fin. de ordi. cogn.

8 ¶ Septimò, non videtur, quòd poſſit admitti etiã per l. 1. ff. quorum bonorũ. l. 2. & 3. C. eod. titulo. Præſupponendo, quòd petitio hæreditatis, & interdictum quorum bonorum ſimul concurrunt; & vbi non habet locum petitio hæreditatis, nec interdictum illud, videmus, quòd vtrũq; eſt vniuerſale, & datur nedum ex teſtamento, ſed abinteſtato, vt in dictis iuribus not. item contra poſſeſſores. l. regulariter. cum ſequen. ff. de petit. hæred. iuncta. l. 1. ff. quorum bonorum. l. 1. C. eod. Item vnumquodq; non datur contra titulo poſſidentem, vt nota. in l. 1. ff. quorum bonorum. Bartol. in l. prima. C. eodem. Sed feudum quando non eſt

9 hæreditarium, non venit in petitione hæreditatis, prout eſt in terminis, & in caſu præ-

præſenti noſtro. Bartolus in l. item vi-
10 dendum. in fin. ff. de petitio. hæredi. Nã
quando feudũ dignitatis eſt conceſſum
pro hæredibus, & ſucceſſoribus maſculis,
& fœminis tranſit ad deſcendentes non
ex ſucceſſione, ſed ex inueſtitura, & pa-
cto; & ſic ex bñficio concedentis, cùm in
eis non detur ſucceſſio hæreditaria, vt in
cap. 1. de feudo Marchiæ. text. eſt. & ibi
notat Bal. in cap. 1. §. hoc quoq;. de ſuc-
ceſſ. feud. & in cap. 1. de eo qui ſibi, & hę-
red. Et ideo tranſit feudum ad hæredes,
quia hærodes, non autem tanq̃ hæredes,
ſm̃ Bart. & Alexan. in l. quia perinde. ff. ad
Trebell. & in l. ſi patroni. eodẽ tit. & in l.
cùm virũ. C. de fideicommiſ. Si non dat
petitio hæreditatis, ergo nec interdictũ;
11 Præterea iſta remedia dantur ſolùm cõ-
tra poſſeſſores, vt in dictis iuribus proba-
tur: Ergo non competunt Duciſſæ cõtra
Ducem Sabaudiæ, nec contra Marchio-
nem Salutij, quia ipſi non poſſidẽt. Ergo
vel ſi dicamus Ducem Sabaudiæ poſſide-
re, quia eſt dñus, qui habet ciuilem, cùm
qua eſt conſolidata naturalis, vt ſtatim
dicetur; ergo contra dominum titulo
poſſidenrem non datur.
12 ¶ Octauò conſiderandum eſt, ꝙ Mar-
chiones Montisferrati dñr feudatarij ip-
ſius Ducis Sabaudiæ; vt extat publicum
inſtrumentũ ratificatum per ipſos, & eſt
confirmatio facta à Maximiliano, vel et
à moderno Cæſare; & fuit feudum con-
ceſſum pro deſcendentibus, & collatera-
libus agnatis, quo caſu cùm non ſint com-
præhenſæ fœminæ, vt in capit. quemad-
modũ feud. ad fœmi. pertinc. text. eſt in
capi. 1. §. filia. de ſucceſſio. feud. & omnes
deficiant agnati maſculi: Ergo cũ appa-
reat eſſe feudum, & fatentur omnes; &
ſit finitum, ipſo iure naturalis poſſeſſio
conuolauit ad dñum habentem ciuilem;
& cũ ea eſt conſolidata. ſm̃ Bal. in l. 2. ff. de
rerũ diuiſio. in quæſt. 45. Ergo rõne ple-
nę poſſeſſionis debet Dux Sabaud. mitti
in poſſeſſionem, Duciſſa Mant. excluſa.
¶ Quibus tamen non obſtantibus, cõtra-
rium iudicauimus verius eſſe, vt ipſa Il-
luſtriſ. Duciſſa mitti debeat in poſſeſſio-
nem omniũ præfatorum bonorum. Et
13 primò per tex. in d. capit. 1. §. inter filiã,
qui tex. licet loquatur in filia, tamen ra-
tio eſt gñalis in quolibet hærede, etiã ex-
traneo; quia cũ dñus defunctus, fuerit do-
minus, & poſſeſſor; ita etiam præſumi de-
bet pro hærede, niſi in contrarium pro-
betur. Ergo hæres interim habet funda-
tam eius intentionẽ. argum. text. in l. ſiue
poſſidetis. C. de præben. & ita tenet glo.
ibi in verbo interim, dum allegat d. l. ſi-
ue. & ita intelligit Andreas de Iſern. ibi,
& Aluar. dicens clarè, ꝙ hæres defuncti
debet conſeruari in poſſeſſionem rei hę-
reditariæ, quam defunctus poſſidebat tẽ-
pore mortis, per dictã l. ſiue poſſidetis. ſe-
quitur Præpoſitus. Alex. & ita conſulue-
runt Mediolanenſes, & benè in conſ. 22.
incip. Proponitur. in vlt. volum. quadra-
14 ginta conſiliorum. Videmus, ꝙ hæres
defuncti, etiam extraneus, agit petitione
hæreditatis ad feudum contra poſſiden-
tem: glo. in l. item videndũ. §. fin. in glo. 1
ver. iura. ff. de petitione hæredi. quã ſequi-
tur Bart. in l. ſi patroni. in principio. ff. ad
Trebellian. & Alexan. ibi, & licet Bart. in
l. vt iuſiurandi. §. ſi liberi. ff. de oper. liber.
dicat illam gloſſam reſtringi, vt habeat
locũ quãdo ille, qui ageret petitione hę-
reditatis, erat de filijs, vel de comptæhen-
ſis in inueſtitura, aliàs ſecus; tamen cõi-
ter Doctores tenẽt illam gloſam indiſtin-
ctè, vt per Alexã. in dicta l. ſi patroni. Mo-
der. in præludijs feudorum. n. 44. in verſ.
15 an aũt feudum peti poſſit. Præterea dato,
ꝙ alia opinio eſſet verior, tamen Illuſtr.
Duciſſa eſt de compræhenſis in antiquis
inueſtituris, & modernis, vt in petitorio
16 dicetur. ergo &c. Præterea ille tex. in d.
§. inter filiã. ampliatur procedere, ꝙ etiã
ſi res eſſet feudalis, tamen hæres poteſt
petere mitti in poſſeſſionem bonorũ de-
functi, donec poſtea cognoſcatur quis
habeat meliora iura, probatur per tex. in
cap. 1. §. defuncto milite. ſi de feud. fuer.
controu. inter dñum & agn. ibi dicitur, ꝙ
filia in poſſeſſionẽ feudi manere debet;
donec de eo iudicetur: et ſic præſuppo-
nit eſſe feudum; & hoc tenet Ioãnes An-
dreas in additio. Speculator. in titulo. de
teſte. §. penult. in fine. vbi dicit, ꝙ filia

debet mitti in poſseſſionem bonorũ,quæ
patri fuerunt in feudum conceſsa, nec a-
gnati erunt legittimi contradictores. ſe-
quitur Alexan.in alleg.l. fin.C. de edict,
diui Adr.tollen. & Moderni, & ita con-
ſuluerunt Mediolanenſes in allegato cõſ.
22.& vltra eos adducimus Aluar. in d.§.
inter filiam,hoc expreſsè dicentẽ in verſ.
quæro ab extra,vbi quærit ſi filia dixit eſ-
ſe allodiũ & ſuccubuit, poſtea vult dice-
re eſse libellarium,vel feudale fœminæũ,
in quo poteſt ipſa ſuccedere. §. filia. de
ſucceſſio.feu. dicit,ꝙ poteſt petere mitti
in poſſeſſionem. Idem conſuluit d.Ioan.
Campegius in conſ.poſito inter conſilia
Brun. n.11,ſequitur Brun. in conſ.1. qui
dicunt,ꝙ licèt expreſsè cõſtaret eſse feu-
dalia,tamen ipſa debet mitti in poſseſſio-
nem;intelligendo tñ quando ipſa allega-
ret,debere admitti ex pacto, conſuetudi-
ne,vel quia habilitata à Principe, vel ex
alia veriſimili cauſa;& hoc probamus vr-
17 genti ratione. Nam quando fœmina di-
cit allodiũ, agnati feudum, ipſa admitti-
tur,quia præſumptio eſt pro ea. cùm res
præſumatur libera: Nam feudũ eſt quæ-
dam ſeruitus,quæ non præſumitur,not.in
l.cùm res.C.de proba. ita omnes in d. §.
inter filiam.pari etiã ratione,quando di-
cit eſse feudum, ſed fœmineũ; quia licèt
dicatur,ꝙ ſit quædam ſeruitus,tamen di-
citur minor,quia fœminæ veniunt. Ergo
ita præſumitur minor ſeruitus.arg. de to-
to ad partem.l.quæ de tota.ff.de rei ven-
dicatio. Et hoc probatur in d.§.inter filiã,
vbi ſi fœmina dicit libellarium,tunc præ-
ſumitur,& mittitur in poſseſſionem,quia
eſt quædã ſeruitus, & minor cũ fœminæ
admittantur. Sed in caſu noſtro Illuſtr.
Ducisſa,quo ad Marchionem Salutij di-
cit,quòd non eſt feudũ , ſed donatio illa
cõceſſio Aledrami,in qua ſe fundat Mar-
chio Salutij,quo caſu ipſa admittitur; &
ſi dicatur eſse feudũ,dicitur ex tenore in-
ueſtituræ debere admitti , quia data eſt
poteſtas alienandi,& quicquid eorum a-
nimus decreuerit faciendi,ex tunc fœmi-
næ admittuntur. Item in alijs inueſtituris
expreſsè ſunt vocati maſculi,& fœminæ,
vt dicetur. Item, quia fuit habilitata à
moderno Cæſare, & tunc mitti debet in
18 poſseſſionem. Præterea ille.§.inter filiã.
locum habet non ſolũ quando eſt hæres
ex teſtamento,ſed etiã ab inteſtato; pro-
batur,quia ille tex. loquitur generaliter
non ſe reſtringendo ad hæredem inſti-
tutũ,ſed tantum loquitur de hærede. Er-
go gñaliter intelligitur de quocunq; hæ-
rede etiam ab inteſtato, quia etiam pro-
priè eſt hæres,l.1.ff.de lega. præſtan. vi-
demus quòd ab inteſtato ſuccedens ha-
bet interdictũ quorum bonorũ; & ita cõ-
ſuluerunt Moderni in d. conſ.22. & eſt
gloſ.in l.2.quorũ legat.text. eſt in d. l.2.
C.quorũ bonorũ.& vltra Moder.in dicto
conſ.facit,quia glo.in d.§.inter filiam.lo-
quitur etiã generaliter; & alij Doctor. ibi
ponunt caſum ſimpliciter de hærede.
19 Addimus etiã Martinũ Laudeñ.in c.i. in
prin.eod.tit.ſi de feudo fuerit controuer-
ſia inter dñum & agna. qui parificat in-
terdictum quorũ bonorum,quod cõpetit
ab inteſtato,edicto.l.fin.C.de edicto diui.
& hoc tenet Præpoſ.Alex.in c.1. in prin.
de controuer.inter maſc.& fœm. dum lo-
quitur,quòd fœmina petebat mitti in poſ
ſeſſionem officio iudicis. Idem conſuluit
Brunus in conſ.83.incip.In cauſa miſera-
bili.& Campeg.in alleg.conſ.2. Præterea
20 iſta habent locum etiam, vt mittatur in
poſseſſionẽ contra dñum,vt eſt tex.in d.
c.1.§.defuncto.ſi de feudo fuerit contro-
uerſia inter dñum,& agna. & ibi no. oẽs,
quòd intelligitur reſpectu naturalis poſ-
ſeſſionis, quæ eſt penès feudatarium, &
reſpectu vtilis dñij, non autem reſpectu
ciuilis,& dñij directi,vt notatur in d. §. ſi
21 defuncto. Præterea ſi in caſu,quo cõſta-
bat expreſsè eſse agnatos in d.§. inter fi-
liam.ipſa mittitur in poſseſſionem,quan-
to fortiùs debet mitti Duciſsa in caſu i-
ſto;quia non apparet Marchionem Salu-
tij eſse agnatũ,immo negatur expreſsè;
& ſi appareret,excluſus eſt renunciatio-
ne,& præſcriptione. Item, quia ab Otto-
ne,Aledramo data fuit poteſtas alienan-
di; ergo item,quia fuit habilitata; & in-
ueſtita Illuſt.Duciſsa. Item & fortiꝰ,quia
ex inueſtituris data eſt poteſtas hæredi-
bus,& ſucceſsoribus ingrediendi propria
authori-

authoritate, vt dicetur in petitorio. ergo multò fortiùs debet mitti in poſſeſſionē.
22 Item etiā reſpectu Ducis Sabaudiæ, etiā ſi appareat eum eſſe dñum, tamen admittitur fœmina, quando allegat eſſe libellarium, vel feudale fœminæum. Quanto fortiùs admittetur Illuſtriſ. Duciſſa; cùm non conſtet Ducem Sabaudiæ eſſe dñum, immo in contrarium apparet; cū per Federicum, & Maximilianū fuerint annullatæ donationes, & conuentiones, vt dicetur latiſſimè in petitorio; non obſtant allegata in contrarium. Et primò, dū dicitur. §. inter filiam, ſolū habere locum in filia, quia eſt falſum, immo habet locū in quocunq; extraneo per ſupradicta. Item non ſolū quando filia dicit eſſe allodium; ſed quando dicit eſſe feudale, ſed fœmineū, vt dictum eſt. Item non ſolùm quando eſt hęres inſtituta, ſed etiam ab inteſtato, quando cōpetit officium iudicis, ſeu interdictum quorum bonorū. & Alexan. in d. l. fina. non negat, quin detur
23 ab inteſtato. Non obſtat, q̃ feudum non veniat in petitione hæreditatis, quando nō eſt hæreditariū, vt in feudo dignitatis; quia reſpondetur, q̃ dicit̃ hæreditarium, quo ad hoc, vt ſimpliciter trāſeat in quoſcunq; hæredes, quo ad conceſſionem factam Aledramo; cùm ſit data poteſtas alienandi, & faciendi quicquid decreuerit anim⁹. Et ideo nihil facit, quo ad Mar-
24 chionem Salutij. Præterea & ſi feudum ſit conceſſum pro ſe, & deſcendentibus maſculis, & fœminis hæredibus, prout in alijs inueſtituris; tamen poteſt dici hereditariū, non tamen ſimpliciter, vt in quoſcunq; hæredes tranſeat, ſed in deſcendentes, dummodo hæredes: Et iſto caſu poteſt dici hæreditarium, reſpectu deſcēdentiū, & ipſis competit petitio hæreditatis, & interdictum quorum bonorū, ſeu officium iudicis; argu. nota. per Canoniſt. in c. in præſentia. de probatio. & in l. ex facto. in fine. ff. ad Trebell. & in l. etiam. ff. ſi ſoluto matrimonio. Doc. in l. quod dicitur. ff. de verborum obligatio. & in l. iuſiurandi. §. ſi liberi. ff. de oper. liber. Bal. in l. 2. ff. de rerum diuiſio. in q. 33. cum ſeq. & quæſt. 48.

25 ¶ Præterea dicunt omnes, q̃ quando fœmina eſt de compræhenſis in inueſtitura, vt eſt Illuſt. Duciſſa, datur petitio hæreditatis, & illud interdictum quorū bon. gloſ. in l. item videndū. §. ſi. in glo. in ver. iura. ff. de peti. hæred. quam ſequitur Bar.
26 in l. ſi patroni. ff. ad treb. Immo habet locum etiā, ſi hæres non ſit de compræhenſis in inueſtitura. ſm̃ Alex. in l. ſi patroni. alleg. & ſequuntur Moder. dicentes illā eſſe communē opinionem; quicquid dixerit ibi Bart. & dabitur petitio hæreditatis, & interdictum quorū bonorum etiā
27 in bonis feudalibus. Non obſtat, q̃ non detur contra titulo poſſidentem; quia negatur, quòd poſſideant Marchio Salut. &
28 Dux Sabaudiæ. Non obſtat, q̃ Dux Sabaudiæ poſſideat naturaliter, & ciuiliter, quia eſto, q̃ poſſideret, tamen habet titulum; quia titulus donationis eſt annullatus, & omnes conuentiones ſunt irritatæ per Federicū, Maximilianum, & Carolū quintum. Ergo pro non titulo habetur, iuxtà not. in l. 4. §. condemnatum. ff. de re
29 iud. Immo nec naturaliter, nec ciuiliter poſſidet; non ciuiliter, quia ex titulo nullo, & reprobato nō transfertur ciuilis poſſeſſio, & maximè per actum fictum, & per conſtitutum. vt no. in l. 1. §. ſi vir vxori. ff. de acquir. poſ. nec naturaliter, vt eſt clarum.
30 Præterea dicimus etiā, ſi ſit dñus, & ciuilem habeat poſſeſſionē, non conuolauit naturalis ad dñum; quia ipſa Illuſtriſ. Duciſſa fuit habilitata à Principe. Præte-
31 rea non eſt verū quod dicit Bal. poſſeſſionem naturalē conuolare ipſo iure ad ciuilem, cùm naturalis corpore ſit appræhendenda, vt not. in l. 1. in princ. ff. de acquiren. poſſeſ. ergo non poteſt ipſo iure tranſire ad ciuilem; non obſtat tex. in l. ſed ſi nolit. alleg. per Bal. quia bene procedit, vt ciuilis conuolet ad naturalem. Nam loquitur quando quis eſt ingreſſus naturalē poſſeſſionem, abſente poſſeſſore, qui ſi dubitat, poſſe repelli, amittit ciuilem, & ſe coniungit cū naturali; & ratio eſt, quia ciuilis cū ſolo animo retineatur, amiſſa naturali, ſolo animo amittitur, & acquiritur naturaliter poſſidenti; quia corpore iam poſſidet, etiam & animo. quę

ratio

quæ ratio ceſsat, è conuerſo, vt naturalis,
quæ magìs conſiſtit in facto, ipſo iure cō-
32 uolet ad ciuilem. Præterea poſito, quòd
dictum Bal. ſit verũ, non poteſt habere lo-
cum in caſu iſto. Dato, q̃ Marchio Mon-
tisferrati eſſet feudatarius Ducis Sabau-
diæ. Nam Marchio Ioan. Iacobus ſolùm
habebat naturalẽ, ciuilis autem erat pe-
nès Cæſarem Dñum. iuxtâ not. in ca. 1. in
fin. quib. mod. feud. amit. Glo. & Scriben.
in l. 3. §. ex contrario. ff. de acquiren. poſ.
Ergo non potuit niſi naturalem transfer-
re in Ducem Sabaudiæ; cùm aliã non ha-
beret. argu. l. nemo plus. ff. de regul. iuris.
Cũ ergo poſtea præfatus Dux conceſſe-
rit Marchionibus in feudum, illa natura-
lis eſt tranſlata in feudatarios; adeo, quòd
nulla dicitur apud eum remanere; vt not.
Bart. in l. interdum, in fin. & l. quod meo.
in prin. ff. de acquiren. poſs. Ergo mortuo
Ioanne Georgio vltimo Marchione, non
poteſt dici naturalem eſſe conſolidatam
cũ ciuili penès Ducem Sabaudiæ, qui nul
33 lo modo dicitur poſſidere. Præterea di-
cimus iſta eſſe contra tex. in d. §. defun-
cto milite. ſi de feud. fuer. controu. inter
domin. & agn. vbi filia debet mitti in poſ
ſeſſionem feudi, excluſo dño. & ſic non
attenditur, an poſſideat dñus. Nam ſi ip-
ſa mittitur in poſſeſſionem contra dñm,
qui indubitãter habet ciuilem poſſeſſio-
nẽ; quanto fortiûs debet mitti in poſſeſ-
ſionem contra Ducem Sabaudiæ, qui nul
lo modo dicitur poſſidere. Præterea ibi
apparebat eſſe dñum, & non refricaba-
tur in dubiũ; & tamen ipſa admittitur,
fortius in caſu noſtro; cùm dicatur Ducẽ
Sabaudiæ non eſſe dñum, vt dicetur in
34 petitorio. Non obſtat, quòd quando a-
gnati ſunt parati docere de iuribus ſuis,
incontinenti impediant iſtã miſſionem.
Dicimus iſtos non eſſe legitimos cõtra-
dictores, quia debent habere iura in ꝓm-
ptu, aliàs ſi requirerent altiorem indagi-
nem, non audiuntur. tex. eſt in l. 2. & ibi
notant oẽs. C. de edicto diui. Exemplũ, ſi
diceret quis teſtamentum reuocatũ per
poſterius, in quo ſe ſcriptũ diceret, & il-
lud ſtatim produceret. ita glo. Salyc. & a-
lij in d. l. 2. ſed in caſu iſto non ſolũ non
habent iura in promptu, ſed etiã non ap-
paret Marchionem Salutij eſſe de deſcẽ-
dentibus Aledrami. Sed fortius, & ſi eſ-
ſet de deſcendentibus, clariſſimũ eſt de-
bere admitti Duciſſam, & habere opti-
35 ma iura. Nam conceſſio Aledramo facta
non eſt feudũ, ſed donatio. Item eſt data
poteſtas ampliſſima alienandi. Item in
priuilegio Caroli quarti compræhẽdun-
tur fœminæ. Item eſt inueſtita à moder-
no Imperatore. ergo &c. Itẽ quo ad Du-
cem Sabaudiæ etiã idem eſt dicendum;
Nã fũdat ſe in donationibus annullatis,
& reprobatis, vt dicetur infra. ergo &c.
36 ¶ Præterea quo ad Marchionem Salutij
in poſſeſſorio obſtat agenti exceptio pſę-
ſcriptionis. tex. eſt clarus. in l. fin. C. de e-
dicto diui. Sed ille eſt excluſus ſpatio du-
centorum annorum, vt dicetur in peti-
torio. Ergo &c.
37 ¶ Non obſt. q̃ ſufficiat probare per appa-
rentiam, vt tertiùs impediat miſſionem;
quia illud procedit in ſpũalibus, ſecus in
prophanis; vt not. in l. rem quæ nobis. ff.
de acquir. poſ. vel, & ſecundò nec per ap
parentiã apparet, immo eſt totum cõtra-
rium; cùm appareat eos nullum ius ha-
bere, vt dicetur in petitorio.
38 ¶ Non obſtat limitatio Pau. & aliorum,
in d. l. 2. C. de edicto diui. Quia illud li-
mitatur non procedere quando litigan-
tes ſunt ſub eodem Iudice, & Rege. arg.
eorum, quæ no. per Guliel. de Cun. Ang.
Alberi. & Paul. de Caſt. in l. 2. ff. qui ſa-
tiſd. cog. ſequuntur Mod. & modernio-
res, in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de
acquir. poſs. Et licèt Alexan. dicat cũ Bar.
omnes tenere. & Pau. de Caſt. profectò
Paul. tenet cũ Ang. ſaluãdo dictũ Guliel.
& inaduertenter loquutus eſt Alex.
39 ¶ Præterea, & ſecundò nos ſumus in Im-
peratore Inuictiſſimo, & Potentiſſimo, &
Dux Mantuæ eſt ei ſubditus, & feuda-
tarius, qui ei iurauit fidelitatem. Credẽ-
dũ eſt facilem eſſe executionem, & nul-
lo modo ei reſiſteret, ſed ſolo verbo cę-
deret. ideo Paul. in d. l. 2. vult, quod tunc
licèt principalis ſit in loco munitiſſimo,
non tamen debet conueniri fideiuſſor.
40 Præterea & tertiò ſcribentes in d. l. natu-

raliter.

raliter.§.nihil cõmune.limitant non procedere,quãdo offerret fideiuſſionem, & cautionem idoneam,arg.no.per Alex. in
41 l.fideiuſſor.§.ſi ff.qui ſatiſd. cog. Præterea & quartò nos ſumus in caſu, quo eſt data poteſtas omnibus hæredibus & ſucceſſoribus ingredi propria authoritate liberè. Ideo non poteſt impediri iſta Illuſt. Ducilla.argum.not.in l.3. C. de pigno. Concludimus omninò debere eam mitti in poſſeſſionem.

CONSILIVM XV. FAMOSISSIMI, *ac Excellentiſſimi Collegij Bononiæ.*

QVo ad petitorium, in cauſa Marchionis Salu. Primo aſpectu videtur ipſum habere potiora iura; nã ipſe Marchio Salutij prętendit ſe eſſe ex deſcendentibus ex linea maſculina Aledrami, & conceſſio
1 facta Aledramo,dicitur feudũ; quod probatur,quia conceſſio ab Ottone fuit facta de parte magna Regni Italici, & in dubio debet cenſeri feudalis, non aũt libera.per text.in c.1.§.notandũ.qui feu.dar. poſ.vt minus præiudicet Imperio, vt not. ibi And.de Iſern. Præterea hoc videtur probari per illa verba Ottonis, videlicet; Et ꝙ nullus regni Italici dictum Aledra-
2 mũ,ſuoſq; hæredes de omnibus, quæ ſupra acquirere poterit,diſueſtire pſumat, etiam ex cauſa,ꝗ in præteritum inueſtitus non fuiſſet. Iſta verba inueſtire,& diſueſtire propriè ſpectant ad feudũ, vt in c.1.quid ſit inueſtitura.& in c.1.de feudi cog.& facit differre à donatione, vt not. in c.per tuas.de dona. Præterea ſunt alia verba,quæ arguunt feudum ibi,eundem Aledramũ cum filijs, & hæredibus ſuis, boniſq; omnibus ad eum pertinentibus,
3 ſub Imperialis numinis benedictione, &
4 protectione recipiens. Nam ad dñm ſpectat protegere vaſallũ in feudo,vt in ca.1. apud iudicẽ,vel dñm. c.ex tranſmiſſa. c. verũ.de foro compet.Mod.in prælud.feu.
5 col.6. Hoc etiam probatur ex inueſtituris factis poſtea per alios Imperatores, in quibus nominatur feudũ, & maximè in inueſtitura per Carolum quartũ facta Ioanni Marchioni Montisferrati: in qua dr̃
6 Aledramũ fuiſſe primum March. Montisferrati;quę verba licèt enunciatiuè ſint prolata,tamen in antiquis probant Doct. in l.2.§.idẽ labeo.ff.de aqua plu.arc. maximè quando excedunt tempus 100.ann. Inno.in c.quid per nouale.& in c. veniẽs, de verb.ſig.Bal.& Salyc.in l.proprietatis, C.de proba.Ange.in l.at qui natura. §. cũ me.ff.de nego.geſt.& in l.Titius. ff.quib⁹
7 mod.pig.vel hypo.ſol. Præterea etiam Illuſt.Ducilla fatetur eſſe feudũ; & eſt cõmunis opinio,& fama,ſemper fuiſſe feudũ.not.per Alex.conſ.15.vol.5: ergo dicamus feudũ hoc eſſe. Sed cũ ſit feudum,
8 & eſt conceſſum Aledramo pro ſe,& ſuis hæredibus veniunt omnes deſcẽdẽtes, vt not.in l.Gallus.§.etiã ſi à parente. ff. de lib. & poſt hu. & in l.ex facto.§.fin.ff. ad Treb.in l.etiam.ff.ſol.mat.& in c. in præ-
9 ſentia.de proba.& intelligitur de maſculis,non autẽ de fęminis.c.1.vbi Bal.de natu.feud.& in c.1.quemadmod.feu.cõſtit. poſ. & hæres primi inueſtiti admittitur,
10 Eſto,ꝙ non ſit hæres vltimi decedentis, nec eſſe poſſit,vt per Iac.de Belu.in c.1, de eo,qui filijs,& hæred.ſuis.& in c.1. an agna.vel filius.Alex.in conſ.10.incip.Põderaris.col.pen.vol.3.qui dicit hanc eſſe cõem opin.& in conſ.30.incip.Quoniam omne.col.3. vol.1. & Cald. conſ.13.ſub rubr.de feud.in fin. Dicens non quæri de ſucceſſione vltimi decedẽtis,à quo feudũ vacat;ſed de ſucceſſione primi inueſtiti.
11 ¶ Secundò, licèt Marchio Salutij ſit agnatus diſtans vltra ſeptimũ gradum, & etiam decimũ; tamen admittitur ad ſucceſſionem feudi; licèt enim agnati non ſuccedant vltra decimum gradũ, ſed fi-

ſcus

ſcus vocetur, glo.& Doct. in l.fi. C. vnde leg. Bar. in auten. in ſucceſſione. C. de ſuis & leg.. & ſecundũ computationem iuris ciuilis, quæ in ſucceſſionibus attenditur. 35.q.5.c. ad ſedem. Doct. in l.ſi auiæ. C. de ſuc. edic. & fortiùs in feudis, quia non ſuccedunt agnati, niſi vſq; ad ſeptimum gradũ. c.1.§. hoc quoq; ſciendum. qui feud.

12 dar. poſ. Tamen fallit in ſucceſſionibus Illuſtrium perſonarũ Comitum, & Baronum, quia in infinitũ admittuntur; ita dixit Bal. in c.1. §. Capitanei. ver. itẽ opponitur. de feud. March. vbi formaliter dixit, q̃ in ſucceſſionibus Illuſtriũ Comitũ, & Baronum, mortuo vltimo Comite ſine hærede, ſuccedunt quicunq; agnati, etiã ſi centeſimo diſtent gradu. Idem in Regno, ſeu Regum ſucceſſione; quia ſi tota domus regia moreretur, & extaret vnus de ſanguine antiquo; eſto, q̃ eſſet in gradu milleſimo, tamen iure ſanguinis, ſuccederet in Regno; ſequitur Barthol. Verõn. in cautel. 196. incip. Eſt dubium.

13 ¶ Tertiò, etiã ſi bona non eſſent feudalia, fœminæ non admittuntur, quia ſumus in regalibus, & quæ habent merũ, & mixtũ Imperium. ita dixit Dominic. de ſancto Gemin. & Ioan. de Imol. in c. grande. de ſupplen. negli. Præla. in 6. Hoſt. Bal. Ant. de But. & alij in c. ſignificauit. de reſcrip.

14 ¶ Quartò, & ſi conceſſum fuerit feudum pro maſculis, & fęminis, tñ extantibus maſculis fœminæ non admittuntur. tex. eſt in c.1.§. quin etiam Epiſc. vel Abb. & in c.1.§. filia verò. de ſucceſ. feud. etiã ſi dictũ fuerit pro hæredibus vtriuſq; ſexus; quia intelligitur ſemper de fœminis non extantibus maſculis. Alex. in conſ. 9. incip. Ponderatis his. col.2. vol.5. Cùm ergo extet maſculus deſcendens Marchio Salutij, Illuſt. Ducisſa non debet admitti.

15 ¶ Quintò, cùm Illuſtr. Duciſſa ſemel, immo bis fuerit excluſa, perpetuò dicitur eſſe excluſa, & ampliùs non admittitur. c.1. §. quin etiam Epiſc. vel Abb. Bal. And. de Iſern. Aluar. Præpoſ. Alex. ibi Calder. in rubr. de feud. conſ. 4. Paul. de Caſt. conſ. 225. Curt. in tract. feud. in 3. par. ver. 27. quæro. Pet. de Anch. conſ. 221. hæc quæſtio vulgaris.

16 ¶ Sextò, pars aduerſa nititur probare ſemper fuiſſe conſuetudinẽ antiquam; & eſſe, q̃ fœminæ ſemper excluſæ ſint à feudis, & ab eorũ ſucceſſione à Marchionatu Montisferrati, nec deſcendentes maſculi ex fœminis admittantur; & quod ita ſemper fuit obſeruatum à tempore, cuius initij memoria non extat in contrarium.

17 ergo talis cõſuetudo ſeruari debet. l. minimè, ff. de legi. & facit, quod voluit Spec. in tit. de feu. §. qm̃. ver. 23. Scrib. in c.1. de natu. ſuc. feud. Card. in conſ. 64. incip. Nobilis dña. & no. in c. ſignificauit. de reſcri. quod ſi ſemper maſculi, non aũt fęminæ fuerint admiſſæ, tunc ex ipſa conſuetudine, & vſu dicitur ius maſculis acquiſitũ, & excluſæ ſunt fœminæ.

18 ¶ Septimò, nec Princeps poteſt in præiudiciũ agnatorum concedere, vt fœminæ admittantur, quando feudũ eſt antiquũ. not. in c.1. quam feu. ad fil. perti. Nã dñs nihil poteſt in præiudiciũ agnatorum. c.1. de alien. feu. Nam Princeps ligatur. l. contractus. c.1. vbi no. omnes. de præben. no. in c. nouit. de iud. Canon. in c. quæ in Eccleſiarum. de conſtitut.

19 ¶ Octauò, non nocet aliqua præſcriptio Marchioni Salutij, q̃ Theodorus primus ex Violantide ſorore Illuſt. March. Ioannis vltimi ex Aledramo præmortui, & eius deſcendentes poſſederint per 200. annos, & vltra Marchionatũ, quia occupauit violenter, & ſpoliauit alios maſculos ex Aledramo deſcendentes. Ideo nõ potuit aliquo modo pręſcribere, quia fuit vitiũ reale. l. ſequitur. §. ſi tu vi. ff. de vſucap. gloſ. & Doct. in l. vitia. C. de acquir. poſ. quod habet locũ non ſolùm in ſucceſſore vniuerſali, ſed etiam in ſingulari; vt no. in dictis iuribus Bar. & Doct. in l.3. C. quod metus cauſa. vbi dicunt, q̃ quando vis fuit expulſiua, nõ autem compulſiua, nunquã præſcribitur.

20 ¶ Item mala fides impedit oẽm, & quam-
21 cunq; præſcriptionem. c. ſi vigilanti. de pręſcript. in 6. Aret. in c. licèt ex quadam. de teſti. nec valet confirmatio, & conceſſio Caroli quarti, & aliorum Imperatorũ; quia non fuit narratum de ſpolio, & violentia. vt no. Innoc. & alij in c. cùm dilecta.

lecta.de reſcrip.Saly.in l.fi.C.ne rei dom. vel temp.Bal.in c.1. per quos fiat inueſt. Dicentes, ꝙ vbi quis occupat terras alienas,& poſtea facit ſe inueſtiri per reſcripta,vel alio modo, non tenet talis inueſtitura, vel impetratio. idem Salyc. in l. authoritatem.C.vnde vi. Bal.in l.2.C.vñ legiti. & in c.1. allegato.

22 ¶Præterea,& nonò,& ſi decurſa eſſet pſcriptio; tamē reſtitutio in integrum datur propter ignorantiam ex illa generali clauſula: ſi qua mihi iuſta cauſa eſſe videbitur. Doct.in l.cùm filius.§.in hac.ff.đ verb.obl.in l.2.C.de iure emph. Alex. cõſ. 8. col.vlt.vol.1. Bar.in l.1.§.ſi quis autem propter. ff.de itin. actuq; pri. Panor. in c. vigilanti. de præſcript. vbi latè per Fely. & hæres præſumitur ignorare.l.qui in alterius. ff.de reg.iur.cum ſim.

23 ¶Decimò,quia populi videtur repugnare; quo caſu populi inuiti non pñt ſupponi nouo dño, vt eſt Illuſtriſs.Duciſſa, & Dux; vt not.Hoſti. Abb.& alij in c. dilecti. de maioric.& obediē. vbi latè per Felyn. Bal.in c.gñali.ſi de feudo fuerit controu.inter domi.& agna. Deci. in c.1. de proba.Moder. Papieñ. in l.debitores. C.

24 de pac.tex.in c.1.§. ex eademlege.de lege Corradi. & tanto magis, quia poſſent allegare intereſſe eorũ,quia Duciſſa non eſſet ibi moratura; iuxtà not.per Bal.in c. 1.de maior.& obed. qui dicit, ꝙ ſubditi deſiderant præſentiam dñi ſui: & dicit ibi Bal.ꝙ Vaſcones dicunt,ꝙ non ſubſunt Regi Angliæ, niſi præſenti. Præterea cũ

25 Illuſtriſs. Dux vnà cũ Illuſtr.Duciſſa fuerit inueſtitus,videtur populorum intereſ

26 ſe non habere plures dominos; quia ſicut in ſuperioribus vnus eſt Deus; ita in inferioribus vnus debet eſſe Princeps: vt latè per Mart.Cara.in ſuo tract.de Principe. col.130. qui dicit, ꝙ ſi prouincia eſt adeo magna,ꝙ non poſſit per vnũ Præſidem gubernari; debet potiùs diuidi,quã quod duo in eadē ſint Præſides; quia ho-

27 mines ſunt faciles ad diſſentiendum.latè And.Barba.in c.nouit de iud.col.13.cum ſeq. Quib⁹ non obſtan.dicimus,& arbitramur cõtrariũ eſſe veriùs. Et primò negat Marchionē Salut.eſſe de deſcendentibus Aledrami ex linea maſculina. Nã, vt pſupponitur, Marchio Salut. conatur

28 hoc pbare per famã. Sed Illuſt. Duciſſã põt probare per contrariã famã,quo caſu iſta debet præualere; quia melioribus inditijs,& coniecturis eſt fulcita.Bar. in l. đ minore.§.plurimũ.ff.de qõ.Bal.ī l. ſi mr. C.ne de ſtatu defunc. & in c.1. §.notãdũ. qui feu.dar.poſ.Sed pro Duciſſa ſunt hi-

29 ſtoriæ,& Cronicæ,quæ oſtendunt Marchiones Salut.nõ eſſe deſcendētes ex Aledramo,quibus ſtandũ eſt; vt not. in l.1. ff.ſi cert.pet.Præterea nõ eſt veriſimile,ſi fuiſſent ex deſcēdētia maſculina Aledra-

30 mi; ꝙ paſſi fuiſſent labi tps 200.anno. & vltra, & quod tacuiſſent: ergo iſta fama pualet,vel ſaltem eliditur cõtraria; vt dixit Bal.in l.1.in 5.q.C.de teſta.Bar.in d.§. plurimũ.in 7.q. Alex. in conſ.24. verſ. &

31 fortiùs.vol.2. Præterea fama non debet poſſe piudicare cõtra iſtos de domo Paleogorũ,qui fuerũt per tam longiſſimum tps in poſſeſſione dnij; quia aliàs daretur materia fraudãdi, & præiudicãdi iuribus alteriùs; qđ non eſt aliquo modo dicendũ. Et de hoc eſt deciſ.conſilij Neapol. đ qua p Matth.de Afflict. deciſ.277. incip. At teſtis: vbi primò arguit, ꝙ in antiquis ſola fama probat dñiũ; poſtea cõcludit,ꝙ ex eo,quia altera pars poſſedit per triginta annos,quæ poſſeſſio antiqua præſumit iuſta.ſm Bal.in c.1.de cõtrou.inueſt. ideo talis fama,licèt antiqua,nõ prꝑiudicat poſ ſeſſioni 30.annorũ. Fortiùs vult, ꝙ fama non prodeſt allegãti eã, ſi non cõcurrat,

32 & allegetꝰ cauſa iuſta illi⁹ famæ; vt,quòd allegans famã fuerit in poſſeſſione.& idē vult Fely.in c.veniēs.il primo.de teſti. in

33 ver.quinta cõcluſio.quod fortiùs pcedit in caſu iſto,quia cũ poſſeſſione tã longiſſimi temporis 200.annor.& vltra cõcurrit titulus; nam Theodorus fuit inueſtit⁹, & iure hrditario ſucceſſit,& ſucceſſiuè alij Imperatores inueſtierunt oẽs ſucceſſores. Ergo iſta fama non debet eis nocere.facit quod voluit Bal.in c.vigilanti. de præſcrip. quòd quando fama in antiquis pugnat cum titulo, præualet titulus. refert,& ſequitur Fely.in c. ſi diligenti, de præſcrip.col.3.& ſecundũ iſtud dictũ ita

judicauit conſiliũ Neapolit. & refert idẽ
Matth.de Afflict.in deciſ.178.incip. Itẽ
cauſa filiorum. Secundò,etiam ſi expreſ-
ſè appareret ipſum eſse ex deſcendenti-
bus Aledrami ex linea maſculina:tamen
nullũ ius habet, quia totum eius funda-
mentũ eſt in conceſſione facta per Otto-
34 nem Aledramo; ſed illa conceſſio non
eſt feudũ,ſed mera donatio,vt probabit̃.
ergo nullũ ius ipſi competit, ꝙ ſit dona-
tio; probatur,Semper tenor conceſſionis
attendi debet.c.1.in fin.de duob.fratrib.
à capit. inueſt. Sed ſi tenor inſpiciatur ,
nunq̃ iudicabitur feudum , ſed donatio;
35 ponderando illa verba , ibi, concedi-
mus,donamus,& elargimur prædicto A-
ledramo; & ibi per huius noſtrę donatio-
nis,& cõfirmationis authoritatem. & ita
dixit Oldra.in conſ.159.incip. Ex prædi-
cto themate.mouet̃ per tex.in l.ſed ſi plu
36 res.§.fin.ff.de dona.Itẽ mouetur ex qua-
litate donantis,qui erat Rex.arg.l.plenũ.
§.æquitij.ff.de vſu & habit.ſequitur conſ.
Oldra. Alexan. in conſ.24. vol.1. Quod
magis eſt dicendum in caſu iſto,quia eſt
Imperator,& ſupremus dñs. Sed nos ſu-
mus in fortioribus terminis, q̃ loquatur
Oldra. Nã in caſu ſuo fuit facta mentio
37 de feudo,hic non. Item & ſecundò hic
nõ fuit facta aliqua inueſtitura;ibi ſic,quę
eſt ſignũ feudi. Ergo non dicitur feudũ,
cùm nõ fuerit facta inueſtitura; quia in-
ueſtitura eſt actus feudalis cõceſſionis. c.
1.de conceſ.feud.min.fac.& in c.1. quid
ſit inueſtit. & dicunt Doct. in cap. per
tuas.de donat.Innoc.in c.veritatis,de iu-
reiuran.Mod.in prælud. feud. col.3. ver.
38 Item inueſtitura. Tertiò non fuit præſti-
tum iuramẽtum fidelitatis, vt requiritur
in feudo; iuxtà ea, quæ habentur in toto
tit. de forma fidel.& de noua forma fide-
39 lit. Quartò ponderamus illa verba; & ſi-
cut hucuſq; iuri noſtri Regni dñio ſub-
miſſi ſunt : ita ammodo in antea in præ-
fati Aledrami Marchionis dñio ſubdan-
tur,illud verbũ,ſicut,ſignificat eodẽ mo-
40 do: vt not.in l.ſicut.ff.quod cuiuſq; vni-
uer.no. in c.quoniã Abbas.de offic. dleg.
& ibi omninò trãsfundantur, quæ dictio
eſt ꝑciſa; & intelligitur in totũ, ideſt quò
ad omnẽ ſui partem.c.ſi Religioſus. de e-
lect.in 6. Si ergo eodẽ modo,& in totum,
prout erat dñio Ottonis ſubmiſſa,in Alo-
dramũ transfundantur, ergo etiam, quo
41 ad dñium directum. Ideo non eſt feudũ,
cùm in eo dñium directũ maneat penès
dñm; vt in c.1.de inueſt.de re alien. fac.
& ita propriè arguit propter hoc, ꝙ non
ſit feudũ. Oldra.in d. conſ. 159. Alex. in
conſ.24.col.2.vol.5. Moder.Mediolañ.in
conſ.208. ver.poſtremò. idem dicit ſinę
minoratione aliqua; ergo nihil ſibi reti-
42 net,arg.not.in l.ſi is,qui ducenta.§. cùm
ita.ff.de reb.dub. Et quod non ꝑpter hoc
ſit feudũ,tenent Moder.Papien. in conſ.
45.in primo dubio.vol.1. Et licèt in caſu
Oldrad.aliqui dubitẽt, illud eſt, quia ibi
fuit dictũ nomine feudi; & fuit facta in-
ueſtitura,ſecus hic,per ea,quę ſunt dicta,
& dicẽtur ſtatim; ideo res eſt clara. Quin
43 tò cõſiderãda ſunt alia verba, ibi,habeat
poteſtatẽ tenendi,vendendi,cõmutandi,
alienandi,vel pro anima iudicãdi,& quic
quid eorum decreuerit animus faciendi,
omniũ hominum contradictione remo-
ta. Certè iſta ſunt contra naturam feudi,
quæ eſt vt nõ poſſit alienari; vt in c. 1. de
44 alien.feud.Nec poteſt de feudo pro ani-
ma diſponere; vt no.in c.1.§.donare.qua-
45 liter olim feu.poteſt.alien.Sextò ſunt a-
lia verba, videlicet. inſuper etiam cõfir-
mamus,& corroboramus ꝑdicto Aledra-
mo oẽs res,& proprietates ſuas, tã de hæ-
reditate parentũ,q̃ de acquiſito; & ibi vel
in antea acquirere poterit. Si ergo cõfir-
46 mat acquiſita,& acquirenda,nihil đ no-
uo dat;vt no.in l.& quia.ff.de iuriſd. om.
iud.Bald.in c.1. in prin. per quos fiat in-
ueſt.Innoc.in c.dudũ, de decim. Oldra.
conſ.164. Ergo nõ eſt feudũ,ꝙ feudũ nõ
eſt confirmatio acquiſitionis,ſed conceſ-
ſio facta per dñm.vt not.in ꝑlud.feu. Sed
cõfirmatio præſupponit dñiũ,& ius quæ-
ſitũ.Bal.in l.noiationes. col.fin. C. de ap-
pel.Alexã.conſ.122. Viſo puncto. vol.4.
47 ideo non eſt feudũ. Cùm ergo fuerit do-
natio,tunc pariter fęminæ ſicut maſculi
admittuntur; & ad quoſcunq; poteſt trã-
ſire titulo etiã hẽditario,& ſingulari.Bal.
cõſ.301.incip.In bonis feudalibus.vol.3.
Alex.

Alex. in conſ. 24. vol. 5. col. 4. in fi. & in cõſ. 180. Viſo themate. col. 1. vol. 2. Card. in conſ. 64. incip. Dña Nera; vbi ponit regulã, q̃ fœminæ pariter ſuccedunt cum maſculis, excipiuntur tamen bona feudalia. ſequuntur Mod. Mediolanẽ. in conſ. 380. incip. Quoniam ex facto. col. 3. verſ. tertio in eadem inueſtit. & in conſ. 32. Et pro tenui. & penitus ceſſant omnia, quæ poſſunt adduci per Marchionem Salutij.
48 Præterea non apparet, q̃ Aledramo fuerit conceſſus Marchionatus Montisferrati, ſed ſolũ aliquæ proprietates, & alia loca aduentitia; & ſic ſolũ loca adiacentia in dictis Comitatibus, quæ ſunt de ei' acquiſitionibus. Ergo Marchionatus non
49 dicitur concedi, quia ſub cõtento nõ venit continens. l. per ſeruum. §. 1. cũ ſeq. ff. de vſu & hab. Ergo quamuis alia dicant' in feudum conceſſa, non tñ Marchionatus, ſeu Marchia; & licèt appelletur Marchio, non tñ ſequitur, q̃ ei fuerit conceſſus Marchionatus. Nã verba enunciatiuè, & demonſtratiuè prolata, non probãt Marchionatũ fuiſſe conceſſum; arg. not. per Bar. in l. inter ſtipulantẽ. §. ſacram ff. de ver. ob. l. Lucius. ff. de adim. leg. cũ ſim.
50 ¶ Tertiò principaliter dato, q̃ eſſet feudũ; tamen fœminæ, & deſcendentes ex fœminis admittuntur, ex quo non præſtatur aliquod ſeruitium. Bal. in l. quotiens. col. 1. C. de ſuis & legi. & in c. 1. in ver. deceden te. ver. quæritur glo. qui feud. dar. poſſ. Lud. Rom. conſ. 367. circa primũ. & in ſingulari ſuo 108. incip. Hodie fœmina. maximè quãdo nullum eſt præſtitũ iuramentum fidelitatis, vt in caſu iſto Alex. in cõſ. 2. vol. 5. & conſ. 30. Quoniã omne. vol. 1, Moder. Mediol. conſ. 269. Conſultus ab Illuſtriſſimo. & conſ. 32. col. pen. Corne. conſ. 16. vol. 1. per totum; vbi latè, quòd qñ feudũ eſt nobile, & franchũ tranſit ad fœminas, & de eo põt feudatarius teſtari.
51 ¶ Quartò, quando in feudo eſt data poteſtas alienandi, tunc poteſt fieri præiudiciũ omnibus deſcendentibus, & agnatis, ſiue per viã contractus, ſiue vltimæ voluntatis; vt not. in c. 1. de feudo non haben. ꝓpriam natu. feud. & in c. 1. ſi de feud. ſit controu. inter dom. & agna. Quod fortiùs procedit in caſu iſto, cùm dictum fuerit habere poteſtatẽ vendendi, tenendi, alienandi, vel pro anima iudicandi. Subdit, & quicquid eorum animus faciendi decreuerit, omniũ hominum contradictione remota; nam verbũ, quicquid, eſt prçcisè vniuerſale, ſm̃ Bal. in l. cùm virum. C. de fideicom. & nihil excipit. Bal. in l. fideicõmiſſi. §. nonnunq̃. ff. de vſur. Bar. in l. quæ omnia. §. planè. ff. de procur. Ergo potuit Ioannes vltimus ex domo Aledrami diſponere in teſtamento, & vocare Violantidẽ ſororem ſuam, ſeu Theodorũ
52 ex eã nepotem, & ſic fœminæ admittuntur; facit quod voluit Soci. in conſ. ſuo inter conſil. Brun. poſito conſ. 10. qui dixit, quòd ex quo dictũ fuit pro quibuſcunq; ſucceſſoribus maſculis, non veniunt fœminæ: ſed ſi tale verbum de maſculis nõ fuiſſet poſitũ, venirent & omnes deſcendentes ex fœminis; quanto fortiùs ergo in caſu iſto, cũ de maſculis nihil dictum fuerit; & data fuerit poteſtas ampliſſima alienandi, & quoquo modo diſponendi. Ideò potuit in teſtamento ad libitum diſponere. Bal. in c. imperialem. in prin. col. pen. de prohib. alien. feud per Feder. & in c. 1. §. donare. qualiter olim feud. poteſt alien. Alex. in l. Gallus. §. etiã. ff. de lib. & poſthu. Ergo admittitur Illuſt. Duciſſa, quia hæres Marchionis Ioan. Georg. defuncti, pœnitus excluſo Marchione Salutij, licèt ſit deſcendens ex Aledramo.
53 ¶ Quintò, Marchio Salutij non poteſt admitti, quia qñ feudum eſt conceſſum pro ſe, & hæredibus ſuis, vt fuit hic, patet ibi firmiter, poſſideat tã ipſe, q̃ hæredes ſui; & ibi, cũ eodem, ſuiſq; hæredibus; maximè, quia data fuit poteſtas alienandi, quo caſu indubitanter dicit eſſe feudum hæreditariũ. Ergo, vt quis ad feudũ admittatur, requiritur non ſolũ, quòd ſit deſcendens, ſed hæres, aliàs vno deficiente non admittitur. Iac. de Belu. & Bal. in c. 1. an agna. vel fil. Bart. in l. eum qui. ff. de inter. & releg. & in l. vt iuſiurandi. §. ſi liberi. ff. de oper. liber. Alexan. conſ. 6. & conſ. 9. vol. 5. And. de Iſer. in c. 1. §. hoc quoq;, de ſucceſ. feud. Curt. conſ. 50. & conſ. 82. Moder. Mediolañ. conſ. 208. Licèt ergo

Hh 2 Marchio

Marchio Salutij ſit deſcendens ex Ale-
dramo,non tñ eſt hæres,ergo excluditur.
54 ¶Sextò,ex quo nunq̃ petierunt iſti Mar-
chiones inueſtiturã,dicuntur priuati,quę
infra annũ eſt petenda.c.1.§.Titius. ſi de
feud.fuer.controu.inter dom. & agn. vel
ſaltem, ex quo non poſſidebant; cũ non
egerint elapſo ſpacio 30.ann. ſunt exclu-
ſi.glo.in d. §.Titius. quam omnes ibi ſe-
quuntur Alex.conſ.15.Viſis narratis.col.
pen.ver.non obſtat.vol.5.Mediolanẽ.in
conſ.328.In caſu propoſito.col.2.Aluar.
in c.1.§.porrò.qualiter olim feud. poteſt.
alien.Aret.in conſ.83.Alex.conſ.30. vol.
55 1. dicentes, ꝙ in præſcriptione 30. ann.
non requirit ſcientia; & contra vaſallum
præſcribitur tali tpe,vt in c.1.§. ſi quis ꝑ
triginta.ſi de feud. fuer. controu. Canon.
in c.ad audientiam. de præſcript. Quãto
fortiùs in caſu iſto, cùm ſit elapſum tem-
pus 200.ann.& vltra, & præſumitur titu-
56 lus,& bona fides,qui titulus non requiri-
tur.c.1.de præſcrip.in 6.Card.in cõſ.114.
dico Petrũ Fely.latè in c. ſi diligenti. col.
57 7.in 9.reſtrictione,de præſcrip. Nam ta-
le tempus, cuius initij memoria non ex-
tat;videlicet centũ annorum,habetur lo-
co tituli legitimè conſtituti. l.hoc iure.§
ductus aquæ.vbi glo. ff. de aqua quoti. &
æſti.& habet vim legis, & priuilegij. l.1.
§.fin.ff.đ aqua plu. arcen.c.ſuper quibuſ-
dam.§.præterea.in glo. in ver. non extat.
de verb.ſig. Bal.in c. 1. quæ ſint rega. &
tantũ poteſt,quantũ Imperator.Mod.in l.
quominus.col.10.ff.de flumi.& ſim Fely.
in c.cùm à nobis.de præſcrip. col.3.
58 ¶Præſumptio reſultant ex tali tempore
dicitur iuris, & de iure; Ideo non recipit
probationẽ in contrarium; & potuit præ-
ſcribi,quia potuit alienari. l. alienationis
verbo,ff.de,verbo.ſig.c.1.§. ſi quis. ſi de
feud.fuerit controu.inter dom. & agnat.
Quanto fortiùs hic,quia adeſt titulus in-
ſtitutionis ex teſtamento Marchionis
Ioannis, & titulus Caroli quarti, & alio-
rum, ergo &c.
59 ¶Septimò,Marchio Ioãnes inſtituit, ſeu
ſubſtituit Violantidem ſororẽ ſuam, &
eius filios,&.Manfredũ MarchionemSa-
lutij reliquit Gubernatorem interim;qui
Gubernator vnà cũ electis miſerunt ad
Violantidem, & Theodorũ eius filium;
qui Theodorus accepit poſſeſſionem ſta-
tus,& in eo perſeuerauit, immo promiſit
ratũ habere,& alij Marchiones ſibi præ-
iudicarunt; cùm expreſsè fecerint pactũ,
quòd decedente Marchione Bonifacio
ſine filijs,MarchionesSalutij ſuccederẽt.
Ergo eis exiſtentibus actum eſt,vt nõ ſuc
cedant. Et ideo non ſolũ ſibi, ſed ſucceſ-
60 ſoribus ſuis præiudicauit,quia feudũ fuit
acceptum pro hæredibus, immo cum po-
teſtate alienandi.arg.l.cùm à matre.C. đ
rei vend.Alex.conſ.19.vol.5. & conſ.28.
eod.vol.qui dixit, ꝙ quando feudum eſt
hæreditarium, non poteſt hæres venire
contra factũ eius, cui ſucceſſit; quia in re
hæreditaria non poteſt plus hæres, quàm
defunctus, ſi viueret.l. ſi ab eo. C. de lib.
cau.quod ideo dicit eſſe verum, etiam ſi
filius adiuerit hæreditatẽ,cum beneficio
inuentarij.& dicit ita And.de Iſer. in c.1.
§.hoc quoq;,de ſuc. feud. Et licèt aliqui
tenuerint contrariũ, quando confectum
eſt inuentariũ; tamen concordant,quan-
61 do non fuit factũ. Et ideo propter iſta,
modernus Cæſar inueſtiuit Illuſt. Duciſ-
ſam,& eius maritum Illuſt.Ducẽ. Et hoc
quia poteſt inueſtiri fœmina propter ſer-
uitia,quæ per maritũ veniunt præſtanda;
ita Fulgo.cõſ.4.Ad id, de quo quæritur.
62 ¶Et ex iſtis tolluntur in contrariũ addu-
cta. Non obſtat primũ,quòd in dubio đ-
beat iudicari feudum; quia nos ſumus in
caſu claro propter tot,& tanta, de quibus
in fundamentis,& in incertis,& nõ certis
locus eſt coniecturis. l. continuus. §. cùm
ita.ff.de verb.oblig. Immo veritas eſt in
contrariũ,ſcilicet,ꝙ etiam in dubio præ-
ſumitur conceſſio in allodium potiùs, q̃
in feudum, licèt ſimus in Imperatore, ſi-
cut patet in locis ad hoc alleg. And. de I-
ſern.non facit differentiã inter Impera-
torem,& alios Principes; nec inter con-
ceſſionem in allodiũ,vel in feudũ in hoc.
63 Sed dicit,quòd etiam Imperator nõ po-
teſt infeudare in præiudicium, & dimi-
nutionem honoris Regis & Coronæ. Nõ
64 obſt.illa verba, de omnibus quæ acqui-
rere poterit diſueſtire præſumat; Ergo
fuit

fuit facta inueſtitura, quia priuatio præ-
ſupponit habitum.§.ſecutis.inſti. de capi.
dim.cum ſimil. Reſpondeo q nullo mo-
do poteſt dici hoc, cùm expreſsè appa-
reat non fuiſſe inueſtitũ; vt in ſequenti-
bus verbis,ibi,etiam q inueſtitus in præ-
teritum non fuiſſet.Et ideo diſueſtire ca-
pitur pro priuatione poſſeſſionis,cùm in-
ueſtitura capiatur pro poſſeſſione;vt in v.
ſib. feud. dicitur: & illa verba ſunt dicta
65 ad abundantem cautelã,quæ nõ alterat.
l.ea quæ.ff.de reg.iur.&verba ſecundum
ſubiectam materiã ſunt intelligenda.l. ſi
vno.ff.loca.cum ſimil. Nam inueſtitura
66 nõ ſolùm fit in feudis,ſed etiam in dona-
tionibus,& in re vendita; vt per Inno. &
alios in c.2.de conſuetu. Bal.in l.1.in fin.
C.de rerũ permu.& in rub.C. de contra-
67 hen.empt.Bal.in l.1.C.de dona.Non ob-
ſtat, q fuit receptus ſub protectione im-
periali;quia neceſſariò non arguit feudũ,
cùm quilibet poſſit ita recipi. Non obſt.
q in alijs conceſſionibus factis Theodo-
ro,& ſequentibus dicatur eſſe feudum;
quia licet poſtea fuerint iſta recognita in
feudũ ab iſtis de domo Paleologorũ; ta-
68 men illa recognitio eſt facta pro ſe, &
eorum ſucceſſoribus,& hæredibus. Ideò
non prodeſt Marchioni Salutij, qui ſolũ
ſe fundat in conceſſione Aledrami.Alex.
69 conſ.10.vol.3.& 23.vol.5.Non obſt. ſe-
cundũ,quia dicimus Marchionem Salu-
tij non eſſe agnatũ; & ſi eſſet,eſt ſibi præ-
iudicatum,cùm potuerit alienari liberè.
Item,quia non eſt hęres. Item renuncia-
tũ eſt,& tacitè præiudicatum, & pręſcri-
ptum per ſupradicta. Præterea vltra rñ-
ſiones,quæ poſſent dari,dicimus, illud q
in infinitum agnati ſuccedant in iſtis re-
galibus,eſt de conſuetudine.ita Bal. & a-
lij in d.c.1.§. Capitanei. de feud. March.
70 Ideo habet locũ, vbi probatur eſſe con-
ſuetudo; vt per Aret.conſ.132.col. 3.
Moder.Mediolañ.in conſ.142. & in c.2.
de reſcript. col.fi.in l. poſt dotem. ſolut.
mat. circa fin.
71 ¶Ad tertiũ dicimus,q immo in regalib⁹
fœminæ ſuccedunt,quando eſt donatio;
72 ita Doct.vbi ſupra in fundamentis,vel &
ſecundò illud non habet locum, quando
ita apparet ex mente concedentis; vt in
conceſſione Aledrami dictum fuit.
73 ¶Ad quartũ videtur eſſe reſponſum ex
prædictis; nam non eſt de deſcendenti-
bus; vel ſi eſt,eſt multis modis excluſus.
Et ideo, quia tranſiuit ad deſcendentes
Theodori,fatemur,q ſi eſſent maſculi ex
eis,fœminæ non admittuntur,vt hacten⁹
obſeruatum eſt. Non obſtat,quòd ſemel
74 excluſa dicitur perpetuò excluſa; quia
poſſumus dicere nunq̃ Illuſtr. Duciſſam
excluſam fuiſſe; ex quo non fuit hæres,
prout nunc eſt,ideo admittitur. arg.not.
per Bal.in c.1.§.in fin.de eo qui ſibi,& hę
75 red.ſuis.vel & ſecundò dato,quòd ſemel
fuerit excluſa; non tamen dicitur exclu-
ſa,deficientibus maſculis, quia nouo iure
venit. ita Bal.in c.1.§. quin etiam Epiſc.
vel Abb.qui dixit quòd ſemel excluſa à
fratre in bonis patris, non eſt excluſa à
ſucceſſione fratris,ex cuius perſona con-
ſequitur bona patris; facit no.in c.quam-
uis.de pact.in 6. ponunt Mod. Mediolañ.
in conſ.318.quòd filia, quæ renunciauit
hæreditati paternæ,extantibus fratribus,
non tñ dicitur excluſa à dictis bonis pa-
tris,mediante perſona fratris,cui ſucceſ-
ſit; ponunt etiam conſ.260.Corn.cõſ.80.
76 vol.4. Tertiò in feudis fœmina dicitur
nõ ſimpliciter excluſa propter maſculos,
ſed temporaliter.tex.eſt in c.1.de eo qui
ſibi,vel hæred.ſuis; ibi,nõ enim patet lo-
cus fœminæ, donec maſculus ſupereſt.
Ergo non dicitur excluſa, maſculis defi-
cientibus.ita Bar.in l.fi. ff. ad Tertul. Bal.
& alij in l.ſi auus.C.de lib.præte.Soci.cõſ.
77 10. vol.3.Quartò ipſa fuit habilitata à
Cæſare,quod potuit,cũ iſta ſint iuris po-
ſitiui; & de iure communi pariter admit-
tantur cũ maſculis.l. maximum vitium.
78 C.de lib. præter. Et res de facili reuertit
ad ſuam naturã,& talis diſpoſitio dicitur
fauorabilis.glo.in c.ab exordio.35.diſtin.
Bar.& Doct. in l.ſi vnus.§.pact⁹.ff.de pac.
& ita dixit Brun. conſ.1.Mediolañ.conſ.
79 269.& in conſ. 390. Non obſtat, quòd
ſemper fuerit conſuetudo, quòd fœminę
ſint excluſæ à feudis,quia non fuit feudũ
conceſſio Aledrami; vel ſi fuit, ſunt vo-
catæ per ea,quæ dicta ſunt ſup. Nec põt
probari

probari conſuetudo,niſi quòd extãtibus
maſculis fœminæ non admittuntur; ſed
ipſi non ſunt deſcendentes. Item renun-
ciarunt,& excluſi ſunt diuerſimode,vt ẽ
80 dictum. Ad ſeptimũ dicendum eſt,quòd
immo Princeps potuit hoc facere; cùm i-
ſta ſint iuris poſitiui,vt eſt dictum.ꝑterea
non tractatur de præiudicio Marchionis;
81 cùm fuerit excluſus,vt diximus. Nõ ob-
ſtar,quòd præſcriptio locum non habeat;
quia Theodorus per vim occupauit ſta-
tum, quia eſt falſum. Nam ipſe vocatus
à populo de conſenſu Marchionis Salutij
Manfredi; & titulo hæreditario,quod po
tuit fieri,quia erat donatio, & tranſit ad
quoſcunq; : vel ſi feudum,idẽ eſt,quia e-
rardata poteſtas alienandi, vt latiùs ſu-
pra deductum eſt. Ideo pœnitus ceſſat vi-
tium violentiæ.arg.no.in l.vitia.C. de ac-
quir.poſ.Doct.in l.fin.C.de edict. diui. &
eſt deciſ. Alex.in conſ.1. Ponderatis his.
82 col.8.ver.non obſtat etiam.vol.1. dicens
non eſſe violentiã,quando mediãte titu-
lo acquiritur. Et ſic patet nõ fuiſſe in ma-
la fide propter titulum,& longiſſimũ tẽ-
82 pus. Non obſt.q̃ detur reſtitutio ex illa
clauſula generali, ſi qua mihi iuſta cau-
ſa,&c. quia non competit; cùm nullum
83 ius habeat per ſupradicta. Præterea non
datur talis reſtitutio læſo ex ſuo conſen-
ſu.gloſ.& Ang.in l.1.§.ſi quis.ff. de dolo.
84 Tertiò non datur reſtitutio contra præ-
ſumptionem iuris,& de iure. Ang.in l.in-
ter ſtipulantem. §.ſi ſtichum.ff. de verb.
oblig. Sed in iſta præſcriptione tã longiſ-
ſimi temporis, eſt præſumptio iuris,& de
iure,vt diximus in ſexto fundamento hu
85 ius partis. ergo &c. Præterea & quartò,
non datur reſtõ læſo ex ſupina, & craſſa
ignorantia,& ex negligentia.Bal.in l. 1.
C.de ſen.aduer.fiſ.latis.Imol.in c. fi. col.
30.de præſcrip.l.nec ſupina.ff.de iuris &
facti igno.& quando militat præſumptio
ſcientiæ,non datur reſtitutio. Fely. in c.
vigilanti. de præſcript. Aret.conſ.15.Re-
uerendiſſime pater.Alex.conſ.163. Viſo
proceſſu cauſæ.vol.2. Sed in caſu iſto eſt
præſumpta ſcientia;cùm pars aduerſa co-
netur probare famam eſſe in loco, quòd
Marchionatus Montiſferrati eſt feudum;
& ſemper ad maſculos ex Aledramo de-
ferri,non ad fœminas. Ergo præſumitur
ſcientia.arg.not.per glo.Bart.& alios in l.
ſi tutor.C.de peric.tut.Bar.in l. celſus. ff.
de vſucap.& in l.is quem.ff.de acquir.hę-
86 red. Præterea non datur reſtitutio ad-
uerſus tam longiſſimũ tempus;cùm mul-
ti teneant nõ dari aduerſus quadragena-
riã.Alex.in conſ.163.Viſo proceſſu.col.2
Soci. conſ.164. Viſa bulla. & conſ. 194.
Subtiliter.vol.2.Cur.conſ.pen.col.3.Mo-
der.Mediolañ.in l.2. C. qui admit. Ergo
minùs dabitur aduerſus præſcriptionem
87 200.ann.& vltra. Non obſtat vltimum,
quia conſenſus,vel diſſenſus populorum
nihil facit; quia cũ Illuſt. Duciſſa ſit de
compræhenſis,& in conceſſione Aledra-
mi; & ſucceſſiuè in alijs omnibus priuile-
gijs ſucceſſiuis temporibus conceſſis Mar
chionibus Montiſferrati, non pñt populi
reclamare, ex quo ſemel conſenſerunt.
Bal.in c.1.§.ſi quis, quo tempore miles.
not.in c. Imperialem.de prohib. feud. a-
lien. & in c.dilecti.de maio.& obed.& in
c.1. de capit. qui cur. vend. ponit Barba.
latè in conſ.11.Illud afferam.vol.2.Mod.
in l.1.ff.de off.eius,Bart.in l.1.C.d̃ impo.
lucr.deſcrip. Cur.in tract.feu.in 2.par. q.
88 1.col.2. Itẽ quando feudũ ad dñum re-
uertitur,liberè poteſt dñs alteri concede-
re,etiam ſi mutet conditionem feudi; vt
latè per Brun. in conſ. 65. & eſt deciſio
Regni Neap. deciſ.305.col.2.Bal.in cõſ.
324.Quæritur vtrum Papa.vol.1. Et ma-
89 ximè quando ſubiectio non fit particu-
liter de aliquo loco,ſed cũ vniuerſitate,
concedendo omnia,quæ erant Marchio-
num; quo caſu non requiritur conſenſus
particulariũ locorum.per tex.in c.2.§. ex
eadem lege.de lege Corradi.Bal.in l.2.in
fin.ff.ſol.mat.& ibi per Alex. idem Ale-
xan.conſ.25.vol.5. Mod. Mediolañ. cõſ.
61. Mod.Papieñ. in l.ſi non ſortem. §. li-
90 bertus.ff.de condit.indeb. Non obſtat q̃
pluralitate dñorum, quia ipſi ab initio
videntur pluralitati conſenſiſſe; cùm in-
ueſtituræ ſint pro hæredibus, & ſucceſ-
ſoribus; quo caſu omnes filij, & hæredes
pariter ſuccedunt, qui ſunt in eodẽ gra-
du. c.1.§.& quia vidimus. qui feud. darę
poſ.

11 poſ. Præterea vir,& vxor pro vna perſona reputantur,vt in c.admonere.37.q.2. C.de neptis.21.q.2.l.cæterum.§.mulieri.ff.de vſu & habi. Et ideo maritus pro vxore iurat fidelitatem. Fulg.in conſ. 4. Concludimus intrepidè nullum ius com petere Marchioni Salutij, contra Illuſtriſſimam Duciſſam.

CONSILIVM XVI. FAMOSISSIMI, ac Excellentiſſimi Collegij Bononiæ.

QVo ad Ducem Sabaudiæ, primo aſpectu videtur fundata de iure eius intẽtio, quia olim per Ioã.Iacobum Marchionem Montisferrati fuit facta donatio Duci Sabaudiæ omniũ bonorum, de quibus in inſtrumento donationis; quæ donatio
1 fuit ratificata per eius filios: & potuit fieri tanq̃ donatio de rẽ libera: Cùm cõceſſio Aledramo facta non fuerit feudũ, ſed pura,& ſimplex donatio,vt diximus ſup. in cauſa contra Marchionem Salutij: &
2 ſi eſſet feudum, tamen data fuit poteſtas alienandi, & quicquid eorum decreuerit animus faciendi, omnium hominum contradictione remota. Ergo potuit donari,& quoquo modo alienari.c.1. de feu. non haben.propriam nat. feud. vbi dicitur,ꝙ quando feudũ eſt conceſſum, vt ipſe,& cui dederit,habeat, feudatarius poterit vẽdere,donare,& quod ſibi placue-
3 rit facere. Et ſi poſtea Marchiones Montisferrati ea recognouerint in feudum ab Imperatoribus; illa recognitio nõ valuit, tanq̃ de re propria,& ſcienter; iuxtà not. in l.ſi rem aliquam.ff.de acquiren.poſſ.& in l.qui rem.C.loca.vbi diſtinguitur,aut quis conduxit rem ſuam ab aliquo dicẽs, ego dñs rem meã ab illo conduco: & tũc valet,& transfertur dñium;aut dictũ fuit ſimpl r;conduco ab illo,& ſic tanq̃ ſuam, dicitur ſictus titulus, & ficta traditio non valet. ſed in caſu iſto recognitũ eſt in feudum ſimpl r; & ſic fictus eſt titulus, & ficta traditio: ergo non potuit dñium transferri,& ſic non valuit. Cùm ergo valuerit talis donatio,Dux Sabaud.poſtea conceſſit ea in feudum Marchioni præfato, & ſuis aſcendentibus,deſcendentibus,& collateralib⁹ agnatis Marchionibus Mõtisferrati, qui ab illo recognouerunt. Itẽ & ſi fuiſſet feudũ Marchionatus Montiſ-
4 ferrati,& non potuiſſet alienari; tamen ſequuta fuit confirmatio Maximiliani Imperatoris in ampliſſima forma motu proprio,& de plenitudine poteſtatis: dicens velle eſſe in augumentum aliorum feudorũ,quæ tenent ab ipſo Imperatore inueſtiendo, & infeudando; remittẽs eis oẽm caducitatem,reuocando omnẽ conceſſionem factã per prædeceſſores ſuos, & etiam per ipſummet Maximilianum Marchionibus Montisferrati: quibus oĩ-
5 bus expreſsè derogauit; tamen etiam ſi talia forent, quæ expreſſam mentionem requirerent: Quo caſu per talẽ clauſulã cenſetur derogatum illis conceſſionibus, & priuilegijs,etiã ſi haberent clauſulam derogatoriã; arg.not.per Bar.in l. ſi quis. in princ.ff.de lega.3.Feder.de Senis. cõſ. 46.Doct.in l.oẽs.C. de præſcrip.30. ann. no.in l.ſi mihi & tibi. ff.de leg.1. Soci. in conſ.63.incip.Viſis teſtamẽto.vol.3. ver. præterea tollitur.& in conſ.3. vol.3.
6 ¶Tamen his non refragantibus,contrariũ putamus eſſe veriùs, ꝙ talis donatio nõ valuit;quia feudatarius prohibitus eſt alienare feudũ ſine conſenſu dñi. tex. eſt in c.1.de prohib.alien.feud.per Feder. & in c.1.§.donare.qualiter olim feud.pote. alien.& ibi tenent oẽs Doct.ꝙ ſicut olim ꝓhibita erat donatio,ita & hodie;ſꝫ iſta erãt feudalia: ergo non valet donatio: ꝙ
7 ſint feudalia oñditur; nã Theodorus primus,& demũ alij ſemper ab Imperatoribus acceperunt inueſtiturã de toto Marchionatu, & in feudum,& ab illo tẽpore vſq; ad tempus donationis, de qua agiť, elapſum

elapſum eſt tp̃s centum annorũ; ideo dr̃
eſſe feudũ.arg.not.per Bar. in l. ſolent. §.
1.ff.de off.proconſul.& leg.& in l.litibus.
C.de agric.& cenſi.lib.10.not.in l.ſcien-
dum.ff.de ver.ob.& in c.ſicut. de re iudi.
8 Nam qui per triginta annos. tanq̃ vaſall⁹
præſtiterit ſeruitia dño,præſcribit ius feu-
di.vt in c.1.vbi Bal.ſi de feudo fuerit con-
trou.in §.ſi quis per triginta.& in c.fin.d
feu.dato in uim l.commiſſ.Panor.in c.ad
audientiã.col.5.de præſcrip. Saly.in l. 2.
9 C.de iure emphy.vbi loquitur in tenente
rem aliquã emphyteoticam per triginta
annos, præſumitur cõtractus emphyteoti-
cus præceſſiſſe.not.in l.3.§.ex contrario.
ff.de acquit.poſſ. & à pari procedunt cõ-
tract⁹ emphyteoticus,& feudalis.ſm̃ Bar.
in l.vt iuſiurãdi.§.ſi liberi.ff.de oper. lib.
Alex.conſ.113.col.vlt.vol.1.& 136.eod.
vol.& ita in terminis conſuluit Curt. in
conſ.25.incip. Tria ex facti narratione,q̃
ſi bona ſint data alicui inſolutũ, poſtea p
30.annos recognouerit in feudũ ab ali-
quo,dicitur ius feudi acquiſitum dño. &
10 eſt deciſio Regni Neap.in deciſ.324.q̃
ex tribus dicitur feudũ;ex poſſeſſione 30.
annorum, & præſtatione ſeruitij: & ex
allegata inueſtitura,quæ præſumit. Quan
to ergo fortiùs iſta procedũt in caſu iſto,
cùm ſit decurſum tempus centũ annorũ;
& appareant inueſtituræ factæ de feudo,
cùm iuramento fidelitatis ſuadetur, quia
11 tractatur de fauore illius, qui recogno-
ſcit in feudũ à ſupremo Principe. Cùm
præſumatur accepiſſe talẽ inueſtituram,
vt defendatur ab eo.ita dixit Iac.de sãcto
Georg.in tract.de homag.col.3. Cùm te-
neatur iuuare vaſallos contra oẽs. glo. in
c.1.§.contra omnes.hic finit lex Corrad.
12 Et ſeruire tanto Principi, eſt ſumma li-
bertas: vt in auten.de hæred. & falci. in
13 prin. Præterea ipſemet Dux Sabaudiæ
fatetur eſſe feudũ,vt in priuilegio Maxi-
miliani per eũ producto; in quo apparet,
q̃ Dux Sabaudiæ Philibertus, quia de i-
ſtis donationibus non fuit ab Imperatori-
bus obtentum laudemiũ, nec impetrata
inueſtitura; & quia non potuit fieri do-
natio ſine cõſenſu Imperatoris; Ideo pe-
14 tijt confirmari,&c.Item in libello etiam
fatetur: ideo probat contra eum l. cũ ꝓ-
cum.vbi not.C.de liber.cauſa.Fely.in c.ſi
cautio.de fide inſtru. Cũ ergo fuerit feu-
dum,nõ potuit alienari, & nulla fuit do-
natio; & ꝑ conſequens oĩa ex ea ſequuta.
15 ¶Secundò,ex alio non valet, quia ꝓ par-
te Ducis Sabaudiæ non fuerunt ſeruata
conuenta; arg.no.in l.cùm proponas.C.d
pac.l.ſi quis maior.C.de tranſact.Aret. in
conſ.14 qui conſuluit in proprijs,termi-
nis mutatis tñ quibuſdam nominibus. Itẽ
16 quia nõ defendit vaſallum,prout tenetur
glo.in c.1.§.contra oẽs. hic fini. lex Cor-
rad.not.in c.1.de noua forma fidel. & ita
17 priuatur dñs ſi vaſallo ſuo non facit iuſti-
tiam, ſicut priuatur vaſallus; vt no. in c.1.
§.dño committente.ſi de feud.fuer. con-
trou.inter dom.& agn.gloſ.in c.1.§. illud
tamen.quæ fuit prima cauſa benef.amit.
18 ¶Tertiò, iſta fuerunt facta per metũ; ideo
ſuccurritur metũ paſſo,non ſolùm per viã
19 exceptionis in retinendo, quæ ſunt apud
eũ,vel obſeruando promiſſa; ſed agendo
ad recuperandũ deperdita.l.metum.§.ſed
quòd prætor.§.volẽti.ff.quod metus cau-
ſa. Doct.in c.1. quod metus cauſa. Item
20 filius Marchionis erat captus à Duce Sa-
baudiæ: ideo interim facta à patre nõ va-
lent,ac ſi eſſet captus.l.iſti quidem.ff. qđ
21 metus cauſa. Item durat metus periurij,
vt not.in l.2.C.quod metus cauſa. & latè
ponit Aret.in d.conſ.4.& Marian.Soci.in
conſ.nõ impreſſo,vt latiùs poterit videri.
22 ¶Quartò, per Federicum Imperatorem
fuit facta annullatio per iſta verba; vide-
licet, Alienationibus, ſiue diſtractionib⁹
Regaliũ feudorum pertinentiũ ad eun-
dem per vim,forſan,dolum,metum, ſiue
aliã ſiniſtram machinationem, aut alio
quouis modo indebitè exactas,aut extor-
tas per quoſcunque; & præſertim per Lu
douicũ Sabaudiæ Ducem noſtrũ, & Im-
perij ſacri Principẽ fidelem,& dilectum,
ipſiusq; progenitores, & ꝓceſſores; quas,
vt accepimus,obtentas,& factas omnes,
& ſingulas, non ad alicuius nobis illatæ
petitionis inſtantiã, ſed motu proprio,di-
ctasq; authoritate,& ſcientia,& de pleni-
tudine poteſtatis caſſamus,irritamus, &
annullamus; nullasq; & inanes, ac nulli⁹
exiſtere

exiſtere roboris, vel momenti decernimus; ac inueſtiuit, & confirmauit Gulielmum Marchionē Montisferrati. Itē repetitur in alia inueſtitura facta per eundem Federicū Bonifacio filio Ioannis Iacobi, vbi eadē verba præcisè ponūtur; cōfirmat etiā Maximilianus Illuſtr. Mariæ matri, & Gubernatrici vniuerſalis dñij, nomine filij ſui Gulielmi, ſuorūq; hæredū, & ſucceſſorum. Idem facit Carolus modernus Imperator, qui inueſtiuit Ioānem Georgiū; & confirmauit omnia pri-
23 uilegia hactenus conceſſa in oībus, & p omnia: ideo dicuntur omnia præciſa repetita: arg. no. in l. 1. ff. de leg. 1. Et clarum
24 eſt Principem, & dñium poſse reuocare oēs alienationes factas per feudatarium, non obſtante tēporis præſcriptione. text. eſt clarus. in c. 1. de prohib. alien. feud. p Federic. & in c. 1. de capit. Corrad. etiam
25 ꝗ voluntariè factæ ſint. Quanto fortiùs ſi per metum, nec vitiatur nō facta citatio-
26 ne, quæ non fuit neceſsaria; cùm notoriū ſit nullum ius competere Duci, quia ēt abſq; metu donatio facta nō valet. arg. no. in c. cū olim. de re iud. not. in l. đ vno
27 quoq; eod. tit. Et in cōceſſione priuilegiorū non requiritur citatio. Abb. in c. inſ 4. de maio. & obed. Bal. in l. nā ita diuus. ff. de adop. latè Brun. in conſ. 1. 2. 7. 8. & 10.

¶ Non obſtant contraria, & primò illa donatio facta Duci Sabaudię non valuit; quia, vt dictū eſt, non poteſt donare, vel alio modo alienare feudatarius; vt in c. 1. de prohib. alien. feud. per Feder. cū concor. vbi ſupra alleg. Itē, quia fuerunt iſta per metū facta. Tertiò Imperator Federicus motu proprio, & ex certa ſcientia ea annullauit, & irritauit, vt dictū eſt. Item, licèt fuerit donatio facta Aledramo; tñ poſtea tranſiuit in feudum, vt in primo fundamēto. Itē ipſe contrauenit, vt in ſecū-
28 do fundamēto. Non obſtant not. in l. ſi rē aliquam. ff. de acquir. poſs. quia ex longo temporis curſu præſumitur verus titulus, & traditio per ea, quæ dicta ſunt ſupra in primo fundamento huius partis, & pars fatetur. Non obſtat cōfirmatio facta per Maximilianum Imperatorem; & hoc eſt totum fundamentū Ducis Sabaudiæ, quia ad iſtud multipliciter reſpondetur.
29 Et primò, quia non fuit narratū Maximiliano, donationes fuiſse factas per metū, & per Federicum annullatas, vitiatur priuilegiū, & confirmatio; quia ſi narratum fuiſset, vtiq; non conſenſiſset. argu. not. in c. poſtulaſti. & c. cęterum. & in c. ſuper litteris. de reſcript. facit quod voluit Bal. l. nec damnoſa. C. de prec. Imp. offer. ꝗ ſi quis impetrauit à Papa aliq̃ compōnē ſu-
30 per pœna iā per fiſcū exacta, nō facta mētione de exactione, impetratio eſt nulla; Bal. in l. præſcript. C. ſi cōtra ius, vel vtil.
31 publ. ꝗ cōdemnatus in mille pro homicidio, ſupplicauit pro cōpoſitione, & tacuit cauſam condemnationis; compoſitio obtenta non valet. Ita ſupplicauit, vt confirmentur donationes, ſed tacuit cauſam, quæ fuit metus; ergo confirmatio ē
32 nulla. Præterea non eſt præſumendū, ꝗ voluerit derogare priuilegijs à tot Imperatoribus cōceſſis, & geminatis etiā p ipſum Maximilianū. Ludou. Roma. conſ. 337. not. in c. ſi cautio. de fid. inſtr. Prętc-
33 rea & tertiò in priuilegijs, & inueſtituris factis per Imperatores eſt clauſula đrogatoria quibuſcunq; in contrariū gñaliter, vel ſpecialr̃ factis, vel faciendis, etiā ſi de eis oporteret ſpecialē mētionem facere; quibus omnibus in totū, vel pro parte de plenitudine ptātis, ex certa ſciētia derogarunt, annullarunt, & caſsarunt; niſi ex ꝓſsè de verbo ad verbū, de toto tenore dictarū cōſtitutionū, priuilegiorū, inueſtiturarū, & confirmationis ſpetialis mentio facta fore: Ideo pp deficientē voluntatē tollit priuilegiū poſtea in contrariū conceſsum Duci Sabaud. cōtra Marchiones Montisferrati. arg. not. in l. ſi mihi & tibi. ff. de leg. 1. §. in legatis. & in l. ſi quis. in prin. teſtam. ff. de leg. 3. Etiā ſi ſequēs diſpō cōtineat clauſulam gñalem derogatoriam, cū illa clauſula; Etiam ſi deberet fieri ſpālis mentio. ita tenet Fede. de ſen. latè arguens ad partes. in conſ. 233. Caſtalis. Paul. in conſ. 55. Paſsus iſte dubitabilis vr̃. Cald. conſ. 11. ſub rub. de priuil. incip. Habet ordo ſāctæ Claræ. Card. Florent. conſ. 51. D. Georg. & conſ. 136. factū ſic ſe habet. Bal. in prælud. feud. in prima

diuiſione feudorũ,circa fi.& in c.ſuper lit
34 teris.de reſcrip. Dicens,ꝙ ſi Papa dicat,
ꝙ vult fieri pro ſpecificatis,non valet, vt
perinde habeatr, ac ſi eſſet ſpecificatum,
quia iſta clauſula gñalis eſt captioſa,& iu
ri contraria.idẽ tenet Lud.Rom.cõſ.317.
Iſtæ ſunt rõnes.col.pen. & in conſ.435.
qđ indultum.idẽ tenet Fely.in c.accedẽs.
de præſcrip.col.4.dicens iſtam eſſe cõem
opin.idẽ in c.nonnulli.de reſcrip.col.9.&
ita eſſe cõis opin.atteſtatur Deci.in conſ.
142.Et pro teuui.col.pen.in fi. conſ.165.
Viſo tenore.& in conſ. 373. col. fi. incip.
Viſo conſilio.& licet Fed.in conſ.46. con
trariũ conſuluerit;tamẽ in alio magis latè
poſtea concludendo mutauit opinionẽ .
Præterea põt diſtingui,aut nos loquimur
in diſpõne legis;& ſufficit illa clauſula,vt
ſpeciale priuilegiũ tollatur, ſecus in re-
ſcripto,& in alio priuilegio.ita Ang.in l.
ſed & ſi quis.§. quæſitũ. ff. ſi quis cau. aut
35 priuilegiũ eſt conceſſum motu proprio;
& ſufficit talis clauſula, ſecus ſi ad poſtu-
lationẽ. Ita dixit Pau.conſ.51.alleg. Mo-
der.Mediol.in d. conſ.165. alleg. Sed in
caſu iſto iſta clauſula derogatoria in pri-
uilegijs Marchionũ Montisferrati habet
motum propriũ; nam licet fuerit petita
inueſtitura à Federico:tñ ipſe Imperator
motu proprio,annullauit pręfatas aliena-
tiones; patet ibi,quas oẽs,& ſingulas,non
ad alicuius ꝓ hoc nobis oblatę petitionis
īſtantiã, ſed motu proprio,dictisq́; aucto-
ritate,ſciẽ, & plenitudine poteſtatis caſ-
ſamus,& irritamus,&c. Et verba Princi-
pis faciunt fidem plenã.cle.1. de ꝓba. Sđ
priuilegium Duci Sabaudiæ hñs clauſu-
lam illã derogatoriam,fuit conceſſũ Du-
ce peteñ. Et licèt ibi ſit clauſula, motus
proprij, tñ verè fuit petitum: & non dici-
tur,non ad inſtantiã alicuius:& ſi dicere-
tur,eẽt ſibi contrarius ex euidentia facti.
Ergo nõ ſufficit clauſula derogatoria,ſed
præualet prima poſita in priuilegio Mar-
chionũ de Monteferrato.Itẽ;quia eſt ma-
gis fauorabilis,quia primum priuilegium
Marchionũ eſt fauorabile; quia reuocan
do cõceſſiones factas,& donationes Duci
36 Sabaud.& inueſtiendo Marchionẽ Mon
tiſferrati,reuertit ad primũ, & antiquum
ſtatum;ideo eſt fauorabile. gl.in c.ab ex-
ordio.35.diſt.Bart.& doct. in l.ſi vnus.§.
37 pactus.ff.de pac.Fely.in c.cũ acceſſiſſent.
de conſtit.ſed confirmatio facta Duci eſt
odioſa,& ꝑiudicat tertio: ergo præualet
illa Marchionũ Mõtisferrati,& dicit for-
tius.Bal.ĩ l.2.C.de his, qui pro me.iud.nõ
38 appel. ꝙ Princeps non poteſt actũ metu
factũ confirmare.ſequitur Alex.in apoſt.
ad Bar.in l.ſi cõſtat.ff.de app. Præterea ẽt
dato,ꝙ tamen non eſt verũ,ꝙ Imperator
Maximilianus expreſsè derogauerit pri-
uilegijs Marchionũ Montisferrati, faciẽ-
do mentiõnẽ de verbo ad verbum de illa
clauſula derogatoria, tñ non potuit hoc
facere in ꝑiudicium Marchionũ, quibus
39 erat ius quæſitũ ex tot cõceſſionibus Im-
peratorum, & ipſiuſmet Maximiliani,&
qui habuerunt dñium,vtile, & poſſeſſio-
nem.vt in c.1.de nat.feud. & in c.1. §. fi.
qui feud.dare poſ.& in c.1. de feud. non
amit.ſine cul.Bal.in conſ.279.vol.3.Rex
Romanorũ. dicens ꝙ non ſolùm non põt
reuocare feudum; ſed nec illud grauare,
aut aliud aduentitium onus apponere:cũ
41 donatio perfecta tolli,nec mutari poſſit.
l.perfecta.C.de don.quæ ſub mo. l.cõtra-
ctus.C.de fide inſtru.l.ſicut. C. de act. &
obl.& ſm̃ Bal.in l.oẽs.C.de his,qui ve.ęta.
impet.quòd nullus eẽt cõtractus cũ Prin-
cipe,ſi penderet reuocatio, & ſubſtantia
ex ſola eius voluntate;& ſic malè contra-
heretur cũ Principe,& eſſet quodammõ
ei interdictum; contra not. in l.bñ à Ze-
none.C.de quadr.pręſcr.& cũ feudum ſit
cõtractus, ideo lege contractus Princeps
ligatr.c.1.de proba. c.nouit de iud.& in c.
42 quæ in Ecclarũ.de conſti. Et ſicut nõ põt
alicui directũ dñium auferre; ita nec vti-
le,ſm̃ Bart.per illũ tex.in l.2. C. de fund.
pat.lib.11.Pau.&Alex.in l.gall⁹.§.& quid
ſi tm̃.ff.de lib.& poſth.Aret.& Alex.in l.
43 cũ hæredes.ff.de acquir.poſ.Et licèt dñiũ
vtile ſit ortũ à iure ciuili, tñ eius effectus
eſt de iure gentium.ſm̃ Bal. in extrauag.
Qm̃ nuper.in ver.repelleñ. alleg. tex. in
§.fi.inſtit.de vſu & hab.quo caſu tolli nõ
poteſt,vt not.in l.ex hoc iure.ff. de iuſti.
& iur.Panor.in d.c.quæ in Ecclarum. de
conſti.& in cle.1.de ꝓbatio.Alex. cõſ.3.
vol.

44 vol.3. Et licèt multi teneāt Principē poſſe præiudicare, loquuntur, qn̄ ſolùm erat quæſitum ius ſpe. vt not. in d. §. & quid ſi tantum vel poteſt tollere illa, quæ ſunt iuris poſitiui, vt not. in l. fin. C. ſi contra ius, vel vtil. publ. & in l. omnes populi. ff. de iuſti & iure. ideo poteſt fœminam in præiudicium agnatorum habilitare ad feudū, quia iuris poſitiui eſt, q̄ fœminæ à feudis excludātur: iuxtà no. in l. maximū vitium. C. de liber. præter. ita loquit̄ Bru. in ſuo conſ. 1. cum ſeq. & Moder. Mediolañ. in conſ. 269. & 390. Sed quando eſt acquiſitio facta ex conuentione, & ius eſt acquiſitum & poſſeſſio, vt in caſu iſto, nō poteſt Imperator p̄iudicare abſq; cau-
45 ſa, vt dictum eſt. Nec obſtat, ſi dicatur, q̄ adfuit cauſa, ex quo alienatio fuit facta in Ducē Sabau. ſine conſenſu dñi. iuxtà no. in c. 1. de p̄hibi. alien. feud. per Feder. quia reſpondemus fuiſſe factū per metum; &
46 ita fuit declaratū. Et annullatio fuit facta p̄ Federicū, & de nouo fuerunt inueſtiti
47 Marchiones Montisferrati, & confirmatio fuit facta ab eodē Maximiliano, & à moderno Cæſare: ergo nō potuit p̄iudi-
48 cari. Præterea talis donatio nō nocet hæredibus, & Illuſt. Duciſſæ, quæ eſt cōprehenſa in inueſtituris, & feudum non eſt hr̄ditarium, licèt conceſſum ſit pro ſe, & hæredibus, & deſcēdentibus, cùm non ſit data poteſtas alienandi, ſed dñr venire, non vt hæredes, ſed ex prouidentia concedentis ex pacto, iuxtà no. per Bal. in l. 2. ff. de rer. diuiſ. q. 48. Bart. & Doct. in l. ēt. ff. ſol. mat. Bar. in l. pro hr̄de. §. ſi quid tñ. ff. de acquir. hæred. Cald. conſ. 15. de verſig. Abb. & alij in c. In p̄ñtia. de proba. & per eundē Abb. conſ. 3. vol. 2. cùm ergo nō ſit hæreditariū, ſequitur q̄ locum ha-
49 bebit tex. in c. 1. §. Titius. ſi de feud. fuer. controu. inter dom. & agn. vbi reuocatio alienationis cōceditur agnato proximiori, & compræhenſo in inueſtitura; & ita no. ibi And. de Iſer. ſequitur Alex. in cōſ. 19. vol. 5. faciunt not. per Bart. in l. itē videndū. §. ſi. ff. de pet. hær. & in l. ſi patroni. in prin. ff. ad Treb. vnde pater ſi velit, non
50 poteſt eos priuare; quia non hēt feudum ab eo, ſed à Principe. Paul. de Caſt. conſ.

353. In cauſa quā Magnificus. Bal. in c. Imperialē. de prohib. alien. feud. per Feder. & ita cōſuluerunt Mod. Mediol. cōſ. 395. In cauſa Magnifici; qui dixerunt, q̄ etiam ſi ſit hæres, pōt iſto caſu venire cōtra factum defuncti, cùm tale feudū non ſit hæreditariū, etiam qn̄ dictum eſt pro ſe, & hæredibus ſuis. Concludimus nullū ius competere Duci Sabaud. cōtra Illuſt. Duciſſam, quia donationes, & confirmationes, & priuilegia nulla ſunt.
51 ¶ Quò ad aliud, breuiter nos expediēdo, quia res clara eſt, non poteſt Dux ſe fundare in ſucceſſione ex teſtamento Illuſt. Dñæ Blancæ, quia ipſa renunciauit ſucceſſioni paternæ mortuo iam patre ſuo; cùm iam à patruo ſuo Marchione Bonifacio fuerit ei conſtituta dos 80. millia duc. arg. tex. in c. quamuis. de pac. in 6. & ibi no. Arch. Ioan. & Dñic. ſequitur Alex. conſ. 221. Viſa facti. vol. 2. & in conſ. 42. Super præmiſſo. col. pen. vol. 1. qui dicit, q̄ ſi mulier, quæ renunciauit, & iurauit, maximā læſionem ſentiat, nō tamen poteſt contrauenire, & q̄ tex. in d. c. quāuis. dū excipit dolum, intelligitur de dolo ex propoſito, non tñ re ipſa. Et dicit ita eſſe cōem opin. idem Alex. conſ. 53. Viſis, & conſideratis. vol. 3. Curt. conſ. 45. Super cōtingentia. Præterea dato quòd alia opſit verior, quā multi tenent, illa procedit qn̄ enormiter fuiſſet læſa. Et ponunt exēplum, quādo hr̄ditas eſſet de decem millibus, & filia habuit ducenta, & in tali magnō exceſſu loquunt̄ Scrib. ita Paul. conſ. 308. & ita declarat Deci. in conſ. 18. incip. Satis not. eſt quæſtio. Sed in caſu noſtro conſiderādo bona allodialia detractis feudalibus dos 80. millium duc. dicit̄ magna; adeò q̄ fortè erat vltra portionē ſibi tangentē, vel ſaltem non eſt læſa vltra dimidiam: ideo non poteſt venire cōtra. vt no. per Imol. in c. cū contingat. de iureiur. & in c. licèt. eod. tit. Doct. in c. in præſentia. de proba. & in auten. ſacra puberum. C. ſi aduer. ven. Et in hoc omnes concordant, & ita dicimus.
52 ¶ Quo ad vltimū circa ciuitatem Albæ, nemini dubiū eſt nullum ius competere Marchioni Salut. quia Sigiſmondus Impera-

perator cōceſſit Albam ex gñali vicariatu Theodoro, de oībus ciuitatibus Lombardiæ; qui vicariatus fuit confirmatus Ioan. Iacobo filio eiuſdem Theodori, per eundē Sigiſmondum de anno 1418. Itē eundem vicariatū confirmauit Maximilianus Imperator Marchion. Gulielmo, anno Dñi 1494. Similiter modernus Imperator Bonifacio, & deinde Ioā. Georg. vltimo defuncto Marchioni. Idem Illuſ. Duci Mantuæ, & Illuſt. Duciſſæ fecit, & cū clauſulis, de quibus ſup. Ideo dicendū ex omnibus ſupradictis nullum ius com-
53 petere Marchioni Salut. Nec obſt. quòd ciuitas Albæ elegerit ſibi in Dñum Marchionem Salut. quia non potuit hoc fa-
54 cere; cùm ciuitas recognoſcens ſuperiorem, non poſſit ſibi cōſtituere magiſtratus. Bal. in l. q̄q̄. in fi. in ver. Alia ſolutio ē. C. de ſen. quæ ſine cert. quantit. Item nō
55 poteſt recognoſcere in ſuperiorem aliū in præiudiciū ſui ſuperioris. Bal. ī l. 2. ver. ſed nūquid ciuitas. C. de oper. lib. Et quia
56 Illuſt. Duciſſa eſt de compræhenſis in īueſtitura, vt ſup. dictum fuit, non pōt ci-
57 uitas aliquid obſtare; nec alteri ius, quod non habet, tribuere; vt declarat Io. Bapt. de ſanc. Seuer. in l. 1. C. de ſum. trin. col. 2.
58 Dicens q̄ ſemel ſubiectus, ſi deficit, eſt magis contumax ſeruus, quā libertatis amator cenſendus. Præterea & ſi dicim⁹ feudum eſſe reuerſum ad Cæſarem, potuit Cæſar, prout fecit, liberè inueſtire Illuſt. Ducem, & Duciſſam abſq; conſenſu
59 populi; quia ſemel fuit effecta feudalis res, & ſolita infeudari. arg. not. per Bart. in l. 1. C. de impo. lucr. deſcrip. Mod. in l. 1. ff. de off. eius. & in l. qui duos. ff. de reb. dub. no. in l. cū pater. §. quindecim. ff. de leg. 2. declarat Neuiz. inter conſ. Brun. in conſ. 65. dicens q̄ feudum reuerſum ad ſuperiorē, poteſt ipſe liberè concedere, etiam ſi mutet conditionē feudi. Bal. in cōſ. 324.
60 vol. 1. in ver. item laudabile puto. Præterea & ſi ciuitas habuiſſet aliquid priuile-
61 gium eligendi, fuit eo priuata per ſenten
62 tiā Honorij Imperatoris, quod potuit fieri. arg. not. per Bart. in l. aut facta. §. fi. ff. de pœn. & quod perdat priuilegium. ponit Bal. in tit. de pac. conſt. in §. Nos Romanorū, col. 4. ver. & colligit hic, quod ſic, Innoc. in c. grauē. de ſent. exc. in gl. in ver. Conſiliarios. Bal. in auten. habita. C. ne fili. p pat. Fely. in c. dilectus. col. 3. de ſimo. Et quia poſt conſiliū perfectum fuerunt nobis tranſmiſſa quędam dubia in cauſa Marchionis Salut. per Illuſt. Ducē Mant. cum reſponſionibus traditis per Excellē. & Mag. D. Nicolaum Alipran. Ducalem Senatorem; quibus dubijs patet etiam rñſum ex ſupradictis per nos in conſilio; Et ideo quia veriſſimę ſunt reſolutiones traditæ per præfatum D. Nicolaum; ea omnia approbamus, & cōfirmamus, ac iuridica iudicamus, & arbitramur.

LAVS DEO.

¶ Et ita dictum, conſultatum, & concluſum eſt; dixerunt, conſultauerunt, & concluſerunt; ac dicunt, conſultant, & concludunt Excelleñ. ac Famoſiſſimi, Equitesq; aurati, ac Comites dig. Dñi Doctores ſacri, ac vetuſtiſs. Collegij Iuris Cæſarei almi Gymnaſij Bononiæ ſtudiorum matris nuncupatæ: In quorum fidem mandauerunt præinſertū conſilium, ſcribi, ac ſigilli eiuſdem Collegij appenſione muniri, ſub anno à natiuitate eiuſdem Dñi nři IESV Chriſti milleſimo quingenteſimotrigeſimoquarto, indictione ſeptima, die vigeſima Iunij; tempore Pontificat⁹ D. Clementis diuina prouidentia Papæ ſeptimi. Ego Lactantius q. Ser Bartholomęi de Panzachijs Ciuis Bononień. publicus Apłica, & Imperiali, ac cōmunis Bononiæ auctoritatibus notarius; ac notarius, ſcriba, & ſecretarius præfatorum DD. Doctorum Collegij prædicti, ac ipſius collegij, ſumpto ipſorum DD. Doctorum conſilio, eorū, & dicti Collegij ſigillo ſigillato de eorum mandato ſubſcripſi, ſignum, nomēq; meū ſolitum, & conſuetū in fidem pręmiſſorum appoſui.

CON-

CONSILIVM XVII. EXCELLEN. Domini Auguſtini Beroi.

VENI ſancte Spiritus,& tui fidelis illumina intellectum: vt in cauſa, quã habet Illuſtr. Duciſſa Mant. cum Illuſt. Marchione Salut. necnõ cũ Excellen. Pricipe Duce Sabaud. ſuper Marchionatu Montisferrati, coram preclariſſimis Delegatis Cæſareæ Maieſt. & in qua, vt percepi, q̃plurimi clariſſimi vtriuſq; cenſurę Doctores, & præcipue ij, qui Ducalis Conſilij Mantuani regunt habenas; doctiſſime, ampliſſimeq; conſuluerunt, breuibus viam veritatis aperire valeam. Et ſuper tribus principaľr inſiſtendum eſſe arbitror reſecatis ſuperfluis, quæ q̃nq; potiꝰ ad pompam, & ad oſtentationem adducere ſoleo, quã q̃ ſint pro veritatis indagine neceſſaria.

Primũ eſt, an præfata Dña Duciſſa in dicto Marchionatu potiora iura habere dicatur, quàm Marchio Salutiarum.

Secundũ eſt, an potiora habeat, quàm Illuſt. Dux Sabaudiæ.

Tertiũ & vltimum, an præfata Dña Duciſſa per priùs ante diſcuſſionem negocij principalis cauſam petitorij concernẽti, ſit immittẽda in poſſeſſionẽ dicti March.

¶Ad primũ redeundo dicendum videť, quòd Illuſt. Marchio Salut. ſit præfereñ. in dicto Marchionatu. Habet enim ipſe conceſſionem Ottonis Imperatoris factã Aledramo de domo Saxonia primo Marchioni; à quo ipſe Marchio Salu. deſcen-

1 dit. Et quamuis collaterales olim vſque ad ſeptimũ capiendo gradum, ſm̃ ius ciuile ad antiquum feudum admittantur: tamen deſcendentes maſculi in infinitũ, etiam ſi eſſent in centeſimo, & vlteriori gradu, vocantur; vt in c. 1. §. huc quoq;. & ibi glo. & Doct. qui feud. dare poſ. & qui non: & in c. 1. de natu. ſuc. feud. not. Scriben. etiam in c. 1. de feud. March. Bal. in l. ſi in perſona. C. de fideicom. in fi. ver. Sed Marchio Salut. eſt de domo Saxonia, & deſcendens per directam lineã deſcendẽtiũ ab Aledramo, cui primo Marchioni ab Ottone Imperatore Marchia Montisferrati in feudũ conceſſum fuit; vt ex litteris dicti Ottonis conſtare dicitur. Ergo Marchioni Salut. in dicto feudo, fœminis excluſis, ius competere videtur.

2 ¶Quod autem conceſſio facta ab Ottone ipſi Aledramo fuerit feudalis; non autẽ libera, & mera donatio, Conſtat primò ex eo, quòd illa facta fuit ab Imperatore, & de magna parte Regni Italici, vt ex literis conceſſionis apparet: ergo in dubio debet cenſeri feudalis, non autem libera. per tex. in c. 1. §. notandũ. qui feud. dare poſ. & ibi And. de Iſer. Et hoc ideo, vt per Ottonẽ minꝰ dicať preiudicatũ Imperio.

3 Hoc idẽ arguunt illa verba, & quod nullus Regni Italici dictum Aledramum, ſuosq; hæredes, de omnibus, quæ ſup. acquirere poterit, diſueſtire præſumat, etiã ex cauſa, quòd in præteritũ inueſtitus nõ fuiſſet &c. Nam iſta verba, inueſtire, & diſueſtire, pertinent propriè ad dños feudũ concedentes, & non ad alios; vt in c. 1. quod ſit inueſtitura. & in tit. per quos inueſtitura. per totũ c. 1. de feud. cog. Inueſtire enim, & diſueſtire ſũt ſigna, quibus dignoſcitur feudũ ab alijs contractibus, vt à donationibus, & conceſſionibus alijs. c. per tuas. de don. Per ſigna bñ dignoſcitur vnus actus ab alio. l. non codicillũ. C. de teſta. §. adeo. inſtit. de locatio.

4 l. 1. ff. de præſcrip. ver. cũ ſim. Præterea arguunt ẽt feudum eſſe, illa verba in conceſſione appoſita, eundem Aledramum cũ filijs, & hæredibus ſuis, boniſq; omnibus ad eum pertinentibus, ſub imperialis numinis benedictione, & protectione recipiens: nam ad dñm feudi, tanq̃ ad ſuperiorem, ſpectat protegere vaſallum, ſicut è contra: vt in c. 1. an apud iudicẽ, vel

curiam.

clusiam c.cęterū de iud.c.ex transmissa.c.
verū.de foro compet.Iaſ.in præluđ. feud.
5 in 6.col.Et hòc idem apertè demonstra-
tur,ex inueſtituris factis illis de domo Pa-
leologa;& pręcipuè ex conceſſione,& in-
ueſtitura facta Ioanni Marchioni Mon-
tisferrati per Carolum quartū Imperato-
rem, in qua dicitur Aledramum fuiſſe
primum Marchion.Montisferrati.
6 ¶ Et quamuis illa verba ſint enunciatiuè
prolata; tamen inter omnes probant in
factis antiquiſſimis,vt eſt communis do-
ctrina Doct.& maximè Ioan.de Imol.in
l.2.§.idem labeo.ff.de aqua plu.arc. qui
dicit,q̄ in antiquiſſimis, vt ī his,quæ ex-
cedunt tp̄s centum annorū, admittuntur
pro plena fide facienda illa, quæ regulr
non ſolent facere,niſi qualemqualem fi-
dē.nō.per Innoc.in c.quid per nouale.&
in c.veniens.de verb.ſignif.per Ang.in l.
at qui natura.§cū mo.ff.de nego.geſt.& ī
l.penu.ff.de cond.inſtit.l.Titius.ff. quibus
mod.pig.vel hypo.ſol.per Bal.& Saly.in
l.proprietatis.C.de proba.
7 ¶ Præterea verba enunciatiua inſtrumē-
ti ſaltem ſemiplenè probant,& præſum-
ptionem faciunt, vt per d.Ant.in c. fi. de
ſuc.ab inteſt.& in c.illud.in 4.not.de p̄-
ſump. Sed in antiquiſſimis id, quod alias
regulariter ſolet facere præſumptionē,
& fidem qualēqualem, & ſemiplenam,
facit plenā,& validam probationem; vt
in locis ſup.allegatis. Ergo in antiquiſſi-
mis verba enunciatiua inſtrumēti priui-
legij,ſeu conceſſionis,dicunt̄ facere ple-
nam probationem: ergo ex verbis aſſer-
tæ conceſſionis ſatis apparet dictam con-
ceſſionem fuiſſe feudalem.
¶ Premiſſis tn̄ non obſtantibus,contrariā
ſententiā de iure veriorem eſſe arbitror;
videlicet,q̄ Illuſt.Dn̄a Duciſſa ſit p̄ſe-
renda in dicto Marchionatu, excluſo p̄-
fato Marchione Salutiarum: quia negari
non poteſt,quin ſaltem à tempore Theo-
dori citra,qui fuit primus Marchio de
domo Paleologa, dictus Marchionatus
fuerit feudū imperialem; prout primò cō
8 ſtat ex ipſo nomine Marchiæ, q̄ ſonat in
feudum; vt in c.1.de feud.March.& in c.
1.quis dicatur Dux Marchio.&c. Secun-
9 dò,prout etiam colligitur ex inueſtituris
factis de dicto Marchionatu Theodoro,
& alijs ſuis deſcendentibus à diuerſis Im
peratoribus,& maximè à Carolo quarto,
Vinceſlao Romanorū Rege,Maximilia-
no; necnon ab Inuictiſſimo Carolo quin
to Imperatore moderno;qui dictum feu-
dum Marchionatus tanq̄ nouum feudū
rectum,& nobile,gentile,antiquum aui-
tū,& proauitum conceſſum fuit,pro hæ-
redibus,& ſucceſſoribus maſculis, & fœ-
minis,vt in cōceſſione Caroli quinti con
tinetur. Quo fit,quòd donec maſculi de-
ſcendentes à Theodoro extiterunt,quòd
ipſis fœminis feudū nunq̄ fuit apertum,
ſed tm̄ maſculis deficientibus,vt eſt tex.
not.in c.1.§.filia.de feu.ſuc.c.1.in fi.qui.
ex cauſ.feud.amit.c.1.§.profectò.de lege
Corrad.c.1.in fi.quid ſit inueſtitura.c.1.
de eo qui ſibi,vel hæred.Abb.in c.dilecti
10 filij.in 3.glo.de arb.Et ex eo,quòd feudū
tranſire poſſit ad fœminas deſcendentes,
maſculis non extantibus; vt quando fuit
conceſſum,vt dictum eſt,non dicitur fœ-
mininū; quoniam licet fœminæ ex pacto
expreſſo venire poſſint,alioquin regulr,
& ſecundū naturam feudi non admittun
tur,etiam ſi fuiſſet cōceſſum ſimpliciter
pro hæredibus;& ſucceſſoribus; vt in c.1
de capita.qui curiā vend.in §.ſimiliter. c.
1.de natu.ſuc.feu.c.1.in fin.de feud.Mar-
ch.cum ſimil. Feudum tamen non dici-
11 tur fœminæū, ſed fœmineum feudū di-
citur; quod abſq; pacto tranſire poteſt, et
ad fœminas,ſemper tn̄ intelligendo ma-
ſculis non extantibus: vt quando à prin-
cipio fuiſſet conceſſum fœminæ,& ſic ab
ea habuiſſet ortū; vt eſt text.in c.1.đ feu.
fœmi. Abb. in d. c.dilecti.in 3.glo. & eſt
tex.not.in c.1.de ſucceſ.frat.vel de grad.
&c.Bal.in l.fi.C.de ſuis & leg.Et ideo feu
dū nobile,& franchum dici poteſt, fœmi-
neū;quia abſq; alio pacto expreſſo fœmi-
næ deſcendentes pn̄t in illo ſuccedere,
maſculis tn̄ non extantibus.vt voluit Bal.
in c.1.§.& quia,in vlt.col.qui feudum da-
re poſ.Roma.in ſing.179.incip.Hodie fę
mina.Pau.de Caſt.in conſ.135.Alex.in
conſ.2.in 5.vol.in 2.col.c.ſignificauit. de
reſcrip.Spec.in tit.de feu.in §. quoniā. in
ver.

ver.21.& ibi Io.And. in addit. incip. Eſt ſciendum.&c. Idem dici poteſt, qñ eſt feudum cenſuale,nec haberet propriam naturã; vt quia eſſet cõceſſum titulo donationis libere,& pure abſq; iuramento fidelitatis Etiam cũ alijs qualitatibus, & conditionibus nõ conuenientibus ꝓpriæ naturæ veri feudi, vt pro ſe,& pro illis, quibus dederit; vel cũ poteſtate vendendi,alienãdi,& diſponẽdi quomodocunq; iux. tex.in c.1.de feu.nõ hab.prop.nat.cũ ibi not.& ĩ c.1.in fi.ſi de feu.ſue.contr.inť dom. &c. Nã tale feudũ abſq; alio pacto tranſiret etiã ad fęminas,vt ſup.& ꝑ Corne. in conſ.16.inci.In Chriſti noĩe,aperta frõte &c.in 1.vol. ꝑ totũ. Alex.in d.conſ. 2. Bal.in l.2.ff.de rerũ diui.in 45.q. col.5.

12 ¶Et feudũ franchum ideo dicitur fœmineum,quia dicitur liberũ à ſeruitijs perſonalibus: & vaſallus dř habere poteſtatem illud vendendi,& alienãdi, & de eo diſponendi in vltima voluntate; vt per Alex.in d.conſ.2.in 2.col.& in pen.col.& per Philip.Corne.plenè in d.cõſ.16. Bal. in prælud.feud.in 7.diuiſione.

¶Sed in terminis noſtris dicta Marchia fuit conceſſa in feudum pro hæredibus maſculis,vel fęminis;ergo deficiẽtib⁹, & nõ extantibus deſcendẽtib.maſculis,ipſa Duciſſa, cui fuit apertum feudũ per obitũ Io.Georg. vltimi Marchionis, debet admitti ad huiuſmodi feudum; & tanto magìs ſi eſſet fœmineum, per prædicta. maximè per Abb.in d.c.dilecti.

13 ¶Secundò dato,ſed non conceſſo,ꝙ conceſſio facta ab Ottone Imperatore, Aledramo primo Marchioni, de domo Saxonia,fuiſſet feudalis facta pro ſe, & hæredibus: tamen ex quo facta fuit cum poteſtate vendendi,alienandi, permutãdi, & pro anima iudicandi, & quicquid eorum decreuerit animus, faciendi, omniũ hoĩum contradictione remota:infertur ad illud feudum, quod non dicit habere propriã naturã feudi; potuit etiã fęmina admitti,maſculis non extantibus vt ſup. Quia ex tali cõceſſione feudum ad alias perſonas etiã extraneas, & non deſcendẽtes tranſire potuit, etiam ſi eſſent de alia linea & familia.Retenta tñ in alijs natura feudi; vt dicit in d.c.1.de feudo non haben.propriã natu.cum ibi not.& in d. c.1.in fi.ſi de feud.contentio fuerit inter dom.& agnat.declarat etiam Alex.in varijs conſil.& præſertim in d.conſ.2. in 5. vol.in vlt.col.poſt And.de Iſer. in c. 1. in fi.in quib. cauſ. feud. amitt. multo magìs tranſire poteſt ad deſcendentes fęminas, vt ex prędictis colligitur:& arg.l.cũ auus. ff.de condit.& demonſt.l. cùm acutiſſimi.C.de fideicom.& per Alexan.in l. qđ dicitur,in 16.col.ff.de verb.oblig.

14 ¶Et ideo cum Ioannes Gulielmi deſcendens ab Aledramo vltimus Marchio ex domo Saxonia in eius teſtamento inſtituerit hæredem Violantẽ eius ſororem, non ſolùm in bonis,& hæreditate, ſed ẽt in dicto Marchionatu: Deinde mortuo dicto Ioanne,Manfredus Marchio Salutiarum,qui ex ordinatione dicti Ioannis in eius teſtamento relictus fuerat Gubernator ſtatus dicti Marchionatus Montisferrati,miſerit ad dictam Violantem, vt veniret ad accipiẽdũ ſtatum, quæ poſtea tranſmiſit Theodorum filiũ ſuum;qui ex poſt facto de conſenſu dicti Manfredi, tã ex compromiſſo,& laudo ratificato,& emologato per dictum Mãfredũ, ſeu alios de domo Salu.ꝗ etiam ex inueſtitura dicto Theodoro ab Imperatore, de dicto Marchionatu facta,ingreſſus fuerit poſſeſſionem illius; & ipſe,& eius ſucceſſores, ſæpius à diuerſis Imperatoribus de dicto Marchionatu inueſtiti per longiſſimum tempus tenuerint, & poſſederint illum tanꝗ veri, & legittimi Marchiones. Sequitur,ꝙ ſi qui etiam extarent,qui eſſent deſcendentes ex Aledramo,prout talem ſe prætẽdit,& aſſerit eſſe modernus Marchio Saluti. quòd dictus Marchionatus abſq; dubio ſpectare, & pertinere debet ad præfatã Illuſt.Dñam Duciſſam, quæ eſt vltima dẽ domo Paleologa; quoniam ex poteſtate vendendi, & alienandi; de qua in cõceſſione Ottonis,& ex qua modernus Marchio Salut.prętendit ius habere; dictus marchionatus potuit in alias perſonas,& in aliã familiam,& domum, etiã cum præiudicio deſcendentium dicti Aledrami transferri. Ergo magìs potuit

ac ſimplex,& pura donatio,vt infertur ex
illo verbo concedimus.iuxtà tex. in l. v-
xori.§.fin.cũ glò.& ibi Bart.ff. de lega.3.
per Ioan.de Imol.in l.cùm pater. §. pater
pluribus.ff.de lega.2.l.fi.in prin. vbi glo.
& Bart.ff.de dona.facit tex.in l.prohibe-
te.§.planè.ff.quod vi,aut clam.vt etiã in-
19 nuitur ex illis verbis,donauit, & elargi-
tus eſt,quæ verba arguunt non eſſe feu-
dũ,ſed donationem: tum, quia in incer-
tis,& non certis locus eſt coniecturis.l.cõ-
tinuus.§.cùm ita. ff. de verborum oblig.
20 Tum,quia hoc idem & in fortioribus te-
nuit terminis clariſſimus Doctor Old. in
conſ.ſuo 159. Ex præſenti themate,&c.
quẽ ſequitur Alberi.in rubr. C. de dona.
in 2.col.& cuius ſententiam ſequutus eſt
etiam Iaſ. in dicto conſ. 65. in 1. vol. in
primo dubio.quãuis,de Oldra.non faciat
mentionem; & dictum conſilium Oldra.
refert, & ſequitur etiam Alexan.in conſ.
24. in primo volum.
20 ¶ Præterea, & ſi in dicta donatione, ſeu
conceſſione, Aledramus appellatur Mar-
chio,non tñ appellatur Marchio Mõtis-
ferrati,ſempliciter Marchio; & potius d-
monſtrationis gratia, q̃ diſpoſitiuè : Ex
quibus infertur, ꝙ ex huiuſmodi verbis
enunciatiuis,& demõſtratiuè prolatis nõ
probarur ꝙ ipſi fuerit conceſſum ius ali-
quod in dicto Marchionatu Montisfer-
rati : Nec etiam quòd ipſi fuerit dicta
21 Marchia conceſſa in feudũ. Quoniam
verba enunciatiua, maximè prolata de-
monſtrationis cauſa,non diſponunt, nec
probant;vt colligitur ex his, quæ voluit
Bart.in l.inter ſtipulantem.§. ſacrã. ff. de
verb. oblig. per Moder. Ferrarieñ. in c.
ad audientiam.il ſecondo.de reſcrip.tex.
in l.Lucius.& ibi Bart.ff.de alimen. & ci-
ba.lega.l.demonſtratio.ff.de cõdit.& de-
monſt.Soci.in l.qui Romæ.§.cohæredes.
ff.de verb.oblig.cũ ſimil.inf.allegandis.
21 ¶ Præterea,& fortiùs, ſi diligenter inſpi-
ciantur verba dictæ conceſſionis Ottonis,
non apparet aliquo modo ipſi Aledramo
fuiſſe conceſſum Marchionatũ Montis-
ferrati; ſed ſolũ conceſſum fuiſſe nonnul-
las proprietates: & illa loca, tàm de hæ-
reditate parentum, quã ex eius acquiſi-
tionibus illi aduenientia per diuerſa loca
Italici Regni,videlicet,in Comitatu A-
quenſi,Sauonenſi,Aſtenſi, Montisferra-
ti, Taurinenſi, Vercellenſi, Parmenſi,
Cremonenſi &c. Ex quibus verbis aper-
tiſſimè colligitur non fuiſſe conceſſum
Marchionatũ Montisferrati; ſed ꝓprie-
tates,& loca in illius Comitatu adiacen-
tia,& apposita, quæ erant de hæreditate
parentũ,& de acquiſitionibus ipſi⁹,vt ſo-
nant verba conceſſionis; quę cũ comprę-
hendant loca poſita,& adiacentia in Co-
mitatu Aquenſi, Cremonenſi, & Mon-
tisferrati,non dñr compræhendere Co-
mitatum ipſum Cremonensẽ, nec Mon-
tisferrati, nec alios Comitatus expreſſos
in dicta cõceſſione: ſed duntaxat loca a-
diacentia in dictis Comitatibus,quę ſunt
23 de hæreditate parentum, & de acquiſi-
tionibus; quia ſub contento nunq̃ conti-
netur continens.l.per ſeruum. §.1.cum l.
ſeq.ff.de vſu,& habita.l.nunq̃,vbi caſus.
ff.de ſuppel.lega.Ergo cõceſſis proprieta-
tibus, & locis exiſtentibus in Comitatu
Montisferrati non põt dici conceſſus Co-
mitatus,ſeu Marchionatus Mõtisferrati.
24 ¶ Præterea cũ Marchionatus Montisfer-
rati ſonet in dignitatem, & dicatur feu-
dum Imperiale; non poteſt dici conceſ-
ſum,maximè pro hæredibus, & ſucceſ-
ſoribus; niſi expreſſè, & ſpecificè hoc a-
ctum fuerit. Nec ſufficeret,ſi hoc ex in-
terpretatione,diceretur contineri; vt in
c.1.in prin.de feud. March. vel Comita-
tus,vel Ducatus.cũ ibi notatis.
¶ Et ideo ſequitur,quòd ex dicta conceſ-
ſione Ottonis,quæ fuit facta pro ſe,& hæ-
redibus,& alijs,non poteſt dici conceſſa
dicta Marchia Montisferrati; quia verba
non ſunt clara, nec iſtud important, vt
ex prædictis colligitur.
25 ¶ Præterea non ſequitur,quis conſtitutus
fuit Marchio alicuius loci, ergo cõceſſio
fuit feudalis: Nã procedere poteſt vel ex
venditione,vel ex donatione,vel ex alia
cauſa,vt colligit ex his,quæ voluit Abb.
in terminis in d.c.dilecti filij.in 3.glo.de
arb.& in c.ſignificauit.de reſcrip. & arg.
c.per venerabilem.qui filij ſint leg. & in
c.nouit de iud.cũ ibi not.Et tunc in Mar-

chionatu maſculis non extantibus ſuccedunt fœminæ; vt ibi per Abb.& Bal. in l. fin.C.de ſuis & legit. Et ideo quãuis ab Ottone poſſit dici conceſſa Marchia, ſeu poſſit dici Aledramus factus Marchio,nõ tamen ſequitur,vt ipſi tanquã vaſallo ſit facta conceſſio, nec etiam quòd cõceſſio fuerit feudalis per prædicta.

¶Et ſequendo hanc concluſionem ad fauorem præfatę D.Duciſſæ contra modernum Marchionem Salut.ſupereſt, vt reſpondeamus adductis primo loco in fauorem dicti marchionis; quamuis ex præmiſſis poſſit colligi aperta reſponſio: tñ ſpecialius reſpondẽdo dici poteſt,primũ non obſtare per ea,quæ dicta ſunt in primo,ſecundo,& tertio fundamento;videlicet,quòd conceſſio facta ab Ottone non fuerit feudalis.

26 ¶Secundò reſpondetur,ꝙ &ſi dici poteſt feudalis: tamen ex eo,quòd feudum fuit franchum,& conceſſum cũ poteſtate vẽdendi,& alienandi, itẽ quo ad directum etiam dñium;ſequitur, ꝙ potuerunt priuari illo in infinitũ deſcendentes ex Aledramo, & conſequenter etiam modernus Marchio Salut.qui ſe pretendit eſſe de illis deſcendentibus; quod tamen minus legitimè ꝓbare poteſt: & illud transferri potuit etiã in extraneos alienæ familiæ,& domus,non ſolũ ex actu inter viuos,ſed etiam ex vltima voluntate; vt in d.c.1.in fin.de feud.non hab.propriã natu.& in d.c.1.in fi.ſi de feu. contentio ſit inter dom.& agnat.& per Alex.in d. cõſ. 2.& per Corn.in d.conſ.16. prout in caſu noſtro tranſlatum fuit,vt dictum eſt. Et
27 ideo non intereſt prædicti Marchionis Salut.cui pœnitus fuit præiudicatum, & qui nullum poteſt in dicto Marchionatu prætendere ius,velle impedire prædictã Illuſt.Duciſſam, quæ eſt agnata,& hęres Io. Georg.vltimi marchionis montisferrati,non admitti: quia quo ad eũ poteſt dicere liberas ædes habeo.iuxtà tex. in l. loci corpus.§.pen.ff.ſi de ſerui.vẽd. & in l.res alienas.C.de rei vend. & in cap. ex præſenti. in l.1.de reſcrip.

28 ¶Præterea,nõ obſt.ꝙ Aledramus nuncupeť primus marchio mõtisferrati: quia vt dictũ fuit,ſtant ſimul, ꝙ quis fuerit Marchio,& ꝙ nõ habuerit Marchiã in feudũ: quia,vt dicit Abb.in d.c.dilecti filij. & in d.c.ſignificauit, aliud eſt, ꝙ res quæ habet dignitatẽ,vt Regnũ, Comitatus, Ducatus,& Marchionatus ſit feudalis, aliud ꝙ non ſit feudalis,& idẽ eſt etiã de mẽte Old.in d.cõſ.159.& aliorũ de quibus ſup.

¶Non ob.ꝙ conſtat Marchionatũ Montiſferrati eſſe feudũ: quia in conceſſionibus, & inueſtituris factis Theodoro,& alijs deſcendentibus ſuis,à quibus Illuſt. D. Duciſſa originẽ traxit,& etiã factis ipſi Dñæ Duciſſæ præſupponitur feudum eſſe ; & tanꝙ feudum diù tentum, & poſſeſſum fuiſſe: Ergo cenſetur eſſe feudum,vt per Bal.in l.cùm de in rem verſo. ff. de vſur. per Ange.in l. qui in alienam. §.1. circa principium.ff.de acquiren.hæred.

29 ¶Quia rñdetur,quòd licet Theodorus,& alij deſcendentes potuerint ſibi ꝑiudicare in recognoſcendo dictũ Marchionatũ in feudum ab Imperatore: iuxtà ea, quæ habentur in l.ſi aliquã rem.ff. de acquir. poſſ. Tñ ex hoc non poteſt dici acquiſitũ ius aliquod tanꝙ in re feudali deſcendentibus maſculis ex Aledramo,qui ſunt de domo Saxonia: qm̃ inducta ad vnũ effectũ,non operantur vltra eorũ intentionẽ. l.legata inutiliter.ff.de alimen.lega.c.fin. de verb.ſigni.l. non oĩs.ſi certum pet. c. deinde.26.diſtin.c.hoĩes.cũ ſeq.22. q.2.

¶Non ob.quòd in conceſſione facta per Ottonem Aledramo,& etiã in conceſſione facta Ioanni marchioni per Carolum quintum,ſeu in conceſſione facta Theodoro,narratur,& enunciatiuè dicit,quòd Aledramus fuit Marchio,& primus marchio Mõtisferrati; quæ verba,in antiquiſſimis probant,vt ſupra.

30 ¶Quia rñderi poteſt,vt ſup. dictum fuit, quòd nõ ſequitur, Aledramus fuit primus marchio, ergo ex cauſa feudi per prædicta; & maximè ex his,quæ habentur per Abb.in d.c.dilecti filij.& per eundem in d.c.ſignificauit.& per Alex. in dicto cõſ. 136.in pen.col.in ver.non obſt.etiam.

31 ¶Secundò rñdetur,quòd quãuis etiã præſupponeretur eſſe feudum;tamen ex quo data fuit poteſtas vendendi,& alienãdi: ſe-

ſequitur ꝙ Ioannes vltimus Marchio de domo Saxonia donando, ſeu in vltima voluntate diſponendo, potuit præiudicare oībus deſcendentibus ex Aledramo in infinitū, per ea, quæ ſupra dicta ſuerunt.

31 ¶ Tertiò reſpondetur, ꝙ verba iſta narratiua, & enūciatiua, quòd Aledramus fuerit primus Marchio, prolata in dicta conceſſione Ottonis, necnon in inueſtitura Caroli quarti, probant ſolū inter partes, & perſonas deſcriptas in dictis conceſſionibus; & quò ad actum, qui principaliter agitur inter ipſas partes, non autem quo ad alium actū, per tex. in l. optimam. C. de contrahen. & commit. ſtipu. cum glo. in ver. ſi ſeruus. dum allegat tex. in l. cū aliquis. C. de iure delib. Et ideo ſi poſtea de ipſo enunciato, & narrato contingat principal'r diſputari inter alias perſonas, ſeu quò ad effectum alterius actus; tunc illa verba enunciatiua non probant ſufficienter illud, quod enunciatiuè, vel narratiuè fuit expreſſum. ita voluit Innoc. in c. illud. & ſequitur ibi D. Anto. de præſumpt. per illum text. & per Alex. in d. conſ. 136 in pen. col. l. fin. ff. de interrog. act. l. certū. §. ſi quis abſente. ff. de confeſ. legitur, & not. in c. fi. de ſucceſ. ab inteſt. cum ſimul alleg. ad hoc per Alex. in d. conſ. in ver. Item eſt verum &c. Et hæc ſufficiant quo ad primum dubium.

Euenìendum modo eſt ad ſecundum. An præfata Illuſt. D. Duciſſa in dicto Marchionatu habeat potiora iura quam habeat Excellen. Dux Sabaudiæ.

32 ¶ Et primo intuitu videtur, ꝙ non; quia Ioan. Iac. Marchio Montisferrati, & alij, vt aſſeritur, recognouerunt dictum Marchionatum in feudum à Ducibus Sabaudiæ; quibus ex donatione acquiſitū fuerat ius in dicto Marchionatu, non ſolùm reſpectu dñij, ſed etiam poſſeſſionis, ex pacto conſtituti appoſito in inſtrumento donationis: & cùm ipſe Ioannes Iacob⁹, & alij hoc fecerint ſcienter; ſequitur, ꝙ ſibi præiudicare potuerunt; ſm̄ quod habetur in d. l. ſi aliquam. cum gloſ. & ibi Bart. & alij. ff. de acquir. poſ. & in l. quāuis. §. conductor. & in l. interdum. & in l. quòd meo. eod. tit.

33 ¶ Præterea donatio facta de dicto Marchionatu Duci Sabaudiæ, & inueſtituræ factæ deinde à Duce Sabaudiæ ipſi Ioan. Iacobo, & alijs Marchionibus Montisferrati, confirmatæ fuerunt, & approbatæ à Romanis Imperatoribus, & maximè à Maximiliano Romanorū Rege, & electo Imperatore. Quæ confirmationes, cū

34 fuerint factæ ex certa ſcientia, præiudicauerunt dictis Marchionibus Montisferrati, & profuerūt Duci Sabaudiæ, per ea, quæ habentur in c. 1. & 2. de confirmat. vtil. vel inutil. & in c. cū acceſſiſſent. cū ibi not. extra. de conſtit. Et ipſi Marchiones Montisferrati renunciando, & donando, & ſic faciendo actum vnum, & plures contrarios ſuis conceſſionibus, accedente conſenſu Imperatoris, ipſis præiudicauerunt, & totum ius ſuum, & priuilegiū, quod ī dicto Marchionatu habuerunt, perdiderunt. d. c. cū acceſſiſſent. cū his, quæ ponunt glo. & Doc. ibi de conſti. c. 1. §. donare. qualiter olim feu. alien. pôt.

35 ¶ Iſtis tamen, & alijs quæ fortè ad fauorē Ducis Sabaudiæ adduci poſſent, non obſtantibus: concludendum eſt ad fauorē p̄fatæ Illuſt. Dñæ Duciſſæ, & vltra quod dici poſſet donationes, & confirmationes factas ad fauorem Ducis Sabaudiæ fuiſſe factas non ſimpl'r, nec purè, ſed ſub conditione; videlicet accedente conſenſu, & voluntate Imperiali; alioquin ipſo iure non valuiſſent; quia vaſallus feudum vendere, aut donare non poteſt. vt in d. c. 1. §. donare. cū ibi not. qualiter olim feu. alien. non pote. l. 1. C. de fun. patrim. lib. 11. & ibi Doct. Bal. in c. 3. §. fin. in vlt. col. quæ fuerit prima cauſ. benef. amit. & latè reaſſumit Iaſ. in l. fi. in pen. col. C. de iure emphyt. Et vltra, etiam ꝙ dici poſſet illas fuiſſe reuocatas, annullatas, & caſſatas per Federicum Imperatorem; & conſequenter illas nullum effectū fuiſſe ſortitas. Item, vltra quòd dici poſſet dictam donationem, & etiā confirmationes prædictas fuiſſe factas metu, qui cadere potuiſſet in conſtantem virum; & conſequenter, quòd illæ validæ fuerint, ſeu ſaltem reuocabiles, prout poſtea reuoca-

tæ fuerunt per Federicum Imperatorē; & ſic fuerunt ſine effectu, ſecundū quòd tunc fuit pulcherrimè conſultum per Eximium Doctorem Dn̄m Marianum Socinum, necnon per ſubtilem doctorem Dn̄m Aret. vt conſtat in conſ. ſuo 14. & argum. tex. cū ibi not. in c. 1. & per totū. de ijs, quæ vi metus cauſa fiunt; inter alia, quæ adduci poſſent: diligenter conſiderandum eſt, quòd feudum Marchionatus Montisferrati, quod habuerunt illi de domo Paleologa, ab Imperatore conceſſum fuit pro hæredibus; & ſucceſſoribus maſculis, vel fœminis: quo caſū ex pacto expreſſo fœminæ in infinitum dn̄r vocatæ, maſculis non extantibus, non iure ſucceſ-

36 ſionis, quia ſumus in feudo habente dignitatem Regalē annexam; iuxtà tex. in c. 1. de feud. guardiæ. & per Abb. in d. c. dilecti. & in d. c. ſignificauit. per Cano. de reſcrip. iuncto. c. 1. de eo, qui ſibi, & hæred. ſuis maſculis &c. & per Pau. de Caſt. in auten. poſt fratres. la 2. C. de legi. hære. vbi in feudo dignitatis, ī quo regulariter nō habet locum ſucceſſio, ſi fuerit conceſſum pro hr̄dibus, admittuntur deſcendentes, quia hęredes, non autem vt hęredes, quoniā veniunt ex ſua perſona ex virtute pacti, & conceſſionis, non aūt ſimplicis ſucceſſionis; faciunt quæ habentur p Bal. Bart. & Alexan. in l. vt iuſiurandi. §. ſi liberti. ff. de oper. liber. & per Alex. in ſimili. in l. quia perinde. ff. ad Treb. & habetur in Collegij Bonoñ. Conſilio, quod poſitum eſt inter conſilia Dn̄i Franc. de Curte in conſ. 50. & habetur per Doct. & maximè per Præpoſ. Mediolañ. in d. c. 1. đ feud. march. Et ideo infertur in terminis noſtris: quòd cùm nulli extent maſculi deſcendentes ex Theodoro, & de domo Paleologa; quòd ipſi Illuſt. Dn̄æ Duciſſæ Mant. quæ eſt deſcendens ex dicto Theodoro; & de domo Paleologa, per obitum vltimi moderni Marchionis, nullis alijs extantibus maſculis deſcendentibus, qui de iure admitti poſſint, apertum dicit̄ eſſe huiuſcemodi feudum, Marchionatus Montisferrati; vt volunt Abb. in d. c. dilecti. & Bal. in d. l. fin. C. de ſuis & legit.

37 ¶ Et ideo ſequitur, quòd quicquid factū fuit à prædeceſſoribus ſuis; videlicet à Ioanne Iacobo, & alijs Marchionibus ſucceſſoribus, in fauorem Ducis Sabaudiæ; ipſi Illuſt. Dn̄æ Duciſſæ nondum in rerū naturam exiſtenti, nō potuit præiudicare; non interueniente ex poſt facto cōſenſu, nec ratificatione ipſius Dn̄ę Duciſſæ. bonus text. in c. & tres erant. de eo, qui finem fecit de feudo. Vnde p̄ſcriptio feudi ſolū nocet illi, contra quem fuit præſcriptum, non autē alijs vocatis in inueſtitura illis non exiſtentibus tunc in rerum natura, ſicut illis alienatio nocere non potuiſſet: vt notabiliter voluit Bal. in d. l. 2. ī 31. q. in 4. col. ff. de rerum diuiſ. Item dn̄s feudi alteri concedendo, ſeu aliter diſponendo non poteſt præiudicare perſonis compræhenſis in inueſtitura, niſi illis cōſentientibus. c. 1. §. moribus. cū ibi not. ſi de feud. contentio fuerit inter dom. & agnat. meliùs probatur in d. c. 1. in fin. & omninò per Bal. in d. l. 2. in 10. & 11. q. vbi factum vni⁹ vaſalli non præiudicat alteri

38 compræhenſo in inueſtitura. Item factū Principis non nocet habentibus ius ī feudo, & maximè nondum natis; quibus feudum non erat apertū; vt per Doc. & præcipuè per d. Præpoſ. Mediolañ. in c. 1. in 5. col. an agna. vel fil. qui dicit Doc. ita cōmuniter tenere. in c. 1. de ſuc. feud. & ibi per eum in 2. col. in §. hoc quoq;. & in c. 1 §. Titius. in 4. col. ſi de feud. cōtentio fuerit inter dom. & agna. & habetur per Iaſ. in conſ. 177. in 2. vol. & in 2. col. qui allegat not. per Bar. in extrauag. qui ſint rebelles. in ver. rebellando. Alex. in conſ. 3. in 5. vol. Bal. in l. 2. C. de ſerui. & aqua. Philip. Cor. in conſ. 189. in 4. vol. in pen. col. Bart. in l. 2. aliàs in l. 1. C. de fund. patrim. lib. 11. Fely. in c. quæ in Eccſarum. in 11. col. poſt Paul. de Caſt. quem allegat in conſ. 156. extra de conſt. vbi infert, quòd Papa non poteſt vaſallū ſuū priuare feudo abſq; cauſa. c. 1. đ noua forma fidel. & ibi Bel. c. 1. de feu. nat. c. 1. de feu. ſine cul. Et ideo, cū Illuſt. Dn̄a Duciſſa nunq̄ confirmauerit, nec conſenſerit; quinimmo ſemper cōtradixerit, & prout contradicit dictis donationibus, & confirmationibus, & inueſtituris, non potuit ipſi aliquod p̄-

iudi-

iudicium in dicto Marchionatu Montiſ-
ferrati per donationes, cõfirmationes, &
inueſtituras factas de dicto Marchionatu
in fauorem dicti Ducis Sabaudiæ inferri,
ſeu generari. Et iudicio meo iſtud fun-
damentum videtur in ſe habere neruũ,
& malè euitari poteſt.
39 ¶ Sed ipſi Illuſt. Dñæ Duciſſæ multũ ad-
uerſari videtur vnum, cũ quo Doc. com-
muniter pertranſire videntur, videlicet,
q ex quo Illuſt. Dña Duciſſa fuit nedum
ſemel, ſed etiã bis à maſculis excluſa à di-
cto feudo, ſemper & in perpetuum debet
dici excluſa, taliter, q etiam ceſſante, &
remoto obſtaculo maſculorũ, qui illã ex-
cluſerant, ipſa non poteſt, nec debet am-
plius admitti ad tale feudũ per tex. clarũ,
& notabilẽ, & ibi Bal. & alij Feudiſtæ cõ-
muniter in c. 1. §. quin etiam Epũm, &
Abb. Vbi ſi feudũ ſit datum pro maſcu-
lis, & fœminis, prout datum fuit in caſu
noſtro, & per maſculum fœmina fuerit
excluſa, vlterius admitti non poteſt. Ita
etiã ſequuntur Doct. cõiter in c. 1. de eo,
qui ſibi, & hæred. Socin. in conſ. 19. in 1.
vol. in 2. & 3. col. facit quod not. per Bart. in
l. fi. §. 1. ff. ad Tert. Vbi in ſimili ponit, qñ
fœmina ſemel fuit propter maſculos ex-
cluſa à ſtatuto (an maſculis deficienti-
bus) poſſit admitti.
40 ¶ Sed huic motiuo pluribus modis reſpõ-
deri poteſt. Primò, q fœmina, quæ de iu-
re cõmuni deberet poſſe ſuccedere ĩ feu-
do. iuxtà tex. in l. maximũ vitium. C. de
lib. præte. &c, vt dicit And. de Iſer. in c. 1. de
gradib. ſucced. in feud. in prin. & in §. 1.
Excluditur ex conſuetudine feudorũ nõ
41 ſimpl'r, ſed quouſq; & donec extent ma-
ſculi, vt eſt tex. clarus in d. c. 1. de eo, qui
ſibi, & hæred. Et ideo infertur, quòd ipſa
ſemel excluſa propter maſculos, non de-
bet dici ſemper excluſa, & maſculis defi-
cientibus debet poſſe admitti, vt in ſimi-
li voluit Bart. in d. l. fi. §. 1. ff. ad Tertul. cũ
quo cæteri magis cõmuniter pertranſeũt;
qui ſic diſtinguit, & declarat in dicta q̃ſtiõ-
ne ſtatuti, excludentis fœminas propter
maſculos: quòd ſi ſtatutum excludat fœ-
minas, donec extent maſculi, tunc non
dicitur ſemper excluſa, ſed deficientibus
maſculis, à quibus fuit excluſa, ipſa ad-
mittitur: ſecus ſi ſimpliciter ſtatutum
excluderet fœminas propter maſculos.
¶ Confirmatur iſtud per illud, quod vo-
luit Bald. in d. l. 2. in 50. q. ff. de rerum di-
uiſ. vbi ſi fœmina renunciauerit bonis pa-
ternis propter fratres maſculos, illis mor-
tuis, feudum dicitur apertũ ipſi fœminæ,
& non dno; quoniã cenſetur excluſa per
ſuam renũtiationẽ, donec extẽt maſculi.
42 ¶ Secundò rñdetur, quòd aut feudũ fuit
conceſſum pro maſculis, & fœminis co-
pulatiuè; & tunc fœmina ſemel excluſa,
ſemper dicitur excluſa, vt eſt tex. qui ſic
debet intelligi in d. c. 1. de eo, qui ſibi, &
43 hæred. ſuis. Aut fuit conceſſum feudum
pro maſculis, vel fœminis alternatiuè, &
disiunctiuè, & tunc ordine ſucceſſiuo de-
bent admitti, videlicet primò maſculi,
deinde fœminæ, quæ cenſentur excluſæ
iſto caſu; donec extent, & ſuperſint ma-
ſculi; vt eſt text. clarus in d. c. 1. §. quin
etiam Epiſcopum, vel Abbat. qui propriè
loquitur in iſto caſu.
44 ¶ Et ratio eſt, quia de natura huius alter-
natiuæ, vel, eſt denotare ordinem ſucceſ-
ſiuum magis, quã faciat copula, &c, vt col-
ligitur ex his, quæ habentur per Bart. &
Doct. omnes. in l. Gallus. §. quidam rectè.
ff. de liber. & poſthu.
Sed in terminis noſtris feudum fuit ſic
conceſſum, ſcilicet pro maſculis, vel fœ-
minis, vt in conceſſione Caroli quarti cõ-
tinetur, non autem copulatiuè: ergo li-
cet ſemel, & bis fuerit excluſa à maſcu-
lis, tamen ob hoc non debet dici ſemper
excluſa: quinimmo deficientibus ma-
ſculis admitti debet.
45 ¶ Nec huic obſtat, quod habetur in l.
cùm quidã. C. de verb. ſig. vbi alternatiua
poſita inter perſonas honoratas reſolui-
tur in coniunctam. Ergo non refert, an
copulatiuè, an alternatiuè: quia dici põt
hoc verum in vltimis voluntatibus; ſec'
46 in contractibus. vt in d. l. cũ quidam. in fi.
ver. cùm his, quæ ibi tenet Bart. & ratio ẽ,
quia in contractibus verba magis pro-
priè ſunt intelligenda, quàm in teſtamen
tis. l. quicquid aſtringendæ. ff. de verb. ob.
iuncta. l. in teſtamentis. ff. de reg. iur. c. cũ
dilecti.

dilecti.ff.de donat.

47 ¶ Vel dici poteſt,& hæc eſt fortè firmior rñſio,q; quãuis alternatiua poſita inter pſonas honoratas reſoluitur in coniunctã. d.l.cùm quidam.tamen,qñ ſumus in perſonis,inter quas ratione ſubiectæ materię cadit ordinata ſucceſſio, & affectio: tunc ſtat propriè,vt vocati admittantur disiunctiue,& ſucceſſiue.l.cùm pater.§. pen. ff. de leg.2.Bart.in terminis.in d.l.cũ quidã. Sed in materia feudali cadit hæc ordinata ſucceſſio,& affectio,vt per priùs ſuccedant maſculi, q̃ fœminæ: Quia illis caſibus,quibus fœminæ admittuntur,admittuntur maſculis non extantibus: vt in d. c.1.de eo,qui ſibi,& hæred.ſuis.& in c. 1. de feud.fœm.& per Bart. in d. l. vt iuſiurandi.§.ſi liberi.ff.de oper. liber. Ergo ſi conceſſum fuerit feudũ pro maſculis, vel fęminis,iſta alternatiua,vel,ſtabit ppriè, & denotabit ordinem ſucceſſiuum.

48 ¶ Tertiò principaliter reſponderi põt,tex. in d.c.1.§.quin etiã.qui probat, q; relicto maſculo vlteriùs non admittantur fęminæ; quod debet intelligi,q; vlteriùs fęminæ non admittantur,videlicet extante,& viuente maſculo; ſed q; non admittantur illo mortuo,& deficiente.ille tex.hoc nõ negat;& ideo poterit admitti mortuo maſculo,à quo fuit excluſa.per tex.in d.c.1. de eo,qui ſibi,& hæred. & ita eſt ↄmente Præpoſ.Mediolanen.ibi.& probatur ſatis benè in d.c.1.de feud.ſucceſ.in prin. iuncto.§.pen.vbi ſi feudum ſit conceſſum p filijs maſculis,& fœminis,non admittitur filia fœmina ad feudum, niſi filijs maſculis non extantibus: ergo ipſis non extantibus,& deficientibus debet admitti.

49 ¶ Vel quartò reſponderi poteſt,q; fęmina ſemel à maſculo excluſa,hoc eſt,quouſq; reperiuntur maſculi in infinitum, etiã in gradu remotiſſimo;vt in d.§.quin etiam. iuncto d.c.1.de eo,qui ſibi,& hæred.

50 ¶ Vltimò poteſt reſponderi,q; dato, & p̃ſuppoſito abſq; pręiudicio veritatis,quòd ipſa Dña Ducіſſa perpetuò eſſet à feudo excluſa propter maſculos:adeo quòd ampliùs non poſſet dici feudum ſibi apertum propter mortem maſculorum; ſed illud dicatur apertũ domino feudi: vt in d.c.1.§.quin etiam Epiſc. vel Abb. & in d.c.1.de lege Corradi.§.profectò, & in c. 1.§.pen.de feu. ſucceſſ. Et conſequenter poſſet ipſa fœmina dici excluſa à ſucceſſione feudi;vt ipſa non poſſit admitti ratione inueſtituræ,& ſucceſſionis; ſeu pacti:vt in d.c.1.§.quin etiam,cũ ſimil. Nõ tamen põt dici excluſa à gratia domini, & Imperatoris,cũ fuit apertum feudum, quin ipſe potuerit facere gratiã; prout illi in terminis noſtris fecit Sereniſs.Imperator Carolus quintus modernus; faciunt quæ habentur in c.1.quemadm.fœmi.ad feud.admit.& ibi Doct.cõiter Præpoſ. & alij. Quin immò ipſa fœmina,quæ eſt de deſcendentibus, & hæres vltimi,poſſet conqueri,ſi dñs feudi illud alteri concederet, & ab hmõi conceſſione appellare poſſet; & appellans eſſet audienda,& exaudienda.per tex.cũ ibi nota.in l.2.§.permittitur.ff.de aqua quoti.& æſti.vbi Bart. late ponunt Canoñ. vt ibi per Do. Anto. Abb.& alios in c.bonæ memoriæ.de poſtu.Prælato.& plenè per Alex.in l. ſi mihi,& Titio.poſt Bart.ff.de ver.ob.cùm infinitis,quæ ad propoſitum poſſem referre; quæ aliàs conſulendo pro confirmatione huius opinionis, quæ eſt verior, & magis cõis,cùmulaui.

¶ Et ſic ex prædictis concluditur,quòd Illuſt.Dña Duciſſa in dicto Marchionatu, & feudo Montisferrati habet longè firmiora,& potiora iura,quã habeat dictus Dux Sabaudiæ, cui profectò nullum ius competit. Non obſtante his,quæ ſupra in princ.huius dubij; & alijs ẽt, quæ primis oculis ſe offerre poſſent,quibus ex pdictis iudicio oĩm ſolutio dari,& colligi poſſet. Expeditò hoc ſecundo dubio, quod profectò attenta veritate, parum in ſe dubitationis continet;

DEueniendum eſt ad tertiũ: an Il-
luſt.Dña Duciſſa ante omnia, &
per priùs ſit immittenda in poſ-
ſeſſionem: & an ſibi, vel aduerſarijs ſit
poſſeſſio relaxanda: et arguendo à ſuffi-
51 cienti partiũ enumeratione; quod argu-
mentũ eſt validũ, iuxtà text. in l.obliga-
tionũ fere.§.placet.ff.de act.& oblig.c.cũ
dilectus.& ibi Abb.de iure patro. cum ſi-
mil.

mil.c.per venerabilem.qui filij ſint legit. Videtur dicendum,quòd ipſi D.Ducíſsæ non ſit relaxãda poſseſſio, nec illa ſit im mittenda in poſseſſionẽ dicti marchiona-
52 tus. Quia aut volumus dicere, quòd ipſa ſit immittenda ex beneficio.l.fin.C.de edicto diui Adria.tollen.quod ſolet dari etiam pro bonis feudalibus; vt voluit Ioan. And.in addi.ad Spec.in tit.de teſta. in §. pen.& refert & ſequitur Alex.in d.l.fi. in vlt.col.& ibi Mod.ſequuntur; et hoc eſt falsũ multiplici reſpectu. Primò, quia illud nõ datur niſi hæredibus ſcriptis,& inſtitutis in teſtamẽto,non abolito, nec cãcellato, non aũt ſuccedẽtibus ab inteſtato,d.l.fin.& ibi glo. Bart. & cõiter Doct. & hoc idem voluit D.And.de Iſer.in c.1. §.inter filiam.& etiã in prin.& ibi Bal. & alij expreſsè.ſi de feud.fuerit conten. inter dom.& agn.& habetur per Bal.in c. 1.de controu.inter maſc.& fœmi.

53 ¶Quod etiã ſic confirmari poteſt, feudũ dignitatis etiã conceſsum pro hæredib[9], et ſucceſsoribus maſculis,& fœminis trãſit ad deſcendentes,non ex ſucceſſione; ſed ex inueſtitura,& pacto: & ſic ex beneficio dñi concedentis, quia in feudis habentibus dignitatẽ, vt ſunt Ducatus, Comitatus, Marchionatus &c. nõ datur ſucceſſio hæreditaria: vt in c.1. de feud. Marchiæ. & ibi Præpoſ. Mediolañ. in 1. col.tex.& ibi Bal.in c.1.§.hoc quoq;. in 3. col.de ſucceſſ.feud.& in c.1.in 2. col. de eo,qui ſibi & hæred.c.1. an agna. vel fil. Et ideo feudũ dignitatis tranſire dicit ad hæredes,quia hęredes,non aũt ad eos,tãquã hæredes; vt eſt de mente Bart.in 4.et 6.col.in l.quia perinde.& in l. ſi patroni. ff.ad Treb.facit quod voluit Bal.in l.2. in 33.q.cum ſeq.ff.de rerũ diuiſ.& in l.cum virũ.C.de fideicom.vbi vult tale feudum tranſire ad hæredes,vt hæredes,qñ eſſet conceſſum pro ſe, & hæredibus quibuſcunq; : ſecus ergo ſi pro hæredibus ſimplr.arg.tex.in c.1. de feud.non habẽ. propriã natu.Cyn.ĩ l.liberti.C.de oper.liber. faciunt,quæ hñr per Bart.in l.item videndum.in fin.ff.de peti.hæred.poſt glo.Bal. in d.l.2.in 45.q.et optimè ad propoſitum facit,quod voluit Paul.de Caſt. in auten. poſt fratres.la 2.C.de legit.hæred. qui dixit,ꝙ quando Regnum eſt feudũ,tunc deſcendentes,qui ſunt hæredes, ſuccedunt in Regno,non vt hæredes. Et facit etiam dictũ conſilium Collegij nři Bononienſis poſitum inter conſilia D.Franc. Curt. in conſ.50.& etiã conſ.16.D.Philip.Corne. in 1.vol. Nam feudum, quod tranſit ad deſcendentes ſolũ hæredes,trãſit ad eos, quia hęredes,non aũt vt hæredes.Et ideo ſufficit,ꝙ ſint hæredes primi acceptoris, mediantibus alijs prioribus hæredibus,ẽt ſi non eſſent hæredes vltimi: & in c.1. & ibi Doct.an agna.vel fil.& eſt de mente Bart.in d.l.ſi patroni.& ibi Alexan.& etiã in d.l.quia perinde.ff.ad Treb.& per Feudiſtas,maximè per D.Præpoſ.Mediolañ. in c.1. in 1.col. & in 7. col. ibi quæro. an filius.l.ex facto.in fi.& ibi glo.& Doct.ff. ad Treb.& per Cano. communiter; vt p Abb. et per Mod.in c. in præſentia.extra de proba.c.1.in fi.cum glo.de alien. feud.

¶Sed bñficium dictæ l.fi.C.de edicto diui Adria.toll.datur ſolũ hæredibus ſcriptis; & ipſis tanq̃ hæredibus,nõ quia hæredibus,vt in d.l.fin.& ibi oẽs Doct.Ergo non datur deſcendentibus hæredibus, qui in feudo dignitatis ſuccedunt, quia ipſi dicuntur admitti,quia hæredes, non autem tanq̃ hæredes,vt ſupra.

57 ¶Aut volumus dicere,ꝙ ipſa D. Duciſſa ſit immittenda in poſſeſſionem, ſeu illa ſit illi relaxanda ex remedio c. 1. §. inter filiã.ſi de feu.conten.ſit inter do. & agn. vbi ſi de feudo ſit contentio inter filiã, & agnatũ, ipſa fęmina hæres priùs debet immitti in poſſeſſionem,reſeruato iure ꝓprietatis feudi. Et hoc remediũ d. c.1.§.inter filiã,quod dicitur eſse remediũ cõdictionis ex lege, ſeu officio iudicis; vt ibi habetur,& clariùs per Bal. in c. 1.in 1.col.de controu.inter maſc. & fœmi. et datur fœminæ,ſiue ſit hæres ex teſtamento,ſiue ab inteſtato; cũ ille text. in d.§.inter filiã,ſimpliciter, & indiſtinctè loquatur. Et ita aliàs conſultum fuit per plures Doct.quos refert Brun[9] in ſuo conſ.1. & ita dicit Bal.in d.c.1.quem ſequuntur Doct.Præpoſ.& alij.

58 ¶Et adhuc dicendũ videtur, ꝙ ipſi Dñæ

Ducisſæ nullo modo competat; nec deſ hoc remediũ,ſeu condictio ex lege d.c.i. §.inter filiam. Tum,quia illud datur filię hæredi vltimi vaſalli decedentis, & non fœminæ collaterali, & extraneæ; quoniã illud datur ratione ſuitatis,ĩ qua filia ſuccedit. Quia ſicut remediũ d.l.fin.C.de edict. diui Adr.tol.datur ratione ſucceſſionis hæreditariæ ex teſtamento; ita illud,quod datur per tex.in dicto c.1.§. inter filiã.datur ratione ſuitatis.vt in d.c.1. cũ glo.1.& ibi Bald.in terminis.& And. de Iſer.& elarius Præpoſ. Mediolaã. poſt Bal. qui in indiuiduo ita determinat, in c.1.in prin.de controu.inter maſc.& fœmi. ergo ſequitur,quòd illud remedium d.§.inter filiam,in caſu noſtro competere non poterit D. Ducisſæ, & minus ipſi Illuſt. Duci Sabaudiæ.

59¶ Præterea illud remediũ datur, quando eſſet quæſtio inter fœminam, & agnatũ, an ſit feudũ,vel allodium; vt quia fœmina dicat eſse allodiũ,& agnatus dicat eſſe feudũ: vt eſt ibi tex.in d.§.inter filiam. & in d.c.1.cum glo.de cõtrou.inter maſ. & fœmi.& ibi Bal.Præpoſ.& alij Feudiſtę oẽs. Et ideo ſi non ſit dubiũ,an ſit feudũ, tunc non datur fœminæ hæredi illud poſſeſſoriũ: vt ibi præſupponunt Bal.& alij. ſed in caſu noſtro non eſt hmõi quæſtio, nec vertitur tale dubiũ,quia ab vtraque parte pſupponitur eſse feudũ. ergo &c.

60¶ Præterea qñ eſset etiam quæſtio,& dubiũ,an eſset feudum, vel allodiũ; et hodie,hoc eſt ſtatim,& illico conſtare poſſet eſse feudũ,non eſset locus dicto poſſeſſorio,quod de iure datur ipſi fęminæ: vt in terminis volunt Bal.Andr.de Iſern. Præpoſ.& oẽs alij in d.c.1.§.inter filiam. & facit quod habetur poſt glo.in l.2.C.de edic.diui Adr.tol.per Bart.Salyc.Paul.de

61 Caſt. Alex.& alios. Sed in terminis noſtris, hodie conſtat Marchionatum eſse feudũ,ex confeſſione vtriuſq; partis aſserentis eſse feudnm. Quia agunt partes ad illũ,vt ad feudũ imperiale ;prout ex inueſtituris,& iuribus ipſarum partiũ productis apparet. Ergo nullo modo poſsumus dice,q. ipſi D.Ducisſæ dicatur competere illud remedium poſseſsorium.

62¶ Aut volumus dicere,q. contra poſſeſsores ipſa D. Ducisſa poſſit agere petitione hæreditatis,vel interdicto quorum bonorũ; quod eſt poſſeſſorium adipiſcendæ: & iſto modo acquirere poſſeſſionẽ. Quia feuda etiã veniũt ſicut alia bona hęreditaria in petitione hæreditatis; quæ eſt iudiciũ vniuerſale, & conſequenter etiã in interdicto quorum bonorũ: vt voluit glo. ſingularis in l. item videndũ. ff. de petit. hæred.iunctis his,quæ habentur, & not. in l.1.C.quorum bonor. & in l.1.ff.eod. tit.cum ſimil.Concurrunt enim in pluribus petitio hæreditatis,& interdictũ quorum bonorũ;vt habetur in d.l.1.ff. quorũ bonor. & in d.l.1.vbi Bart. & in l.2.& 3.C.eod.tit.vtrumq; enim eſt vniuerſale, ſeu gñale. Item vtrũq; datur hæredi,tàm ab inteſtato, quã ex teſtamento.l.1.& ibi Bart.in fi.ver.& l.2.& 3.C.eo.tit. Item vnumquodq; datur contra poſseſſores bonorum hæreditariorũ;vt in l. regulariter. cũ ſeq ff.de peti.hæred.iuncta l.1.ff.& C. quorum bonor. Vtrũq; etiam nõ datur contra titulo poſſidentem:vt not.in l.1.ff. quorum bonorũ.& per Bar.in d.l.1.in fin. verſic.C.eo.tit. Et ideo ſicut petitio hęreditatis datur contra poſſeſſorem: et iſto modo adipiſci poteſt poſseſſio bonorum feudaliũ,etiam non hæreditariorũ;vt per glo.in d.l.item videndũ,in fin.ita etiã interdictum quorũ bonor. Sed rectiùs conſiderando illud,etiã videtur falſum;quia

63 ſm̃ veriorem opinionẽ feuda non veniũt in petitione hæreditatis,qñ non ſunt hæreditaria,vt voluit Bart.in d.l.item videndũ.in fin.quicquid dixerit glo.ibi: & ita refert tenuiſse Cyn.in quibuſdam addit. ſuis; facit etiã quod conſuluit Dyn.vt ibi refert Bart.Si ergo non venit feudum,qđ non eſt merè hæreditarium in petitione hæreditatis, ſequitur quòd etiam nõ poteſt venire in iudicio,quorum bonorũ, per prædicta.

64¶ Quod confirmatẽ ſatis vrgenti ratione; nam iſta remedia ſolũ dantur contra poſſeſsores,& non contra alios,vt dictum eſt ſupra. Ergo in caſu noſtro non põt competere D.Ducisſæ cõtra aduerſarios, hoc eſt contra Ducem Sabaud. & Marchionem

nem Salutiarum, quia ipſi non poſſident.

65 ¶Et ſi competere poſſent D. Duciſſæ, deberet competere contra dñm, hoc eſt cõtra Imperatorem, ſeu eius vicarium, aut vices geren. qui poſſidet nomine Imperatoris; quod tamen eſt falſum; quoniã cũ ipſe ſit dñs, & vt dñs posſideat dicta bona

66 feudalia ex ſua poſſeſſione ciuili, & etiã naturali, quæ per mortẽ vltimi Marchionis fuit conſolidata ipſo iure cũ ciuili; vt per Bal. in d. l. 2. in 46. q. de rerum diuiſ. l. inde neratius. §. pen. ff. de vſufruc. accreſ. Abb. in c. cũ veniſſent. in 2. notab. de reſtit. ſpolia. ſicut ècontra: vt in l. ſed ſi nolit. cum fin. l. præceden. ff. de acquir. poſſ. & infra dicetur. Sequitur ꝙ contra ipſum Imperatorẽ, & conſequenter contra illũ, qui eius nomine posſidet, non põt cõpetere iſta remedia, videlicet petitio hære-

67 ditatis, & quorum bonor. Quoniam illa nõ dantur contra dñm, ſeu contra titulo posſidentem; vt voluit Bart. in l. 1. in fin. C. quorum bonor. & eſt text. in l. hæreditatem. in quibus cauſ. ceſ. longiſs. tempor. pſcriptio. l. 2. §. hæreditas. C. de peti. hæred. Et per iſta fundamenta ſimiliter etiam excluduntur & magis aduerſarij, videlicet Illuſtr. Dux Sabaudiæ, & Illuſt. Marchio Salut.

68 ¶Præmiſsis tamen non obſtantibus, contrarium in puncto iuris ſuſtineri poteſt, ꝙ ipſi D. Duciſſæ competat petitio hæreditatis, & interdictum quorum bono. cõtra poſſeſſorem dicti feudi. Quia, & ſi petitio hæreditatis, & conſequenter etiam interdictum quorũ bonor. pro bonis feudalibus, non detur hæredi contra agnatũ, ſeu aliũ habentem ius in feudo rõne feudi: vt per Bart. in d. l. item videndum. in fi. quando feudum non eſt merè hæreditarium; tamen bñ datur contra illũ, qui nullum ius habet in feudo; vt ſingulariter d'clarat Bart. in d. l. ſi patroni. in fi. ver. & ibi refert, & ſequitur Alex. in 4. & 6. col. ff. ad Treb. Et ratio eſt, quia contra eos dantur hæc remedia, qui nullo titulo poſſident; ſeu cõtra illos, qui cũ titulo, & titulus redactus fuerit ad non titulũ; vt eſt tex. & ibi gl. Bart. Bal. & Salyc. & oẽs, in l. 1. C. de inoff. teſta. l. nec vlla. §. omnibus. ff. de petit. hæred. Sed Dux Sabaud. & Marchio Salut. nullũ habent ius, nec titulũ in dicto feudo Mõtisferrati, vel ſaltem titulus eorum deductus fuit ad non titulum: & Illuſt. D. Duciſſa multum iuris habet, vt latiùs probatum, & oſtenſum fuit in primo, & ſecundo dubio. ergo &c.

38¶ Poſito etiam adhuc, quòd opin. Aluar. eſſet vera; videlicet, quod compromiſſũ factũ in arbitrum de feudo valeat: adhuc dicit, quòd illa ſua opin. procedit, vbi vtraq; partium compromittentiũ prætendit feudum ad ſe ſpectare; vt dicit idem Aluar. in d.§. ſi inter. col.3. ver. nota ex hac littera; cuius verba ſunt hæc, videlicet; qñ eſt controuerſia inter ipſum, & alios, quorum quilibet dicit feudum eſſe ſuũ; ſicut enim pro hac re poſſet adiri iudex, ita, & pariter poteſt compromitti, ſed caſus noſter eſt valde diuerſus, quia Dux Sabaud. nullo modo prætendebat feudũ eſſe, cũ immo ſupponeret eſſe Marchionis Montisferrati; ſed prætendebat, quòd teneretur illi donare, etiã iure proprio, prout donauit; quo caſu vertitur principale intereſſe dñi, eo quòd eſt in iure expeditũ; quod non poteſt fieri per c. 1. de prohib. feud. alien. per Feder. immo etiã ſi ſaluaretur ius dñi, vt ibi. Quanto igitur magìs ſi tractatur de donãdo iure ꝓprio; nec credo, quòd aliquis Doctor de mundo diceret, quòd ſuper tali re potuerit fieri compromiſſum, & laudum, vt Ioan. Iacob. teneretur donare iure proprio, & ſine licentia domini.

¶ Præterea admittamus pro nunc, ſine tñ veritatis præiudicio, & veritate ſemper ſalua, & non aliter; quòd de feudo etiam Imperatoris poſſit fieri compromiſſũ in arbit. vel in arbitratorẽ: iſtud tamen verũ eſſe poteſt, vbi tale compromiſſum eſt
39 factũ purè, ſine fraude, ſincerè, & bona fide. vt probat tex. in c.1. de controu. inter vaſ. & alien. de benef. ibi tranſegerit. dũmodo fraudolenter actum non ſit, dolus
40 enim, & fraus in quocunq; negocio ſemper cenſentur excepti. l.creditor. §.lucius. ff. mãda. per Bal. in l. in iureperitus. 7.col. de offic. deleg. per Iaſ. in l. qui Romæ, §. duo fratres. n.48. ff. de verb. oblig. & hoc etiã voluit Curt. in d.tract. car. 42. col. 4. ver. ſuccedit, & hoc nullũ habet dubium per regulã prællegatam, de qua fraude loquemur in hoc loco; licèt & hic dicta poſſint principalr deſeruire ad alia fũdamẽta pricipalia, maximè ꝓ maiori parte.
41 ¶ In propoſito autẽ noſtro quis dubitat d fraude, cui fraudi conſonant omnia. &
42 primò appetitus auaritiæ, & regnandi cupiditas ex parte Ducis Sabau. iuxtà illud;

Quid non mortalia pectora cogis,
Auri ſacra fames?

Item, & alibi, ſi iuſiurandum violare licet, id regnandi cauſa, maxime in ætate matura, prout erat Amadeus, hinc di-
43 citur, quòd auaritia naturaliter ſenectã ſequitur, ſm̃ philoſophum, vt refert Alberi. in ſuo dictionario; qui ſubdit, quòd

ſenes

ſenes propter naturæ defectũ incidunt in
auaritiã; & eo maximè,ſi vera ſunt, quæ
44 de eo ſcripſit Blond. in ſua 3. dechade,
lib.10.car.10.vbi de Amadeo loquit̃,qui
Amadeus primum Ducem Sabaud.dixit
fuiſſe virũ malis moribus imbutũ; licèt
de eo multa bona ſcripſerit Fr Iac. Phi-
lippus in ſuo Supplemento Cronicarum:
& cui eorum ſit præſtãdũ, relinquo alijs
dicendũ; ego quidem magis præſto Blõ-
do, q̃ Fratri Iac.Philippo,quem in pluri-
bus mendacẽ reperij,vt alio loco ſcripſi.
45 ¶Secundò conſonat,ꝙ non eſt veriſimi-
le,ꝙ Io. Iac. voluerit iactare ſuum; iuxtâ
l.cũ de indebito.de proba. maximè tam
magnam partem ſtatus ſui;propter quod
dignitas ſui Marchionatus reddatur vi-
lis,vt dixi ſup. quando alleg.Bal.Martin.
Laud.& demũ Iaſ.in vſib.feud.ſub n.77.
46 Tertiò quis credit hoc compromiſſum,
& laudum fuiſſe bona,& ſincera fide fa-
ctũ,videlicet; ꝙ Oratores Ducis Medio-
lani promulgatores laudi venerint in for
tiam Ducis Sabaud. ad illud promulgan
47 dum; & quòd ibidem fuerint præſentes
Marchion. Io.Iac.& Ioannes eius filius,
qui per priùs, ſm̃ Cronicam Dñi Præſi-
dentis,(cui multũ præſtandum eſſe arbi-
tror) erat diebus iam pluribus in carceri-
bus detentus; ſed quicquid fuerit, ex in-
ſpectione inſtrumentorum,conſtat illos
fuiſſe in fortijs Ducis Sabaudiæ, qui per
48 priùs erat inimicus; de qua inimicitia e-
tiam conſtat in eiſdẽ inſtrumẽtis. Qua-
re exiſtens in fortijs inimici, non dicitur
eſſe in loco tuto. c.cũ.R. de offic. deleg.
Item Dux Amadeus occupabat ſine titu-
lo loca Marchionis Montisferrati, ergo
eorũ reſpectu dicebatur tyrannus. vt per
49 Bart.in tract.tyrannidis, ergo quæ geſta
ſunt cũ eo per exiſtentes in eius fortijs,
non dñr liberè facta,cùm aliàs facta non
fuiſſent.vt dicit Bart.in d.tract. col.5. ver.
quidã ſunt.& clariùs in eadẽ col. ver. ſe-
cunda inſpectio; pro qua re multũ elegã-
ter facit qđ voluit Bal.in l. nec ſi volens.
50 C.de lib.cau.qui per illã l.dixit,ꝙ ſi Rex
Francorũ facit aliquã Ciuitatẽ confiteri
ſuã eſſe,& ſibi fidelitatem iurare, cũ ſua
non ſit,ꝙ talis confeſſio, & iuramentum
nõ valeat:quod idẽ dicit in Papa, & Im-
peratore,quia tũc rediguntad inſtar ty-
ranni; de qua re dicemus infra ſuo loco,
quia præſens propoſitum eſt tantũ, quòd
compromiſſum, & laudum non fuit ſin-
cerè factum; ſed pro parte Ducis dolo,&
pro alia parte metu.
51 ¶Quartò,quiſq; videt,ꝙ ea die, qua latũ
fuit laudũ,eadẽ die,immo ſtatim fuit ac-
ceptatum per Marchionẽ Io.Iac.licèt eſ-
ſet nullũ propter ſupraſcripta. Item licèt
eſſet iniuſtum,cũ cogatur donare,& iure
proprio,cũ tñ eſſent bona feudalia. Item
& Io.Iac.ea die,& ſtatim executus eſt;cũ
tñ ei darentur tpa ad ſatisfaciendum iu-
dicatis,de quibus tẽporibus habetur in l.
2.& in l.4.§.ſi quis cõdemnatus.& in l.đ-
bitoribus.& per Doct.in d.locis. ff. de re
iudica.Et pdicta geſta fuerũt nulla inter-
52 ueniẽte licẽtia dñi,cũ tñ eſſet neceſſaria;
cũ ſtatim eſſet condemnatus ad donan-
dũ:& cætera faciendum in donatione,in
53 reliquis debebat ſeruare ſeruanda; quia
clauſula,ſeruatis ſeruãdis,ſubintelligitur
in omni diſpõne.l.ſi qñ. in prin. C.de in-
off.teſt.& in actu iudicis,ita intelligitur;
ne videatur ſolẽnitati iuris ciuilis deroga-
re.ſm̃ Bar.in l.4.§.prætor ait.ver.ſed quid
ſi iudex.ff.de re iud.Itẽ promittẽs aliquid
facere præſumitur promiſiſſe,ſolenniter
facere.ſm̃ Bal.in l.ſi quando.C.ad Tertul.
& per Alex.in l. hmõi. in fi. princ. ff. de
de leg.1.cũ alijs adduct.per Alber.Bru. in
ſuo trac.de for.ſub rub.qñ cenſeat̃ forma
vel ſolẽnitas remiſſa.col.4.verſ.ſic & in
cõmiſſione iudicis,& in verſ. ſic & in ꝓ-
miſſione.plus dicit gl.ꝙ contrahentes o-
54 miſſis ſolẽnitatibus iuris,dñr eſſe in mala
fide.ita glo.in l.1.in glo.in ver.mala.C. đ
inſtr.& iur.haſt.fiſ.lib.10.quã glo. alleg.
Iaſ.in §.itẽ ſi quis in fraudẽ.col. 8. ver. &
55 circa hoc.inſt.de acti. Item ex breuitate
tpis, ſatis pręſumitur hæc fraudolenter
fuiſſe facta,& in ſpecie cũ adeſſet cauſa;
videlicet in nõ curando feudũ imperia-
le,vt ſe eximerent à poteſtate tyranni:
ſub cuius ptãte erant, vt dictũ eſt ſupra.
Breuitas enim tẽpotis talem pſumptionẽ
fecit,Bal.in l.ſi ventri.§.fi. ff. de priuileg.
cre. & in l.1.C. de ſer. fug. & vt de hoc

me breuiter expediam,quia poſſem plu-
ra adducere, breuitatis cauſa me remitto
ad modernos Bononień. in l. ſtatu liber.
col.3.ff.de quæſti.& Iaſ.in l. ſi ob turpē.
col.pe,ff.de condit.ob.tur. cau.
56¶Immo plus,nedũ Marchio Io.Iac. præ-
ſtitit,& executus eſt ſtatim,quod fuit ꝓ-
nuntiatum per laudum: immo & plus,
paſſus eſt,quòd Dux Sabaud.lata ſenten-
tia in ſe retineret quaſdam terras, de
quibus,iuxtà tenorem laudi tenebatur in
ueſtire Ioannem eius Io.Iac. primogeni-
tum: videlicet Clauaſium &c.quod quã
ſit veriſimile,quiſq; videat.
57¶Quintò auget fraudē interpoſita perſo-
na Ludouici Principis Pedemontiũ, filij
dicti Amadei;nã interpoſita perſona cõ-
trahēdo,inducit p̄ſumptionē fraudis. ſm̃
Bar.in l.ſi pupillus.§.fin.ff.de aucto. tuto.
quod dictũ refert Iaſ.in d.§.ſi quis in frau
dē.col.9.ver.item præſumitur; ſed ſuper
alijs me magis fundo,quã ſuper hoc.
58¶Fraus etiã præſumitur ex clauſulis, &
modis inconſuetis,vt voluit D.Barth.Ve
roñ.in ſuo tract.in plurib⁹ locis,de ſimul.
contrac.quę clauſulæ,& modi incõſueti,
fuerunt in omnibus ſeruati in ꝓpoſito.&
primò,quia interuenit laudũ,cum & ſine
laudo id pręſumatur, qđ fuiſſet factũ, cũ
vltra laudum paſſus ẽt fuerit Io.Iac.Ama
deum tenere Clauaſchũ,& alia bona:ſed
id fuit,vt ſeruaretur opinio Doctorũ,vo-
lentiũ,ꝙ medio laudi poſſit deueniri ad
alienationē feudalium ſine licentia dñi;
quod quantũ ſit verũ,diximus ſup. & nõ
põt inficiari,quin ſint Doc.qui ita teneãt.
Item modò dr̃, ꝙ in remunerationem
beneficiorum maiori rependio digno-
rum,modò pro ducatis 300.mille, modo
alijs cauſis adinuicem incompatibilibus,
& falſis, vt quiſq; videre poteſt.
¶Ex prædictis igit͛ clarè poteſt concludi
cõpromiſſum,cuiuſcunq; qualitatis fue-
rit, item & laudũ, cuiuſcunq; qualitatis
fuerit, fuiſſe nullum,ſeu nulla.
59¶Succedit modò videre, quid de dona-
tione facta per Io.Iac.& pariter de adhæ-
rentia facta per eundē Marchionē Ama-
deo:& quidē ſi apparet cõpromiſſum, &
laudũ nullum,cũ hæc omnia facta fuerũt
in executione,& laudi,& cõpromiſſi nul
li,apparet,ꝙ etiã nulla ſunt,tanq̃ facta ex
cauſa ſubſiſtente; quæ tñ nulliter ſubſi-
ſtebat,& ſicut quæcunque ſequuta nulla
ſunt.l.ſi poſt diuiſionē.C.de iur. & fac. i-
gno,l.ſi nõ putarem. C.famil. hercíſ. l. ſi
fideiuſſor.§.in oı̄bus.ff.man.vbi factũ ex
60 falſa cauſa,etiã ꝙ fuerit iudicatum;tamē
repellitur ſaltem remedio reſtitutionis in
integrũ.& gloſ.illam dicit Bart.digito ſi-
gnandã. facit etiam quod vult Paul. de
Caſt.poſt Bar.quem Paul. etiã refert Iaſ.
ibi in l.fin.§.idē quæſiuit. col.3.ver. item
quòd iſtud dictum.ff.de condit. indeb.
61¶Nulla etiam ſunt hæc omnia ex regula
gñali feudorũ,quæ habet,quòd bona feu
dalia non pñt alienari aliquo titulo. d. c.
imperialē.de prohib.feu.alien.per Fede.
etiã ſi eſſet feudum nobile. & per Alex.
conſ.2.col.1,in fin.in 3.vol.Item nec pñt
pignorari; & hoc proſequitur Curt. ſuo
conſ.ędito ſuper hac materia.n.14.& eſt
tex.de hoc vltimo,in c.imperialē.in prin.
ibi,nec pignore.de prohib. feu.alien. per
62 Feder.Itē nec pñt alicui ſeruituti ſubijci;
ſm̃ Cur.in trac.feu.car.43.col.2.ver.quar
todecimo contrario. Et licèt dicat in hoc
vltimo cõem opin.eſſe in contrarium; tñ
& in caſu cõis opin.dicit,ꝙ finito iure da-
torũ,finitur & ius receptorũ.c.1.§.rurſus.
de controu.inueſt.l.lex vectigal.ff. de pi-
gno.& cũ Io.Iacobus iam deceſſerit,fini-
tũ eſt eius ius; & propterea incidit in idē,
ſi non reſpectu pęnæ, ſaltem reſpectu rei.
63¶Et prædicta prima concluſio,ꝙ nõ poſ-
ſit fieri alienatio,procedit in ꝓpoſito, ex
eo,ꝙ magna pars Marchionatus fuit alie-
nata: quo fit,ꝙ etiã vltra regulas feuda-
les,alienatio redditur nulla, duobus re-
ſpectibus. Primò, quia alienauit iure ꝓ-
prio,& ſic in proprietatem. ſecũdò, quia
etiã ſi ĩfeudaſſet, tamē deformauit Prin-
cipatũ,& Marchionatum:ita Bal. & poſt
eum Marti.de Laud.quos refert D.Iaſ.in
vſib.feu.n.77.& 78.vbi dicit,quòd Impe
rator non põt donare quid modicum in
propriũ allodium; ſed bene poteſt infeu-
dare: dummodo per talem infeudationē
non incurreret incommodũ Principatus,
vel Regni.quod idem voluit etiam Bart.
in

in l.prohibere.§.planè.ff.quod vi,aut clã.
vbi vult, quòd Rex ſi donat moderatè,
valet donatio,ſecus ſi immoderatè, etiã
ſi iuraſſet:alleg.idem d.Iaſ.etiã alia, & al
legat.& Bal.in c.vigilanti,ſi de feud.fue.
controu.inter dom.& agn.vbi vult,quòd
64 Rex Franciæ non poſſit donare vnã de
Ciuitatibus Regni: alleg.etiam Bal. in l.
cũ multa. C.de bon. quæ lib. quòd Papa
bñ poteſt infeudare Caſtra benemeren-
tibus;tamẽ nõ eſt verum,ſi fuerint valde
preciosa,alleg.etiam Cy. in l.digna vox.
C.de leg.volentem ꝙ Princeps nec per
65 contractũ,nec alio modo poteſt Regalia
concedere in præiudicium ſucceſſorum;
quia ſicut non põt ſubuertere iura prin-
cipatus,ita nec minuere; multa etiã alia
adducit idem Iaſ.ad quem breuitatis cau
ſa me remitto: addo Mart. de Laud. in
tract.de Principibus concl.146. dicentẽ,
quòd licèt Princeps poſſit donare Ciui-
tatem, non tamẽ poteſt claues Imperij,
prout fecit Marchio Ioan.Iac. qui maxi-
mam partẽ donauit iure proprio, & de
reſiduo fecit adhærentiam; quod etiam
tanto minus valet,quanto quòd nunc nõ
66 tractamus de Io.Iac. ſed de deſcenden-
tibus ſuis,quorũ reſpectu donatio nõ va-
luit: & dicit idẽ Mart. in antedicto tract.
concl.378.& habetur per Iſer.in c.1.§.&
olim.de ſucceſ.feud.& per Aluar. in eo.
tit.§.hoc quoq;·& habetur in infinitis lo
cis; & dixit idem Mart.in eod.tract.con-
cluſ.414.quòd vna Ciuitas recognoſcens
ſuperiorem,non poteſt ſe alteri ſubmit-
tere; & ſic Marchia Montisferrati,qui ꝑ
Marchia recognoſcebat Imperatorem,
non potuit ſe ſubmittere alteri domino;
& ſi ſubmittitur,id dicitur tirannicè fa-
ctum,vt dictum eſt ſup.
67 ¶Nodus adhuc ſupereſt, eo quòd & ſi
ſupraſcripta conſiſtant pluribus rationi-
bus; vna eſſe videtur potiſſima, quæ eſt,
quòd conſenſus dñi non interuenit, nec
laudo,nec donationi,nec reliquis,ꝓpter
quem non adhibitum conſenſum,& cõ-
promiſſum,& laudũ,& donatio cenſetur
nulla. Sed obſtare videtur, quia talis cõ-
ſenſus, & ſi ſit de ſubſtantia,non tamen
requirit̃ tpe actus; ſed ſatis eſt,quòd in-
teruenia t quandocunq; poſt.ſm̃ And. de
Iſern.quem refert D.Aluar. in c.Impe-
rialem.in prin.col.10.ver.quæro an con-
ſenſus.vbi alleg.l.licèt.ff.de iudi.& l. fin.
cõia prædio.& allegant rationem,quia ꝑ
ſuperuenientiam conſenſus,tollitur im-
pedimentũ,quo contractus non valebat:
Quare ceſſante cauſa impedimẽti,debet
etiam ceſſare eius effectus.l.niſi lex.ff.de
vſuc. ſed in caſu noſtro ſequutus eſt con
ſenſus Maximiliani, vt patet autentico
priuilegio anno 1504. Item vt dicitur,
ſucceſſit etiã confirmatio præſentis Im-
peratoris; propterea videtur,quòd ex di-
ctis ſupra ceſſent multa.
68 ¶Ad quod pluribus modis reſpondetur.
& primò,quòd illa approbatio fuit ſurrep
titia ex eo,quòd non fuit narratũ dona-
tionem illã fuiſſe factam iure proprio. Et
ſic in proprietatem, & ſic nedũ ius vtile
feudatarij,ſed etiam directũ dñium; quo
fit, vt dñus dicatur contentus, ius enim
69 dñi debet ſemper ſaluari; immo inquan
tum etiã fuiſſet feudum franchũ,quod li-
cet ſine conſenſu dñi,ſm̃ aliquos poſſit a-
lienari,per Bal.in l.1.col.2.C.ſi à nõ com
pe.iudi.& Hoſtien.in c.fin.de rebus Ec-
cleſ.non alien.& Curt.in tract.feu. car.9.
col.2.& tractat Aret.dicto conſ.14.cuius
tamen contrariũ multi Doct. tenuerunt,
tamẽ in alienatione debet ſaluari ius di-
rectum Imperatoris; prout voluit Bald.in
d.l.1.2.col. & ita etiam per Iaſ.in vſib.
feud.n.117.quod idem voluit Curt. in d.
tract.feud.car.9.col.2.vbi habetur, quòd
Doct.qui volunt, quòd feudũ franchum
poſſit alienari irrequiſito dño; tamen ꝙ
omninò ius dñi debet ſaluari. Quare cũ
id fuerit omiſſum,& cũ de hoc Impera-
tor non fuerit certificatus, cũ proculdu-
bio potuerit mouerè Imperatorem ad nõ
conſentiendũ, propter nimium præiudi-
cium imperij, veriſimile eſt, quòd non
conceſſiſſet. Nam inde non debet oriri
præmium,vñ quis deberet puniri. argu.l.
meminerint.C.vnde vi.& l.1. C.de hijs,
qui ve. æta.impe. cum alijs adductis per
glo.in d. l. meminerint.
70 ¶Itẽ,dum in eadem approbatione dicit̃
Gulielmum,& Bonifaciũ conſenſiſſe; niſi

probet hoc legittimis probationibus, tãquàm in eis fuerit narratum falſum, redduntur tales litteræ ſurreptitiæ, iuxtá no. in l. fin. C. ſi contra ius, vel vtil. publ. & q̃ habentur in c. ex litteris & in c. poſtulaſti. de reſcript. & eo maximè ſi Gulielmus, & Bonifacius erant, vt creditur tūc impuberes.

71 ¶ Tertiò fuit ſurreptitia, eo quòd non fuit narratū illas conuentiones fuiſſe declaratas irritas, de qua re dicet̃ inf. ſuo loco.

72 ¶ Quartò, fuit ēt ſurreptitia ex alio, quia non fuit expoſitū, quòd Marchia Montisferrati, ob id reddita eſſet multum turpis, & minus honorabilis, qua propter nedum regularis feudalis; immo etiam ne honorata dñia reddantur inhonorabilia, prohibetur alienatio, vt latè dictum eſt ſup. quod non repeto hic.

¶ Aliæ etiam ſurreptiones, & obreptiones colligi poſſunt ex ijs, quæ dicta ſunt ſupra, & dicemus etiam infra.

73 ¶ Et vltra ſurreptionem reſpondetur alio modo; quia per Federicum Gulielmo, & per eundē Federicum Bonifacio fuerunt caſſatæ dictæ donatio, & adhærentia, & cætera inde ſequuta; vt clarè pātet duobus priuilegijs in hac forma, videlicet; alienationibus, ſiue diſtractionibus regalium feudorū &c per vim, forzā, dolum, metum, ſiue aliā ſiniſtram machinationem, aut alias quouis modo indebitè extortas per quemcunq; & præſertim per Illuſt. Ludouicū Sabau. Ducem &c. nr̄m &c. ipſiuſq; progenitores, & prædeceſſores, quouis modo, vt accepimus, obtentas, & factas; quas omnes, & ſingulas, non ad alicuius, pro hoc nobis oblatæ petitionis inſtantiā; ſed motu proprio, dictiſq; auctoritate, ſcientia, & plenitudine poteſtatis caſſamus &c. nullaſq; & inanes, & nullius, &c. Decernimus &c. & qui idem Federicus in alio ſuo priuilegio caſſat quæcunq; impetrata, & impetranda contra priuilegia Marchionū; quam caſſationē, & confirmationem confirmauit ēt idem Maximilianus vſque de anno 1494. & ſic per 10. annos, antequā confirmauerit Duci Sabaud. dictam donationem &c. quod idem fuit confirmatum per præſentem inuictiſſimum Imperatorem.

74 ¶ Quare cū dicta donatio, & adhærentia fuerint priùs caſſatæ, & annullatæ, quod ſemel placuit, nō poteſt ampliùs diſplicere: regu. quod ſemel, de reg. iur. Itē, quia dn̄s habet optionem, facta electione vnius partis, non poteſt demū deuenire ad contrariam. vt eſt text. clarus in l. ſi fundus. §. eleganter. ff. de leg. commiſ. vbi glo. quæ ſe remittit ad ea, quæ dixit in l. in cauſæ. ff. de

75 procu. & maximè in Principe, in quo debet eſſe conſtans, & perpetua voluntas. arg. inſtit. de iuſti. & iur. in prin. & mulierib' variatio aſcribitur. iux. illa multa, q̃ de mulieribus dixit Præpoſ. in c. 1. §. & quia vidimus. col. 10. qui feud. dar. poſ. & maximè in feudis, in quibus non minus cogitur dn̄s lædere vaſallum, quā vaſall' dn̄m, c. 1. qualiter dn̄s propri. & hoc eo

76 maximè, cùm electio traxerit ſecū executionem, quia ſtatim ius fuit acquiſitū Gulielmo, & demū Bonifacio filijs q. D. Io. Iac. quo caſu variatio redditur eo magìs incongrua. l. apud aufidium. ff. de opti. lega. quam ad hoc propoſitum adducit d. Iaſ. in l. ſi mihi & tibi. 3. col. ver. tertio nota. ff. de leg. 1. Item quia fides in omnibus laudatur: ſed præcipuè à Principibus cuſtodienda eſt, vt dictū eſt ſup.

77 ¶ Eo maximè, cùm illud idem ſit ſolitum cōcedi Marchionibus Montisferrati, q̃d fuit conceſſum per Federicū Gulielmo, & Bonifacio: hoc enim fecit Vinceſlaus Theodoro ſecundo, qui reuocauit quæcunq; facta per tutores, & curatores, & alias perſonas in detrimentum Marchio-

78 natus. vnde argu. de aucto. maior. valet, prout hoc dixit eſſe notandū Sicul. in c. inquirendū. col. 1. ver. & pondera. de pecu. cle. Non fuit ergo motus Federicus modica auctoritate vltra alias rationes ad reuocandum geſta contra vtile. March. Montisferr. cū & Vinceſlaus eius præceſſor ita fecerit.

79 ¶ Item cōſenſus Maximiliani anni 1504. non valet, etiam ex alio; quia per priùs Maximilianus in ſuis inueſtituris proteſtatus eſt, & promiſit nihil facere contra priuilegia Marchionū. Et quòd facienda haberentur pro non factis, & appoſuit clauſu-

clauſulas derogatorias; p quas apparet,
q dicta vltima conceſſio ex proteſtatio-
nibus præcedentibus nihil valuit.l.ſi quis
in principio teſtamenti.ff.de lega.3.
80¶ Nec dicatur, Caue, quia illa declaratio
Federici,& cæteræ ſequentes,non value-
81 runt,quia non fuit citata pars. Quia cum
præſtatio,& non præſtatio conſenſus de-
penderet ab ipſo Imperatore ſolo; vide-
licet,an vellet habere ratam illam dona-
tionẽ; potuit quippe declarare mentem
ſuam nulla præuia citatione, quia decla-
rat animũ ſuum tantum,an velit conſen-
tire alienationi,vel ne; & vellit approba-
re,vel non. Quod etiam ſolo corde fit,vt
dicit glo. in ver. probauero. in prin. in l.
82 Pomponius.ff.de nego.geſt. & in decla-
ratione iuris,quod alicui ſpectat,non re-
quiritur citatio.vt voluit Marian.in c. de
multa.de præben.prout ſeipſum refert in
tract.de citat.in 7.art.princip.in 11.caſu.
83 Item in diſpoſitione,quæ pendet à mero
arbitrio,cui pars nõ poteſt contradicere,
prout erat approbatio; vel improbatio il-
lius donationis,non requiritur citatio,Io.
And.in c.2.de oper.noui nũc. Rot.deciſ.
161. prout refert idem Marian.in eod.7.
art.ver.ſeptimus caſus.facit Bal. in l. cer-
tum.col.2.ver.item oppono quod immo
diferat. C.vnde cog.& iſtud eſt clariſſi-
mũ,quòd in approbatione, vel reproba-
tione eius,quod dependet à mera volun-
tate facientis,non requiritur cauſæ cogni
tio,per conſequens,nec citatio:& hæc ſo-
lo corde perficiuntur,vt dictum eſt;& rõ
eſt,quia iſta declaratio non fit principa-
liter in damnum alicuius,ſed pro iure de-
clarantis,etiam q in conſequentiam no-
ceat; prout ratificatio, quæ fit ſua animi
libertate,etiam q in conſequentia; poſ-
84 ſit nocere alicui.Item quia extraiudicia-
libus in re ſua quilibet eſt moderator; &
arbiter; & ingenui hominis eſt rerũ ſua-
rum habere liberã adminiſtrationem. l.
non vſq; adeo.ff.ſi quis à par.fu.manu.&
q in extraiudicialibus non requiratur ci-
85 tatio voluit Innoc.in c.nisi cũ pridem de
renſ.quẽ refert Iaſ.in l.Gallus. §. & quid
ſi tantum.ff.de lib.& poſthu.n.141.
86¶ Verum eſt,q declaratio Maximiliani,
ſuper quã ſe fundat Dux Sabaud.non va-
luit; præſertim vitio citationis,eò q cum
contractus à principio fuerit nullus; cùm
iam fuerit per Imperatores declaratum,
q eſſet nullus; & cũ declaratio traxerit ef
fectum ſuum ſecum,& cũ ius eſſet acqui-
ſitum in præiudiciũ iuris acquiſiti; Impe-
rator non potuit facere declarationem
illam ad præiudiciũ tertij,cui priùs ius e-
rat acquiſitum,eo non citato. Cùm igit
per iſtam ſecundã declarationem poſſet
præiudicari iuribus tertio quæſitis; & cũ
non penderet à ſimplici eius voluntate,
prout pendebat à principio,quod enim à
principio eſt voluntatis, ex poſt facto eſt
neceſſitatis.l.ſicut ab initio.ff. de acti. &
obli.l.in commodato.§.ſicut. ff. commo-
d. id non potuit fieri eo non citato; quia
Princeps concedit priuilegiũ, quod re-
quirit cauſæ cognitionem, & ſic nõ pen-
det à ſui libero arbitrio, & dictum priui-
legium multũ lędit partem: tali caſu pars
debet citari l.nam ita diuus.ff.depoſi.per
Bart.in l.2.2.not.quòd temp.app.per Iaſ.
in l.Gallus.§. & quid ſi tantum. n.143.
ver.2.facit.ff.de liber.& poſthum.
87¶ Alio etiam principali fundamento non
valuit dicta declaratio facta per Maximi-
lianum de anno 1504. eo quòd ius iam
erat acquiſitum Paleologis; quo fit,quòd
millies, q Federicus non annullaſſet cõ-
tractum; tñ cum bona reperirentur poſ-
ſeſſa per deſcendentes tempore Maxi-
miliani; ampliùs Maximilianus in præ-
iudiciũ iuris quæſiti per alios Paleologos
non poſſet conſentire,cũ res non ſit am-
pliùs integra. Iſte enim conſenſus Ma-
ximiliani non poteſt ampliùs retrotrahi;
cũ extrema non ſunt habilia,cũ deceſſe-
rit Ioan. Iacobus, & Ioannes eius filius.
Item cũ de anno 1504.regnaret in Mar-
chionatu Gulielmus filius q. Bonifacij,
filij q. Ioannis Iacobi,qui Gulielmus nul-
lo modo interfuit, nec intereſſe potuiſ-
ſet. Item quia inueſtitus ab Imperatore.
Itẽ quia Federicus declarauit nullitatem
contractus,noui conſenſus præſtatio non
facit ad præiudicium iuris tertio quæſiti,
propter defectum extremi; iuxta doctri.
Bart.in l.

& quæ

&c quæ notantur in l.bonorũ.ff. rem ratã
haber. Et quod voluit Bal.in l.fina. C. ad
macedo. & per Bart.in l.ſi vxor.§. ſi quis
vxorem.ff.de adult.& l.rẽ alienam.ff. de
pigno.& eſt deciſ.in terminis feudorum
88 D. Matth. de Afflict. in deciſ. Regni;
335.col,5.ver.ſecundò fuit dubitatum;
vbi ſi feudi reuocatio fit anteq̃ pręſtetur
conſenſus,ita quòd feudũ reperiatur pè-
nès feudatariũ ſine vinculo contractus p̃-
ambuli, tali caſu,ſi ſequitur ratificatio;
& conſenſus dñi,illa non valet; quia tem
pore cõſenſus res non reperitur integra.
Quod etiã clariùs voluit,& longa diſpu-
tatione decidit idem conſilium Regiũ in
alia deciſione compilata per eundẽ Mat-
th. de Afflic.deciſ.286.Iacob.de Præſit.ĩ
qua deciſione allegantur multa bona, q̃
hic habeantur pro repetitis,& dicit ita iu
dicatum per Iudices magnæ Curiæ, & p
Dños de conſilio Regis; & inter cætera
dicit dicta deciſio, q; ſi feudum alienatur,
& ante conſensũ alienans decedat; quòd
demum dñs etiam poterit conſentire in
præiudicium hr̃dis;& ſi conſentit,nõ no-
cet hr̃di,& ita plurìes ego iudicaui,& ſñ-
tiæ meæ in hoc ſemp fuerunt cõfirmatæ.
89 ¶ Nec prædictis obſtat, quòd hæres non
poſſit venire contra factum defuncti.l. cũ
à matre.C.de rei vendi. quia reſpondet,
quòd iſtud poſſet procedere, vbi contra-
ctus fuiſſet validus; ſed cùm fuerit null᷑;
non potuit ratificari ad præiudicium e-
tiam hæred. vt probaui ſupra iuxta ante-
dictam Regiam deciſionem.
90 ¶ Item nullibi probabitur, quòd fuerint
Gulielmus,& Bonifacius, ac eorum de-
ſcendentes hæredes Io. Iac. nec etiam
Ioannis eorum fratris.
91 ¶ Viſo de nullitate contractus, dicitur ad-
huc,quòd quatenus prædicta non proce-
derent (quæ tamen clariſſima ſunt & in
iure,& in facto) adhuc venit excluden-
dus Dux Sabaud. ex alio,quia omnia ge-
ſta fuerunt propter metum,& potentiam
Ducis Sabaudiæ,& Ducis Mediolani v-
nitorũ ad damnum Marchionis Montiſ-
ferrati: quod ſatis in facto conſtat ex Cro
nicis Dñi Præſidentis. Modo ex inſtru-
mentis ipſis, ſeu ſcriptutis per Ducẽ Sa-
baudiæ, in quibus pluries fit mentio de
guerra ipſa,quæ quidem guerra erat in-
92 iuſta; cũ non proceſſerit auctoritate Im-
peratoris,qui erat dñs vtriuſq;, cũ vires
Marchionis Montisferrati non eſſent æ-
quales viribus Ducis Mediolani,& Du-
cis Sabaudiæ: propterea metus erat talis,
qui proculdubio arbitrio cuiuſcunq; bo-
ni viri debuit cadere in virum,quantum-
93 cunq; conſtantiſſimũ: de qua re non da-
94 tur certa regula, ſed remittitur arbitrio
boni viri.Bald.in l.ſi quis nec genus.C. de
Epiſc.& cler.per Bart.in l.de pupillo.§.ſi
quis ipſi prætori.in 8.col.ff.de noui oper.
nunc late per Deci.in l.in oĩbus.qui plura
alia adducit.col.2.verſ.venio ad ſecundũ.
ff.de reg. iur. qui inter cætera adducit In
noc.in c.cũ dilectus. quod met. cauſ. &
plura alia,de quibus ad eum me remitto.
ſed nullus eſt tam hebetis ingenij,qui nõ
videat vires ſupraſcriptorum fuiſſe valde
impares: vnde cũ guerra iam eſſet diffi-
95 data,& deuentum fuerit ad arma,timor
armorum eſt probabiliſſimus,quia in p-
96 poſito reſpiciebat duo. Primũ quidem
reſpiciebat periculũ perſonæ, & mortis;
& hoc eſt probabiliſſima cauſa metus,
mors enim conſtantiſſimos terret, & eſt
propria paſſio virorum fortiũ, & vltimũ
terribiliũ.ſñ Bald.in tract. ſciſmatis. po-
ſito ſub rub.ſi quis aliquem teſta. prohi-
bu.col.4.ver.porro. Et hoc oritur ex ti-
more armorũ; quia,vt dicit Bal. in loco
ſup.alleg. quis deniq; non timet arma. l.
1.C.vnde vi. l.ſi ex plagijs.§.Tabernari᷑.
ff.ad legem aquili. l.metus. ff. ex quibus
cauſ.maio.l.licet.ff.de arb. & per eundẽ
Bal.in d.tract.col.6.ver.terror autem.per
Deci.in l.in omnibus.col.1.videlicet cir-
ca primũ.de reg. iur.allegat inter alia l.
97 interpoſitas.C.de tranſact.& in propoſi-
to nedũ ſuberat metus mortis, immo ét
perditionis bonorũ. Amiſerat enim iam
multa loca Marchionatus Montisferrati
ex dicto bello,vt etiã apparet ex ſcriptu-
ris productis per Ducem Sabaud. & de
reſiduo metuebat. quo fit, quòd metus
amiſſionis bonorum æquiparatur metui
mortis.c.2.vbi tex.clarus de his, quæ vi
met.ve.cauſ.geſta ſunt.l.propter litem.de

excuſ.

excuſo.tuto.p quæ duo iura.ita dicit Bar. in l.ſi ob turpem.ff.de condi.ob turp.cau. col. 1.in fin.Quare difidato iniuſtò bello per Ducem Sabaud.contra Ioan. Iac.cũ maximè Dux eſſet conſęderatus cũ Duce Mediolani; quis poteſt credere,quòd Ioannes Iacob. ſpontè, & liberè, & ſine metu,promiſerit donare,vt dicitur apparere certis capitulis, ſtante potentia dictorum Ducũ; & ſtante,quòd iam erant occupata certa bona ipſius Marchionis, ex qua potentia, præſertim iuncta occupatione terrarũ,proculdubio oritur ſuſpitio,& præſumptio metus. iuxtà doctrinã Abb.in c.ſi iuſtus metus.de appel.

98 ¶ Et ad propoſitum facit pulcher text. in ç.ſolicitè.de reſti. ſpo.vbi non eſt veriſimile,quòd ſpontè renunciet iuri ſuo,qui renunciat ſpoliatus:ita etiã quiſq; videat, q̃ ſit veriſimile,quòd quis promittat ſpõte donare ſuo hoſti,qui de pluribus ſpoliatus eſt ab eo, & ſuo adhærente Duce Mediol.& qui d̃ reſiduo dubitat ſpoliari.

99 ¶ Plus facit quod vult Bald.in l. decernimus.col.3.ver.venio ad tertiũ.C.de ſacr. ſanc.Eccl.de quo dicto meminit D.Iaſ.& dicit eſſe notabile in l.interpoſitas.col.1. ver.limita notabiliter &c. C.de tranſac. vbi voluit Iaſ.quòd metus debeat probari per indicia propinqua,& ſubdit; quòd ſi quis modico pręcio vendit rem tyranno,quòd præſumitur metu feciſſe; quanto igitur magis in propoſito, in quo Ioã. Iac. oppreſſus bello donauit res tam magni valoris Duci Sabaud.in recompenſam beneficiorũ; cùm tamen inter eos eſſet multa guerra,& nulla beneficia: & facit quia regulariter (vt experiẽtia docet) donationes fiunt vna ex duabus cauſis, vel ob merita.l.nec adiecit.ff.pro ſoc. vel motu proprio.glo.in l. qui filiabus. ff. de leg.1.quorũ neutrum fuit in propoſito.

100 ¶ Donatio etiã ipſa non valuit; nec laudum,quod præceſſit per iura, & auctoritates,quibus ſup. pro quibus etiam ſe offert deciſio Bal. de qua etiam ſupra alio loco mentionem fecimus.in l. nec ſi volens.C.de libe.cau.vbi dicit,quòd ſi Rex Franciæ,facit aliquã Ciuitatem confiteri eſſe ſuã,cùm non eſſet ſua, & ſibi fideli-

tatem iurare; talis confeſſio, & iuramentũ nihil valeat: quod dicit idem in Papa,vel Imperatore; quia hoc modo rediguntur ad inſtar tyranni.& dicit Bal.quòd pro deo hoc nota perpetuo: quam deciſionem dixit notandã,& ſingularem Iaſ. in vſib.feudor.n.53.& fundatur deciſio Bal.ſuper libertate. libertas autem in ꝓ-

101 poſito noſtro eſt ſubeſſe Imperatori, ſiue Regi.in aurenti.de hæredi.& falci. in prin.& de qua re latè tractat Ioan.Neuiz.inter conſilia Brun.conſ.12. col. 18. ver.ſecũdò probatur.& col.20. ver. ideo cauti.non eſt autem libertas ſubeſſe cõſimili vaſallo,prout erat DuxSabaud.Inter pares enim eſt inuidia,non pax. iuxtà illud Herme.magni philoſophi:&ſi duo dij eſſent,inter eos oriretur inuidia; maximè cũ vltra donationem fuerat etiam pro reſiduo Marchionatus facta adhærentia, quæ non leuem ſeruitutem induxit, vt patet ex tenore eiuſdem.

102 ¶ Pulchrè facit quod voluit Alex. conſ. 166.Viſo inſtrumento donationis.col.4. ver.non obſt.etiã eidem donationi. in 2. vol. qui quærit, an donatio facta alicui habenti iuriſdictionem per exiſtentem ſub ſua iuriſdictione,cenſeatur meticuloſa,vel ne? Et concludit, quòd ſi minæ præceſſerint, quòd talis donatio præſumitur metu facta.allegat tex.in l. ad inuidiam.& l.ſi per impreſſionem.C.quod metus cauſ.& l.interpoſitas.C.de trãſact. pro qua re facit,quod vult Bal. in tractat. ſciſmatis.col.9.ver. terror aũt. vbi dicit, quòd viſis armis,qui in aliquo loco conſtrictus eſt,non dicitur liber, immo priuatus libertate.l.1.in fi.ff.de vi,&vi arm. In propoſito autem Marchio nedum p̃uiderat arma,ſed bellum,& eius effectũ, ad quod pulchrè facit, quod voluit D.

103 Abb.in c.accedens.in 3.not. de procurato.vbi voluit,quòd ſi quis tenetur reſtituere aliquem libertati,non liberatur ab obligatione ſimpliciter illũ relaxando in ſuo territorio: ſed debet illũ facere ſecurè perduci extra territorium ſuũ ad locũ, vbi poſſit ſecurè morari: nã dũ eſt in territorio aduerſarij,non dicitur eſſe in ſua libertate,cùm poſſit de facili detineri.

104 ¶ Et pulchrũ verbum dixit etiam Bal. in tit. de pace conſtan. in ver. pactione. ꝙ illud, quod fit per metum Principis, non valet: & ꝙ nouitas, & indebita ſeruitia Principis, cenſentur extorta per metum Principis. Et ſubdit, ꝙ præſumitur cõtra potentiã: & allegat inter cætera tex. in l. qui per potentiã. C. de hom. egro. deſ. & deciſ. Bal. refert, & ſequit D. Vital. in ſuo tract. clauſul. ſub rub. de metu Regum.

105 ¶ Non omitto, quod eleganter dixit D. Guid. Pap. in conſ. 150. Viſo ad plenum, n. 4. ibi, plus dico, cuius formalia verba ſunt hæc; videlicet: cũ ipſa de Balma fateatur dictum prætenſum pedagiũ exegiſſe, & recuperaſſe, arreſtando, & detinendo mercatores ibidẽ tranſeuntes, etiam ſine cauſæ cognitione, & abſq; licentia alicuius præſidis &c. ex quibus arreſtatione, & detentatione mercatorum, ſine titulo, & abſq; cognitione cauſæ, p̃ſumitur extorſio, violentia, vel clandeſtinitas: quia quãdo Baro, vel aliquis potẽs, vſus eſt aliquo prætenſo iure ſupra non potentẽ; & maximè qñ arreſtat, vel gagiat, vel arreſtari, vel gagiari facit, ſine cauſæ cognitione; vt in caſu de quo hic agitur, præſumitur extorſio, violentia, & clandeſtinitas.

105 ¶ Facit pulcher text. in c. cũ locum, prout eum intelligit ibi D. Abb. de ſponſa. dum dicit, ꝙ vbi conſenſus requiritur, neceſſe eſt, vt coactionis materia repellat; quo circa dicit tex. Mandamus quatenus puellam, de cuius matrimonio quæſtio ventillatur, in domo, in qua nihil eam timere oporteat facias cuſtodiri, donec cauſa terminata fuerit. & facit alius tex. in c. pen. de proba.

106 ¶ Hinc etiã eſt, ꝙ ſi Princeps alicuius loci ſtupratus eſt virginem, illa non dicitur ſpontè cõſenſiſſe; ſed coactè propter potentiam cognoſcentis in ſuo principatu. ſm̃ Bal. in l. eum quẽ. col. 7. ver. & ſciã. C. de fideicom. per Marti. Caraz. in tract. de princ. concl. 30. per Nicol. de Vbal. in trac. de ſucceſ. quæ ab inteſt. car. 4. col. 3. ver. ſi autem coitus &c. & hic eſt caſus noſter. in quo Marchio Io. Iac. in domo Ducis Sabaud. conſenſit laudo, & donauit. Quare videat quiſq;, an magis liberè dicatur, donaſſe cũ tam ſui magno præiudicio, an verò dicatur coactè conſenſiſſe tanto Principi, ſub cuius poteſtate eſt. & ſi præſumitur potiùs fatuitas, q̃ donatio. ſm̃ Bal. in l. generaliter. C. de non numer. pec. qui dicit, ꝙ hic non præſumatur metus, cũ cauſa metus ſubſiſtat.

107 ¶ Facit tex. elegans in l. mortis cauſa. quæ eſt l. 3. ibi, vel ab hoſte; & ibi, vel ab hominis potentis crudelitate, aut odio. iuncta l. hæc enim. ff. de donat. cau. mor. dicit enim d. l. hæc enim omnia inſtans periculum demonſtrant.

108 ¶ Hinc etiam videmus, quòd citatus ad locum inimicorum, non tenetur comparere, tanq̃ comparens in eo loco non ſit tutus: vt latè trac. Maria. vt cæteros breuitatis cauſa taceam, in tract. citationũ. in 5. col. 18. artic.

109 ¶ Et prædicta eo magis procedunt, ſi probabitur Ioannem fuiſſe captum à Ludouico Principe Pedemontium, prout fuit captus; qui dũ iret ad viſitandum Ludouicũ; & ita viſitarẽt in feſtis Natiuitatis, illũ detinuit: quo fit, ꝙ iſte eſt modus, quo optimè probatur metus. l. qui in carcerem. vbi Ang. & Doc. ff. quod met. cau. l. 1. §. ita Diuus. §. quæſtionẽ. ff. de quæſt. Quis enim nedum pro damno ſuo patit metum, ſed & proximiorum, præſertim filij: de qua re loquitur Aret. in conſ. 14. ſed quicquid probari poterit, non eſt dubium, quòd probatur carceratio; eo quòd pater, & filius erant in manibus hoſtiũ: vnde quiſq; ſatis dicitur detentus, qui li-

110 berè non põt diſcedere, etiam ſi eſſet in via. ſm̃ Ange. in l. 1. C. de priua. carce. per tex. in l. in eadem. §. ſuccurrit. ff. quibus ex cauſ. maio. & voluit etiam Ang. in l. qui in carcerẽ. in prin. ff. quod met. cau.

110 ¶ Et prædictis multum bene facit, quia vbi quis poteſt cogi ad aliquid faciendũ; ſi illud facit, dicitur coactè facere. ſm̃ Bal. in l. nouiſſime. ff. quod fal. tuto. Ioã. And. & Doct. in c. ꝓpterea. in ver. extorquentes. ff. de iure par. quas deciſiones ad prædictum propoſitũ allegat Deci. conſ. 100. col. 3. ver. 3. obijcitur, ſed in ꝓpoſito quis dubitat, quòd Marchio Ioan. Iac. exiſtẽs

cum

cum filio in fortijs Amadei, cũ quo erat
bellum, non potuerit cogi ad ita fauendum, & donandum, prout Ioan. Iac. donauit? ergo ſi Io. Iac. donauit, dicitur coactè donaſſe, ſm̃ præfatas deciſ.

111 ¶ Et hoc eò maximè, ſtante conditione perſonę Amadei, de quo licèt Ff Iac. Philippus dicat, vt ẽt dixi ſup. in ſuo Supplemento Cronicarum: de eo tamen Blondus in ſua Dechade dixit oppoſitum, vt pariter dixi ſup. & non repeto hic.

112 ¶ Nec dicatur, fuit in donatione renunciatum metu; quia eo metui, quo Marchio Ioan. Iac. fuit inductus ad donandũ; eodem metu fuit inductus ad renunciandum metui. ſm̃ Bart. in conſ. 64. per Nic. & in l. nemo poteſt. verſ. quæro ad renunciationem exceptionis. ff. de lega. 1. per Vero. in ſuo tract. de ſimul. contract. col.
113 3.42. ver. ſed circa prædictas &c. immo renũciatio metus auget ſuſpitionem metus: vt dixit idem Bal. in antedicto tract. ſciſmatis. col. 7. ver. & ſi dicatur.

114 ¶ Nec ob. q̃ immediatè partes fecerint pacẽ Dux, & Marchio, iuxta illud, de p̃ximò accigendus &c. quia rñdetur, q̃ iſta eſt propriè impreſſio, quia Dux non voluit venire ad pacem, niſi præuia dona-
115 tione: habuit enim quod voluit, immo plus, qui fecit de recenti pacem, non præſumitur adhuc amicus, immo repellitur à teſtificando, quod eſt propter reliquias inimicitiæ. ſm̃ Innoc. quem ibi refert, & ſequit̃ Fely. in col. 5. ver. nunquid autem recõciliatio in c. cũ oportet. de accuſ.

116 ¶ Non obſt. laudũ, arguendo, q̃ hæc nõ poſſunt dici facta prætextu metus, cũ fuerint facta in executione laudi; non enim omnis metus vitiat, ſed metus, qui eſt improbus reſpectu inferentis metũ: nam, vt ait Bal. in d. tract. ſciſmatis. col. 9. ver. quid ſi libertas. dicit, qui vim patitur, liber nõ
117 eſt, niſi vis inferatur à iure, vel à miniſtro legis modo ſeruato; nam non minus eſt liberũ, quia obedit rationi, & in frenis mens freno moderantiæ honeſtat. & ſm̃
118 eundem Bald. ſumma libertas eſt, rõni ſeruire, cũ ei obſeruire ſit ſeruitus: quia, qui facit peccatũ, ſeruus eſt peccati. quod
119 idem voluit Bart. licèt non ita clarè in l. ſi mulier. in princ. per illum tex. ff. quod met. cau. habetur per Pau. & Alex. in l. cum aliquis. C. de iur. delib. per Deci. in c. fi. de appel. & in l. in omnibus. col. 1. verſ. circa primum. ff. de regul. iur.

120 ¶ Ad hoc tamen rñdetur, q̃ illud laudum fuit adhibitũ pro cautela Ducis Sabaud. ad honeſtandum eius violentiã, & fuit quædam nimia cautela, à qua potiùs augetur, q̃ minuatur ſuſpicio fraudis. l. ſi quis ſub conditione. ff. de condit. inſtit. vbi glo. Bal. & Ang. & per Veroñ. in ſup. tract. car. 17. col. 3. ver. nona præſumptio.

121 ¶ Hoc quidẽ demonſtratur, quia iudicarũt in fortijs Ducis Sabaud. inimici, tũ iure belli, tũ quia lis erat de maxima parte bonorũ; quo caſu Io. Iac. non debebat trahi ad illum locum ſuſpectum, vt dictum eſt ſup. & maximè cum Dux Mediolani de recenti fuerit inimicus Marchionis, quo caſu reliquiæ inimicitiæ p̃ſumuntur durare, vt dictum eſt ſupra.

122 ¶ Secundò hoc depræhenditur ex breuitate tẽporis, quia eadem die pronũciamenti, & fortè fuit eadem hora, fuit facta donatio, infeudatio, & adhærentia in tribus inſtrumentis, nedum longis, immo longiſſimis, rogatis per vnũ eundem notarium, die 27. Ianuarij, quo tẽpore dies ſunt breuiſſimi, vt de ſe notum eſt. Nam probabiliter illa tria inſtrumenta nõ potuerunt notari minori tempore duorum, vel triũ dierũ, vt quiſq; videre poteſt, ex eius tẽporis breuitate; & commixtè cogimur dicere, q̃ ante ſñiam partim ipſi iudices, ſeu arbitri, & ambæ partes ordinauerint, quid agendũ eſſet. Carcerati. n. prout erant pater, & filius, citò diſcedere curabant; & ſic ex illa breuitate temporis, arguitur fraus, vt dictũ eſt ſup. Itẽ ex impoſſibilitate ſimiliter arguitur de neceſſitate fraus; & deprauata mens iudicum, ſeu arbitrorum, & Ducis Sabaud.

123 ¶ Item Dux Sabaud. non contentus de laudo, de conſenſu partium, vt aſſeruit, retinuit Clauaſium, & certa alia loca contra formam laudi, quod arguit multo maiorem oppreſſionem; in tantum quòd quiſq; videre poteſt, q̃ Marchio conſentiebat in omnibus, quæ volebat Dux Sabaudiæ

baud. & omnia cũ damno enormiſſimo
Marchionatus. & cũ illa Caſtra nõ con-
tinerentur in laudo, videlicet, quòd Dux
poſſet retinere pro ſe, quisq; videre põt,
quã erat facilis Io. Iac. ad remittendum,
ex qua re niſi fuiſſet metus, de facili po-
tuiſſet præſumi demẽtia: & dicit Bal. in
l. generaliter. C. de non nume. pecu.
124 ¶ Nec dicatur metum fuiſſe purgatum,
quia non purgatur metus quouſque du-
rat cauſa metus. ſm̃ Cyn. in l. 2. quod me-
tus cauſ. vbi ſolutio facta à Ciuitate non
purgat metum, licèt ſit facta ex interual-
lo; quia ſi non ſoluiſſet, potuiſſet pœnis
coarctari ab ipſa Ciuitate; plura adducit
ad hoc Deci. ad quem me remitto, in l.
in omnibus. col. 5. ver. in quarto dubio.
125 ff. de reg. iur. ſed Amadeus ſemper fuit
potens, & pariter Ludouicus eius filius,
& Ioan. Iacob. & filius, ſemper fuerunt
debiliores, eo maximè cũ vaſalli Mar-
chionis iurauerint fidelitatẽ dicto Duci:
126 propterea per aliquos actus ſequentes
non poteſt dici purgatus metus; hinc v-
127 xor vim ſemel paſſa à marito, dicitur
ſemper eſſe ſub timore viri, etiam q. me-
tum non videatur inferre. ſm̃ Bart. in l. ob
tpẽ. ff. de cond. ob turpẽ cau. cũ alijs addu
ctis, per Dec. in d. l. in oĩbus. ff. de reg. iur.
Et licèt in hac re multa alia dici poſſent;
tamẽn pro reliquis hic non tactis remit-
to me ad dicta per Aret. in conſ. 14. qui
conſuluit ſuper præſenti re. & ad Maria.
antiquũ, qui ſimiliter & ipſe conſuluit.
Item & ad alios, qui partim antiquitus
conſuluerunt, quorũ conſilia pñt videri.
128 ¶ Verũ poſito, quòd illa donatio, & alia
fuerint ſponte facta; tamen cũ quiſq; vi-
dere poteſt hæc, & alia facta fuiſſe intui-
tu belli, prout dignoſcitur ex prætenſa ca
pitulatione facta de anno 1432. dum in
ea conuenitur, q. capitulatio habeat ſor-
tiri effectũ facta pace. Quare dato, q. bel
lũ fuit iniuſtũ, vt ſup. probatũ eſt, adhuc
Dux Sabaud. non põt obtinere ea ratio-
ne; quia ſtãte iniuſtitia belli, debuit Dux
abſolutè, & ſine præmio aliquo abſtine-
re, eò quòd quiſque tenetur abſtine-
re ab illicitis, prout omnia iura clamant
&c. Quare ſequitur, q. ſi Dux, ob id quid
receipit, tenetur illud reſtituere cõdictio-
ne ob turpẽ cauſam, vt eſt tex. claris de
hoc, in l. 1. & 2. ff. de condit. ob tur. cauſ.
vbi dicit tex. in d. l. 2. quòd ſi do tibi ali-
quid, vt hominẽ occidas, quòd repetitur
tanq̃ turpe. & ꝓpterea D. Iaſ. in d. l. 1. in
primo nota. dicit nota in l. 2. regulã quòd
quãdo quis gratis tenetur aliquid facere,
vel non facere, ſi ob id pecuniam accipit,
iniuſtè accipit: & D. Iaſ. adducit glo. in l.
4. §. ſi tibi. eo. tit. Hinc eſt, quòd ſi quis in
uenit rẽ alterius, non poteſt licitè petere
aliquid ꝓ inuẽtione, & reſtitutione; quia
tenetur ſine præmio reſtituere. l. falſus. §.
qui alienũ. & ibi Bart. ff. de fur. Gulielm.
Alber. & D. Iaſ. in l. 4. §. ſi tibi. ver. ſecun-
do nota. ff. eo. tt. & eſt bonus tex. in l. fi. C.
de condit. ob turp. cau. vbi Bal. eleganter
dixit, quòd ille tex. facit cõtra Ciuitates,
quæ inuadunt Caſtra aliena, q̃ nolunt re-
ſtituere niſi recepta pecunia; & dicit q.
dictã pecuniam tenentur reſtituere, tanq̃
turpiter acceptam: & quòd plus eſt, dicit
quòd non confirmat capitulis pacis, quia
eſt turpis, & impreſſiuus actus. Quare cũ
Dux Sabaud. ageret iniuſtũ bellum, de-
buit deſiſtere gratis ab eo; vñ ſi aliquid
recipit, dicitur turpiter recepiſſe; & tene-
ret, ſi haberet, reſtituere condictione ob
turpẽ cauſam per prædicta. Quare, ſi te-
netur cõuentus reſtituere, multo magis
contra eũ poteſt excipi ex regula, cui da-
mus actionem, multo magis exceptionẽ.
129 ¶ Alio etiã principali fundamento, ex-
cluditur Illuſ. Dux Sabau. eo quòd feudũ
Marchionis Mõtisferrati erat antiquum;
nã Theodorus primus, & fortè alij etiam
poſſeſſores fuerunt inueſtiti de dicta Mar-
chia; vnde deſcendentibus acquiritur iꝰ
ex perſona ſua, virtute primi ſtipulantis;
& dñi primò concedentis ſm̃ Bart. in l. vt
iuſiurandi. §. ſi liberi. ff. de oper. liber. per
Bal. in c. 1. §. hoc quoq;. col. 2. ver. pone. de
feud. ſuc. per Colleg. Bonoñ. inter conſi-
lia Curt. conſ. 50. col. 9. ver. & propterea
dixit. & multa ad hoc conſilium poſſent
adduci, de quibus feci mentionem in
conſ. In cauſa Marchionis Salut.
130 ¶ Quare cũ ſuccedatur iure ſuo, & ex ꝑ-
ſona ſua, factum patris non nocet filio;
immo

131 immo iure ſuo vocatur filius, non obſtante quecunq; facto patris. c. 1. & ibi. g. Iſer. i. §. & olim & Aluar. in §. hoc quoq; de ſuc. feud. c. Titius. & c. fi. ſi de feu. fue. controu. inter dom. & agn. & infinita poſſent adduci, quæ omitto, ne me longiorē reddam. Et quia ſufficienter examinabo, ſi hoc reſricabitur in dubium.

¶ Hoc etiam fundamentū, vt potè clarū perpendit Amadeus, & Ludouicus, qui nedum cōtenti fuere de contractu patris Io. Iac. & filij Ioannis primogeniti: quinimmo quæſiuit (vt prætendit modern⁹ Dux) habere conſenſum aliorum; videlicet, Gulielmi, Bonifacij, & Theodori filiorum dicti Ioan. Iacobi, etiam tunc fortè impuberū, vt pars aduerſa aſſerit apparere certis ſcripturis, quas dicit produxiſſe, vnde licet ſupponitur pro dicta parte, quòd factum patris non nocebat filijs in iure ſuo ſuccedentibus; pariter etiam potuit ſcire, quòd conſenſus patris, & filiorū non poterat nocere alijs deſcendentibus nepotibus, qui non minus iure ſuo ſuccedunt, q̃ filij, vt de ſe patet.

132 ¶ Et inquantum etiam ceſſarent prædicta, & quòd immo donationes tenuerint, & valuerint, nec metus, aut alia obſtent, & quòd immo verè bona omnia donata ſint Duci: tamen Dux Sabaudiæ excluditur alio medio, quia Federicus Imperator non obſtante donatione antedicta, inueſtiuit etiam de terris donatis Gulielmum, demū Bonifacium, demum alium Gulielmū, & demum alium Bonifaciū, & Io. Georg. quo fit, quòd per huiuſmodi actus Imperator proculdubio erat, & eſt in quaſi poſſeſſione iuris inueſtiendi. vt voluit Abb. in c. 2. col. vlt. de in integr. reſtit. & per eundē Abb. in c. conſultationibus. col. 2. verſ. vltimo nota. de iurepatro. per Rochum Curt. in ſuo tract. de iurepatro. ſuper verbo cōpetens alicui, in 14. q. vbi etiam ipſe concurrit, quòd ſufficiat vna præſentatio, ſeu vnus actus: & licèt requirat etiam alia, vt ibi latè per eum, tamen non requirit plures actus. Quinimmo omnia requiſita interuenerunt in propoſito noſtro, vltra quòd etiā plures inueſtituræ interuenerunt expoſt per plures Imperatores. Qua quaſi poſſeſſione ſtante, ſequitur, quòd inueſtitura facta per Carolum præſentem Imperatorem Inuictiſſimū Illuſt. Dñis Ducibus Mant. valuit; & tenuit, tanq̃ fructus ſuæ quaſi poſſeſſionis, & millies, quòd Dux Sabaud. propter ſua prætenſa iura, reuocaret ab Imperatore hoc ius inueſtiendi, tamen non poteſt vēdicare fructus conſumptos iſtius ſuæ quaſi poſſeſſionis Imperatoris, ex regula quæ habet, quòd bonæ fidei poſſeſſor facit fructus ſuos. §. ſi quis à non dño. inſtit. de rerum diuiſ. & in c. grauis. de reſtit. ſpol. & per Abb. in d. c. conſultationibus. iſte eſt tex. clarus & apertus. in d. c. conſultationib⁹. de iure patr. & ibi per D. Abb. & per Rochum de Cut. in d. tract. de iurepatro. in ver. ius competit. in 14. q. qui voluit, quòd ſi quis eſt in quaſi poſſeſſione iuris præſentandi, eo quòd prius præſentauerit: ſi cadit alia præſentatio, ſpectat talis vltima præſentatio ad illum, qui præſentauit, ēt quòd verè non eſſet dñs, ſed merus poſſeſſor; & talis præſentatio habet effectū contra verum dñm, etiā ſi verus dñs vendicaret ius ſuum, cùm talis præſentatio ſit fructus: ità etiā dicamus in propoſito, quòd poſito quòd ius inueſtiendi ſpectaret D. Duci Sabaud. tamen cū iam annis 70. non inueſtiuerit, ſed Imperatores, talis inueſtiendi quaſi poſſeſſio, facit, quòd ſpectat ad Imperatorem inueſtire, non ad Ducem, & millies quod Dux vendicaret, tamen ob id inueſtitura, tanquàm fructus poſſeſſionis non debet reuocari.

133 ¶ Vltimò dico, quartū eſt reſpectu contentorum in præſenti conſil. quia vltra contenta hic, intendo etiam aliū articulum; & ſatis neceſſarium, inquantū prædicta ceſſarent, examinabo pro vtilitate Illuſt. DD. Ducum, & dñorum meorum. Dico etenim, quòd vltra ſupraſcripta oīa obſtat præſcriptio nedū 30. vel 40. ann. immo 70. quia tanto tpe Paleologi nunquā cognouerunt Ducem Sabaud. in ſuperiorem; quo caſu millies, quòd Amadeus, & Ludouicus eius filius habuerint iura aliqua: contra illa præſcriptum eſt, c. ſi quis per triginta. ſi de feud. fuer. cōtro.

inter dom.& agna.& ita ibi tenent Feudiſtæ omnes; de qua materia non intēdo hic multa dicere, quia multa, & multa dixi, & fortè valde vtilia, & bona in cauſa, quam habent Illuſt. Duces mei cum Marchione Salut.

¶Et ſic ex ſupraſcriptis apparet vltra deducta per antiquos, & deducenda per alios modernos Conſultores, iura Illuſtr. DD. Ducum meorum eſſe adeò in tuto, quòd nedum pro illis iudicandum ſit; verū nec probabiliter diſputari valeat.

¶Ita vt ſupra conſultum, & concluſū eſt, dico iuris eſſe; Ego Nicolaus Aliprand. I.V. Doc. & Ducalis Mantuæ Senator, ſaluo cuiuſcunq; rectiùs ſentientis ſaniori conſilio: & in fidem præmiſſorum manu propria ſubſcripſi, & ſolito meo magno muniui ſigillo.

Subſcriptio Excel. D. Philippi Decij.

¶Viſis & diligenter conſideratis omnibus, quæ ſupra dicta ſunt, concluſionē ſupra factam amplector; & vt ſupra dictum eſt per D. Nicol. Aliprandum Eminentiſſimum V.I.Doct. de iure eſſe arbitror, Ego Philippus Decius Mediolanē. Iuris Doct. & in fidem manu propria me ſubſcripſi, & ſigillum conſuetum appoſui, ſaluo ſaniori iudicio; ad laudem Dei omnipotentis.

CONSILIVM XX. EXCELLENTISSIMI Domini Mariani Socini.

CASVS.

CVm vigeret bellum inter Illuſtr. Duces Mediolani, & Sabaudiæ ex vna contra, & aduerſus Illuſtr. Ioan. Iacobum Marchionem Montisferrati ex alia; quilibet ex prædictis Ducibus plura occupauerat d Caſtris, & terris dicti Marchionis. Cūq; Marchio prædictus magis timeret, nec ſpem aliter euadendi habere poſſet, recommendauit ſe, & ſua Duci Sabaudiæ, qui erat congnatus eius, ſed hoſtis: & cōtra ipſum cū Duce Mediolani genero ſuo confederatus, & maioris mali metu inductus, eo ſub prætextu futuræ pacis, quā Dux Sabaud. promittebat, iniuit perſonaliter quaſdam conuentiones de anno 1432. quibus initis, nulla tamē pace ſecuta, acceſſit Illuſtr. Marchio prædictus, ad Illuſt. Venetos; cùm quibus erat principale bellum Ducis Mediolani; & tandem inter eū, & Illuſt. Venetos facta fuit bona pax, cum expreſſo pacto, ꝙ omnia p Illuſt. Ducem Mediolani occupata ex iuriſdictione Dñi Marchionis, eidem reſtituerentur; & ita factum fuit. Redijt Illuſ. Marchio ad proprios lares, cuius filius primogenitus; videlicet Illuſt. Ioannes poſt duos annos, vel circa, cū viſitaret tanquā coniunctus filium Illuſtr. Ducis Sabaud. (erant enim fratres amitini) fuit tandem per eum detruſus in carcerē: & miſit Illuſt. Dux Sabau. Caſtra ſua, ſeu exercitū armorum ad obſidionem Clauaſij retenti, & gubernati nomine Illuſt. Marchionis; & quorundam aliorū locorū, qui hoc audito, maximo dolore affectus, timēſq; filio magis, ꝙ̄ bonis; perſonaliter Taurinum acceſſit, dicens ſe paratum ad vota Illuſt. Ducis Sabaud. quem proculdubio timebat, tum propter magnam potentiam, tum etiam propter carcerationem eius dilectiſſimi primogeniti.

¶Tandem Illuſt. Dux Sabaud. & Illuſtr. Marchio Montisferrati fecerunt cōpromiſſum in quoſdam Oratores Ducis Mediolani; ſaltem tacitè patiēdo, ꝙ per eos tanq̄ per arbitros, cauſa eorum pertractaretur; qui Oratores, partibus ita volentibus, vt dicunt; Duce certè impellente, Marchione verò coacto, & metu inducto conſentiente, tulerunt certum laudū; ſeu pronunciamentum, & declarationem quandā die 27. Ianuarij 1435. & inter cętera dixerunt, ꝙ Illuſtriſs. Marchio Montisferrati

tiſferrati donare debeat Illuſtriſs. Duci Sabaud. Caſtra, Ciuitates, & omnia alia, & ſingula bona, quæ ipſe habebat quomodocunq; citra flumen Padi, & vltra flumen Tanagri; & q immediatè Illuſt. Dux. Sabaud. omnia eidem reſtituat, ſeu in feudum concedat prædicto Ioãni primogenito Illuſtr. Marchionis. Et ita reperitur, quòd continebatur in pactis, & capitulis initis anno 1432. de quibus ſup.

¶Quo facto eadem die Illuſtr. Marchio prædictus conſentiente eius prędicto primogenito, pro executione dicti laudi, & pro remuneratione multorũ beneficiorum per eũ receptorum (vt aſſeruit) ab Illuſt. Duce Sabaudiæ, fecit donationem eidem Duci; ſecundum q in dicto laudo dicebatur. Et eadem die Illuſt. Dux prędictus, ſeu eius nomine Illuſtr. eius filius Lodouicus locumtenens gñalis, conceſſit in feudum Illuſt. Ioanni primogenito Marchionis pro ipſo Ioanne, & eius aſcẽdentibus, & deſcendentibus, & collateralibus agnatis Montisferrati Marchionibus &c. omnia, quæ eidem, vt ſupra donata fuerunt, excepto tamen oppido Clauaſijs; & quibuſdam alijs locis, quæ Dux voluit pro ſe liberè retinere, & ita eum inueſtiuit. & in iſta inueſtitura fuerunt conuentiones, & promiſſiones duriſſimæ, & clauſulæ inſolitæ contra inueſtitos in fauorem Ducis. Hæc autem omnia fuerunt approbata, & ratificata (vt aſſeritur) non ſolũ per ipſum Ioannẽ, ſed etiam per Gulielmum, Bonifacium, & Theodorũ alios filios Illuſt. Marchionis Ioan. Iac. qui tamen pro maiori parte (vt creditur) tunc erant impuberes. Deceſſit expoſt Marchio Ioan. Iacobus, quattuor filijs ſuperſtitibus; videlicet, prædicto Ioanne, & alijs prænominatis: & in ſtatu, & Marchionatu Montisferrati ſucceſſit Ioannes primogenitus.

¶Quo poſtea ſine liberis defuncto, in ſtatu, & Marchionatu ſucceſſit Gulielmus, veniens vigore antiquarum inueſtiturarũ, repudiando hæreditatem Ioannis p̃defuncti; & qui etiam abſtinuerat ab hęreditate patris. Et cùm inueſtiretur per Federicũ Imperatorem, ipſe Imperator motu proprio, & ex certa ſcientia, & de plenitudine pt̃atis, reuocauit omnes alienationes factas per p̃cedentes Marchiones, de rebus pertinentibus ad dictũ ſtatum, & Marchionatũ: Et particulariter alienationes factas in Ducem Sabaud. vt meticuloſas, & ex alijs cauſis inualidas de anno dñi 1464.

¶Iſte Marchio Gulielmus deceſſit ſine liberis maſculis, ſuperſtitibus ei duabus filiabus; videlicet D. Blanca, & D. Ioanna; propter quod in ſtatu, & Marchionatu ſucceſſit Bonifacius eius frater, qui ẽt per Federicum Imperatorem fuit inueſtitus cum ſimili reuocatione: de qua ſupra de anno 1487. D. Blanca prædicta, anteqũ nuberet, mortuo iam patre eius, fecit Bonifacio eius patruo ampliſſimam renunciationẽ paternæ hæreditatis: & poſtea nupſit Illuſt. Carolo primo Duci Sabaudiæ, cũ certa ei conſtituta dota. Deinde deceſſit D. Blanca ſine liberis, & teſtamento ſibi fecit hæredem Illuſtriſs. Carolum modernum Sabaudiæ Ducẽ.

¶Reperitur, q de anno 1504. Maximilianus Imperator, Philiberto tunc Duci Sabaudiæ, genero eius; ſeu ipſo petente, omnes alienationes, donationes, conceſſiones, & infeudationes, promiſſiones, obligationes, & ratificationes; de quibus ſup. initas inter Illuſt. Io. Iac. Marchionẽ Montisferrati, & eius filios; & Illuſtr. Ducem Sabaudiæ, approbauit, cõfirmauit, roborauit, & pœnitus ſeruari præcepit ex certa ſcientia, motu proprio, & de plenitudine poteſtatis, mandans Gulielmo tunc Marchioni Montisferrati, vt oĩa prædicta obſeruet; atq; ipſum Ducẽ Sabaud. ſecundũ illa recognoſcat; qui tamẽ Maximilianus ẽt videtur prædictas alienationes per priùs reuocaſſe, quia ipſum Gulielmũ inueſtiẽdo interſeruit in eius litteris, & priuilegio, inueſtituras factas p Federicũ de p̃dictis Gulielmo antiquiori, & Bonifacio cũ prædictis reuocationib⁹.

¶Iſte Gulielmus iunior Marchio Montisferrati ſucceſſerat prædicto Bonifacio eius patrui, cui poſtea ſucceſſit filius eius Bonifacius; & demum ſucceſſit Ioannes Georg. patruus vltimi Bonifacij, & frater Guliel-

Gulielmi prædicti: qui per Sereniſs.Imperatorem noſtrũ Carolum quintũ fuit inueſtitus, & in tali inueſtitura fuerunt inſertæ inueſtituræ iam factæ per Federicũ cum prædictis reuocationibus, qui Ioan.Georg.tandem ſine liberis deceſſit ſuperſtite ſibi Illuſtr. D.Margarita, filia Gulielmi fratris eius, & hodie Illuſtriſs. Ducisſa Mantuæ, quæ ei in hæreditate, & in Marchionatu ſucceſſit, vt proximior agnata, nullis exiſtentibus maſculis de eorum agnatione,

¶Verũ Imperatoris Caroli quinti ordine ſtatus, & Marchionatus prædictus, cum omnibus eius bonis, & alijs etiam quę prædictus Ioannes Georgius poſſidebat tempore mortis, pro bonis pacis, & ne orientur ſcãdala, peruenerunt ad manus quorundam agentium ſuæ Cæſareæ Maieſt. quæ cauſam iſtam, id eſt ad quẽ talis ſtatus, & bona eius in totum, vel in partem de iure pertineant, commiſit in quibuſdam delegatis, inter quoſcunq; ius aliquod prætendentes,

¶Nunc Illuſt.D.Margarita prædicta inprimis petit ſe mitti in poſſeſſionem omnium bonorũ, etiam feudalium, quorumcunq; quæ per dictum Ioan.Georg.poſſidebantur; & plus etiam petit expoſt habita prius poſſeſſione, inquantũ ſit opus, & non aliter ſe declarari vnà cum Illuſt. Duce Mant. eius coniuge, tam diſiunctim, ꝙ coniunctim veros Marchioniſsã, & Marchionem Montisferrati.

¶Sed ex aduerſo Illuſtr.Dux Sabaudiæ modernus, duo petit,

¶Primò, declarari bona omnia per ſuos anteceſſores infeudata Marchionibus Montisferrati, ſecundũ ꝙ dictum fuit, iure directi dñi ad ſe rediiſſe, & ſibi reſtitui, attento ꝙ Illuſt.Ioan.Georg. vltimus Marchio ſine liberis deceſſit; & reperitur penitus extincta linea maſculina primi inueſtiti,

¶Secundò, vt hæres D.Blancæ, petit hæreditatem Gulielmi patris eius.

QVIBVS SIC STANTIBVS, quæritur quid iuris?

DIRIGAT Dominus verba mea in viam veritatis, & iuſtitiæ.

¶Licèt in præſenti conſultatione de reb⁹ magnis agatur, quia ſcilicet de magna parte ſtatus, & Marchionatus Montisferrati agitur; & licèt etiã in ea magna dubitatio primo aſpectu videatur, in omnibus rectè penſatis, quæ in facto præſupponuntur: eius reſolutio facilis, & ſatis clara videtur, vt ex infra dicendis apparebit; &, vt diſtinctè procedam, tria principaliter videnda ſunt.

¶Primò, vtrum Illuſtr. Dux, & Duciſſa Mantuæ debeant mitti in poſſeſſionem totius ſtatus, & Marchionatus Mõtisferrati, aliorumq́ bonorũ omnium, quæ per Illuſt.Ioan. Georg. Marchionem nuper defunctum poſſidebantur, non obſtante petitione, quadam pro parte Illuſt. Ducis Sabaudiæ porrecta.

¶Secundò, vtrũ prædicto Illuſt.Duci Sabaud.ius aliquod competat occaſione aſſertarum conuentionum donationis, infeudationis, & ratificationum, aliorumq́ omnium, de quibus in ſua petitione.

¶Tertiò, idem Illuſt.Dux tanꝗ hæres Illuſtr.D.Blancæ, filiæ q. Illuſt. Marchionis Gulielmi antiquioris, poſſit de iure ipſius Gulielmi hereditatem petere, prout petitur.

2 ¶Circa primũ, parum eſt inſiſtendum, quia aliàs, & non ſunt multi menſes, conſului Illuſtr. D. Margaritam Duciſſam Mant. vti proximiorem agnatam, & heredem Illuſt. Ioan.Georg.nouiſſimè defuncti, mittendam eſſe in poſſeſſionem omniũ bonorũ, quæ poſſidebantur tempore mortis per Ioan.Georg.prædictum, etiam ꝙ eſſent feudalia. iuxtà doctri. Io. And.in addi.Spec.in tit.de teſta. §.ſequitur videre.circa fi.in addi.in ver. perſonam. in fin.relatam, & approbatam per Alex. & Iaſ.in l.fin.C.de edict.diu.Adria.tollẽ. & ſm quod in terminis conſuluit Decl. in conſ.424.Proponitur ꝙ Mag.ca,3,col. & per alias auctoritates, & rationes, quas in dicto conſil. allegaui, ad quod breuitatis cauſa me remitto.

Item etiã in eodem conſilio firmaui eandem D.Margaritam Illuſt. cũ Illuſtriſs. Duce Mant.eius coniuge, ſimul mittendos eſſe in poſſeſſionem ſtatus, & Marchionatus

chionatus Montisferrati, vigore inueſtituræ eiſdē conceſſæ per inuictiſſimū Imperatorem noſtrum Carolum quintum. Ea enim ſtante, conuenit, vt eis ſic inueſtitis, vacua poſſeſſio tradatur? Sic enim debet inueſtiens agere, & operari, vt inueſtitis liceat poſſidere, vti, & frui, iuxta c. 1. §. fin. de noua forma fidel. vbi p Doct. maximè Martin. de Laud. & c. 1. §. ſi facta. ſi de feud. fuer. controu. inter dom. & agna. vbi etiā Doct. tradunt, maximè Bal. in 1. col. verſ. extra quæro. il 1. cū concor. de quibus in d. conſ. Et eo preſertim, quia talis inueſtitura præſumi debet iuridicè facta, vt etiam ibi dixi; & ad ibi dicta me remitto, concludendo imprimis, ſup poſſeſſione iudicandū eſſe; & prædictos Illuſt. Duces Mant. omnibus alijs excluſis, mittendos eſſe in poſſeſſionem, vt ſupra, atq; etiam in ea conſeruandos, donec alius de ſuo potiori iure docuerit, ex iuribus, & rōnibus, de quibus in d. conſilio.

¶Nec huic cōcluſioni obſtat, quòd Illuſtriſs. Dux Sabaud. dicat ciuitates, caſtra, villas, & alia quæ petit, eſſe bona feudalia, ſeq; habere dñium directum, mediante infeudatione per ſuos anteceſſores facta. Et nunc talia feudalia reuerſa eſſe ad eum per defectum lineæ maſculinæ Illuſt. Paleologorum: & propterea et ipſe petat ſe mitti in poſſeſſionem, offerēdo probationes in promptu, & incontinēti.

¶Quoniam videtur, & pro clara reſolutione aduertendū eſt: quia ex parte Illuſtriſs. Duciſ. Mant. negatur, quòd talia bona per Paleologos retinerentur in feudū ab Illuſt. Duce Sabaud. ſed ſolùm à ſacro Rom. Imp. recognoſcebantur, vna cum toto Marchionatu prædicto, & aſſerta infeudatio cum donatione, & alijs, quæ illā præceſſerunt, & ſecuta fuerunt, fuit omninò inualida, nullum ius præbens Duci prædicto Sabaud. prout hoc pleniùs oſtēdetur infra in ſecunda qōne; & ſic in effectu dicimus eſſe controuerſiam inter Illuſt. Ducem Sabaud. dicentē ſe dñm feudi, & agnatam defuncti illud negantem, vt ſic inter eos dicat eſſe quæſtio de feudo: Quo poſito, dico, quòd omninò Illuſ. Duciſſa Mant. vti proximior agnata, & hæres defuncti, eſt mittenda in poſſeſſionem: vt eſt caſus in c. 1. §. defuncto. ſi de feud. contentio ſit inter dom. & agn. & ibi Doct. dicunt; & licèt ille tex. loquatur in filio, tamen procedit etiam in qualibet agnata, quæ vti proximior ſit hæres; vt per Deci. in d. conſ. 424. 3. col. & plenè dixi in dicto conſilio.

¶Nec dicatur, quòd Illuſt. Dux Sabaud. vult, & ita offert incontinenti probare: quia dico, quod iſtud eſt impoſſibile. Primū, quia veritas eſt in contrarium, vt dicetur in 2. q. Item etiam, quia illud eſt difficilis diſcuſſionis; & ſic requirit altiorē indaginem. Meritò non debet hæres impediri, quin mittatur in poſſeſſionem omnium bonorum, etiam feudalium; vt in conſ. plenè deduxi.

¶Præterea etiā dicit Illuſtriſs. Duciſſa, poſito (abſq; tamen præiudicio veri) quòd vnq; talia bona probarentur feuda recognita ab Illuſtriſs. Duce Sabaud. Non tamen tale erit feudū, in quod illa ſuccedere non poſſit; attēto, quòd illa ſuccedit in Marchionatum, & eſt de agnatis collateralibus illius Ioan. qui aſſeritur de tali feudo inueſtitus, cum in inueſtitura etiā dicatur, et p collateralibus agnatis Marchionibus Montisferrati &c. Et licèt ſuper hoc poſſit fieri aliqua diſputatio, dicendo quòd debet intelligi de maſculis; & ex alia parte hoc negando, vt infra dicetur; tamen (cū & illa requirat altiorē indaginem) nō debet differri, quin iudicetur ſuper poſſeſſorio; & mitti debet D. Margarita Illuſt. Duciſſa Mant. in poſſeſſionem, atq; in ea conſeruari, vt modò dixi, & pleniùs in dicto conſilio, ad quod me remitto; & iſta ſufficiant circa primam quæſtionem.

¶Circa ſecundā videbitur fortaſse cuipiā Illuſt. Ducem Sabaud. ius habere ad bona, quæ per q. Illuſt. Ducem Amadeum anteceſſorem ſuum, ſiue nomine eius, p Illuſt. Ludou. eius filiū, fuerunt infeudata Ioanni, tunc primogenito Illu. March. Io. Iac. prout nunc per ipſum petitur; et ita etiā mihi primo aſpectu viſum fuit.

¶Nam cū infeudatio prædicta, ſeu eius inueſtitura facta fuerit ipſi Ioanni pro ſe,

&

& ſuis aſcendentibus,deſcendentibus,&
collateralibus agnatis, videtur q; debeat
intelligi ſolũ de maſculis, & non de fœ-
minis; ſicut quãdo dicitur pro ſe, & hæ-
4 redibus,debet tantũ de maſculis deſcen-
dentibus intelligi,vt videtur probari in
c.1.§.& ſi clientulus,vbi Doct. dicunt de
alien.feud.& declarat Corn. in conſ.16.
Aperta fronte.2.col.1.vol.vbi alleg.d.§.
& ſi clientulus,& alia quædam iura, vt p
eum tradit Alex.poſt Bal.in l.etiam.ff.ſo-
lut.matri.& Deci.in conſ.208.Ad clario-
rem.3.col.& in conſ.413. Conſuluit. col.
fi.cum multis concor. quæ allegari poſ-
ſent; fœminæ enim pro regula dicuntur
feudorũ incapaces,c.1.§. hoc autem. qui
feud.dar.poſ.& c.1.§.filia.de ſuc.feud. cũ
ſimil. Et contra naturam feudorũ eſt, &
etiã contra conſuetudinem,vt fęminę ad
illa admittantur,c.1.§.fin. quid ſit inue-
ſtitura,tradit Bal.multas rationes allegãs
in l.quotiens.3.col.C.de ſuis, & legit. &
plenè ſcribit D.Marian.Socin.auus meus
in conſ.19.pro deciſ. 1.& 2.col. Alex,
in conſ.39.Quoniã abunde.1.vol.& in l.
ſed ſi hac.§.libert⁹.ff.de in ius voc.& ple-
niſſimè per Curt. ſeniorem,in conſ.49.
Memoriæ recolendæ.col.5.& 6. cum a-
lijs multis,quos referre longum eſſet.
¶Cùm igitur in ꝓpoſito non extet agna-
tus maſculus ꝑdicti Ioannis primo inue-
ſtiti,aut Ioan.Georg.nuper defuncti; ſa-
tis clarè videtur concludendũ eiuſmodi
feudũ eſſe apertũ Illuſt.Duci Sabaudiæ,
tanq̃ dño directo, per iura ſatis nota.
¶Et ſi dicatur quomodo potuerunt dicta
bona per Illuſt. Ducem Sabaud. dari in
feudum, cùm illa ſemper fuerint Mar-
chionum Montisferrati?
5 ¶Reſpondetur,q; immo tempore infeu-
dationis erant ipſius Ducis,vigore dona-
tionis de eiſdem bonis,factæ Duci prædi-
cto,per Illuſt. Ioannem Iac. Marchionẽ
Mõtisferrati,vt ex publico inſtrumento.
¶Nec prædictæ concluſioni videtur ob-
ſtare,ſi dicatur,quòd talis donatio de iu-
re non valuit. Primò, quia metu facta
fuit,& per impreſſionem.
¶Secundò,quia fuit facta de bonis feuda-
libus ſine conſenſu dñi directi.
¶Item,& tertiò,quia ſaltem non valuit ĩ
præiudicium deſcendentibus, quibus ius
veniebat quærendum ex antiquis inue-
ſtituris; quoniam ad iſta videtur reſpon-
deri poſſe,vt infra.
6 ¶Nam quo ad primũ,negari poteſt,q; in
teruenerit aliquis met⁹,aut aliqua imp̃ſ-
ſio,vt conſtare videtur ex forma contra-
ctus; in quo aſſeruit Illuſt. Ioan. Iacobus
Marchio prædictus, donationem illã fa-
cere ꝓprio motu: & quia ſic ſibi placuit,
& in remunerationem maximorũ bene-
ficiorum per eum receptorum ab Illuſt.
Duce; quibus ſic veris exiſtentibus appa-
ret nullũ fuiſſe metum, vera autem præ-
7 ſumuntur,cũ ab illo ſic aſſertum fuerit,
noſtræ enim aſſertioni creditur contra
nos.iuxtà l.cũ precum.cum ſimil. C. de
libe.cau.& aliàs dicit,q; verbis in inſtru-
mento enunciatis,ſtatur in præiudicium
contrahentiũ.vt per Paul. de Caſt. poſt
Cy.in l.cùm aliquis.in fi.C.de iure delib.
8 Præterea nõ videtur,quòd metus,aut ali-
qua impreſſio conſiderari poſſit; ex quo
tam donatio, q̃ ſequuta poſtea receptio
infeudationis,& iuramẽtũ fidelitatis fue-
rint facta pro executione pronunciamen
ti,& laudi,per arbitros compromiſſarios
à partibus per prius electos concorditer,
ſaltem tacitè, vt in puncto dicitur. Et con
ſequenter fuerũt facta iure cuiuſdã obli-
gationis,quæ lege iubente erat adimplẽ-
da,& quam ipſæ partes ſibi ſpontè tacite
compromittendo, & pronunciamentum
approbando,iniunxerunt. Meritò vide-
tur ceſſare omnis conſideratio metus;
quia qui obedit legi, etiam quòd inuitus
faciat,non dicitur metu facere (loquor d̃
metu,propter quẽ reſciſio concedatur,)
iuxta l.ſi mulier.in prin.& ibi ſentit Bar.
ff.q. metus cauſ. Immo ſeruire, & obe-
dire rationi,& legi,ſumma libertas eſt:
vt inquit Bal.in tract.ſciſmatis mihi in 5.
col.ver. quid ſi libertas quæritur. qui re-
petitur impreſſus,in rub.C. ſi quis aliquẽ
teſtari prohib. Nec poteſt quis conque-
ri,dicens ſe metu feciſſe,ſi metus ille iu-
ſtè infertur. vt tradit Deci.in l.in omni-
bus.in prin.ff.de regul. iur.
9 ¶Præterea fuit p præfatos Illuſt. Ioã.Iac.

Mar-

Marchionem,& Ioannem filiũ eius, re-
nunciatum exceptioni metus;& aſſerue-
runt ſe eſſe in vera libertate,eundi, ſtan-
di,& recedendi, & contrahendi.
10 ¶Et præterea videtur tolli omnis conſi-
deratio,& ſuſpitio met' : & ſi quis fuerit,
videtur fuiſſe purgatus; quia Illuſt.Ioan.
Iac.expoſt exiſtens in patria,omnia Tau-
rini geſta ratificauit,non autem cõtra ea
reclamauit; quod etiam fecerunt omnes
filij eius,vt ex inſtrumentis ratificationũ
conſtat manifeſtè: pro quo videtur text.
in l.2.& ibi tradunt Doct.quod met.cau.
& traditur etiam in c.1.extra co.tit.facit
c.de illis.de deſponſa. impub.in fin. & c.
ad id. cum gloſ.2.de ſponſa.cum ſim.
11 ¶Quo ad ſecundũ,videtur poſſe rñderi
pluribus modis. Et primò,negando q̄ eſ-
ſent bona feudalia: nam in conceſſione
facta per Ottonem Imperatorẽ, Aledra-
mo primo Marchioni Montisferrati, nõ
videtur,q̄ iſte Marchionatus fuerit da-
tus in feudũ: ſed videtur,quòd fuerit pu-
ra,& libera donatio; vt videtur probari
in verbis illius conceſſionis, dũ dicitur:
Concedimus, donamus, atq; largimur,
cũ poteſtate vendendi,alienandi, & alia
omnia faciendi pro animi arbitrio &c.
Iſta enim verba non important conceſ-
ſionẽ feudalem, prout voluit Oldrad. in
conſ.169.Ex præſenti themate, in primo
dubio. tradit Alex. conſ.24. Ponderatis.
4.col.5.vol.& Deci.conſ.208.Ad clario-
rem. 2.col.ver. poſtremò aduertendum,
cum ſimil. vt aliàs dixi in conſ.per me e-
dito in fauorem Illuſt.Duoum Mant.cõ-
tra Illuſt.Marchionem Salutiarum.
12 ¶Vel ſecundò,poſito,quòd fuerint bona
feudalia,ſeu aliquomodo de feudo par-
ticiparent: reſponderi poteſt, quòd fue-
dũ non habens propriam naturã feudi,
iuxtà tit.de feud.non haben.propriã na-
tu.feud. Præſertim in hoc,vt potuerit li-
berè,& abſq; Dñi Imperatoris conſenſu
13 alienari, attento, quòd ipſi Aledramo,
& hędibus fuit conceſſa libera poteſtas
alienandi,& oĩa faciendi pro animi arbi-
trio, vt dictũ eſt: & declarat patruus, &
Dñs meus Soci.in conſ.252. Viſis inſtru
mentis.col.pen.ver.ſed præmiſſis nõ ob-
ſtantibus.Et licèt alias alienatio feudi ꝑ
regula fieri non poſſit; tñ regula non ꝓ-
cedit,quãdo talis alienatio reperitur con
14 ceſſa in inueſtitura. Nã ſemper ipſa in-
ueſtitura,& tenor eius attendi debet, &
derogat cuilibet naturæ feudorũ,vt pro-
batur in c.1.de duob.frat.à capit. inueſt.
& ibi no.Bal.qui idẽ dixit in prælud. feu.
in 4.diuiſ.& Pau.de Caſ.in conſ.176. vi-
detur dicendũ in prin.2.vol.ſecundũ no
uam impreſſionẽ.cum multis, quæ alle-
gari poſſẽt,vt p laſ.in conſ.180.Cõmune
ciuitatis.4.col. ver. tertio moueor. in 2.
vol.& per eundem in quodam conſil.in-
cip.Circa primũ.4.col.ver.ſexto ad præ-
dicta. quod reperitur inter conſilia Bru.
n.8. & per ipſum Brun.in conſ.39.Circa
antedictum caſum.2.col.
15 ¶Vel,& tertiò rñderi poteſt,poſito quòd
fuiſſent ſimplr bona feudalia; & ſm na-
turã feudorum regulanda: Nã vr̃, quòd
omninò prædicta donatio cũ infeudatio-
ne ſequenti valuerit, quia oĩa facta fue-
runt ad executionem laudi, & pronũcia-
menti illorũ arbitrorum lati, vigore cõ-
promiſſi in eos facti,ſaltem tacite. Nam
ſicut de iure põt fieri compromiſſum de
rebus feudalibus,etiã ſine conſenſu dñi:
vt videtur text.in c.1.§.ſi aũt inter.de le-
ge Corradi.& in c.1.an apud iudicẽ, vel
dñm,quo feudetur.cũ ſim.ſm quòd ma-
gis cõiter Feudiſtæ determinant. vt tra-
dit Curt.in trac.feud.car.40.1.& 2. col.
ver.octauo principalr. Item etiã debuit
poſſe fieri,& quidẽ valide dictũ pronun-
ciamentum,& laudũ proferri; & ſucceſ-
ſiuè executioni poſtea mandari abſque
aliqua licentia dñi directi. Cũ igitur præ-
dicta donatio,& ſic feudi alienatio fuerit
facta pro executione iam lati laudi, vt di-
xi: ſequitur,quòd videtur valuiſſe etiam
ſinè conſenſu Imperatoris directi dñi,
¶Et ſm has tres ſolutiones, ꝑdicta dona-
tio,& alienõ videt̃ valida vſq; ab initio.
16 ¶Sed poſito,quòd ab initio nõ valuiſſet,
quarto loco videtur poſſe rñderi, quòd
ſaltẽ validata fuit per conſenſum, & per
comprobationẽ Maximiliani Imperato-
ris; qui de anno 1504.in ampliſſima for-
ma laudauit,& approbauit,confirmauit,

ratificauit,& roborauit donationẽ, & in-
ſeudationẽ prædictas,vt ex ipſius priuile-
gio conſtat.Et ſufficit eiuſmodi conſenſũ
dñi,& eius ratificationẽ interuenire,etiã
ex poſt facto. Nam tñ operabit̃ ſuperue-
niens ratificatio,quantum ſi ab initio cõ-
ſenſiſſet; vt poſt And. de Iſer. tradit Al-
uarot.in c.Imperialem.in prin.mihi. col.
7.ver.quarto, an conſenſus.de prohib. a-
lien.feud.per Federicum.

17 ¶ Nec dicatur,ꝙ talis confirmatio fuerit
ſurreptitia ex aliquo defectu,qm̃ videtur
hoc dici nõ poſſe. Nam ſi clauſula motu
proprio,poſita in reſcripto tollit ſurrep-
tionẽ.vt videtur text.in c.ſi motu ꝓprio.&
ibi Ioan.And.in nouel.Geminia.& alij, đ
præben. lib. 6. Fortiùs in tali priuilegio
Maximiliani đbet dici ſublata ſurreptio,
ſeu eius effectus,cũ nedũ ſit talis clauſu-
la; ſed etiam illa,ex certa ſcientia,& etiã
illa,de plenitudine poteſtatis.autent.mul
to magis.C.de ſacroſanc.Eccleſ.

18 ¶ Nec etiã videtur obſtare ꝙ donátio,&
infeudatio prędictæ fuerint aliqñ per Fe-
dericũ,& alios Imperatores r̃euocatæ, &
annullatæ; qm̃ expreſsè. Maximilianus
in prædicto ſuo priuilegio videtur omnia
talia reſcripta,& oẽs conceſſiones ꝑ alios
Imperatores, vel ẽt per ſe ipſum facta,&
factas forſan inaduertenter contra ꝑdi-
ctos contractus & in eorũ præiudiciũ re-
uocaſſe,& in irritum decreuiſſe; vt patet
in dicto priuilegio,in ver. reuocãtes &c.

19 ¶ Et præterea in dictis reuocationibus ꝑ
Federicum,& alios factis; non fuit citat[9]
Illuſtriſs.Dux Sabaud. cui per tales con-
tractus videbatur ius quæſitum; & ideo
videtur poſſe dici tales reuocationes nõ
valuiſſe: argum.l.nam ita diuus. & quæ
ibi tradunt Doct.ff.de adopt.& l. de vno-
quoq;, in prin. ſimiliter cum ibi traditis,
per Doct.ff.de re iudica.

20 ¶ Quantũ verò ad tertium,poteſt r̃nderi,
quaſi eiſdem modis, quibus ad ſecundũ
reſponſum fuit. Nam ſi non erant illa
bona feudalia, vt in prima ſolutione di-
cebatur; vel erant ſub improprio feudo,
propter conceſſam alienandi poteſtatẽ,
vt in ſecunda: videtur ꝙ Illuſt. Marchio
Ioã.Iac.potuerit ea liberè alienare abſq;
aliqua conſideratione deſcendentium;
ſicut contingit in quibuſlibet bonis no-
ſtris, de quibus liberè diſponimus; non
conſiderato,ꝙ ex tali diſpoſitione oria-
tur præiudicium,vel ne. iuxtà regulam,
21 qua dicitur quilibet eſt rei ſuæ modera-
tor,& arbiter.l.in re mandata.C.manda-
ti.§.ſed & maior.inſtit.de his,qui ſui, vel
alien.iur.ſunt.& l.vſq; adeo.ff. ſi quis à
parente fu.manu. cum ſimil.

22 ¶ Item & tertia ſolutio videt̃ ſeruire,quia
cùm illa donatio facta videatur ex iuſta
cauſa,videlicet,pro executione laudi; &
ſic ex quadã neceſſitate,ſicut ſine cõſen-
ſu dñi valere videtur,vt ſupra dixi. Ita e-
tiam videtur,ꝙ valuerit,non obſtante,ꝙ
ex ea videatur deſcẽdentibus præiudica-
23 ri; & maximè,quia in remunerationem
beneficiorũ facta fuit,vt in ea clarè dici-
24 tur. Nam ſicut Prælatus res Eccłæ intui-
tu acquiſitas, etiã mobiles alienare non
poteſt; tñ intuitu ſeruitiorum receptorũ
poteſt.vt in c.relatum.in §.licèt.& tradit
gloſ.in c.ad hæc de teſtamentis. & vtro-
biq; per doct. Ita videtur in propoſito
poſſe dici,ut ſcilicet licuerit pro remu-
neratione beneficiorum donare,quod a-
liàs non licuiſſet.

25 ¶ Et eo pręſertim videt̃ hodie talis dona-
tio ſuſtinenda,cùm fuerit tã ampliſſimè
per Maximilianũ cõfirmata,vt ſupra di-
cebam: videbatur enim Imperator in di-
cta confirmatione velle omninò præiudi
care deſcendentibus Illuſtr.Marchionis
Ioan.Iac.donatoris;quod uel ex eo patet,
quia in ea præcipit Illuſtr. Gulielmo ne-
poti prædicti Ioan.Iacobi,qui tunc Mar-
chionatum Montisferrati tenebat,quòd
iuxtà formã donationis,infeudationis, &
aliorum contractuum,cum Illuſtriſſimis
Ducibus Sabaud. geſtorum per prædi-
ctos Illuſt.Ioan.Iac.& filium eius primo-
genitum,ſub grauiſſima pœna homagia
præſtet; feudaq; recognoſcat ab Illuſtr.
Duce Sabaud.ut patet in dicta cõfirma-
tione,in uer. Mandantes inſuper &c.

26 ¶ Vbi enim conſtat,quid voluerit Impe-
rator,maximè ſi id voluit ex certa ſciẽ-
tia,(ꝓut de dicta confirmatione in ea ap
paret) ſeruari oĩnò debet. Et nemo poteſt

eſ dicere: cur ita facis? aut quare ita vis? cùm ſemper præſumatur iuſte facere, vt tradit Bal. in prælud. feud. 9. col. verſ. aliqua, ſed pauca, &c.

27 ¶ Et præterea illud tertium fundamentũ ex alio tolli videtur: quia ſcilicet Illuſtr. Gulielmus, & Bonifacius filij prædicti Io. Iacobi donatoris pro ſe, & hæredibus eorum donationem, infeudationem, & alias conuentiones prædictas ratificauerunt, & approbauerunt, omniumq́; obſeruãtiam bona fide promiſerunt, vt ex inſtrumentis ratificationum apertè conſtat. Quo ſtante, ſequi videtur, quòd alij Marchiones poſt eos, tanquam eorum hæredes nõ potuerint, & ſic Illuſt. D. Margarita non poſſit hodie prædictis donationi, & infeu-
28 dationi contradicere: quia hæres factum defuncti comprobare debet. l. cum à matre, cum materia ſua. C. de rei vend. cum ſimil.

29 ¶ Nec videtur obſtare, ſi dicatur, quòd prædicti Ill. Gulielmus, & Bonfacius erãt minores tempore ratificationis, quoniam ipſi beneficio minoris ætatis, & cum iuramento renunciauerunt: propterquod perinde omnia ſeruari debent, ac ſi maiores fuiſſent, vt in auten. ſacram. puberũ. & ibi pleniſſimè per Docto. C. ſi aduerſ. vendi.

¶ Hæc ſunt, quæ prima conſideratione in fauorem Illuſt. Ducis Sabaudiæ occurrebant.

¶ Sed eis minimè obſtantibus, maturiùs, ac diligẽtiùs animaduerſis omnibus, quæ animaduertenda ſunt, ac facti contingentia bene penſata, abſque alia dubitatione concludendum eſt, præfaro Illuſtr. Duci occaſione prædictæ infeudationis, aliorũque contractuum, de quibus ſupra, nullũ ius competere.

¶ Et inprimis poſito, q̃ contractus prædicti valuerit, & dicta infeudatio fuerit iure facta, & ſeruanda ſit (quod tamen infra omninò negabitur) videtur poſſe teſtari, & dici prædictum Illuſt. Ducẽ male petere, dum dicit feudũ deuolutum eſſe ad ſe, & ſibi apertum per mortẽ Illuſt. Ioan. Georg. vltimi Marchionis, ſine liberis defuncti, ſi quidem videtur, q̃ immo ad dicta bona feudalia (poſito q̃ illa inueſtitura eſſet attendenda) debet admitti Illuſt. D. Margarita Paleologa, filia q. Illuſtr. Gulielmi fratris prædicti Ioan. Georg. & ad præſens Illuſt. Duciſſa Mãt.
30 Nã ſecundum prædictam inueſtituram feudũ in dictis bonis fuit conceſſum, vt ligium, & homagiũ, ligium fuit præſtitũ. Quo poſito, videtur, q̃ ad illud, & bona in eo contenta, etiã fœmina debet admitti: quia, quando feudum eſt ligiũ, etiam fœmina ſuccedit de conſuetudine. ſm̃ quòd videtur velle Spec. in tit. de feud. §. quoniã. ver. 21. & dixit Io. And. in addit. Spec. in d. §. qm̃. ver. 12. & tradit Alexã. in cõſ. 30. Quoniam omne datũ. 1. col. ver. quarto pro hoc. 1. vol. Et huius conſuetudinis rationem ſatis pulchram alleg. Curt. in tract. feudor. car. 8. col. 3. & 4. verſ. quart⁹, & vltimus. Dicit enim, q̃ cum vaſallus ligius ſubmittat dño oĩa bona ſua, inconueniens eſſet, q̃ fœminæ excluderentur ab vniuerſali ſucceſſione, vt per eum.

31 ¶ Præterea ex alio hoc idem dicendũ videtur, & ex hoc præcipuè moueor: nam Illuſtriſ. D. Margarita Duciſſa Mant. ſucceſſit in Marchionatu Montisferrati, cũ fuerit conceſſus antiquis ſuis Paleologis, pro ſe, & ſucceſſoribus ſuis maſculis, & fęminis, vt paret in inueſtitura Illuſt. Ioannis antiquioris facta per Carolum quartum: & quia hoc plenè deduxi in alio conſilio, pro Illuſt. Ducibus Mant. contra Illuſt. Marchion. Salut. ædito, in hoc ad ibi dicta me remitto.

32 ¶ Quo ſtante, dicendum videtur, q̃ inueſtitura, de qua nunc agimus, facta per Illuſt. Ducem Sabaud. Illuſtr. Ioanni primogenito Illuſt. Ioan. Iacobi Marchionis Montisferrati, de bonis, de quibus agitur, etiam ipſam D. Duciſſam compręhendat; nam in ea dicitur inter cætera. Et pro collateralibus agnatis Marchionibus Montisferrati: quæ verba, licèt videantur generis maſculini, tamen etiam fœmininum genus cõpræhendunt. iuxt. l. 1. & ibi per Doct. ff. de verb. ſig. at maximè, quia ſunt verba generis cõis. Quo poſito, ſub maſculino etiã ex propria ſignificatione compræhenditur fęmininũ.

vt l. hominis. ff. de ver. ſig. & videtur text.
juncta glo. in cle. 1. & ibi per Card. de e-
lect. tradit Bart. in d. l. 1. & Gemi. in c. ge-
nerali. 3. col. de elec. lib. 6. cũ alijs multis,
quæ ad hoc allegari poſſent. modò tamẽ
adſit iſta qualitas Marchionis in perſona
agnatorũ: Sed ſic eſt, ꝙ Illuſt. D. Marga-
rita eſt de agnatis collateralibus prædicti
Ioan. inueſtiti, & ſuccedit in marchiona-
tu, vt dixi: ergo videtur, quòd illa etiam
ſit compræhenſa.
¶ Nec obſt. ꝙ aliàs verba ſimilia in feu-
dis, tantũ de maſculis debeant intelligi,
vt ſup. in contrarium arguebatur; quo-
niã illud procedit regulariter, quia fœmi-
na ſolet dici incapax feudi; ſed in caſu i-
ſto fœmina eſt capax, vt dixi: ergo &c.
33 ¶ Et videtur hoc omninò fuiſſe de inten-
tione Illuſt. Ducis; qui in aſſerta inueſti-
tura ſolũ habuit reſpectum, ꝙ agnati eſ-
ſent, & ſuccederẽt in dignitate marchio-
nali. Vnde, qui in ea ſuccedit, ſit maſcu-
lus, vel fœmina, modò ſit de agnatis illiꝰ
inueſtiti, debet in bonis illis, de quibus
illa inueſtitura facta fuit, ſuccedere. ¶ Vi-
detur enim habitus reſpectus ad illã di-
gnitatem marchionalem, à qua noluit di-
cta bona ſeparari, ſed ei eſſe coniuncta.
34 ¶ Pro quo in ſimili facit, quod licèt aliàs
delegatio alicui exiſtenti in aliqua digni
tate facta, ipſo mortuo extinguatur, & nõ
tranſeat in ſucceſſorem in dignitate: tñ,
quando in delegatione fuit habitus re-
ſpectus ad dignitatem, quia ſcilicet ſub
nomine dignitatis facta fuerit, tranſit in
ſucceſſorem in ea, quicunq; fuerit; vt ꝓ-
batur in c. quoniam abbas. & ibi tradunt
omnes Doct. de off. deleg.
35 ¶ Et iſtud etiã ex alio fit veroſimile in ca-
ſu noſtro; quia ſcilicet bona, de quibus
agitur, mediante illa donatione (ſi valuiſ-
ſet) fuerunt ſublata à dicto marchionatu:
Vnde videtur, ꝙ poſtea per infeudationẽ
fuerint eidem reunita; attento maximè,
ꝙ ſub nomine talis dignitatis facta fuerit.
Et hoc ſatis apertè dicitur in inſtrumẽto
infeudationis, dum in eo dicitur, quòd ca-
pitalis, & vniuerſalis ſucceſſor, in mar-
chionatu montisferrati hmõi feudũ ſem-
per teneat, &c. Quapropter cũ Illuſt. D.
Margarita ſit de agnatis illius Ioan. in-
ueſtiti, & ſucceſſerit in marchionatu, vi-
detur concludendũ; quòd etiam ad bo-
na, de quibus agitur, debeat admitti, dato
millies, quòd donatio, infeudatio, & alia
facta Taurini, de anno 1495. de iure va-
luiſſent: ad cuius concluſionis compro-
bationem plurima adduci poſſent, quæ
breuitati conſulens omitto. Et quia ſu-
per hoc non eſt neceſſarium inſtare, cũ
veritas ſit, donationem, & infeudationẽ
prædictas fuiſſe, & eſſe nullius momen-
ti, vt modò dicam.
¶ Igitur ſecundo loco dico, & indubitan-
ter concludo prędicto Illuſt. Duci Sabau.
nullum ius ad bona, de quibus agitur, cõ-
petere, ex eo; quia infeudatio per eũ fa-
cta, & præcedens donatio, cum oĩbus alijs
connexis fuerunt, & ſunt omninò inuali-
dę; & nullius roboris, & quidẽ ex pluribꝰ.
¶ Et quo primò oĩa prædicta fuerunt in-
ualida, aut ſaltem omninò annullãda ex
defectu liberæ voluntatis Illuſt. marchio-
nis Io. Iacobi, & Ioannis eius primogeni-
36 ti; illi enim quicquid fecerunt, iuſto, &
probabili metu fecerunt, & non ex liber-
tate animi: poſito, omnia debent in irri-
tũ reuocari (prout reuocata fuerunt, vt
infra dicetur) vt in c. 2. & ibi per omnes,
de his quæ vi metus cauſ. fi. cum ſimil. &
ſic in propoſito Illuſt. Dux Sabaud. ſuper
illis ſe fundans, omninò eſt reijciendus,
tũ, quia iam omnia Cæſaris decretis an-
nullata fuerunt (vt infra dicetur) tũ etiã
(vbi talis annullatio non adeſſet) per ex-
37 ceptionem, quod metꝰ cau. vt ff. C. & ex-
tra. quod metus cau. per totos. Quicquid
enim Illuſt. eius præceſſores obtinuerũt
à prædictis marchionibus, doloſè metum
inferentes, & quodammodo per vim ob-
tinuerunt; meritò non debet modern.
Dux commodum, & vtilitatem reporta-
38 re ex eo facto, propter quod anteceſſores
eius damnationem, & pœnã pati debuiſ-
ſent. l. ſiue hæreditaria. & ibi glo. no. ff. de
neg. geſt. Ex improbitate enim, quis a-
ctionem conſequi non debet. l. itaq; ful-
lo. in prin. ff. de fur. cum concor. alleg. ibi
in glo. Hæc aũt, & ſic, quòd metus ꝓba-
bilis induxerit Illuſt. marchionem Ioan.

Iac.

Iac. & Ioannem eius primogenitum, ad
donationem,conuentiones, & pacta, de
quibus in puncto,oſtenditur euidenter,
& ex pluribus,ſaltem ſimul iunctis.
39 ¶ Primò enim paſſus fuit bellũ ab Illuſt.
Duce Sabaud. ſimul & ab Illuſtr. Duce
Mediolañ. quorum quilibet erat poten-
tior ipſo Illuſtr.March. vt de ſe notũ eſt.
vnde meritò ſibi timendũ fuiſſet, etiam
ſi ab vno ex dictis Illuſt. Ducibus dunta-
xat bellũ fuiſſet motum: vnde fortiùs, ſi
ambobus ſimiliter ei timendũ erat, ne. ſ.
vniuerſum ſtatũ,& bona omnia amitte-
ret; ac ẽt propriam vitam, aut capturam
pateretur ipſe cũ filijs, inſpecta maxima
potentia inimicorum, prout iſta contin-
gere ſolent in eiuſmodi; & iam ei fuerãt
multa de ſua iuriſdictione occupata, vt in
puncto dicitur.
40 ¶ Et tanto magìs illi timèdum fuit, quòd
bellum prædictũ iniuſtiſſimè fuit motũ.
Et licèt prædicti belli iniuſtitia, ex mul-
tis probari poſſet; tamen ex eo maximè
conſtat, ꝙ nulla ſuberat cauſa, ꝓpter quã
bellum potuiſſet iuſtè moueri; ac etiam
fuit motum ſine Imperatoris auctorita-
41 te,& conſenſu: qui erat, prout etiam ho-
die eſt, ſuperior, & dñs vtriuſque partis.
42 Bellum aũt nunq̃ dicitur iuſtum, ſaltem
ex parte mouentis; niſi illud moueat ex
iuſta cauſa, & cum auctoritate ſuperioris.
iuxtà doctrinã Bart. quam communiter
oẽs approbant in l. ex hoc iure. 1. col. ff. de
iuſtit. & iur. & ibi Paul. de Caſt. in ſpecie
declarat, licèt etiã alia ſecundum eum re-
quirantur. Ita etiam dicit glo. ſummæ 23.
43 quæſt. 2. quæ etiã plura alia dicit requiri
ad iuſtum bellũ: & bene hoc probatur in
c. quid culpatur. 23. q. 1. dum dicitur, ꝙ
ſuſcipiendi belli auctoritatem, atq; con-
ſilium penès Principẽ eſſe debet: Et ad
hoc plura poſſent cumulari, de quibus p
Doctores; maximè Modern. in l. 1. in
princip. ff. de acquirenda poſ. vbi aliquã-
do dixi in 7. nota. in 6. declarat. ſed gra-
tia breuitatis omitto.
43 ¶ Cùm itaq; à potentioribus, tam iniuſto
bello opprimeretur Illuſt. Marchio Ioan
nes Iacob. plurimaq; iam amiſerit, iuſtè
timere potuit, vt ſupra dixi; & ob eã cau-
ſam pacem quærere, vt à tali iniuſto bel
lo, & à metu prædicto liberaretur: at ideo
in tali timore, & trepidatione exiſtens,
iniuit capitula illa de anno 1432. quæ,
vti meticuloſa, nõ debẽt de iure impleri.
44 ¶ Et maximè, quia facta fuerunt ſub pre-
textu pacis ineundæ: quam Dux liberè
tenebatur ipſi Marchioni concedere, &
à tali iniuſto bello abſtinere: & adeo ꝙ
quicquid fuiſſet per ipſum Ducem, ea de
cauſa receptũ, veniret reſtituendũ, tanq̃
receptum ob turpẽ cauſam ex parte re-
cipientis; vt in argumentum probatur, in
l. 2. verſ. item ſi tibi. ff. de cõdict. ob turpẽ
cauſam. Nam ſicut ibi, recipiens à depo-
nente, vt aliquid depoſitum redderet,
illud reſtituere illa condictione tenetur,
ex eo ſcilicet, quia liberè, & abſq; p̃mio
ad reddendũ depoſitum tenebatur: ita
in propoſito, receptum, vt pax fieret, reſti
tui deberet eadem ratione: facit etiã ea-
dem lex ſecunda, in princip. dum ibi di-
citur repeti poſſe, quod dato, vt quis à ſa-
crilegio, furto, vel homicidio abſtineat;
quia talia de ſe illicita ſunt; ſic enim re-
peti poſſet datum, vt ab iniuſto bello ab-
ſtineretur; illud enim gratis facere tene-
batur; & iſta notat Iaſ. in l. 1. eodem tit. in
princ. in verſ. nota. in l. 2. &c. Quo ſtante,
ſequitur, quòd multo magìs eſt prædict⁹
Illuſt. Dux repellendus à petitione eorũ;
quæ cauſa prædicta ſibi promiſſa fuiſ-
ſent. iuxtà l. 1. §. is autem. ff. de ſuperfici.
ibi. nam cui damus actionem &c.
45 ¶ Ex iniuſto igitur bello, ſimul cum iuſto
pacis deſiderio cauſabatur probabilis me
tus Illuſtriſ. Ioan. Iac. Marchionis prædi-
cti: ne diutiùs in tali bello exiſtens (cùm
iã plurima amiſiſſet) cætera amitteret, a-
liquidq; ſiniſtri in perſona ſua, & ſuorũ
pateretur. Eſt enim iuſtus met⁹, vbi quis
timet perditionẽ bonor. omnium, vel ma
ioris partis: vt voluit Bal. poſt Guil. & Cy.
in l. iſtiquidem. §. 1. ff. quod metus cauſa.
ſentit Bart. in l. 1. in fi. ff. de condict. ob tur
pem cauſ. & clariùs in l. pen. 2. col. eod. tit.
Dum dicit, quòd metus perditionis om-
niũ bonor. vel maioris partis ęquiparatur
metui mortis: quod etiam dixit Innoc. in
46 c. cũ dilectus. de his, quæ vi met. cau. fiũt.

& vi-

& videt tex. vbi not. Abb. in 1. nota. & alij
ſequuntur in c. 2. de ijs, quę vi metus cau-
ſa fiunt, cũ concor. vt per inſignem mo-
dernum Alber. Brun. in conſ. 82. Super
difficultate. 2. col. ver. Itẽ ſuberat. & Cur.
in l. interpoſitas. 1. col. C. de tranſact. Et
47 maximè ſi ſimul adeſt periculũ perſonæ
propriæ, & ſuorũ, vt eſt notum. Illo ergo
metu ductus Illuſt. Marchio Ioan. Iaco-
bus conuentiones fecit, & capitula ꝓmi-
ſit, de quibus ſup. Inſtabat enim terror ar
48 morum in manu potentiorũ, & qui iam
multa damna intulerant; à quo cauſatur
iuſtus, & probabilis metus. l. 3. §. qui ar-
mati. ff. de vi, & vi arma. dixit Bal. in alle-
gato tract. ſciſmatis. col. 5. ver. Terror aũt
armorum. hoc etiã voluit Ioan. de Ana. in
c. ſi perfodiens. col. fin. de homi. prout re-
fert, & ſequitur Hyppol. de Marſ. in cõſ.
31. Bonor. oĩum. col. fi. tradit Alex. in cõſ.
98. Quoniam per excellentiſſimum. poſt
princ. lib. 3. & in conſ. 166. Viſo proceſſu.
2. col. lib. 5. & Corn. conſ. 41. Videtur in
hac. 1. & 2. col. 2. vol. cum concor. quæ
ad hoc allegari poſſent.
¶ Ex prædictis itaq; ſequitur, conuentio-
nes, & capitula prædicta, iuſto, & proba-
bili metu facta fuiſſe; & per conſequens
non debere ſortiri effectum.
49 ¶ Secundò dico, ꝙ in his quæ poſtea fue-
runt geſta de anno 1435. menſe Ianuar.
probatur iuſtus, & probabilis metus, pro-
pter carcerationem Illuſt. Ioannis primo
geniti ipſius Marchionis Ioan. Iacobi, cui
ſic carcerato pientiſſimus pater plurima
timebat. & propterea ex eo dicitur iuſto,
& probabili timore duct⁹ ad prædicta fa-
ciendũ. iuxtà l. iſti quidem. §. fin. ff. quod
met. cauſ. & ibi Doct. tradunt. Nã, vt ibi
50 dicit tex. Parentes magis in liberis, q̃ in
ſe ipſis terrentur. Ne ergo filius, quid mali
pateretur, & vt à carcere liberaretur, fe-
cit Illuſt. Io. Iac. compromiſſum, dona-
tionẽ, & alia, ad votum Illuſtr. Ducis., &
non ex libertate animi ſui. Immo etiam,
cũ ipſe tunc reperiretur Taurini; & ſic in
fortia, & ſub poteſtate Ducis, iuſtiſſimè
timere potuit, ne & ipſe carceraretur.
51 quod veroſimiliter ſibi contigiſſet, niſi
in omnibus voto Illuſt. Ducis paruiſſet.

Nam ſi filiũ detinebat, vt à patre, votum
eius impleretur; multomagis ipſum pa-
52 trẽ detenuiſſet. iuxtà illud: Propter quod
vnũquodq; tale, & illud magis. vt per Bal.
in auten. res quæ. 1. col. in fin. C. cõmunia
de lega. Saly. in l. 2. C. de litig. & Roma.
in cõſ. 464. Pro deciſione.
¶ Et quo ad ipſum Ioannem Iacobum
patrem, perinde erat; ac ſi ipſe detinere-
tur, cũ detineretur filius. per d. l. iſti qui-
dem. §. fin. vnde de iure inferendum eſt,
omnia per ipſum geſta, ſaltem reſpectu
effectus fuiſſe inualida, tanq̃ meticuloſa,
cùm fuerint geſta ad vtilitatem Illuſtr.
Ducis Sabaud. qui in carcere proprio d-
tinebat; iuxtà l. qui in carcerem. & ibi tra
dunt omnes. ff. quod metus cauſa. tradũt
Bart. & alij, maximè Aret. in 4. col. in l. qui
à latronib⁹. ff. de teſtam. Eo addito, quòd
etiã tunc imminebat periculum amiſſio-
nis bonorum omniũ, vel maioris partis;
& aliqua iam de nouo amiſerat, vt Cla-
uaſium, & alia quędam loca, vt in puncto
dicitur, & ſupra dixi; propter quod auge-
batur iuſtus metus per ſupradicta.
53 ¶ Præterea, ꝙ omnia prædicta geſta fue-
rint per prædictos Illuſt. Ioannem Iacob.
Marchionem Montisferrati; & Illuſtr.
Ioannem eius primogenitum non ex li-
bertate animi, ſed metu, & coactè, oſten-
ditur ex eo, quòd fuit donata magna, ſeu
maior pars dicti Marchionatus; propter
quod ſtatus ipſe vileſceret, & quaſi anni-
hilaretur; &, quod plus eſt, donatio fuit
facta hoſti: & ei, à quo donator tot dam-
na, & iniurias receperat: quorum neutrũ
eſt veroſimile in recto, & libero largito-
34 re, & in prudente patre familias. Nemo
enim præſumitur velle ſeipſum, & ſtatũ
eius annihilare. arg. l. cũ de indebito. ff. de
55 probatio. Nec etiam largiri eius hoſti, ac
malefactori, cùm largitiones fieri ſoleãt
ob benemerita, l. nec adiecit. ff. pro ſocio.
56 Si igitur non eſt veriſimile, dici, aut cre-
di non debet. l. non eſt veroſimile. ff. q̃d
metus cauſ. & c. ſolicitè. de reſtit. ſpol. cũ
57 ſimil. Et aliàs dicitur, quòd imaginẽ fal-
ſitatis habet, quod eſt remotum à vero-
ſimili: vt inquit Bal. in l. 1. 3. col. C. de ſer
uis fugiti. tradit Alexan. in conſ. 27. In
causa

cauſa & lite.in fi.2.vol. Iaſ. in l. ſi extraneus.2.col.ff.de cond.ob cauſam. & Deci.in conſ.644. Viſo & perlecto.2ª. col.

¶Et ſi dicatur,ꝙ immo tpe prædicto,ſcilicet de anno 1435. non erant ampliùs hoſtes; cùm iã facta fuiſſet publica pax.

58 ¶Reſpondetur,primò,ꝙ hoſtis dici poterat, & inita pax ex parte Ducis non ſeruabatur; neque fuit ſortita effectum ſuum,vt ex captura prædicta Ioannis primogeniti ſimiliter, & Clauaſij, & aliorum ſatis clare conſtabat, iuxtà narrata in puncto.

59 ¶Præterea cũ pax eſſet de recenti facta, poteſt dici,ꝙ Illuſt. Dux adhuc pro eius inimico haberetur; cũ à teſtimonio contra Illuſtr. Marchionem, tanq̃ inimicus potuiſſet repelli.c.accuſatores. il primo. & ibi glo.dicit 3.q.5.tradit Abb.poſt Innocen.& alios,in c.cũ oporteat de accuſat.vbi etiam Felyn. videtur ſequi. in 5. col.verſ.nunquid aũt,qui ita firmat in c. cam te.in verſ.infidelitas,ibi limita ſecũdò &c.de reſcriptis. Alexan.in conſ. 99. In cauſa inquiſitionis.1.col.ver.&quamuis lib.1.& tradit Ioan.Crott.in tract. de teſti.in 6.car.3.col.in fin.ibi,Decimò extenditur.& Hyppol.de Marſ.in l.1.§.præterea.2.col.ver.amplia etiã. ff. de quæſt. Et maximè attento,ꝙ poſt pacem prædictam,iniuriã intulit prædicto Illuſt.Mar-

60 chioni,carcerando filium,& occupando violenter Clauaſium,& alia loca. Nã qui iniuriã infert,vel inferre conatur, inimi-

61 cus dicitur; vt ſentit gloſ. in uerſ. Datus tutor.in l.athletæ.§.primò.de excuſa. tuto.quam ad hoc allegat patruus, & Dñs meus Soci.in conſ.ſuo,incip.Sæpenumero omnia reuolui.col.14. quod reperitur inter conſilia Curt.[illegible]

¶Stantibus aũt prædictis,quæ in facto mihi vera præſupponuntur; quilibet rectꝰ, & bonus iudex facilè concludet, & arbitrabitur metũ Illuſtr. Ioan. Iacobi Marchionis Montisferrati, & eius primogeniti, in faciendis his, quæ fecerunt, & de quibus ſup.fuiſſe probabilem, & talẽ,qui caderet in quemlibet conſtantẽ virum; ſicut requiritur ad impediendam executionem actus meticuloſè geſti.iuxta l.5. & 6.ff.quod metus cauſa.prout ex prædi-

62 ctis conſtare põt. Et hoc ſufficit; nã exploratiſſimũ eſt ex coniecturis,& inditijs probari.ſm Bart.in l.de pupillo.§. ſi quis ipſi prætori.in 8.q.ff.de operis no.nun.Et conſequenter arbitrio boni viri, & iudicis remitti quis dicatur metus probabilis, & qui caderet in conſtantem virum: vt probatur in l.3.in fin.ff.ex quibus cauſis maior.ibi. Sed huius rei diſquiſitio iudicis eſt,dixit Innoc. in c. cùm dilectus. in verſ.mortis.ibi.Et ſi negetur,de his, quæ vi met.cauſa fiunt,Bal.in l. interpoſitas. ver.vlterius not.ꝙ quando.C.de tranſac. in l.ſi quis in hoc.uerſ.adde tamen.C.de Epiſc.& Cler.& in c.1.§.item ſacramenta.1.col.uer. Et quod quæſtio metus. de pace iuram.firman.hoc etiam dixit Cuma.in conſ.58.In præſenti.q. 2.col. verſ. & quæ ſint inditia.cum concorda.vt per Deci.in l.in omnibus.2.col.ver.venio ad ſecundum.ff.de regul.iur.

¶Et ſtante hoc(prout veriſſimũ eſt)ꝙ ex parte Illuſt.Marchionis fuerit probabilis,& iuſtus metus: ſequitur, ꝙ ex parte

63 Illuſt.Ducis Sabaud.dicitur ꝓbatus dolus,& mala mens: iſta enim ſimiliter ex coniecturis,& inditijs probantur,l. dolũ. C.de dolo.cum ſimilib.at ſi quis facti cõtingentiã intueatur,proculdubio iudicabit ex partem Ducis doloſe, & quodammodo violenter omnia geſta fuiſſe; ſicut ècontra ex parte Marchionis iuſto, & ꝓbabili metu,per prædicta.

64 ¶Quę omnia ex eo etiã confirmantur,ꝙ pacta,& iuramenta inſolita,& duriſſima fuerunt interpoſita;& cum nimia cautela fuit proceſſum ex parte Illuſtr. Ducis, quod doli,& fraudis ſuſpitionem auget; vt l.ſi quis ſub conditione. ubi poſt gloſ. dicunt Bal.& Ang.ff.de condit.inſti.Bal. in l.etiam.2.col. verſ.Ormodo. C.de executio. rei iudica.& in c.primò.2.col. uer. Et conclude . de feudo dato inuicem. l. commiſſ. Imo.in c.ad noſtram. de empt. & uend.refert Alexan.in conſ.28.in cauſa,& lite.3.col.5.uol. Patruus,& D.meus Soci.in conſ.22.Viſa prędicta.col.fin.lib. 4.cum concord.vt per Barth. Veronenſ. in tract.de ſimula.contrac,in nona præſumptione.

ſumptione.&tradit Iaſ.in conſ.170.Noīe Magnifici Petri,2.col.2.vol.& Barba. in conſ.16.præclare ſcripſit,5.col.lib.2.

¶Concludatur itaq; ex prædictis,q capitula,donationes,infeudationes, & alia, d quibus ſup. non debent aliquem ſortiri effectum; tanq̃ meticuloſa ex parte Illuſ. Marchionis Montisferrati,& eius primo geniti: & ab eis quodammodo per vim extorta,per Illuſt.Ducem Sabaud.

65 ¶Nec huic concluſioni obſtant, quæ ſupra in contrarium allegata fuerunt.

¶Quoniā de facili reſpondetur. Et dum primò dicebatur metum non poſſe dici, quia Illuſt.Marchio Ioan.Iac.& eius primogenitus dixerunt,q proprio motu, & ſponte faciebant:& quia ſic placebat &c.

¶Reſpondetur,q ex prædictis, & ſimilibus verbis tempore metus prolatis, nedū non tollitur metus; ſed potiùs augetur, ſeu geminatur.vt ſignanter inquit Bal.in tract. ſciſmatis. præallegato mihi. in 6. col.verſ.Et ſi dicatur.allegat in arg. in l. doli.§.diuerſum.ff.de nouat. Et hoc dictum refert,& ſequitur Alex. in d. conſ. 156.lib.5.in 1.col. Et probatur ratione,

66 quia quemadmodū quis metu inducitur ad contrehendum: ita etiā ad talia verba proferenda, quæ ad inſtantiam metū interuenientis cenſentur prolata.

67 ¶Et per hoc etiā reſpondetur, dum allegabatur eſſe renūciatum exceptioni, qd metus cauſa: quia dicò,q cum illa renunciatio facta fuerit in ipſis contractibus; & ſic tempore illati metus, dicitur & ipſa metu facta,& metum ipſum multiplicat ſm̄ Bal.& Alex.in locis prædictis.

68 ¶Pro quo facit doctr.Bart.in l.nemo poteſt.2.col.verſ.Quæro an renunciatio ex cept.ff.de lega.1. dum dicit,q ſi contractus probatur ſimulatus,dicetur ſimulata etiam renunciatio ſimulationis. Quod etiā voluit in conſ.65.Petrus Nicolæ. qñ ſcilicet in eodem inſtrumento eſt renunciatio: quod etiā voluit Barthol. Veroñ. in tract.de ſimul.contrac.in 26. præſumptione.2.col.uerſ.Sed circa prædictas p̄ſumptiones. Sic etiā dicendum eſt in caſu iſto,q cū metus ſatis clarè conſtet circa contractus, & tempore metus, & in ipſo contractu ſit talis renūciatio, debet dici etiam ipſa metu facta.

69 ¶Et ſimiliter etiā non obſtat, q aſſeruerint Illuſt.Ioannes Iacob. & eius primogenitus ſe eſſe in libertate eundi, ſtandi, & recedendi; quoniā etiam talia verba per impreſſionem, & metū prolata fuerunt: quinimmo ex talibus verbis inducitur maior præſumptio metus, cùm ſint inſolita; & (ni fallor) fuerint appoſita tantum,vt ſatisfieret Illuſt. Duci; qui, cùm cognoſceret omnia per impreſſionē fieri,& per metū, voluit pro ſui cautela talia verba poni in inſtrumētis.Etenim (vt ſup.dictum eſt,)nimia cautela,& clauſulæ inſolitæ arguunt dolum, & fraudem.

70 ¶Præterea prædicta verba oſtenduntur falſum exprimere ex eo, quia, cū ambo eſſent in fortia Illuſt.Ducis,& in ſua curia; quia poterat ambos ex arbitrio carcerare,ſicut priùs fecerat de primogenito prædicto; non poterant dici eſſe in aſſerta libertate,& à metu priuati. Durante enim cauſa metus, durat ipſe metus; iuxtà doctrin.Cyn.in l.2. C.quod metus cauſ.vbi etiam Bart.& alij ſequuntur: tradit Cuma.in d. conſ.68.col.3. Marſil. in conſ.48.Non confundentur. 3.col. verſ. & ſubdit. Donec enim eſt in facultate eius (cuius metu aliquid fit) offendere,durat metus; & quæ fiunt,metu fieri dicuntur.vt per Corne.in d.conſ.41.col.2.lib. 2.& præallegatos.

71 ¶Facit quod dixit Abb.in c.accedens,de procurato. dum dicit, quòd non dicitur quis eſſe in ſua libertate,dum eſt in territorio aduerſarij: eo quod ab illo facilè detineri poſſet. quod etiam voluit Ang. in l.1.C.de pri.carce.

72 ¶Nō obſtat etiam, q aſſeratur donationem illam factam in compenſationē, & rēmunerationem plurium beneficiorū, & maiori ſtipendio dignorum.

¶Quoniam talia beneficia negātur, nec tali aſſertioni ſtandum eſt; quia ſicut & alia,dicitur metu facta per prædicta.

¶Nec ei obſtat,ſi quis dicat prædictas reuocationes,& irritationes donationis, & inde ſequutorũ non potuiſſe ꝑiudicare Illuſt.Duci Sabau.cũ in eis citatus nõ fuerit,arg.l.nã ita diuus.ff.de adopt. & l. de vnoquoq;,in prin.ff.de re iud.cum ſim.

153 ¶Quoniã reſpondetur,ꝙ in dictis reuocationibus non fuit neceſſaria citatio alicuius Ducis. Primò,quia cum alienatio, ſeu donatio,cum ſubſequentib.facta fuiſſent ſinè conſenſu Imperatoris: & propterea non valuerunt,ad ipſum Imperatorem ſpectabat talem donationẽ, cũ alijs inde factis retractare,& in irritum deducere; vel etiã, ſi ſibi placuiſſet,illam approbare,& confirmare, vnde,cũ placuerit reuocare & annullare,& ita faciendo fecerit,quod pendebat ex eius voluntate,& ratione iuris ſibi competentis; ſequitur,ꝙ non fuit neceſſaria aliqua citatio. arg.l.In re mandata. C.mand. dixit Bal. in l.neq; natales. in fi.C.de proba. voluit D.Marian.Socin.auus meus, in tract. de citat.in 7.art.In ſeptimo caſu,& in vndecimo.Alex.in conſ.6.Circa poeſſium, col. fi.ver.Et ſic ſatis eſt &c.3.vol. & Hypp. de Marſ.in l. de vnoquoq;. col. 19. verſ. Trigeſimusquintus caſus.ff.de re iudic.

154 ¶Secundò,quia citatio non requiritur, qñ pars euidenter caret probabili defenſione.arg.l.in crimine.ff.ad legem Iul.de adult.& eius,quod dixit Bal.allegando illum tex.in l.vt vim,1.col. ff. de iuſtit. & iur.& ita clarè dicit Abb.in c.1.1.col.verſ. Concludo ſic.de cauſ.poſ.& propriet. vbi dicit de hoc eſſe bonũ text.in c. cũ olim. de re iud.& ibi hoc voluit glo.in ver.abſenti.in fi.tradit hoc patruus, & D. meus Soci.in conſ.87.Viſis inueſtitura &c.col. 12.ver.Ex quibus patet, ꝙ nulla. 3.vol. vbi concordantes allegat: hoc etiã dixit Felyn.in d.c.cũ olim mihi.in 7.col. verſ. Non eſt citandus,vbi etiam multos alios allegat,& idem dixit auus meꝰ, in d.trac. de citationibus.art.7.in ſecundo caſu. & Hyppol.de Marſ.in d.l.de vnoquoq;,col. 17.ver.Vigeſimusſextus caſus.Sed in ꝓpoſito Illuſt.Dux Sabaud. euidentiſſimè erat ſine defenſione,cùm donatio prædicta, ei nullum ius tribuiſſet, quia ſine Imperatoris conſenſu facta erat,vt ex ꝑdictis conſtat: ergo &c.

155 ¶Ex quo ſequitur,quòd nõ potuiſſet ille dicere,quòd propter irritationem, & reprobationẽ donationis prædictæ, ei ius auferebatur; & propterea debuiſſe citari per ea,quæ infra dicam: qm̃,vt dixi, propter inualiditatem donationis nullum ei erat quæſitũ ius; totum enim pendebat ab Imperatoris volũtate: Poſito,ꝙ ex alio valuiſſet,qui declrauit nolle valere talẽ donationẽ, & illã expreſsè annullauit.

156 ¶Tertiò,ad prædictas litteras Maximiliani,reſpondetur, & dici poſſet, ꝙ non valuerunt ꝑiudicare Marchionibus Mõtisferrati,eis non citatis in iure,eis iam q̃ſito: iuxtà d.l. de vnoquoq;. & d. l. Nam ita diuus.de adop.prout dixit Bart. in l.2. 2.not.C.de temp.app.& ita poſt quoſdã ab eo relatos,voluit in effectu Fely. in c. cęterũ.1.col.ver.ſecũda reſtrictio ibi,ſaluo niſi eſſet &c.de reſcr.& ĩ d.c.cũ olim. 7.col.ver.Prima declaratio.de re iud.

157 ¶Et eo magis hoc dicendum eſt in caſu iſto; cùm per litteras prædictas confirmetur donatio,quæ de iure non tenuit, immo quæ iam erat declarata nulla,& ꝑ Federicum Imperatorem,& per ipſummet Maximilianũ.Si enim de iure eſt,vt citatio requiratur,quando agitur de confirmatione eius,quod de iure non valet; vt declarat Oldr.in conſ.224.Iſtæ ſunt allegationes mihi. in 6.col. ver. Præterea, quandocunq; aliquis ex aliquo facto. iuncto ver.Sed reſpondeo ad legem. col.13. Fortiùs requirebatur circa litteras prędictas,

ctas, cùm ageretur de confirmatione donationis nedum inualidæ, ſed etiam inualidæ declaratæ: auten. multo magis. C. de epiſ. & cler.

158 ¶ Et pro iſta concluſione facit, quia qñ per principem fit alicuius priuilegij, vel ſui beneficij modificatio, vel reſtrictio, citatio requiritur eius, qui inde læditur, vt videtur probari in c. nuper, de decimis: prout per illum tex. firmat auus meus in d. tract. de citat. art. 7. ver. Quadrageſimo primo procedit. Fortius ergo in caſu iſto ita dici debet; cùm nedum de modificatione, ſed de totali extinctione beneficij per Federicum, & ipſum Maximilianum conceſſi ageretur, cum ipſorum Marchionum maxima, & enormiſſima læſione. Etenim ambo prædicti Impp. iã conceſſerant Marchionibus Montiſf. gratiam, & beneficium, vt prædicta donatio, cum inde ſequutis, velut inualida eis non noceret. Et hoc ius fuit illis ex tali Imperatoria annullatione, ſeu reprobatione acquiſitum, in quo eis non citatis non potuit poſtea præiudicari.

160 ¶ Et ſi dicatur, quòd immo citatio non fuit neceſſaria, quia fortè Imperator de eius abſoluta poteſtate potuiſſet ita velle, etiam inuitis, & contradicentibus Marchionibus Montisferrati; Reſpondetur eſto, quòd illud ſit verum, quòd omnino citatio debebat fieri: quia qui tunc erat Marchio Montisferrati, ſi præſens fuiſſet facillimè induxiſſet Maximilianũ in cõtrariam ſententiam, attenta meticuloſitate, & inualiditate donationis prædictæ, cum omnibus dependentibus. Et hoc ſufficit vt præſentia alicuius requiri debeat, vel ſaltem citatio. arg. l. duo ex tribus. ff. de re iud. cum ratione eius, & l. ſi in tres. in fi. ff. de arbi. & ita in propoſito dixit Iaſ. in l. gallus. §. & quid ſi tantum. col. fi. ff. de lib. & poſth.

161 ¶ Præterea, & quartò, litteris prædictis reſpondetur: quòd confirmatio prædictæ donationis nihil valuit, neque potuit in aliquo præiudicare illi Marchioni Montisferrati: qui tunc marchiam illam tenebat, nec eius ſucceſſoribus. Nam ille conſenſus Imperatoris circa illam donationẽ & eius approbatio altero de duobus modis operari potuiſſet. Primò dicendo, ꝙ talis conſenſus retrotraheretur vſque ad tp̃s donationis factæ. vel ſecundò, quòd perinde eſſet, ac ſi donatio illa tunc facta eſſet, quando conſenſus fuit interpoſitus; aliàs non video quomõ poſſet validare actum, à quo omninò eſſet remotus. Primũ certe dici non poteſt, quia in illa retrotractione, & ſic in fictione tranſlatiua, requiruntur habilia extrema; videlicet: Extremum à quo, & extremum ad quod: vt declarat Bart. quem oẽs ſequuntur in l. ſi quis pro emptore. in 3. opin. ff. de vſucap. quæ in caſu iſto non aderant. Nam quicquid dici poſſet de extremo ad qđ, hoc eſt conſiderato tpe factæ donationis, certũ eſt, ꝙ deficiebat extremum à quo, ſcilicet tempore præſtiti conſenſus. Tũc enim talis donatio non erat conſiderabilis, velut in eſſe exiſtens; cùm eſſet iam reprobata, & inualidata per Federicum, & per ipſummet Maximilianum, adeo quod tunc diceretur omninò, & pœnitus extincta, & inconſiderabilis quo ad aliquem effectum; vt ſic non potuerit per Imperatorem ratificari deficiẽte extremo à quo: & pro hoc optimè facit l. bonorum. in prin. cum his, quæ ibi tradunt Bart. & alij, ff. de rem rat. hab. Secundum ſimiliter dici non poteſt, quia tempore prædictæ ratificationis, & præſtiti conſenſus, non viuebant Ioan. Iacob. nec eius primogenitus donatores; immo nec aliquis ex filijs dicti Ioan. Iacob. quos Illuſt. Dux Sabaud. aſſerit prædictæ donationi conſenſiſſe. Nec Marchio Gulielmus, qui tunc viuebat, poteſt dici, quòd donationem feciſſet, cũ ignoraret dictam ratificationem; & ſi ſciuiſſet, contradixiſſet donationi prædictæ aduerſando, cũ fuiſſet iam reprobata; & bona, de quibus agitur, nullo modo ab Illuſt. Duce recognoſceret, ſed quo ad eum, tanq̃ omninò libera poſſideret, & ab ipſo Imperatore ratione inueſtituræ tam ſuæ, quã ſuorum maiorum recognoſceret.

¶ Præterea hæc clariùs declarando dico, quòd donatio prædicta, vt valeret, requirebat inter cætera duo ſimul iuncta, &

eodem

eodem tempore concurrentia; videlicet, voluntatem vaſalli donantis,& ei adhærentẽ conſenſum Imperatoris, que nunq̃ concurrerunt ſimul. Nã dato,q̃ ab initio adfuiſſet voluntas donantis, non tñ interuenit conſenſus Imperatoris: Immo Imperator contradixit,cùm primũ nouerit. Expoſt verò tpe prædictarũ litterarum Maxim. licèt adfuiſset cõſenſus Imperatoris; non tñ aderat voluntas vaſalli ad donandum,ex quo qui donauerunt prædeceſſerant,& alij non erant illius intentionis, vt donarent; ſed èccontra potiùs, ſm quòd ſupra deduxi.

162 ¶ Nec ratificatio Imperatoris longe pỗ donationem ſuperueniens, poteſt trahi ad ipſam donationem,ſiue ad tps, quo facta fuit,ita,vt illam validet, quia res non eſt ampliùs integra: Cùm iam donatio fuerit reprobata,& donatores,ac etiã donationi conſentientes iam mortui eſſet; & de rebus donatis facta eſset conceſſio alijs,qui per Imperatorem erant inueſti-

163 ti. Nunq̃ enim ratificatio operatur, qñ res non ſunt integræ, ſed aliqua mutatio facta eſt; atq. d.l.bonorũ.rem ratam hab. & dixit Bart.in l.ſi vxor.ff. ſi quis vxorẽ. in 2.op.ff.ad legem Iul.de adult. cũ concord.vt per Alex.conſ.167. Quoniã res. poſt princ.ver.præterea dico.6. vol. & in conſ.78. Viſo, & diligenter. 4. col. verſ. Quartò reſpondeo.5.vol. Et in terminis noſtris allego deciſ.Regni,in deciſ. 286. Vbi inter cætera apertiſſimè firmat,quòd ſi alienans feudũ decedat. anteqũ dñs directus conſentiat, conſenſus eius poſtea ſuperueniens,non prudicat ſucceſſorib? alienãtis, quia.ſ. res nõ eſset integra. Sic ergo dicendũ eſt in propoſito, cũ nodum donator,ſed omnes eius filij ante conſenſum Maximiliani deceſſiſſent,& illud vtile dñium, quod habebant in feudo, tranſlatum fuiſset in eorũ poſteros: & ita in propoſito nr̃o determinat Andr. de Iſer.in c.1.in prin.in 8.col.uer.Itẽ quòd ſi Titi? alienauerit.de prohib.alien.feu.per Feder.vbi ponit aliquas rõnes,vt per eũ.

164 ¶ Præterea ratificatio nunq̃ operatur, qñ actus medius obuiat coniunctioni extremorũ: prout cõcludit Bal.in l.fi.1.col. ver. Octauo quando actus medius. C. ad maced.& ibi Salyc.dicit idẽ 1.col.in ver. Et ex his infertur quòd. Si enim actus medius contradicit,maximè ſi duret,ratihabitio non trahitur retro: ſed in propoſito ante ratificationem Maximiliani, interuenit actus contrarius, quia ſcilicet fuit donatio illa reprobata,& talis reprobatio adhuc firma durabat. ergo &c.

¶ Et ſi dicatur,ſi non retrotrahi potuit,tamen debuit operari pro tunc.

165 ¶ Reſpondetur, quòd hoc poſſet fortè dici,quo ad ipſum Imperatorem, & eius piudicium,non aũt quo ad præiudicium inferendũ alteri, cui medio tempore ius erat quæſitũ: vt voluit glo.pen.in l. ſi indebitum.§.fi.ff.rem rat. hab. & ibi poſt Old.Ray.& Gul.tenet Bart.qui idem dixit in l.aliena res.in prin.ver.Quæro vtrũ iſta ratihabitio.ff.de pig.act.Pau. de Caſ. in conſ.228. Pro declaratione eius. 2.col. ver.ſi ergo poſtea.cum ver. ſeq. 1.vol. ſm nouam impreſſionem tradit Iaſ.in l. filio quem pater.4.col.ver.Item facit.ff.de lib. & poſth.& Alex.in conſ.26.Viſo,& diligenter.in 4.col. ver.quia pluribus modis reſpondere poteſt. 6.vol. Et propter hoc concludit Bart.in d.l.aliena res.poſt Gul. & Iac.de Aret.Quod licèt dñs rei per aliũ obligatę ratificet illam obligationem,nõ tamen præiudicabit tertio,cui ante ratificationẽ dñus illam rem obligauerat: Sic ergo dicẽdum eſt in propoſito, quòd ratificatio Imperatoris,non potuit præiudicare Marchionibus Montiſferrati; quib? per retractiones Imperatorias, ſeu reprobationes illius donationis,& cõceſſiones, & inueſtituras ſibi factas,erat quæſitũ ius aduerſus illam donationem. Et nequaquo modo bona,de quibus agitur, recognoſcerent ab Illuſt. Duce, (eius infeudatione reprobata,& inualida declarata) ſed ex conceſſionibus,& inueſtituris nouiter factis ab Imperatore,immediatè recognoſcerent,ſm quòd ex prædictis conſtare poteſt. Ex quibus remanet firmum, & ſtabile, ſecundum principale fundamentum,contra Illuſt.Ducem Sabaud.

166 ¶ Tertiò principaliter ex alio venit excludendus prædictus Dux. Poſito quòd donatio

donatio reſpectu donãtis,& reſpectu Im-
peratoris valuiſſet; quod tamen eſt oĩnò
falſum,vt eſt dictum ſup. quoniam vale-
re non potuit in præiudiciũ ſucceſsorum
prædicti donatoris. Nam pro regula di-
cimus,quòd vaſallus in feudo antiquo, i-
deſt acquiſito per ſuos maiores,nõ poteſt
ſucceſſoribus,& agnatis ſuis prçiudicare,
qui ad illud feudũ ex antiquis inueſtitu-
ris venire põt; quia cũ illud ſint habituri
iure ſuo ex prouiſione primi inueſtiti, &
ex gratia,& conceſſione concedentis, &
non ex ꝓuiſione illius vaſalli,vt declarat
Bart.in l.vt iuſiurandi.§.ſi liberi. ff. de o-
per.lib.& dixit And.de Iſer.in c.1.§.quid
ergo.col.fin. de inueſtit. de re alien. fac.
(ſit ipſe vaſallus pater,vel agnatus alius)
nõ cõuenit, quod eis per aliquod factum
dicti vaſalli præiudiciũ inferatur, & pri-
uetur iure non ab ipſo vaſallo prouenien
te. ita voluerunt Dyn.Ang.Pau.de Caſt.
& alij,in l.apud Iulianum.§.ſi quis alicui.
ff.de leg.1.& tradit Alex.in conſ.107. In
cauſa Nicolai.poſt prin. lib.4. plenè tra-
dit Iaſ.in conſ.7.Vertitur controuerſia.5.
& 6.col.ver.Quartò adhuc.3.uol. Sed in
propoſito feudũ iſtud eſt antiquum, quia
apud ipſum Ioan.Iac.non erat ex proui-
ſione propria, nec etiã patris eiꝰ,ſed ſuo-
rum maiorum,vt eſt plus q̃ notiſſimum.
Ergo ſequitur,quòd factũ eius, ſucceſſo-
ribus præiudicare nõ potuit. Donatio i-
gitur prædicta,& aliæ conuentiones per
ipſum factæ,non dñr aliquomodo præiu-
dicaſſe alijs Illuſt.Paleologis,qui poſt eũ
ad illud feudum vocabantur; etiã quòd
omnia fuiſſent facta cum conſenſu Im-
peratoris: vt voluit ſingulariter Bal. in c.
1.§.hoc quoq;. de ſucceſ. feud. refert, &
ſequitur Iaſ.in d.conſ.7.loco prçalleg.&
Curt.in trac.feud.in quarta parte,in ter-
tia regula.Quãuis hoc in caſu propoſito
nõ interuenerit,vt ex prædictis conſtat.

¶ Et hæc concluſio abſq; dubio procedit,
tenendo quòd feudũ per vaſallum alie-
natum (ſi ſit antiquũ) non aperitur dño,
ſed filijs,aut agnatis eius, vt ſcilicet ipſi
feudum recuperare poſſint,ſaltem mor-
tuo alienante: vt videtur text.in cap.1.§.
hoc quoq;.& ibi firmat glo.de ſucc.feud.
& ita etiã tenent ibi Iac.de Belui.Iſer.Bal.
Præpoſ.& alij,& dicit Imo.in c.2. de feu.
q, in iudicando non eſſet tutum recede-
re ab iſta opinione, quæ q̃uis per aliquos
non teneatur,tamen eſt magis commu-
niter approbata; vt per Iac. de ſanct. Ge-
org.in tract.feu. in ver. Et cum pacto de
non alienando. 7.col. ver. ſed quæro de
quæſtione pulchra. et eã aſſerit commu-
nem,& ſequitur Curt.in tract. feudor. in
4.concl.quintæ par.principalis: & per ꝓ-
dictos plures alij allegantur, qui hanc o-
pinionem tenent,ad quos me remitto, &
vltra allegatos,per eos ita concludit,plu-
ra allegando Alexan.in conſ.30.Quoniã
omne datum.4.col.1.vol.& Curt. ſenior.
in conſ.48.Memoriæ recolendæ. col.21.
ver.ſecundò reſpondetur. Et in propoſito
ſucceſſores donantis poſſent feudũ, ſi in
alium tranſlatum fuiſſet,petere, & recu-
perare,vt per Doct.in locis prædictis. Mul
to fortiùs poterit Illuſt.Ducissa Mantuæ,
vniuerſalis ſucceſſor in Marchionatu,
feudalia bona,de quibus agitur retinere,
ſi in poſſeſſionem miſſa fuerit, prout mit
167 ti debet,vt ſup.dixi. Nam cui damus a-
ctionem,eidem multo magis cõpetit ex-
ceptiò,l.1.§.his autem.ff.de ſuperfici. vel
ſi nondum poſſeſſione obtinuerit, impe-
dire poterit,ne Illuſt. Duci Sabaud. den-
tur talia bona. Eſt enim ipſe omninò à
tali petitione reijciendus;cùm,ſi poſſide-
ret,reſtituere teneretur, iuxtà l. dolo fa-
cit.ff.de exceptio.doli. cùm his, quæ ibi
per glo.& alios traduntur.

168 ¶ Nec huic tertio fundamento obſtant,
quæ ſupra contra illud dicebantur, in al-
legatis in contrariũ: nam ex his,quæ ſup.
dixi,defendendo præcedens fundamen-
tũ,quaſi ad omnia apparet reſponſum.

¶ Dum enim primò dicebatur,bona non
fuiſſe feudalia; vel ſecundò, quòd feudo-
rum naturam non ſapiebant, quo ad po-
tentiam alienandi.

¶ Reſpondetur,prout ẽt ſupra dixi, quòd
quicquid olim,anteq̃ ad Illuſtriſ.Paleo-
logos perueniſſet Marchionatus, dici po-
tuiſſet apud ipſos Paleologos, & præſer-
tim apud Illuſt.Ioan.Iac.donatorem, bo-
na erant feudalia, & pro talibus omninò

habe-

habebantur, & hodie ẽt haberi debent, vt ſupra dictũ fuit, qđ aliter non repetam.
169 ¶ Similiter etiam non obſtat tertia illa ſolutio, dum cõſiderabatur donationem eſſe factam in executionem laudi, ſeu pronunciamenti, &c. Quoniam & ad eã reſpondetur, prout fuit reſpõſum ſupra circa præcedens fundamentũ, hoc addito, q; quatenus ego nouiter, & poſtq̃ prædicta ſcripſerã, informatus fui, nullum reperitur factũ compromiſſum, ſed tantũ reperitur prolatũ pronunciamentũ illud, ſeu declaratio facta per illos Oratores inter partes ſe interponentes, ipſis partibus conſentientibus, & approbantibus: quo ſtante, ſequitur, quòd non pronunciamentũ, cũ nulla præcedente cõmiſſione factũ eſſet, ſed partium approbatio tantum veniebat attendenda: & ſic in propoſito noſtro ſola voluntas Illuſt. Marchionis Ioan. Iac. & eius primogeniti, qui ſuo facto ſucceſſoribus in Marchionatu præiudicare nõ potuerunt, vt ex prædictis cõſtat. Ex quo vltra iam dicta circa ſecundũ principale fundamentum, ex quibus nonnulla circa hoc redduntur ſuperflua; ſed quia in ſe vera ſunt, nolui amouere: euidentiſſimè cõſtat illam tertiã ſolutionem nihil pœnitus facere, nec contra illud ſecundum, nec contra iſtud tertium fundamentum.
¶ Et ſi quis dicat, q; ſaltem tacitè partes poſſunt dici compromiſiſſe patiendo ſic earũ cauſam tractari, & cognoſci, prout in aliquibus locis ſup. videor addidiſſe. Di-
170 cã hoc non eſſe admittendum, quia nõ reperitur iure compromiſſa tacitè fieri; & vbi quis illud velit, ſolutio ſeruiat, quã ſupra dedi circa præcedens fundamentũ.
171 Eo etiam addito, q; pro regula dici ſolet; Compromiſſum & laudũ inde ſequutũ in feudo antiquo, nõ nocere deſcendentib⁹, aut agnatis; qui ad illud ſuo iure vocãtur ex pacto, & gratia concedentis, vt ſcribit Iaſ. in cõſ. 168. In cauſa & lite. 10. col. ver. Tertiò & fortiùs. in 4. vol.
¶ Nec etiam obſtat illa confirmatio Maximiliani; quoniam illi iam ſupra reſpõſum fuit, quatuor modis, non repeto, ſed ad iam dicta me refero.
¶ Nec quicquã obſtat prædictis ſolutionibus, quòd Maximilianus in litteris illis confirmationis videatur voluiſſe præiudicare Marchioni Montisferrati tunc viuenti, & futuris eius ſucceſſoribus; & cum clauſula, ex certa ſcientia, & alijs.
172 ¶ Quoniã primò dico, quòd illud facere nõ potuit; quia cũ iam Federicus Imperator, & ipſe Maximilianus, reprobaſſent ꝑdictam donationem, cũ inde ſequutis, & liberè Paleologos inueſtiſſẽt de bonis omnibus Marchionat⁹; & ſic etiam de iſtis, de quibus agitur, dicitur ipſis Marchionibus ius quæſitũ, ita vt abſq; eorum culpa, per Imperatorem priuari non poſſent. arg. l. quotiens. & l. reſcripta. C. de ꝑcib. impera. offer. & videtur tex. vbi Doc. tradunt in c. 1. de feu. ſine cul. nõ amit. vo luit Bal. poſt glo. fin. ibi, in c. 1. §. notandum. de his qui feud. dare poſ. & ibi tradit Aluar. 2. col. ver. Ex qua gl. inferuntur duo. Decet enim à Principe conceſsum bñficium perpetuò remanere, & non tolli, c. decet, de reg. iur. lib. 6. Et maximè iſto caſu; vbi ſunt in prædictis inueſtituris, & reprobationibus clauſulæ derogatoriæ ad futura, & ꝓteſtationes, quòd nõ intendunt aliquomodo contrafacere, cũ clauſula annullatiua eorum, quæ in contrariũ, qñcunq; fierent, vt ex ſupra dictis conſtat: aliàs diceretur Imperator venire contra ꝓmiſſiones, & obligationes per eũ, & eius anteceſsores factas in prædictis inueſtituris, quod certè ei non permittit; iuxta l. digna vox. cũ ſua materia. C. de legi. & ea, quæ tradit Bal. in c. 1. in prin. de nat. feu. dũ dicit, quòd licèt Deus ſummo Imperatori ſubiecerit leges, non tñ ſubiecit contractus, ex quibus ipſe videtur obligari: & ĩ propoſito noſtro, licèt obiter, & vno verbo, ita voluit Fely. in c. quæ in Eccſarũ, mihi. col. 21. ver. Demũ, in hoc ſecundo mẽbro. de conſti. ſed pleniùs in col. 24. verſ. limita ſecundo, Ia.. in quodã conſ. incip. Circa primum. 3. col. ver. quartò facit. cum ſequ. quod reperitur inter conſilia Brun. nu. 8. Idem Iaſ. in conſ. 1. Præſupponitur in facto. 8. col. verſ. ſextò principaliter. 1. vol. & Curt. in tract. feud. in 12, q. ſecundæ partis principalis.
¶ Et maximè hoc dicendum eſt, cùm

Marchio Gulielmus, qui tempore prædi-
ctarum litterarũ, reſidebat in Marchio-
natu; non fuerit citatus per ea, quæ dixi-
mus ſup. in tertia rñſione, ad ꝑdictas lr̃as.
¶ Secundò ẽt dico, quòd nec creditur Im-
perator voluiſſe inferre præiudicium, ex
quo verè factũ non nouit. Si enim om-
nia, quæ in facto contingerant nouiſſet,
veroſimiliter non ita feciſſet; vel Paleo-
logis tam grande præiudicium inferretur
ſine culpa, & non citatis: iuxta d. ſupra in
prima reſponſione, ad illas litteras.
173 ¶ Nec iſtis obſtat clauſula; Ex certa
ſciẽtia, cũ alijs annexis, quia vltra ea, quæ
ſupra dicta ſunt, dico quòd clauſula non
operatur circa ea, q̃ ſunt facti, quæ Impe-
rator præſumitur ignorare; prout decla-
rat Bal. in l. fina. C. ſntiant reſcindi non
poſſ. tradit Corn. in conſ. 189. Quamquã
in hac. 3. col. ver. Et quòd clauſula: ex cer
ta ſcientia. 4. vol. Alex. in conſ. 111. Per-
ſpectis his. 3. col. ver. nec ad hoc obſtat. 6.
vol. Iaſ. in d. conſ. n. 8. Inter conſilia Brun.
col. fi. & Marth. de Afflict. in c. 1. in prin.
col. 3. verſ. Et hic ſubiungo. per quos fiat
inueſtit. cum concor. vt per Vital. de Cã-
ban. in tract. clauſularum, in clauſula, Ex
certa ſcientia, mihi in 4. car. 1. col. Et ma-
174 ximè hoc eſt dicendum, cũ ageretur de
maximo præiudicio Marchionum Mon-
tisferrati, & de auferendo eis iure iam
175 quæſito; circa quod prædicta clauſula,
non ſolet operari, vt per Corn. in loco ꝑ-
alleg. qui alleg. Rot. in deciſionibus; &
Alexan. in conſ. vt per eum, & rectò ani-
maduertenti: hoc idẽ voluit Alexan. in
d. conſ. 111. in loco prędicto. & apertè hoc
dixit in conſ. 215. Non obſtat ſi dicatur.
7. vol. & fuit de intentione Bal. in ꝑludijs
feudorum. col. 9. in verſ. aliqua. ſed pau-
ca, poſt mediũ, ibi, Vnde diſtingue &c. Et
põt dici, quòd iſta clauſula, ex certa ſcien
tia, & ẽt aliæ, fuerint poſitæ per Impera-
torẽ ea facultate, qua ipſe fuit induct⁹ ad
illã confirmationem concedendã; vide-
licet, non plenè de facto informatus, ſicut
etiam ſupra dicebam, circa primam re-
ſponſionem ad dictas litteras, reſponden-
do ad clauſulam, motu proprio, quæ etiã,
vt ibi dixi, non operatur, vt ius tertio
quæſitum auferatur.
176 ¶ Nec prædictis, & huic tertio funda-
mento obſtant aſſertæ ratificationes Gu-
lielmi, & Bonifacij, filiorũ Illuſt. Ioã. Iac.
donatoris prædicti; quoniã dici poteſt, ꝙ
de eis legittimè non conſtat. Non enim
177 aliquomodo cõſtat, quòd ſcripturę, quę
producuntur, ſint manu prædictorum Gu
178 lielmi, & Bonifacij. Nec etiam veroſi-
mile eſt, quũ eſſent impuberes, & etiam
quia non ſunt ſignatæ proprio ipſorũ ſi-
179 gillo, ſed ſigillo paterno, aut Ioãnis eo-
rum fratris. Nec eſt alienũ à veroſimili,
180 quòd ipſe pater, & Ioannes filius pri-
mogenitus, qui contraxerunt, & promi-
ſerunt Gulielmũ & Bonifacium ratifica-
turos tales ſcripturas, fecerint per alium
fieri nomine prædictorũ, vt ſcilicet pro-
miſſa ſeruaſſe videntur, & ita proprio a-
nulo ſignauerint: & tamen Gulielmus,
& Bonifacius nihil ſciuerint. Et ita hoc
videtur poſſe dici ſumpto argumento à
veroſimili. l. in obſcuris. ff. de reg. iur. c.
quia veroſimile. & ibi tradunt Abb. & a-
lij, de præſump. & l. ob crimen. §. fi. ff. de
181 teſti. cum ſimil. Nec vt audio ſubſcrip-
tiones prędictę aliquomõ probantur ma-
nu prædictorum Gulielmi, & Bonifacij, a-
liqua litterarum comparatione ſaltem le
gittima, & prout fieri debet; iuxtà l. com-
parationes. cũ auten. ſeq. C. de fide inſtru.
¶ Secundò poſito, ꝙ legittimè ꝓbarẽt di-
ctę ſubſcriptiones eſſe manu ꝓpria ipſorũ.
182. Adhuc rñdetur, quòd non videntur at-
tendendæ, quia factæ fuerũt ab impube-
ribus, & nihil pœnitus intelligẽtib⁹: iuxtà
l. 1. in fi. C. de fal. mone. vnde & ipſorum
præiudicium obſeruari, & conſiderari nõ
debent; & hoc in iure eſt expeditiſſimũ.
183. Nec obſtat aſſertum iuramẽtum, quia
illud nõ operatur in perſona impuberis,
qui iuramento nõ obligatur: vt l. qui iu-
raſſe. in prin. ff. de iureiur. & auten. ſacra-
menta puberũ, præallegata, & in corpo-
re, vnde ſumitur, procedit reſpectus pu-
berũ, ſeu adulatorum, vt ibi clarè dicit:
& Doct. ibi dicunt, poſt glo. ſed ipſi, vt ꝑ-
ſupponitur, erant impuberes: ergo &c.
184 ¶ Fateor tamẽ, ꝙ ſi prędictus Gulielm⁹,
& Bonifacius fuiſſent tunc doli capaces,

prædicta

prædicta concluſio non tranſiret ſine dif-
ficultate; quia Bart.& plerięq; alij, in d.au-
ten.ſacramenta puberum.tenent eo caſu
illum tex.habere locum in talibus impu-
beribus.& quamuis gl.ibi,& in corpore,
vnde ſumitur, in contrariũ teneat; cum
quá tranſeunt ibi Pet.de Anch.Cyn.Iac.
But.Ang.& Fulg.& Pau.de Caſt. in d. l.
qui iuraſſe. concludentes, q́ quicunq; ſit
impuber, etiã doli capax, non ligatur iu-
ramento, vt per eos, qui optimis rationi-
bus mouentur. Et quamuis eorum opinió
videatur in puncto iuris verior, prout eã
tenent Aluar.& alij Moder.in c.1.§.item
ſacramenta.de pace iuramen.firman. vt
ibi refert,& ſequitur Matth.de Afflict.in
3. præmiſſo. Tamen quia, vt dixi, multi
tenent cum Bart.in d.auten. ſacramenta
puberum.vt ibi per Iaſ.& alios, ſuper hoc
non inſtabo, nec maius fundamentum
faciam, quã iuſtitiæ, & equitati iudicare
debentium videbitur.

185 ¶ Et poſſet ad iuramentum aliter rñde-
ri, vt ſcilicet, tunc etiã proximum puber-
tati, ſeu doli capacem obliget; quando p̃ſ-
ſtatur ſuper contractu, qui non ſit nullus,
prout dixerunt aliqui relati, per Salyc. in
d.auten. ſacramenta puberũ. in 4.q. licèt
ipſe de hoc videatur dubitare; ſed nec in
hoc aliter me fundo, q̃ modo dixerim.

186 ¶ Et ideo tertio loco reſpondetur, quòd
prædictæ ratificationes, cum ſuis iuramẽ-
tis, ſi vnq̃ probabuntur, fuerunt factæ iu-
ſto, & ꝓbabili metu. Inprimis enim Gu-
lielmus,& Bonifacius tanquã filij, conſti-
tuti in ea ætate, vt nihil, aut certè parum
intelligerent, Patri eorum reuerenter
obtemperauerunt: ipſe enim, vt pater, &
dñs ſic fieri iuſſit, & illi ſic fecerunt, parũ
aut nihil conſiderantes. Ipſe aũt Ioã.Iac.
pater ſic fieri iuſſit iuſto metu ductus, ſe-
cundum quòd ſupra dictum fuit, defen-
dendo primum fundamentum princi-
pale, de meticuloſitate ſcilicet donatio-
nis, & aliorum inde ſequutorum.

187 Metus enim ita operatur ad reſciſionẽ
actus, vt etiam iuramentum ſic præſtitũ,
vires non habeat; vt d.auten. ſacramenta
puberum. & ibi per Doct.

188 ¶ Quartò etiam põt ad illas ratificatio-
nes reſponderi, etiam q́ à puberibus fa-
ctæ fuiſſent, q́ non ſunt attendendæ ra-
tione enormiſſimę læſionis; quã ipſi Gu-
lielmus, & Bonifacius ratificantes patie-
bantur in deterioratione ſatis turpi Mar-
chionatus prædicti, & in amiſſione maio-
ris partis eius, quam faciebant ex p̃dicta
donatione, ſi valuiſſet. Nam veriſſima ẽ
189 concluſio, q́ conuentio quęlibet, etiam
iuramento firmata ſeruari non debet, ſi
quis enormiſſimè per illã lęderetur, & ad
iniquum res redigeretur; iuramentum
enim non debet eſſe iniquitatis vinculũ,
c.inter cætera.22.q.4.& c.4.cum ſimil. de
iureiur.& alibi dicitur, q́ iuramentũ de-
190 bet habere tres comites, iudicium ſcili-
cet, veritatem, & iuſtitiam; vt dicebat
Hieron. relatus in c.fi.circa med.22.q.4.
Sed in ꝓpoſito nulla iuſtitia videtur pati,
q́ prædicti Gulielmus, & Bonifacius in tã
tenera ætate conſtituti, ita enormiſſimè
læſi fuiſſent; cùm ad id nullum eorũ iu-
dicium conſiderari poſſet. ſm̃ Bal.in §.itẽ
ſacramẽta. in c.1.de pace iur.firman. qui
etiam dixit in rub.C.de rerũ permut.cir-
ca fin. quòd mulieres, & minores ex ſim-
plicitate contraxiſſe creduntur; & ſic nõ
ex iudicio, quando valde damnificantur.
Iuſtitia ergo, & iudicio deficientibus, iu-
191 ramentũ non ligauit; cùm non iura-
mentũ, ſed potiùs periurium potuerit ap-
pellari: vt d.c.fin. Et quòd vbi contingit,
192 quem enormiter lędi, maximè ſi ſit mi-
nor, iuramenti vires impediantur, quaſi
q́ ex tali læſione re ipſa dolus videatur in
terceſſiſſe. tenuit Feder. de Sen. in conſ.
199. Quæritur an D. Margarita. Petr. de
Anchar. in conſ.83. Viſis diligenter actis.
in conſ.180. Viſa diligenter. col. fi. & in
conſ.375. in ſupradicta quietatione, poſt
prin. Abb.in conſ.107. Quatuor dubia. in
2.& 3. dubio, lib.2. Rapha. Cuma. in cõſ.
180. Videtur prima fronte. Barba. in cõſ.
21. Et quidem viſo puncto. 4. col. 1. vol.
patruus, & D. meus Soci. in conſ.283. Ca-
pio primum. 3.& 4. col. Corn. in conſ.124
Multum diffusè. 3. vol. & in conſ. 258.
Quamquã in hac. 4. col. in prin. in 4. vol.
Deci. in conſ.45. Quod ſupra maturè. in
prin.& in conſ.180. Viſa renunciaione,

in 2.dub.per totum. Vbi longè diſputan-
do iſtam opin.defendit, & dicit eſſe com
munē; & eam etiā ſequitur,& aſſerit cō-
munē inſignis modernus D.Io.Franc. de
Ripa. in lib. 3. rerum, capite 15.licèt do-
natio.4.& 5.col.vbi ēt plures alios alleg.
193 ¶ Præterea iuramentū illorum,poſito,ꝙ
eos ligaſſet,non obeſt eorum ſucceſſori-
bus; cùm iuramētum ſit perſonale, & cū
perſona ius eius extinguatur.c.per tuas.in
fi.de arbit.& no.Innoc.& alij,in c. veri-
tatis.de iureiurā. Succeſſores ergo dicto-
rum Gulielmi,& Bonifacij ad aliquid nō
tenentur vigore eorum ratificationis, &
194 iuramenti. Nam cū eſſent impuberes,
ratificatio per ſe nulla fuit: per prædicta;
& iuramentū,vt dixi, dicitur perſonale,
nec tranſit ad ſucceſſores;quādo erat ſu-
per actu ꝺ ſe inualido,prout in ſimili deter
minat Henric.de Bouen. in d.autem. ſa-
cramenta puberū. circa cām materialē,
in ſecundo membro princip.in fin. i ver.
Et ex hoc, quòd pactum.& ita etiam fir-
mat Guid.Pap.in conſ. 180.Circa proceſ
ſum.3 & 4.col.vbi plura alia ad hoc al-
leg.ad quem me remitto.
195 ¶ Et ſi contra prædicta dicatur,ꝙ prędi-
cti Gulielmus,& Bonifacius,& eorum hę
redes,non debent donationi prædictæ,&
alijs conuentionibus potuiſſe contrauc-
nire,velut hæredes Illuſt.Ioan.Iaci.& eiꝰ
primogeniti;qui prędictos contractus fe-
cerint,cùm hæres contra factum defun-
cti venire nō poſſit.l.cū à matre.& ibi per
doc.C.de rei ven. Et ita hodie dicatur,ꝙ
Illuſt.D.Margarita,tanꝗ de hærede hæ-
redū,licèt per interpoſitas perſonas; quia
ſic poteſt dici hæres ipſius Io.Iac.& Ioan
nis,per l.fi.C.de hæred.inſtit.
196 ¶ Reſpondetur inprimis, quòd regula
d.l.cū à matre,non procedit reſpectu a-
ctus nulliter geſti,quia talē actū rōne nul
litatis eius hæres non tenetur ſeruare,ſed
cōtractus prædicti, videlicet,donatio, &
alia inde ſequuta fuerūt nulla: ergo &c.
197 ¶ Præterea tollitur circa hoc omnis dif-
ficultas,quia,vt in pūcto dr, Gulielmꝰ nō
fuit hæres,nec patris,nec fratris primogē
niti; & idem audio de Bonifacio: vnde ſi
neuter eorum fuit hr̄s cōtrahētium, cla-
rè ſequitur regulam d.l.cùm à matre, nō
eſſe ad propoſitum.
198 ¶ Et ſi tunc dicatur,quòd ſi non fuerunt
hæredes,non potuerunt in feudo ſucce-
dere patri eorum,vt in c.1. an agnat. vel
fil. defuncti.&c.
199 ¶ Reſponderi poteſt, primò, ꝙ de hoc
non eſt quærendum nunc,nec per Illuſ.
Ducem Sabaud. poteſt allegari, cùm ad
eū nihil de hoc attineat. Etenim ꝑ Mar-
chiones Montisferrati, & hodie per D.
Margaritam dici potuiſſet,& poteſt,quo
ad te liberas ædes habeo; iuxta l.loci cor-
pꝰ.§.pen.ff.de ſerui.ven. Pro regula enim
dicimus,ꝙ non licet de iure tertij, nullo
modo ad ſe ſpectantis opponere: vt per
Bart.& alios,in l.a.ff.de execu.rei iud. Et
licet illa regula limitetur vno, vel duobꝰ
caſibus, vt colligitur ex dictis Bart.ibi,&
aliorum; tamen rectè intuenti apparebit
non eſſe in aliquo ex illis caſibus, & ideo
regulæ ſtare debemus.
200 ¶ Prætereà & ſecundò,dico,ꝙ illud op-
timè iuſtificari poteſt. Et licèt dici fortè
poſſet,ꝙ diſpoſitio illius c.1.procedit ſo-
lū reſpectu feudi paterni,& non reſpectu
antiqui,cū feudum antiquum non tran-
ſeat ad filium: ex aliquo facto patris, ſed
ex ꝓuiſione antiquorū ſuorum, vt ſic eo
caſu poſſit filius feudū antiquum retine-
re,etiam patris hæreditate repudiata: &
ita aliàs vidi conſultū per auum meū D.
Marian.Socin.pro quo facit deciſio Ol-
drad.conſ.294.vltra iam dicta, quam re-
fert,& ſequitur Deci. in conſ. 396. Viſis
his.2.col. Dum ambo volunt,quòd repu-
dians hæreditatem patris,non repellitur
ab his,quæ ad eū perueniunt,non ex cau-
ſa hæreditaria,ſed diuerſa; & ſic in pro-
poſito à feudo antiquo;cū non hæredita-
rio iure,ſed ex pacto, & prouidentia &c.
ad ipſum eſſet peruenturū, ad quod etiā
poſſent plura adduci; tamen ſuper eo ad
pn̄s non inſtabo,tanꝗ ſuper non neceſſa-
rio. Et dico ꝙ Gulielmus in feudo nō ſuc
ceſſit patri, ſed ei ſucceſſit Ioannes pri-
mogenitus,qui etiā ei fuit hæres;& ita ſa-
tisfactum fuit d.c.1. Ei autem poſtea ſuc-
ceſſit frater Gulielmus, qui iure optimo
in feudo ſuccedere potuit eius hæredita-
te

te repudiata: vt clarè dicitur in d. c. 1. & in c. 1. §. filius, de capit. qui cur. vend. Et in propoſito de fratre videtur caſus; in c. 1. §. ſi de feu. contenſ. ſit inter dom. & agn.

201 ¶ Hæc autē oīa, quæ in hoc tertio principali fundamento diximus, procedunt tenendo, q per donationem prædictam abſq; conſenſu Imperatoris factā, feudū non fuerit ipſi Dño Imperatori apertū, ſed filijs, & agnatis donatoris, prout dixi circa principium huius fundamenti.

¶ Verū ſi quis velit, q immo ipſi Imperatori fuerit apertū, prout pleriq; tenuerūt, & inter alios, ita affirmat Aret. in cōſ. 14. Viſa & diligenter mihi. col. 10. ver. Venio ad ſecundū, vbi etiam dicit, quòd iſta opin. eſt cōis, & verior, vt puto. Per aliā viam Paleologi fuerunt admiſſi, & nunc Illuſt. Dux venit excludendus. Nā poſito hoc, q ad Imperatorem redierit feudū pro rebus, quas Ioan. Iac. donauit; ſequitur, vt poſtea apud Gulielmum fuerint tales res ex noua inueſtitura, ipſi per Federicū Imperatorem conceſſa de illis rebus, vnà cum reliquo ipſius Marchionatus; & ſimiliter poſtea peruenerunt ad Bonifacium, & deinde ad ſuos poſteros, per inueſtituras de ipſis factas. Fuit enim condecens, vt Imperator feudum ad ſe reuerſum alteri concederet, vt dicit Bal. in c. 1. §. ſi verò. in vltimis verbis, per illum tex. qualiter olim feu. alien. pote. refert, & ſequitur Barb. in c. Sedes. 4. not. de reſcrip. Et potuit Imperator cuicunque voluerit concedere, per l. in re mandata. C. mādati. & videtur tex. in c. 1. in ver. liberè. vbi Doct. extra, de feu. & ita concludit Fulg. in conſ. 222. Nobiles quidam, & Corne. conſ. 196. Circa præſentem. 2. col. in fi. 2. vol. cum multis, quæ ad hoc allegari poſſent. Et in ſpecie æquum, atq; honeſtum fuit, vt concederetur prædicto Gulielmo, & poſtmodū Bonifacio, & eius ſucceſſoribus: arg. eorum, quæ not. Bart. in l. 1. §. permittitur. ff. de aqua quotidi. & æſtiua.

¶ Et ita tenendo, ad illud, quòd Gulielm[9] non fuit hæres patris, aliter rn̄detur; quia ſcilicet filius abſtinens à paterna hæreditate, non prohibetur feudū, quod patris fuerat, ex noua inueſtitura, tanq̄ nouum feudum acceptare; vt probatur in d. c. 1. an agn. vel fil. & ita in terminis noſtris concludit Aret. in d. conſ. 14. loco præalleg. Et his ſtantibus, Illuſt. Dux Sabaud. aperto iure venit excludendus, quia cùm per illam donationem nihil in eum fuerit tranſlatum, ſed feudum fuerit Imperatori apertū, vana & futilis fuit inueſtiturā, quā ipſe de rebus donatis fecit: meritò igitur in ea ſe fundans, vti nullum ius habens omninò excludi debet.

202 ¶ Præterea, & quarto loco: Principaliter venit excludendus Dux prædictus ex alio, quia eſto (ſine præiudicio veritatis) q donatio, & omnia inde ſequuta ab initio valuerint; tamen Marchio Montisferrati, qui tunc erat, aut aliquis eius ſucceſſor, non potuit, nec poteſt aſtringi ad illorum obſeruantiā, ex eo, quia Illuſ. Dux Sabaud. in illis conuentionibus illam donationē ſequentibus, & etiam præcedentibus, quædam verſa vice promiſit Illuſt. Marchioni Ioan. Iacobo, & ſucceſſorib[9]; quæ, vt mihi præſupponitur, nunq̄ per eū fuerunt adimpleta, ſed euidētiſſimè fuit contrauentum. Quo poſito, ſequitur, q

203 nec ei tanquàm fidem frangēti, eſt ſeruanda fides per Marchiones Montisferrati: iuxtā regulam l. cū proponas, la 2. & ibi tradunt Bart. & alij, C. de pact. & tradunt Doct. poſt gloſ. ibi, in l. qui fidem. ff. de tranſact. facit l. Iulianus. §. offerri. & l. qui pendentem. ff. de act. empt. l. quæro. §. inter locatorem. ff. locati. & l. ſue apud acta. C. de tranſact. cum ſimilibus.

204 ¶ Et adeo vera eſt regula iſta, vt ſcilicet non ſeruanti fidem, nōn ſit fides ſeruanda; vt procedat etiā, ſi de obſeruando ſit interpoſitum iuramentū; vt in c. peruenit, il 2. & c. ſicut, il 3. de iureiuran. & vtrobiq; dicunt Doct. & traditur etiā per illum tex. in l. ſi quis maior. C. de tranſactio. & voluit Alex. in conſ. 105. Magnifice prætor. col. 5. verſ. Item reſpondeo, q vbicunq;. 3. vol. refert, & ſequitur Deci. ī d. l. cùm proponas. 3. not. in tertia ampliatione. Et ſic ī propoſito noſtro Marchiones Montisferrati, etiā qui prædictas conuentiones fecerunt, non tenebantur eas obſeruare, etiam q de obſeruando præ-

ſtitiſſent

ſtitiſſent iuramentum:ex quo eis per Il-
luſt.Ducem Sabau.non fuerunt conuen-
tiones illæ pro ſua parte ſeruatæ, ſed po-
tiùs eis contráuenerit.ita in ſimili arguit
Roma.in conſ.244.Pro euidentia dicen-
dorũ.poſt prin.ver.Et primò quia ex quo,
Imo.in conſ.15.In caſu præmiſſo videre-
tur.in prin.& Alex.in conſ.52.Oportunè
cõſiderato.prope fin.ver.Plus dico,quòd
dato &c. 2.vol. & Iaſ.in conſ.4.Dñs Bap
tiſta. in prin.3.volum. vbi plura dicit ad
propoſitum,cum multis alijs,quæ ad hoc
allegari poſſent.

205 ¶Et maximè hoc dici debet in propoſi-
to;in materia feudali,in qua circa fidem
inuicem obſeruandam dñus, & vaſallus
pari paſſu ambulant,& eadem culpa in-
uicem iure ſuo priuantur:vt in c.1.Qua-
liter dñs propric.pri. & in c.1.dño.ſi de
feu.conten.fit inter dom.& agn. & vtro-
biq; no.Doct.& traditur etiam per illum
tex.in c.1.in fin.de forma fidei.& hanc
conclusionem in ꝓpoſito noſtro firmat
Aret.in d.conſ.14.in 5.& vlt.dubio.in 1.
concl.Sic itaq; videtur concludendum Il
luſt.D.Margaritam Ducissam Mant. &
Mõtisferrati Marchioniſſam,non teneri
ad obſeruantiam conuentionum olim
initarum inter Illuſt.Ioan.Iac.Marchio-
nem Montisferrati,& Illuſt. Ducem Sa-
baud.etiam ex hoc quarto fundamento,
quia ſcilicet prædictus Dux minimè ob-
ſeruauit, nec adimpleuit ex parte ſua,
quæ illi vigore earundem cõuentionum
incumbebant.

¶Super quo fundamento ad eius corro-
boratione,alia multa dici poſſent,ſed am
pliùs ſuper eo nõ inſtabo, quia iam lon-
gior propoſito fui;& etiam quia non eſt
neceſſarium: Cũ quodlibet ex tribus fun
damentis præcedentibus de per ſe ſuffi-
ciat,& ſimul iuncta reddant concluſionẽ
noſtram indubitabilem. Et eiſdem cau-
ſis prætermitto quædam alia fundamen-
ta,quæ pro Illuſt.Ducibus Mant.fieri poſ
ſent. Faciendo ergo finem huic ſecundę
quæſtioni principaliter propoſitæ, cõclu-
do Illuſt.Duci Sabaud.nullum ius com-
petere occaſione donationis, infeuda-
tionis, & aliorum indę ſequutorum, de
quibus in ſua petitione.

206 ¶Circa tertiam & vltimã quæſtionem,
videtur primo aſpectu dicendũ, olim D.
Blancam,& nunc Illuſt.Ducem Sabaud.
eius hæredem teſtamentarium,poſſe pe-
tere hęreditatẽ Marchionis Gulielmi pa-
tris dictæ D.Blancæ, pro ſua rata. Nam
clara eſt regula,ꝙ decedentium ab inte-
ſtato hrđitas,primo loco defertur filijs e-
ius,tam fœminis,q̃ maſculis; vt in auten.
in ſucceſſione,& in corpore,vñ ſumitur,
C.de ſuis & legiti.vnde cũ prædictus Gu-
lielmus inteſtatus deceſſerit,abſq; dubio
eius hæreditas,pro ſua rata delata fuit D.
Blancæ prædictæ: meritò nunc videtur,ꝙ
per Ducem Sabau.eius hæredem, & per-
ſonam eius repræſentantem peti poſſit.

207 ¶Nec videtur obſtare,quòd D. Blanca
renunciáuerit paternam hæreditatem Il-
luſtr.Marchioni Bonifacio eius patruo;
ſeu illi de tali hæreditate finem fecerit,
& pactum de non petendo.

208 ¶Quoniam videtur reſponderi poſſe,ꝙ
209 illa in tali renunciatione dicitur fuiſſe
enormiter læſa,tum facilitate intellectus
eius, (erat enim multũ iuuenis, & parum
210 ſupra 12.annum) tum etiã quodam re-
uerentiali metu patrui prædicti; prout a-
liàs in iuuencula,de metu fratris maioris,
concludit Aret.in conſ.24. Quatuor du-
bia.in 2.dubitatione.Et propterea atten-
ta tali enormi læſione non debet impe-
diri,quin ipſa,vel eius hæres,ius ſuũ pro-
211 ſequatur, quamuis in prædicta renun-
ciatione interuenerit iuramentũ, per ea,
quæ ſup.dixi in 2.q.dum quarto loco re-
ſpondi ad ratificationes Gulielmi, & Bo-
nifacij; & vltra ibi dicta in terminis, de
muliere renunciãte magnam hæreditatẽ
212 eius valorem ignorante,voluit Petr.de
Anch.in c.quamuis,de pac.lib.6.& in c.1
de conſtit.in antiquis.prout refert, & ſe-
quitur Aret.in conſ.83.Viſo legato.2.col.
Concludunt enim ipſi,ꝙ talis mulier, nõ
obſtante iuramento,propter enormẽ læ-
ſionem poteſt venire contra ſuam renun
ciationem: quod etiam in pulchro caſu
determinat Iaſ.in conſ.133.Proponitur
in facto.3.& 4.col.ver. Sed præmiſſis nõ
obſtantib.4.vol.& in conſ.160.Quidam
nobilis,

nobilis,2.col.2.vol.vet.Tertiò principal.

213 ¶His tamen non obſtãtibus cõtrariũ de iure,in caſu noſtro dicendum eſt,& illud indubitatũ arbitror;& ſic intrepidè concludo Illuſt.Ducem Sabaud.eſto,q̃ ſit hæres D. Blancæ,hæreditatem Marchionis Gulielmi,eiuſdem D.Blancæ patris,petere nullo modo poſſe.

214 ¶Et primò repellendus eſt exceptione pacti de non petẽdo renunciationis,finis, quietationis,& liberationis,qđ,vel quas fecit D.Blanca Illuſt.Marchioni Bonifacio,& ſuis ſucceſſoribus:Iura enim ſua remittentibus,non eſt dandus regreſſus.l. quæritur.§.ſi venditor.ff.de edili.edi.c.1. §.præterea.quibus mod.feud.amit.& c. quam periculoſum.7.q.1.cum ſimil. Pa-

215 cta ſi quidem,conuentiones,& contractus ab initio procedunt ex voluntate; poſtq̃ autem facta fuerint, ex neceſſitate ſeruari debent l.ſicut C.de act.& oblig.l. incommodato.§.ſicut.ff.cõmo.cum ſim.

216 ¶Et eo maximè vera eſt concluſio prædicta, quia ipſa D. Blanca proprio iuramẽto pactum, renunciationẽ,& quietationem firmauit,& eis ꝓmiſit nullo modo cõtrauenire per ſe, vel eius hæredes, quoquo modo, propter quod iuramentũ dicitur ipſa excluſa à remedio reſtõnis in integrum, ſi ei aut ſuis hæredibus cõpetere potuiſſet,vt eſt caſus in auten. ſacramenta puberum,ſup.ſæpius allegata.C.ſi aduer.ven.& ibi plenè tradunt Docto.

¶Nec dicatur, quòd iuramentum velut perſonale,non ligat hæredes, vt ſup. dicebam ad allud propoſitum.

217 ¶Quoniam procedere poteſt, qñ actus per iuramentum nõ firmaretur, ſed ſolũ periurij metu contractus ſeruaretur;& in his terminis loquebar ſup.At in caſu noſtro nõ ſic eſt,valuit enim pactum,& renunciatio D.Blancæ,& firmata eſt iuramenti vinculo, propter quod minor pro maiori habetur;& ſic in effectu ita firmatur contractus, vt tollatur remedium reſtitutionis in integr. prout declarant Doct.in d.auten.ſacramenta puberum.

218 ¶Confirmatur iſta concluſio:quia cùm D.Blanca fecerit quietationem, finem, & pactũ de vlteriùs non petendo, dicitur in effectu donaſſe:vt voluit Bal. in l. fin. 3.col.ver.Sed hic incidenter quæritur.C. de pact.Dicens cautius eſſe,vt verba concipiantur per viam pacti de non petẽdo; quia tunc habebunt vim donationis: & ita etiam concludit Alex.in conſ.149.Viſo themate.3.col.ver.idem confirmatur.

219 7.vol. Et iſta donatio dicitur facta ob cauſam,& propter benemerita,quæ cauſa eſt particulariter expreſſa; videlicet, quia Illuſt. Marchio Bonifacius patruus eius,cũ maximo affectu curauerat, quòd D. Blanca honorificentiſſimè nuberet, Illuſt.Duci Sabau.cum ampliſſima dote ducat.80000. per ipſum ſoluendorum, & cum augumento ducatorum 20000. & duario, per ipſum Ducem faciendis, prout ſtatim,& eadem die factum fuit.

220 ¶Ex quo ſequitur,quòd cũ fuerit donatio ob cauſam,quæ verè fuit adimpleta, non conuenit velle talem donationem reuocare,arg.totius tit.ff.& C.de condit.

221 ob cauſam.&etiã ſequitur,quòd de iure valuit abſq; aliqua inſinuatione, licèt exceſſerit ſummã quingentorum aureorum.iuxtã doctr.Bart.cõmuniter approbatam,in l.aquilius regulus.ff.de donat. Et cũ benemerita fuerint ſpecificata,& veriſſima,tollitur obiectum,quod poſſet fieri de doctrina Bart. in l. ſi fortè. ff. de caſtren.pec.& de eo, quod voluit Deci. in l.ſi donatione.5.col.ver.Tertius caſus, de colla. de quibus ſupra memini ad aliud propoſitum.

222 ¶Et pro iſtis facit,quia cũ D.Blanca ſtatim fuerit tradita nuptui,cum optima,& conuenientiſſima dote,eidem conſtituta à patruo,qui dotare non tenebatur,renunciatio,& donatio prædicta, ſumma ratione conſeruari debet: vt ſignanter ſcribit,& dicit eſſe aduertendum, Iaſ. in conſ.3.Præſupponitur in facto.col.fi.ver. Secundò præmitto.1.vol.

¶Nec huic fũdamẽto renunciationis, & pacti ꝑdicti obſtant allegata in cõtrariũ.

223 ¶Quoniã abſolutè negatur, quòd Dña Blanca fuerit decepta,non dico enormiter,ſed nec in aliquo: immo potiùs plus conſequuta fuit,q̃ remiſerit,ſeu donauerit. Nam cũ pater eius Gulielmus non

fuerit

fuerit hæres patris eius, nec prædefuncti fratris; certè parum in bonis, & hæreditate eius inueniebatur; videlicet, illud tãtum, quod ipſe viuens acquiſierat, ſtatus enim, & Marchionatus Montisferrati, cũ omnibus bonis eius, cũ apud eum eſſet iure feudi; non obſtante, quòd non fuerit hæres patris, aut fratris, (vt ſup. dictũ eſt) non dicitur fuiſſe in hæreditate eius. Ex quo enim erat feudũ antiquum ex prouidentia, & gratia concedentis, ad eũ peruenerat, & de eo poſtea tranſiuit in fratrem Bonifaciũ eodem iure, & non iure hæreditario, vt ſic non diceretur fuiſſe aliquomodo in hæreditate ipſius Guilielmi; vt ex dictis ſupra in 2.q. conſtat, maximè circa tertium fundamentum principalẽ. Solũ ergo in hæreditate Guilelmi patris dictæ D. Blancæ, erant bona allodialia, & libera, ſi quæ habebat; quæ certè, vt mihi refertur, & veroſimile eſt, nõ aſcendebant ad æſti mationem 80000. ducat. ad quam patruus eius Bonifacius, ſe pro ipſa obligauerat. Et poſito etiam, ꝙ talia bona allodialia fuiſſent in aliquo maioris æſtimationis, non tamen aſcen-
224 debant ad duplũ. vnde cũ Dña Blanca non fuiſſet vnica filia, ſed haberet ſororẽ D. Ioannam, abſq; dubio pro ſua rata nõ inueniſſet in hæreditate patris, quantum
225 ipſa à patruo recepit. Et qui contrariũ dicit, probare debet, iuxta ſingularem illã glo. cõiter approbatam, in l. cũ de lege. ff. de probat. de qua per Bart. & alios, in rub. ff. de noui oper. nun. prope finem.

¶ Et quando etiã probaretur, quòd ſupra dictam ſummã fuiſſet in dicta hæreditate, pro rata D. Blancæ, (quod tamen non creditur) adhuc non poteſt dici decepta, cũ ex cura, & diligentia patrui, ipſa habuerit pro dotis augumento ſummam ducat. 20000. vt conſtat ex inſtrumento renunciationis, & pacti prædicti, & ex inſtrumẽto matrimonij; & ſic ſequitur clara concluſio, quòd D. Blanca prædicta, in renunciatione, & pacto prędictis in nullo læſa fuit, vel ſaltem non fuit enormiter læſa. Quo poſito, ceſſant omnia in cõtrarium allegata, quæ prout in eis dicitur, ſolum procedunt quando renuncians, & iurans enormiter lædatur.

¶ Nec reuerentialis metus in contrariũ allegatus obſtat.

¶ Primò, quia nõ ꝓcedunt allegata in cõtrariũ, niſi deceptio ꝑſupponatur, vt dixi.

¶ Et ſecundò dico, quòd non ſufficit pręſentia puta patris, fratris, vel in caſu nr̃o. patrui, vt per eam inducatur metus potens ad reſcindendũ contractum; ſed requiritur, quòd interuenerint minæ, vel
226 verbera. ſm̃ Bart. in l. 1. §. quæ onerandæ. in fin. ff. quarum rerum act. non da. cũ quo eſt communis opin. vt per Iaſ. qui alios alleg. in d. conſ. 3. col. pen. in prin. 1. vol. In caſu autem iſto, minæ nõ interuenerunt, ſed benemerita, & quidem maxima, vt ex prædictis patet; ergo &c.
227 ¶ Secundò principaliter dico, Illuſt. Ducem, vti hæredem D. Blancæ, omninò excludendum eſſe à petitione, quam facit de dicta hæreditate, per exceptionem legittimæ præſcriptionis.

¶ Et primò, ex parte Marchionum Montisferrati, qui poſſederunt bona prędictę hæreditatis, pro rata D. Blancæ titulo pro donato, dici poſſet, quòd cũ in eis eſſet et bona fides, vſucępcrũt res mobiles triẽ-
228 nio, immobiles præſcripſerunt longo tp̃e, ſcilicet decem, vel viginti annorũ; iuxtà tex. inſtit. de vſucap. in princ. & l. fin. & per totum tit. C. de præſcrip. longi
229 temporis decẽ, vel viginti annor. habuerunt enim titulũ pro donato ex eo, quia renunciatio facta per viam finis, liberationis, & pacti de non petendo, in effectu importat donationem. ſm̃ Bal. in l. fin. C. de pac. & ſup. dixi. Bona verò fides præſumitur ex titulo, & poſſeſſione, etiã
230 ſi titulus non fuiſſet verus, ſed putatiu*; vt declarat Bart. in l. celſus. 4. col. dum de bona fide loquitur. ff. de vſucap. Cùm quo tranſeunt ibi Doct. vt per inſignem moder. D. Ioan. Franc. Balb. ibi, col. 30. ver. Secunda concluſio. pro quo videtur text. in c. auditis. & in c. cũ olim. de præſcript. Quæ iura ita firmando, ad hoc ponderat And. Sicul. in conſ. 4. Illud afferam in medium. 10. col. ver. Et ſi quiſpiam opponat. 1. vol. facit. l. pen. C. de euict. ex qua, ſecundum glo. fina. ibi colligitur, ꝙ in

in dubio præſumitur bona fides.

¶Et licet agamus de hæreditate petẽda, & de actione perſonali, tamen vbi aduerſus prædictos Marchiones titulo poſſidẽtes competijſſet, cũ tunc excederet ſuos terminos; quia regulariter contra titulo poſſidentem non datur. l. regu. ff. de petit. hæred. cùm legibus ſeq. excederetur à non ſuis terminis; vt ſic triennalis vſucapio, vel longi temporis præſcriptio dicatur proceſſiſſe, & habuiſſe locum, vt ſignanter concludit Angel. in conſ. ſuo deciſiuo. n. 84. Viſis quibuſdã actis. in quarto dubio. & Ang. Aret. poſt Io. Fab. inſtit. de vſucap. in princ. 2. col. in ver. in eadem glo. ibi ſecus in petit. hæred. & eſt glo. fi. in l. fi. vbi per Doct. C. de edic. diui Adria. tol. & in l. pen. C. in quibus cauſ. ceſ. long. temp. præſcrip.

231 ¶Secundò etiam dico, ꝙ ex parte Dñæ Blancæ, & eius hæredis, contra eos, & ipſorum negligentiã cucurrit præſcriptio ſaltẽ 30. vel 40. annorum; qui lapſi fuerũt poſtq̃ Marchiones Montisferrati ex cauſa prædictæ donationis poſſidere cœperunt. Nam cũ cœperint poſſidere de anno 1485. vſq; ad mortem Marchionis Io. Georg. nouiter defuncti, poſſederunt pacificè per annos 48. in circa: meritò ergo pars D. Blancæ dicitur ſua negligẽtia excluſa per præſcriptionem longiſſimi temporis: vt C. de præſcriptio 30. vel 40. annor. per totum, etiam ſi Marchiones Mõtisferrati abſque titulo poſſediſſent; vt. l. ſicut. l. omnes. & l. ſi quis emptionis. §. primo. eodem tit.

232 ¶Et in ſpecie, ꝙ petitioni hæreditatis pſcribatur ſpacio 30. annor. voluerunt cõmuniter Doct. in l. licet. C. de iure delibe. & in l. quãdiu. la 1. ff. de acquir. hęre. ſentiunt etiam Doct. poſt glo. ibi, in l. hæreditatis. C. de petit. hæred. tradit Alex. in cõſ. 129. videretur prima cõſideratione, in 6. vol. dicẽs ita eſſe cõem opin. cũ concor. vt ſcribit Ioan. Fran. Balb. in d. tract. in 4. par. quartæ partis principalis, 1 q. 16.

106 ¶ Non obſtat confirmatio Maximiliani, ſeu etiā moderni Imperatoris facta de donatione, & feudo, quia non valent. Tū, quia non fuit narratū qualiter donationes fuerunt factæ propter metū, vt dixi in
107 primo fundamento. Immo, & ſi narratum fuiſſet de metu, non potuiſſet Princeps confirmare facta per metum, vt dixi in decimoquarto fundamento. Secundò, quia qñ ſunt plura obſtacula, non ſufficit generalis clauſula, non obſtantibus; ideo
108 dicitur ſurreptitia, vt dixi in ſecūdo fundamento. Tertiò, quia priuilegium Ducis eſt odioſum, Marchionum fauorabi-
109 le; ideo præualet illud, vt dixi in ſeptimo fundamēto: quia in iſto eſt verè clauſula, motus proprij, in illo non, vt dixi. Item quia iſta eſt ſecundū ius, & reuertit̃ ad priſtinum ſtatum, illa contra ius, vt dixi in nono fundamento, & decimo.
110 Quartò, quia eſt vitium ignorantiæ, cū implicitè ſciuerit donationes, non eius qualitates, vt in vndecimo fundamento.
111 Item quintò dico, quod ceſſat ratio, in qua fundatur confirmatio Ducis, cùm ſit nulla, vt dixi in duodecimo fundamēto. Item & ſextò, quia intelligitur ſemper ſ iuſtis, vt in decimotertio fundamento.
112 Item & ſeptimò, quia iuri contraria eſt talis conceſſio; ideo requirebatur ſpecifica mentio de metu, vt dixi in quartode-
113 cimo fundamento. Octauo, reddit̃ nulla propter expreſſam falſitatem, cùm ſe fundet in donatione, quæ fuit nulla; cùm patria ſint non eſſe, & eſſe, ſed nulliter, vt dixi in quintodecimo fundamento.

Nec

114 Nec clauſula motus proprij,& ex certa
ſcientia,& nõ obſtantibus nocet,vt in de
115 cimoſexto fundamento. Nono, nõ po-
tuit Princeps facere in præiudicium iuris
quæſiti,vt in decimoſeptimo fundamen
116 to. Nec factũ donationis potuit præiu-
dicare ſucceſſoribus Marchionis, vt in
117 decimooctauo fundamẽto. Decimo rñ-
deo,ꝙ non valuit illa confirmatio, & cõ-
ceſſio ratione deficientis voluntatis,pro-
pter clauſulã derogatoriam, poſitam in
priuilegijs Marchionũ, quæ facit defice-
re voluntatem concedentis, niſi de ver-
bo ad verbum fiat mentio de illa. Nec
118 prodeſt illa clauſula etiã ſi foret neceſ-
ſaria ſpecialis mentio, vt latè dixi in octa-
119 uo fundamento. Præterea eſt facta præ
ſcriptio,contra Duces Sabaud.quia Mar-
chiones iã ſunt 70. anni, quòd non reco-
gnouerunt feuda à Ducibus, ſed ab Im
peratoribus per ea,quæ dixi in primo fũ-
120 damentõ. Vndecimo,& ſi omnia vale-
rent,& donatio,& feudũ,tamen non ex-
cluditur Illuſt. Duciſſa Mant. quia com-
præhenſa eſt in feudo cõceſſo Marchio-
nibus,per Ducem Sabaud. vt dixi in de-
cimonono fundamento.

¶ Circa ſecundũ,an,ex quo Marchio Gu-
lielmus,q. Ioan. Iacobi filius, mortu⁹ eſt,
nullis relictis liberis maſculis, ſed Dña
Blanca eius filia legittima, & naturali
Carolo Duci Sabau. poſtea nupta,ad quã
dicunt ſpectare ſucceſſionem omniũ bo-
nor. patris ſui,quam agnouit, quæ tamen
fuerunt occupata per vim ab Illuſt. Boni-
facio,& eius liberis,deinde à Ioan. Geor.
Marchione: quæ Dña Blanca deceſſit in
ſtituto hærede Carolo moderno Duce
Sabaud. qui ſe hæredem declarauit; i-
deo petit mitti in poſſeſſionem bonorũ
prædictorum.

¶ Ad iſtud breuiter reſpondetur, ꝙ ipſa
D. Blanca, tẽpore, quo nupſit, ei promiſſa
fuerunt 80000. ducat. pro dote. Mortuo
121 patre,& ipſi Illuſt. Marchioni Bonifa-
cio patri ſuo fecit generalem,& amplam
ceſſionem,& renunciationẽ paternæ hę-
reditatis; quo caſu nõ poteſt ampli⁹ ad-
mitti,etiam ſi viueret pater,& ei fecit re-
122 nunciationem cum iuramẽto. iux. text.
in c. quamuis. de pac. lib. 6. & ideo abſolu-
tio à iuramento peti non poteſt: vt ibi no.
Domi. poſt Archi. & Io. And. ſequitur A-
lex. in cõſ. 221. Viſa facti narratione. col.
123 2. & in conſ. 42. incip. Super præmiſſo
themate. col. pen. vol. 1. qui dicit, quòd ſi
mulier, quæ renunciauit, maximam ſen-
tiat læſionem, non tamen põt contraue-
nire: & ſubdit, ꝙ licèt c. quamuis, excipiat
caſum, quando dolo iuramentum fuiſſet
interpoſitũ, tamen ſecundũ eum intelli-
gitur de dolo ex propoſito, non re ipſa. Et
124 dicit ita eſſe cõmunẽ opin. idem Alex.
conſ. 53. Viſis, & cõſideratis. col. 7. vol. 3.
Franc. de Curte. conſ. 431. Super contin-
125 gentia. Præterea dato, ꝙ alia opin. ſit
verior, quam multi tenent; tamen dicen
dũ eſt valere, quia non dicitur enormiter
læſa, adeo vt contrauenire poſſit, quia in
iſta materia enormis læſio conſideratur,
quando incompetenter fuit dotata: ita ꝙ
enormiter fuit læſa, & dos ſm̃ legitimã
debet commenſurari. Baly. in l. ſancim⁹.
in fi. C. de nup. & in autent. res quæ. C. cõ-
munia de leg. Alex. in conſ. 69. vol. 1. &
in conſ. 167. vol. 2. Soci. In conſ. 182. vol.
126 2. Sed dicunt Scribentes, quando dos
reſpectu legittimæ eſt parua, quia minus
dimidia ipſius legittimæ, tunc dicitur e-
normiter lęſa: vel ponunt exemplũ, quã-
do hęreditas eius erat de decem milli-
bus, & filia habuit ducenta; & in tali ma-
gno exceſſu loquuntur Doct. allegati in
contrarium, Paul. de Caſt. conſ. 308. in-
cip. Tu, qui primo quæſtio. in ſeptimo du
bio. & ita conſuluit Deci. conſ. 181. incip.
Satis nota eſt quæſtio. ſed in caſu iſto, de
quo quærimus, conſiderando bona allo-
127 dialia detractis feudalibus, certè dos
80000. ducat. dicitur magna, & fortè, vt
mihi præſupponitur, vltra partem ſuam
ſibi tangentẽ, vel ſaltem non eſt læſa ci-
tra dimidiam. Nã omnes Doct. fatẽtur,
ꝙ ſi læſio non ſit valde magna, non põt
venire contra. vt no. per Innol. in c. cum
contingat. de iureiur. & in l. licèt. eod. tit.
Doc. in autent. ſacramenta puberum. C. ſi
aduer. vendi. Doct. in c. in pñtia, de pro-
ba. & iſtud nõ habet dubium aliquod: &
omnes cõcordant, quòd læſio debet eſſe

valdo

valde magna, quod non eſt in caſu iſto.
¶Circa poſſeſſoriũ, non eſt dubitandum
128 Cæſarem teneri mittere in poſſeſſionẽ Illuſt. Duciſſam Mant. hæredem defuncti vltimi Marchionis Ioan. Georg. per text. in c. 1. §. inter filiam. ſi de feud. fuer. controu. inter dom. & agna. qui text. habet locum nedum in filia; ſed etiam in quolibet hærede ſiue ex teſtamento, ſiue ab inteſtato: vt latè dixi in conſ. meo in poſſeſſorio, contra Marchionem Salutij. Sed in caſu iſto dubiũ videbatur prima facie facere, quia ex quo Dux Sabau. prætendit ſe dñum, & Marchiones eſſe feudatarios, certè cum ipſa ciuilis poſſeſ-
129 ſio dicatur eſſe penès Ducem Sabaud. illa poſſeſſio naturalis, quæ erat penès Marchionem Ioan. Georg. vltimo loco defunctum ſine deſcendentibus, & collateralibus maſculis, fuit ipſo iure conſolidata cũ ciuili, quæ erat penès dñum: ita dixit Bal. in l. 2. in 46. q. ff. de rerum diuiſ. cùm ergò poſſeſſio feudi per modernũ Imperatorem fuerit auocata abſq; præiudicio partium, debet præfato Duci Sa-
130 bau. reſtitui. Ad iſtud reſpondetur, q̃ non poteſt Dux Sabau. ſe fundare in donatione, & feudo nullo; quia non potuit fieri: Tum quia prohibita eſt donatio abſq; conſenſu dñi; & dñs non conſenſit, immo expreſsè reprobauit, & annullauit; tum quia propter metum facta fuit. Nec aliquomodo opitulatur cõfirmatio Maximiliani, ſeu etiam moderni Imperatoris, vt latiſſimè dictum eſt ſupra in primo articulo.
131 ¶Secundò, aliâ ratione, quia etiã ſi valeat donatio, & feudum tamen non dicitur finitum, vt reuertatur ad dñm, quia Illuſt. Duciſſa Mantuæ dicitur comprehenſa in inueſtitura, vt probaui ex his, quæ deduxi in decimonono fundamento primi articuli.
132 ¶Præterea, & tertiò, dico quòd nõ conuolauit ipſo iure poſſeſſio in ipſum Ducem, dato, quòd eſſet dñs. Nam naturalis poſſeſſio eſt quid facti, & non põt acquiri, niſi apprehendatur; vt not. in l. 1. ff. de acquir. poſſ. & in l. cùm hæredes. & l. quemadmod. ff. eod. tit. Si ergo naturalis eſt penès ipſum feudatarium, non trãſit
133 ipſo iure ad dñm. Non obſt. lex, ſed ſi nolit, allegata per Bal. quia illa bene procedit, quando quis ingreſſus eſt naturalẽ abſente poſſeſſore, qui ſi dubitat poſſe repelli, amittit ciuilem, & ſe coniungit cũ naturali. Ratio eſt iſta, quia ciuilis ſolo animo retinetur, & ſolo aĩo amittitur, q̃ñ nõ poſſidet naturaliter: ſed acquirit̃ naturaliter poſſidenti, quia animo acquiritur, & corpore, cùm iã poſſideat naturaliter. Sed econuerſo non habet locum, vt naturalis, quæ magis conſiſtit in facto, ipſo iure conuolet ad ciuilem: & ita dicebã in l. 1. ff. de acquir. poſſ. legendo illam
134 partem de fero. Præterea præſuppoſito, quòd dictum Baldi ſit verũ, non procedit in caſu noſtro, dato, q̃ Marchio eſſet feudatarius. Nã Marchio Ioan. Iac. ſolũ habebat naturalem, ciuilis erat penès Cęſarem dñm; iuxtà not. in cap. 1. in fin. quib. mod. feu. amit. no. per glo. & Scribentes, in l. 3. §. ex contrario. ff. de acquir. poſſeſ. ergo non potuit niſi naturalem transferre in ipſum Ducem Sabau. cùm aliam nõ haberet. arg. l. nemo plus. ff. de regul. iur. Cũ ergo poſtea pręfatus Dux conceſſerit Marchionibus ea in feudum, illã naturalem trãſtulit ipſis Marchionibus, & nul-
135 lã penès ipſum remanſit. Nam ille, qui habet ſolũ naturalem, vt eſt feudatarius, ſi alium inueſtiat, eã in nullum trãsfert adeo, q̃ nulla dicitur apud eum remanere. Bart. & Alex. in l. interdũ. in fin. & in l. quod meo. ff. de acquiren. poſ. ergo mortuo Ioan. Geor. vltimo Marchione, non poteſt dici conſolidata poſſeſſio naturalis cũ ciuili penès Ducem Sabau. qui non
136 reperitur poſſidere. Si ergo in dicto §. inter filiam, erat contentio inter agnat. & filiam, ipſi dicebant eſſe feudũ, illa allodium, ſeu libellariũ; ſeu quia ipſa dicebat eſſe feudum, ſed fœminæum, vt not. ibi Doct. & dixi in conſil. in cauſa contra Marchionem Salutij, ipſi excluduntur, & filia mittitur in poſſeſſionem; ſeu quilibet alius hæres, vt aliàs dixi, & apparebat eos eſſe agnatos. Quantofortiùs Illuſtr. Duciſſa debet mitti in poſſeſſionem, excluſo Duce Sabau. quia non eſt agnatus:

& apparet titulũ,in quo ſe fundat,nullũ,
multiplicib' rõnibus,de quib. ſup.in primo art. hui' cõſilij dixi. Eo maximè,quia
habet inueſtiturã à Cæſare moderno. &
tex.ĩ d.c.1.§.defuncto. vult,ꝙ ipſa mittat
in poſſeſſionẽ,excluſo dño feudi, qui habet poſſeſſionẽ ciuilẽ. Fortiùs ergo cõtra
Ducẽ Sab. qui nullã habet poſſeſsionẽ.
137 ¶ Non ob.ꝙ non debeat mitti in poſſeſſionẽ,ſed priùs diſcuti đ petitorio,ꝓpter
ꝑiudiciũ irreparabile; cũ ſint plura fortilitia,quæ nõ poſſent ſine magna difficultate reparari.vt ꝑ Doct.in l.2. C.de edic.
diu.Adr.toll. Nã vt dixi in alio cõſilio,illud limitatur non ꝓcedere,qñ litigantes
138 ſunt ſub eodẽ iudice.arg.not. per Ang.
ĩ l.3.ff.qui ſatiſdare cog.vbi qñ reus prin
cipalis eſt in aliqua arce munitiſſima,poteſt incõtinenti fideiuſſor cõueniri, non
alr̃ facta excuſſione cõtra principalẽ reũ.
limitat Ang.non procedere, qñ eſſet ſub
eod.Principe.& licèt Alex.dicat, ꝙ contrariũ tenent oẽs,Bar.Pau.& alij,quia inaduertenter hoc dixit Alexan. Nã Paul.
ibi ſaluat Ang.& ita tenet Abb.ibi Mod.
& moderniores,in l.naturalr̃.§.nihil cõmune. ff.đ acquir.poſ.col.12.ver.quinta
limitatio.quãto ergo fortiùs iſtud habet
locũ in Cęſare Principe Inuictiſſimo.Itẽ
quia Illuſt.Dux Mãt.eſt eius feudatari',
& fideliſſimus,& iurauit fidelitatẽ; ideo
139 non eſt dubitandũ.Præterea & ſecũdò
limitat̃ non procedere,qñ offerret fideiuſſorẽ,& cautionẽ idoneã.arg.no.per Alex.in l.fideiuſſor.§.fin.ff.qui ſatiſd. cog.
& iſtã limit.ponit d.Clau.ĩ d.§.nihil cõe;
quã ſequũtur Mod.Florentini,ibi,col.12.
140 Præterea & tertiò, nos ſumus in caſu,
quo eſt data ptãs omnib' hr̃dibus,& ſucceſſoribus Marchionũ ingredi libere, &
ꝓpria auctoritate,quo caſu pñt.arg.not. ĩ
l.creditores.C.de pig. Concludo nõ poſſe iuſtiſſimũ Cæſarẽ denegare, quin ipſa
Illuſt.Duciſſa Mant.& Illuſtr. Dux mittantur in poſſeſſionem,& declaretur nullũ pœnitus ius competere Duci Sabaud.
141 ¶ Circa ciuitatẽ Albæ,nemini dubium
eſt nullũ ius cõpetere Duci Sab.ſeu Marchioni Salut. Quia Sigiſmõdus Imperator cõceſſit Albã ex gñali vicariatu Theodoro,de oĩbus ciuitatibus Lõbardiæ; qui
142 vicariat' fuit cõfirmatus Ioan.Iac.filio
eiuſdẽ Theodori,per Sigiſmondũ,de anno dñi 1418.Itẽ eundẽ vicariatũ confirmauit Maximil. Imperator Marchioni
Gulielmo,anno 1494. Similr̃ modernus
Imperator Bonifacio,& deinde Io.Geor.
vltimo defuncto Marchioni. Idẽ Illuſtr.
Duci Mãt.& Ill.Duciſſæ fecit, cũ clauſulis,de quib. &c. ideo dicẽdũ eſt ex oĩbus
ſupradictis nullũ ius cõpetere Duci Sab.
143 Nec obſt.ꝙ ciuitas Albę elegerit ſibi ĩ
D.Ducẽ Sabau.quia nõ potuit hoc facere,cũ ciuitas recognoſcẽs ſuperiorẽ non
poſſit ſibi cõſtituere magiſtrat'.Bal. in l.
q̃q̃.in fi.in ver.alia ſolutio eſt.C. de ſent.
144 q̃ ſine certa quãtit. Itẽ nõ põt recognoſcere in ſuperiorẽ aliũ,in ꝑiudiciũ ſui ſuperioris.Bal.in l.2.ver. ſed nũquid ciuitas.
145 C.đ oper.lib. Et quia Illuſt. Duciſſa eſt
de cõpręhenſis in inueſtitura, vt ſup. di-
146 ctũ fuit,non põt ciuitas aliquid obſtare,
nec alteri ius,qđ nõ habet tribuere: vt đclarat Io: Bapt.de ſacto Seueri.in l.1.C. đ
147 ſum.Tri.col.2.Dicẽs ꝙ ſemel ſubiect',
ſi deficit, eſt magis cõtumax ſeru', q̃ li-
148 bertatis amator cẽſendus. Præterea, &
ſi dicimus feudũ eſſe reuerſum ad Cæſarẽ,potuit Cęſar,ꝓut fecit,liberè inueſtire
Illuſt.Ducẽ,& Duciſsã abſq; cõſenſu populi;quia ſemel fuit effecta feudalis res,
& ſolita infeudari.arg.not.ꝑ Bar.in l.1.C.
de impo.lucra.deſcrip. Mod.in l.1. ff. de
offic.eius.& in l.qui duos.ff.de reb. dub.
not.in l. cùm pater. §. quindecim. ff. de
leg. 2. declarat Neuizan. inter conſilia
Brun.in conſ.65. Dicens, ꝙ feudum reuerſum ad ſuperiorem,poteſt ipſe liberè
concedere,etiam ſi mutet conditionem
feudi.Bal.in conſ.324.vol.1.ver. Itẽ lau-
149 dabile puto. Præterea,& ſi ciuitas habuiſset aliquod priuilegium eligendi,
fuit eo priuata per ſnĩam Honorij Imperatoris,quod potuit facere. argu. not. per
Bart. in l.aut facta.§.fi.ff.de pęn. & quod
perdat priuilegia,ponit Bal.in tit. de pace conſtan.in §.Nos Romanorum.col.4.
ver. & colligit hic quod ſic, Innoc. in c.
grauẽ.de ſen.excom.in glo.in ver.conſiliarios.Bal.in auten.habita. C. ne fil. pro

pat.Fely.in c.dilectus.col.3. de ſimo.
¶Concludo,nullo modo debere audiri Ducem Sabau.contra tã clara, iuſta, honeſta,& ſancta iura,Illuſt.Ducis, & Duciſſæ eius coniugis. Laus Deo Opt.

¶Ita dico, & conſulo Ego Ludouic. Gozadinus,Iur.V.Doct. Bononien. In quorum fidem hic me ſubſcripſi,ſolitoq́; ſigillo muniri iuſſi.

Laus Deo Optimo.

CONSILIVM EXCELLENT. DOMINI *Andreæ Alciati, In ordine vigeſimumſecundum.*

DEI OPT. MAX. NVMINE IMPLORATO.

IN pręſenti cauſa ꝓpter rei,de qua agitur, magnitudinẽ,perſonarũq́; Excell.tot conſultationes,tot reſponſa,& veterũ,& recẽtiorũ extãt, vt mihi non multa relicta ſint; q̃ illis addere poſſim. Solũ ergo id reſtat,vt poſt optimorũ vindemiatorũ terga,racemationẽ ego quandã conficiã, q̃ oia acutiſſimo præſtantiſſimorũ iudicũ examini ſubijciatur. Ea igitur omittẽdo, quæ parum ad rẽ facere videntur. Illuſt. Ducis Sabau.cauſa eo potiſſimum fundamento innititur,ꝙ cũ Marchiones Montisferrati,poſt Ioan.Iac.Paleologum, caſtra,de quib. agitur,recognouerit in feudum ab Illuſt.Ducibus Sabau.finitaq́; ſit
1 maſculorum linea,videtur feudũ ipſum ad dñm reuerti debere ob finitam generationẽ.c.1.§.ſi vaſallus. hic finit lex, c. pen.de lege corra.Et licèt ſuperſit adhuc Illuſt.Duciſsa Mant.tamen quia fęmina eſt,nõ impedit,quin dicatur finita linea:
2 d.c.1.§.his conſequenter. cũ fœminæ ad feudũ non admittantur.c.1.§. & quia vidim⁹.qui feu.dar.poſ.c.1.in fi.ex qui. cau. feu.amit.maximè quia in inueſtitura feudali dr̃ eam fieri Ioãni,& ſuis deſcendentibus,& collateralibus agnatis;quę verba fęminæ non cõueniunt,quæ in alienã familiã tranſit,nec agnationem conſeruat. Bal.in l.quib.col.pen. C.de ſuis, & legit. ¶Sed his nõ obſtantib. puto contrariam ſententiã veriorem in caſu noſtro eſſe;& Illuſt.Duciſſam Mãt. potiorem in dictis caſtris eſſe,idq́; quatuor potiſſimum rõnibus,ex quib.remanebũt diſſoluta, q̃ in contrariũ adduci poſſent.Et prima rõ eſt.

quia cũ mortuo Marchione Io.Geor.tractatur de ei⁹ ſucceſſione,& neptis ex frẽ petat ſe admitti ad poſſeſſionẽ: in hoc iu
3 dicio poſſeſſorio nõ debet admitti ſupraſcripta obiectio cõcernẽs petitoriũ, & requirẽs altiorẽ indaginẽ.l.1.& 2.ff. quorũ bon.vbi Bar.Lex.n.manifeſtè ait,ſi mortuo vaſallo,conten.ſit inter fœm. & agn. fęminã ipſam in poſſeſſionẽ admittendã eſſe.c.2.ſi de feu.df.cont.& alibi,qđ de agnatis dr̃,extenditẽt ſi contentio cũ ipſo
4 dño ſit. Interim enim ipſa debet poſſidere,& in iudicio poſſeſſorio ꝑferẽda eſt. c. 1.de cont.inter Epiſc.& vaſ. Quo argumento Suzar.Alexan.cæteri tradiderũt, in bonis quoq; feudalibus conſtitutioni illi locũ eſſe,quæ ſtatim iubet in poſſeſſionẽ hr̃dem ſcriptum poni,&ei interdictũ adipiſcẽdæ poſſeſſionis cõcedit. trad. Doc.ĩ l.fin.C.de edi.di.Adr.& ĩ d.c.1.de
5 cont.inter epiſc.Quæ ſnĩa in caſu noſtro maximã habet æquitatem,cũ ius Sabaudiẽſis in petitorio quoq; ipſo ſit valdè ambiguũ, immo, vt infra videbimus nullũ, ideo nõ debet retardari miſſio in poſſeſſionẽ, quæ eſt liquidi iuris propter hmõi obiectionẽ illiquidam,& valdè obſcurã.
6 ¶Secunda principalis rõ eſt,quia ius Sabaudienſis ꝓceſſit à donatione ſibi facta, per Marchionem Ioan.Iac. & eius filiũ; quæ bona ſibi donata,ille deinde in feudũ ipſi Marchioni conceſſit.Sed cùm illa donatio facta ſit abſq; conſenſu Imperatoris dñi directi nõ valet,& alienãs cecidit à iure ſuo.c.1.de ꝓhi.feu.alic.p lotha.
7 Idq́; etiã ſi ex magna feudatarij neceſſitate,puta famis,facta eſſet,quia nihil illa ad dñum directi pertinet.c.1.quaľr olim feu.vbi Bal.nec confirmatr̃ talis alienatio

vllo

vllo tẽporis præſcriptione.c.Imperialẽ.ð
8 prohib.feu.alie.per Federic. Nec refert,
quemadmodum facta ſit talis alienatio,
9 puta colore quæſito per compromiſſum,
vel tranſactionem. non enim valer, quo-
10 ties feudũ tali contractu non remaneret
vaſallo, ſed in aduerſarium tranſiret. l.
non ſolũ.C.de prædijs mino. Curt. trac. 4.
parte.q.7.8.9.vt receptiſſimo calculo oẽs
11 probant. Et licèt quandoq; lex dicat trã-
ſactione vaſalli præiudicari dño, adeo vt
illam ratã habere conſolidato, vel com-
miſſo ſibi feudo teneatur dñs.c.1.de cõt.
inter vaſ.& ab.tamen hoc poteſt proce-
dere, cùm ius quoq; dñi dubium fuiſſet,
et ideo ſuper eo tranſactum, aliàs enim
non poteſt reſpectu dñi dici trãſactio bo-
na fide facta, cùm ius dñi clarum, liqui-
dumq; ſit.l.in ſumma.de condit. indeb.
Bal.d.c.Imperialẽ.Cùm ergo in caſu nřo
ius Imperatoris ſuper oĩbus illis Caſtris
clarũ eſſet, non tenuit alienatio, quod ab
alijs diffusè diſputatũ extat. Aret. cõſ. 14.
12 ¶ Nec obſtant tria fundamenta, quæ in
contrarium deduci poſſent. Primũ, quòd
non debet admitti Illuſt. Ducissa, ad hoc
allegandum, quia feudũ iſtud eſt conceſ-
ſum ab Imperatore, pro ſe, & hęredibus?
quo caſu cenſetur hæreditarium. l.vt iu-
iurandi.§.ſi liberi.vbi Bart.de oper. lib.
c.11.an agn.vel fil. Vnde non poteſt ipſa
venire contra factum defuncti. l. cùm à
13 matre.C.de rei vendi. Secundũ, quia ita
demum alienatio hæc eſt nulla, ſi ipſe
dñs voluerit. glo. l.2. ſi ager vectig. vbi
Bar. Et ideo non poteſt vaſallus de iure
tertij opponere, quod eleganter Bar. tra-
14 didit, Bar.l.2.de excep. Tertium, quia nó
uiſſimè Maximilianus Imperator ratam
habuit eam alienationem in ampliſſima
forma, cum clauſula, certæ ſcientiæ, &
motus proprij, & de plenitudine poteſta-
tis, cũ clauſulis derogatorijs derogatoria-
rum, prout latiùs in eo priuilegio cõtine-
13 tur. Afflict.deciſ.112. Sed ad hæc omnia
reſpondetur, ꝙ iamdiu ante per Federi-
cum Imperatorem fuerat facta declara-
tio, ꝙ intendebat talem alienationem eſ-
ſe nullam, & de nouo inueſtiebat Mar-
chionem Montisferrati, idemq; deinde
etiam à Maximiliano factum fuerat. vñ
cũ contractus eſſet ipſo iure nullus; & ità
per Imp. declaratum, licuit ipſi Marchio-
ni contrauenire. glo. l. à diuo. de ritu nup.
l. quemadmodum. C. de agric. & cenſi.
lib. 11. Bart. l. poſt mortem. de adopt. etiã
14 ſi alienatio ſit iurata; quia iuramentũ in-
telligitur, quatenus dño placuerit. Luc.
de Pen. l. nulli. C. de fund. pat. lib. 11. Af-
flict. deciſ. 335. nec dicitur tali caſu oppo-
nere ð iure tertij, ſed de iure proprio, ſeu
auctoris ſui. l. qui ſuperatus. de pign. cùm
de nouo fuerit ei conceſſum feudũ. Nec
15 me mouet Maximiliani confirmatio;
quia, cũ ius iam eſſet quæſitum Marchio-
ni, non potuit tale ius ei auferre. Bal. c. 1.
§. ad hæc. col. 5. item no. ex glo. de pace iu-
ra. firman. Pau. de Caſt. l. digna vox. C. de
leg. Iſer. d. c. Imperialem. an princip. ma-
16 ximè cũ per decennium ante per ſimiles
clauſulas, & etiam efficaciores ius Mar-
chionum, aduerſus Sabaudienſem con-
firmaſſet, vnde prior conceſſio attenden-
da eſt, l. ſi mihi. §. fin. de leg. 1. vbi Docto.
17 Et clauſulæ illæ, certæ ſcientiæ, & pleni-
tudinis poteſtatis, & ſimiles non operan-
tur; quia etiam de plenitudine poteſtatis
non tollit Princeps ius quæſitum ex con-
tractu: quod Bal. tradit, & nouiſſimè re-
ſpondit Dec. c. 1. de proba. vbi Deci. 1. no.
& conſ. 410. col. pen. Et quicquid ſit in a-
lia materia, in feudis hoc eſt certiſſimũ,
18 ꝙ non debet Sereniſs. Carolus ſucceſſor
Maximiliani ratam habere inueſtiturã
factam à præceſſore ſuo ipſi Sabaudiẽſi;
cùm deeſſet, quę ab alio poſſidebatur,
c. 1. qui feu. ten. vbi Papa. Sed potiùs ap-
probare poſſeſſoris ipſius inueſtituram,
quæ tẽpore quoq; erat anterior. Nec ob-
19 ſtat, quòd Federicus, & ipſe Maximilia-
nus declarauerint contractum illum fuiſ-
ſe nullum, Duce ipſo Sabaudienſi hoc i-
gnorante, & minime citato. c. 1. de cauſa
poſſ. quia reſpondeo, cũ id à ſola Impe-
ratoris voluntate penderet, an vellet con
tractum valere, non fuit neceſſaria alia
citatio: quod & oẽs Doct. vno ore fatẽtur.
l. quia, ad Treb. Bart. l. nõ ſolũ. §. morte. 1.
parte. de oper. noui nun. Idq; non in feu-
dis ſolùm, ſed & in emphyteoſi receptũ

eſt.Ro.conſ.112.Alex.conſ.6.in 3.
20 ¶ Tertia ratio principalis eſt,quia talis do
natio facta eſt per metum;quo caſu vide-
tur reſcindenda,l.de eo,quod met. cauſ.
21 Idq́; etiam ſi iurata ſit, quia iuramẽtum
metu extortum remittendum eſt. c. ſi
22 verò,c.verum.de iureiur.Metus aũt pro-
batur primò ex litteris indictiuis belli e-
manatis per Ducem Sabau.ipſi Ioan. Ia-
cobo.Bal.l.4.C.de obſequ.pat. præſt. Se-
23 cundò,ex bello Ducis Philippi, qui cum
deieciſſet de toto ſtatu,deinde in reſtitu
tione voluit arbitrari circa dicta caſtra.
arg.c.accuſatores primo.3.q.1.Tertiò,
24 quia hoc actum fuit, vt idem Dux Phi-
lippus comminaretur bellũ Marchioni,
niſi pareret pronunciatis, vt in ipſa arbi-
25 trorum ſnĩa legitur. Quartò, quia filius
primogenitus erat in poteſtate ipſius Sa-
baudienſis,vnde iuſtus eſt timor patris ꝓ
26 ſalute filij.l.iſti.quod met. cau. Quintò,
fama publica, & Cronica Beneuenuti,
27 Doct.l.1.ſi certum pet. Sextò, quia acta
ſunt hæc in ciuitate Taurinenſi, vnde ap
paret tam filium,q̃ patrem fuiſſe in pote-
ſtate ipſius Sabaudienſis, qui potuiſſent
ſtatim arbitratu eius carcerari; ſatisq́; o-
ſtenditur rem non eſſe geſtam tuto loco
c.cũ te.de off.deleg.Bart.trac.tiranni.col.
28 5.Septimò cõis regula,ꝙ non eſt veriſi-
mile aliquem ſpontè donaſſe,&ius liqui-
dum remiſiſſe; ſed potiùs per circũuen-
tionem,& metum.c.ſuper hoc.de renũc.
vbi Inno.c.ſolicitè.de reſtit.ſpolia. Octa-
29 uò,clauſulæ inſolitæ adiectæ illis inſtru-
mentis,c.q̃ graui.de cri.falſ.l. cõſtitutio-
30 nibus.in fi.ad mun.nimiæ enim cautelæ
fraudis ſuſpitionem arguunt.glo.l.ſi quis
ſub conditione.de cond.inſtit. qualis il-
la,quòd ipſe proteſtetur ſe eſſe in ſua po-
teſtate,& habere facultatem recedendi
31 ad libitum. Item illa,ꝙ arbitri greſſibus
reuerſis ad ciuitatem, Marchionem con
comitarint,&c.Clauſulę enim huiuſmo-
di,ſicut & renunciatio metus,augent ſu-
32 ſpitionem; quæ omnia debent ſimul iun
33 gi,& in antiquiſſimis hiſce negocijs pro-
bationi ſufficere. l. cũ aliquis. C. de iure
delib.vbi Docto. Illud enim ſciendum,
quoties de probando metu agitur,ſuffi-
cere leuiores probationes, Bart. l. decer-
nimus,col.3. C.de ſac.ſanc. Eccleſ. vnde
34 Barthol.Veron.tradidit plus credi vni te
ſti, qui rem metu factam dicat,q̃ duob⁹,
35 qui ſpontaneæ voluntatis ſint aſſertores.
Cępol.cau.144.Nam & Innoc. Baldusq́;
quandoq; cenſuerunt,qm̃ metus ab arca
nis mentis pendet,magis credendũ duo-
bus eſſe, qui de eo atteſtentur,q̃ centum
contradicentibus.Bal.l.obſeruare. §.pro-
ficiſci.q.13.de off.proconſ.Dec.conſ.110.
col.pen. meritò ergo in noſtro caſu ex cõ
36 iecturis præſumemus metum. Nec obſt.
ſi diceretur purgatum fuiſſe hunc metũ
ex ratificationibus deinde factis; quia cũ
ſemper ſubeſſet idẽ timor,nõ poteſt cre-
di vllã fuiſſe purgationẽ.c.1.extra quod
met.cau.l.nouiſſimè.quod fal.tut.vbi Bal.
37 maxime cũ vel ſoliùs iuramẽti reſpectus
faciat,vt videatur quis potiùs timore iu-
ramenti ratificaſſe,quã libero conſenſu.
l.2.C.quod met.cau.vbi Doct. Sed quia ꝑ
alios conſulentes circa hoc caput latiùs
diſputatũ,non inſiſtam in eo vlteri⁹, ſed
eorum laboribus interim acquieſcam.
38 ¶ Vltima ratio, quæ inducitur aduerſus
Sabaudienſem,eſt talis. Nam etiã ſi di-
ceremus donationem, conuentionẽ, in-
fęudationem, cæteraq́; inſtrumenta va-
lere, quæ pro parte ipſius Ducis Sabau-
dienſis ſunt exhibita: adhuc tamen Illu.
Duciſſa Mant. eſſet potior,ſaltem quod
attinet ad vtile dñium,quia non eſt verũ
finitam eſſe linem: immo ipſa eſt capax
dictorum feudorum. Quod ſic demon-
ſtratur,& in primis ſi volumus attende-
re primum priuilegium,ſm̃ quòd domus
Aledrami ſucceſſit in Marchionatu, cõ-
ſtat fœminas in tali dñio ſucceſſiſſe; per
39 fœminam enim id eſt Violantidem trã-
ſijt feudum in Paleologos: & cùm id fa-
ctum ſit iam ferè trecentis annis elapſis,
credendum eſt de iure fieri potuiſſe, &
fęminas capaces dicti feudi extitiſſe; quia
tanti temporis lapſus vim priuilegij ha-
bet,l.1.§.ductus aquæ. de aqua quot. Iaſ.
conſ.227. Et quod ante hominum me-
moriam geſtum eſt,in caſu licito geſtũ
præſumitur,etiã ſi aliàs talis act⁹ regula-
riter non ſit licitus.Doct.c.cũ apoſtolica.

extra.

extra,de iis, quæ à Prælat. Alex. conſ. 63
40 1.vol. Afflict. deciſ. 305 in fi.q. ſi attendamus priuilegia Paleologorum,idē eſt,
cū in conceſſione Caroli quarti,& Vinceſlai,fiat manifeſta conceſſio pro ſe,&
ſuis hæredibus maſculis,& fœminis; quæ verba hoc ſonant,vt nō exiſtentibus maſculis (quod in caſu noſtro eſt), fœminæ admittantur.c.1.§. quin etiam Epiſc. vel Abb. Idemq; dicen. ex verbis conceſſionis,quam fecit Sereniſs. Imperator modernus,qui Ioannem Georgiū recognouit pro ſe,& ſuis hæredibus,& ſucceſſori-
41 bus; quibus verbis cenſentur etiam admiſſæ fœminæ,ne aliàs dictio illa,ſucceſſoribus,ſit ſuperflua.l.ſi quando. de legatis,1.quod ex facto reſpondit Socin. Corneusq; ,probauitq; Curtius, Socin. conſ. 267.Corne. 16.in princ.Cur. 3.par. q.29. & quod no. Alexan. conſ. 195 in 6. Deci. 265.col.2.
42 ¶Et nos indubitatum in caſu noſtro exiſtimamus propter naturā feudi, quæ ex Caroli,Vinceſlaiq; priuilegio illi erat tributa,vt ad fœminas quoq; trāſire poſſet.
43 Videamus nunc,quid iuris ſit ex Sabaudienſis inueſtitura,& in ea fit conceſſio Ioanni,pro ſe,& aſcendentibus,& deſcēdentibus,& collateralibus agnatis, quib⁹ verbis videtur admitti Illuſt. Duciſſam, quæ eſt agnata,& collateralis Ioan. Geor-
44 gio.l.4.C.de fideiuom. Et iſta participia dandi caſu etiam ex proprietate ſermonis,fœminas complectuntur.l. inter ſtuprum.§.fina.de verbo.ſig. vnde ab ea proprietate recedendum non eſt.Et licet
45 ſoleat dubitari, quando maſculinum in feudis concipiat fœmininum. Alexand. conſ.1.lib.5.col,6.verſ.plus etiam.tamen in caſu noſtro ceſſat etiā dubitatio, quia verba non ſunt ſimpliciter maſculini generis,ſed cōmunia; quo caſu vtrunq; ſexum,æq; propriè comprehendunt. Con-
46 firmatur hæc ſnia ex pacto inueſtituræ; in quo dicitur,quòd ſit inſeparabilitas ppetua inter dignitatem Marchionatus; & dicta feuda: adeo,vt quilibet ſucceſſor in Marchionatu,ſuccedat etiam in dictis feudis: vnde apparet hoc feudum connexum eſſe Marchionatui, & ſecundū legē
dijudicari debere.l.ſi conuenerit.§.ſi nuda.vbi Bar.de pig.act.c.tranſlato.de conſtit. vbi Fely. vt ſicut Marchionatus ex inueſtitura Imperatorū,vt ſup. vidimus, ad fœminas tranſit; ita etiam ſupraſcripta feuda tranſeāt. Ad idem quod fęminæ admittantur,facit,quia iſtud feudum origine ſua non emanauit à Duce Sabau. ſed ipſe directum dñium conſequutus ē iure cuiuſdam tranſactionis,quia aſſerebat ſe eſſe creditorem maximę ſummæ pecuniarum, vt in ipſis inſtrumentis dicitur. vnde non ſapit propriam naturam feudi,vt ab eo mulier excludatur; ſed potiùs dationis in ſolutum, quia quomodocunq; appellent partes contractum ſuū,
47 ſeu acordium, ſeu donationem, ſemper attendimus ad id,quod ex eo, quod actū eſt,depræhenditur.l.inſulam.de præſcr. verb.l.ſi vno.ff.locati. Et ideo cū talis donatio ſit facta ob remunerationem pecuniæ debitæ; cenſetur potiùs in ſolutum datio.l.litis.de vſucap.pro empt. & quodammodo venditio directi dñij, pro eo prætio; quia pactum illud, q res donatæ retroinfeudentur, pars eſt contractus.l. fundi partem.de contrahen.empt.Et fa-
48 cit,ne ſit pura donatio,& feudum nō cēſetur proceſſiſſe ex mera liberalitate,ſed potiùs ex neceſſitate præcedentis promiſſionis: quo caſu dicunt Doct.feudum nō iudicari ſecundū propriam naturam, ſed tranſire ad fœminas, ſicut & feudū emptum tranſit.Doct.c.1.§.Et quia vidim⁹. qui feu.dar.poſſ. Roma. conſ.366. Curt. 3.par.verſ.6.quod Odofr.Bal.Romanus,
49 & non pauci alij cenſuerunt. Corroboratur eadem concluſio,quia cū actum eſſet, vt in continenti facta donatione ſequeretur infeudatio; perinde eſt, ac ſi Marchio alienaſſet ſimpliciter directum dñium,reſeruato ſibi vtili.l.ſi tibi. ſi certum pet.l.qui vxori.vbi Oldr.& Alberic. de auro & argen.leg. vnde ſicut,ſi alienatio nulla ſequuta eſſet,fœmina ex cōceſſione Imperat.ſuccederet; ita etiam ſuccedere in vtili dñio debet, quod effectu alienatum non fuit.l.qui ſic.de ſolut.Bal. in addit.Spec.de feud.verſ.quinto queritur. ſed ipſi Marchioni reſeruatū. Quod

&c ex eo confirmari poteſt, quia inueſti-
tura concedit ea caſtra in feudum ligiũ:
50 conſentautem Doctores in feudis ligijs
admitti ad ſucceſſionem fœminas quoq;
quod veteres aliqui tradiderunt, & ab A-
lex. reſponſum extat. Alex. conſ. 30. col. 2.
in princ. Deci. dicto conſ. 269.
51 ¶ Nec obſtat, ſi diceretur, q̃ præſuppoſi-
to huius infeudationis valore dicti Mar-
chiones à iure ſuo cecidiſſent, quia inter-
uerterunt poſſeſſionem dñi, & mouerũt
illi controuerſiam, & non petierunt in-
ueſtiturã, prout de iure deberent, quæ
omnes cauſæ ſufficiunt, vt vaſallus à iure
feudi cadat. c. 1. quæ fuerit prima cau. be-
52 neficamit. Reſpõdeo enim pœnas iſtas
legales euadi, quotieſcunq; vaſallus ali-
quam iuſtã cauſam allegaret, quæ excu-
ſationi ſufficeret. c. fi. de probibi. ſqualiẽ.
per Lotha. c. 1. quo tempore mil. Iuſta aũt
53 cauſa eſt ignorantia vaſalli, exiſtimantis
ſe lege feudali non alligari: quod Bal.
cenſuit, & alij probarunt, Bal. l. fina. C. ſi
pend. app. Aluar. d. c. 1. in prin. in vlt. col.
At ex ſupraſcriptis ſatis oſtenditur, non
ſolũ iuſtam ignorantiam habere Mar-
chiones reſpectu iuris ipſius Ducis, ſed ẽt
certam ſcientiã reſpectu iuris proprij: vn
54 de iuſta cauſa credulitatis debet eos ex-
cuſare, prout regulariter ab omni contu-
macia excuſat. Bart. l. 2. §. non ſolùm. ad
55 Tertul. Maximè cũ vice mutua ipſe Dux
erga Marchiones tenet ad plurima, quæ
ex parte ſua minime obſeruauit: vnde
nec ipſi per vaſallos ſuos fuit obſeruan-
dũ. l. cùm proponas. C. de pac. vbi dixi, qđ
argumentum apud alios Cõſultores tra-
ctatum ego omittam, Marian. in fin. con-
ſilij ſui.
56 ¶ Non rurſus obſtat, q̃ Illuſtr. Duciſſa
Mant. ſemel excluſa ſit à ſucceſſione fra-
tris, per Marchionem Ioannem Georg.
vnde fœmina ſemel excluſa, perpetuò re
manere debet excluſa. c. 1. §. quin etiam
Epiſc. vel Abb. vbi Doct. cuius rei illa eſt
ratio, quia ſi ſuccederet Ioanni Georgio,
ſuccederet ex linea collaterali; at in feu-
dis, etiam ſi actum ſit fœminas ſuccede-
re, intelligitur ex linea deſcendentium,
non autem ex collaterali. ſm̃ And. Iſern.
& quoſdam alios, d. §. quin etiam. arg. l.
57 ſed ſi plures. §. 2. de vulg. & pup. Sed re-
ſpondeo verũ eſſe, q̃ fœmina ſemel ex-
cluſa, perpetuo remanet excluſa ab ea
hæreditate, à qua ſemel excluſa eſt. Et i-
deo ſi Illuſt. Duciſſa vellet venire tanq̃
hæres Bonifacij fratris ſui, nõ poſſet, ex
quo ab eo ſemel excluſa eſt per exiſtẽtiã
maſculi, ſcilicet Ioan. Georg. Bart. l. fi. ad
Tertul. Alex. conſ. 29. col. vlt. in prin. q̃ ſi
velit venire ad hæreditatem Ioan. Geor.
vtiq; admittenda eſt, cùm ab ea nunquã
fuerit excluſa, lex enim non exiſtẽte ma-
ſculo fœminã ſuccedere ait. c. 1. §. filia. de
ſuc. feu. & alibi, donec maſculus extet. c.
1. de eo qui ſibi, & ſuis hæred. &c. q̃ ver-
ba oſtendunt ad tẽpus tantum fœminam
excludi, & deinde poſt maſculum admit-
ti. Bar. d. l. fi. ad Tertul. quam ſnĩam Iac.
Belui. Martinusq; Lauden. diſerte appro-
barunt, & reſponſum à Fulgoſio extat.
Fulg. conſ. 12. qui humaniùs hoc eſſe af-
firmat, & iuri tam ſcripto, q̃ naturali con-
uenientiùs, ſentit hoc & Bal. & Alua. d. §.
quin etiam. Odof. Io. Blan. in a. & poſt eũ
non pauci alij, qui hunc caſum æquipa-
rant illi, cùm fœmina à ſtatuto exiſtenti-
bus maſculis excluſa eſt; licet enim à fra-
tre in patris ſucceſſione fuit excluſa, po-
terit nihilominus ipſi fratri ſuccedere.
Doct. l. 1. §. veteres. de acquir. poſ. quia iã
non de patris hæreditate, ſed fraterna a-
58 gitur. Et licèt aliqui recentiores conent
oñdere aliter ſe habere cõem ſnĩam, vt
Præpoſ. Cur. iunior. Præpo. d. §. quin etiã.
Cur. in trac. 3. par. q. 27. tamen auctorita-
tes, quas adducunt, parũ ad rem faciunt.
Ex quibus Alberi. & Anchar. nihil dicũt,
q̃ ad id propoſitum faciat, Rapha. Comẽ.
& Paul. de Caſt. nihil affirmant. Fulgoſ.
manifeſtè illis aduerſatur, Bar. in cõſ. 20.
& conſ. 11. neutro conſilio quicquam at-
tingit. Bal. & cæteri Feudiſt. reſpectu hæ-
reditatis primi loquuntur, quod verò ſi
excludenti ipſi velit fœmina ſuccedere,
non explicant, ſed ſentiunt potiùs poſſe,
exemplo eius; quæ à lege municipali ex-
cluſa eſt, vt ſup. dixi, d. §. veteres. vbi Iaſ.
Soli ſũt ex adductis per eos iudicio meo,
qui clarè diſſentiãt, Iſer. & Cald. conſ. 4.

eſt.de feu.aduerſus quos ſtat glo. Iacob.
Mart.Fulgoſijq; auctoritas. Et ratio ipſa
naturalis,quæ ſuper omnia eſt. Rigoroſa
enim nimis eſt alia ſnĩa, vt quodam loco
59 Pontanus ait.Nec me mouet Iſerniæ rõ,
dum ait,q; hoc modo fœmina ſuccedens
illi, à quo ſemel excluſa eſt, ſuccederet
collaterali; quia talis ratio in caſu noſtro
locum non habet, in quo ex inueſtitura
manifeſtè vocantur etiam collaterales.
Et ideo indubitanter,&t ſm eorum ratio-
nẽ Ill.Duciſſam puto admittendam eſ-
ſe, tametſi ſciam etiam ſupraſcriptã ra-
tionem,qua ipſi mouentur,non ſatis ve-
ram eſſe. In feudis enim ius defertur nõ
iure ſucceſſionis ab eo, qui vltimo loco
decedit,ſed vigore conceſſionis illi factę,
qui priùs impetrauit.Bar.auten. poſt fra-
tres.2.C.de legi.hæred.c.1.§.cũ verò Cor
rad. ſup.qui feud.dar.poſ.cui mulier de-
ſcendens,non autem collateralis eſt, ve-
riſimileq; eſt id ab eo actum, vt mulier à
ſe deſcendens potiùs haberet,q̃ dñs: or-
dineq; ſucceſſiuo priùs maſculi, q̃ fœmi-
næ.l.Gallus.§.1.de liber.& poſthu.& illę
60 priùs,q̃ dñus haberent. Et quicquid ſit
hac in re,caſus præſens extra omnem dif
ficultatem eſt: cùm in inueſtituræ ex-
preſſione de collateralium ſucceſſione
actum ſit,vt ſup.dixi. Et hæc omnia ſal-
uo ſemper rectiore iudicio.

¶ Andreas Alciatus Iuriſconſultus,ſm ſu-
praſcripta reſpondi, & ſubſignaui.

CONSILIVM REVERENDISS. DOMINI *Iacobi Symonettæ, nunc Cardinalis benemeriti, In ordine vigeſimumtertium.*

DVBIA excitata in hac cauſa Marchionatus Montiſferrati,pro parte Illuſt. Ducis Sabaud. contra Illuſtr. Ducem Mant. bene iuridicè, & copioſè per Excell. D. Nicol.Aliprandum Ducalem Mant. Senatorẽ, vltra alios celeberrimos dños Conſulentes ita, vt nullus dicendi locus alijs relictus eſſe videatur, expedita fuerunt. In quorum ſnĩam ego concurrens, approbo concluſionem per eos in dictis dubijs factã. Sed ne illotis (vt aiunt) manibus,& dubijs indiſcuſſis ad confirmationem acceſſiſſe videar; hæc pauca addere contentus ſum,attingens ſolùm ea, quæ plus dubitationis habere videntur.

¶ Fundatur itaq; potiſſimum intentio Il-
luſt.Ducis Sabau.ſuper duobus, ſuper p̃-
tenſis,laudo ſcilicet,& donatione: ſed q;
laudum in primis non tenuerit, vltra la-
tiſſimè in dictis conſilijs deducta,ſic con-
1 firmari poteſt. Nam cõſiderandum eſt,
q; cũ feudum,de quo agitur, ſit antiquũ,
2 alienari non poteſt,& alienatio facta eſt
nulla.c.1.de prohi. feu.alien.per Lothar.
c.1.§.1.de prohib.feu.alien. per Federic.
cum alijs, ita q; etiam alienatio neceſſa-
ria videtur eſſe prohibita; & ideo nõ po-
teſt vaſallus dare feudum inſolutũ credi-
tori, niſi eſſet conſuetudo in loco. Bal.in
d.c.1.de prohib.feu.alien.per Feder. col.
3.ver.quæro,nunquid ſi ex cõſuetudine.
3 Quibus ſtantibus,ſuccedit regula, q; qui
non poteſt alienare, non poteſt rem in
iudicio deducere. l. ait prætor. vbi Bart.
Ang.& Paul. de Caſt. ff. de iur. delib. &
hoc modo arguit And.de Iſer.in c.1.§.ſi
vaſallus de feudo.col.2.circa fin. verſ. ſed
nunquid ex ſnĩa.ſi de feu. fuer. controu.
4 inter dom.& agn. Et ratio videtur eſſe,
quia iudicio quaſi contrahitur. l.3. §. idẽ
5 ſcribit.ff.de pecul.& ideo ſicut nõ poteſt
alienare vaſallus per viam contractus. d.
c.1.§.1.de prohib.feu.alie.per Feder.Idẽ
videtur in quaſi contractu,cùm poſſet a-
lienatio,mediante ſnĩa,ſeu laudo ſequi.
l.res iudicata.ff.de reg.iur.c. cũ inter. de
6 re iudic.Et ſicut quis non poteſt alienare
immediatè, ita non poteſt facere actum,
per

per quem alienatio ſequi poſſit. glo. in l. item quia.ff.de pac.not.Bar.in l.codicillis.§.matre.ff.de lega.2.not.ĩ l. ſi ita quis. §.ea lege. ff.de ver. oblig. Et cùm hodie compromiſſa ad inſtar iudiciorũ ſint redacta.l.1.ff.de arbit.l.pen.§.licèt.C.de arbit.ſequitur de primo ad vltimum cõcludendum,in compromiſſum res feudales deduci non poſſe;& ita per hanc rationẽ multis auctoritatibus comprobatam, cõcludit Socin.cõſ.87.Viſo.in 2.col.& ſeq. in 2.vol.Deci.conſ.44.in 1.vol.& latiùs, & meliùs ad terminos noſtros,conſ.445. In caſu.col.8.ver.ſecundo principaliter. vol.3.& nouiſſimè Iaſ. vbi hanc partem defendit,conſ.168.In cauſa. col. 8. ver. tertio principaliter,& latius, col.pe. ver. 3 & fortiùs dr̃,vol.4. ꝙ ſolùm conſilium ſufficit ad deciſionem huius dubij.

7 ¶Et in caſu noſtro res videtur expedita, ꝙ compromiſſum non tenuerit; quia licèt multi teneant partem contrariã:quos refert Curt.in tract.ſuo feud. car.40. ver. quarto principaliter quæro.tamen illa opin. procedit, vbi agitur de feudo inter duos,& compromiſſum fit tanquã de re feudali;ita ꝙ per laudum ferendum nullum præiudicium fit dño,prout ita dicũt And.de Iſer.Iac.Aluar.& alij,in c.1. §. ſi inter.de lege Corradi.In caſu aũt noſtro non agebatur inter Ducem Sabau.& Io. Iac.de Marchionatu,vt de feudo; ſed ſuper alio agebatur, & pro bono pacis inter iſtos duos Principes confirmandæ,arbitri laudarunt vnã maximam partem Marchionatus,Duci Sabau.vt propriam aſſignandam. Cũ ergo manifeſtè ex iſto laudo ſequatur in præiudicium dñi alienatio,quia pro illa parte non fit dño directo aliqua recognitio: ſequitur, quòd compromiſſum, & laudum, in præiudicium domini non tenuerint.

8 ¶Et non obſt.tex.in c.1.§.ſi vaſallus vltimo,ſi de feu.conten.fit inter dom.& agnat.vbi probatur,ꝙ vaſallus poteſt agere,& conueniri ſuper feudo, & ſnĩa lata contra vaſallum,nocet dño etiam ignoranti,& ſi ſnĩa nocet,pariter & laudum. Quia reſpondetur,ꝙ ille text.procedit alteto de duobus modis. primò,ꝙ tunc demum ſententia contra vaſallũ,& ſic laudum noceat dño, quando vaſallus nunciauit dño,ſeu fecit omnem diligẽtiam, vt dñus ſciret.ſecundũ Bal. ibidem, hoc autem fuiſſe factum in caſu noſtro, non apparet; Ideo ſententia,ſeu laudum,dño ignoranti præiudicare non poteſt.

9 Alius ẽt,& ſecundus,datur intellectus ad illũ tex. per And.de Iſer.Alu.& Moder. ibidem, videl. ꝙ tunc demum ſnĩa lata contra vaſallũ nocet dño, quando dñus ex perſona vaſalli ad rem feudalem vult venire; ſed quando dñs ex propria perſona ad rem ipſam agit,tunc ſnĩa nõ nocet dño,& iſte eſt caſus noſter;quia cùm appareat Marchionatum in feudum,ab Imperatore fuiſſe conceſſum,poteſt nũc Imperator de feudo ad ſe deuoluto ex perſona propria, non obſtante compromiſſo, per quod iuribus ſuis præiudicari non potuit,diſponere.

10 ¶Reſpectu etiã deſcendentium Io.Iaco. dicitur, ꝙ quando prætenſum compromiſſum,& laudum,valida eſſent, ꝙ tantũ Io.Iac.& Ioanni primogenito, cõpromittentibus,& alijs fratribus ratum habentibus præiudicare potuerunt;non aũt alijs deſcendentibus ex propria perſona, & prouidentia concedentis,ad feudũ venientibus,& ignorantibus.prout ita finaliter concludit And.de Iſer.in c.1.§.ſi vaſallus de feudo.col.2.in fi.cũ ſeq.ſi ð feu. fue.contro.inter dom.&agn.Cuius opin. dicit cõem Deci.in d.conſ.445.col.9.in prin.& idem Iaſ.in conſ.168.col.pen.

11 ¶Et quando compromiſſum,& laudum non ſolũ Ioan.Iac.& Ioanni primogenito compromittentibus, ac alijs fratribus ratũ habentibus,ſed etiã alijs deſcendẽtibus præiudicaſsent; dico,quòd licet tale præiudicium duret, durante vita illorum: tamen poſt mortẽ eorum,& feudo ad dñm deuoluto,per talem actũ non poteſt præiudicari dño,quin dñus de feudo ad eum deuoluto diſponere poſſit; quia reſoluto iure auctoris, reſolutum eſt ſub ſucceſsoris.l.lex vectigali.ff.de pig. Et ꝑ multa media iſtam partem cõprobat Iaſ. conſ.123.Viſo teſtamento.vol.4.vbi cõſuluit, quòd vaſallus ſine conſenſu dñi,

in

in præiudicium ipſius non poteſt impo-
nere rei feudali ſeruitutem, & ſic multo
minus alienationem de ipſa facere. Cum
ergo pro parte Illuſt. Ducis Sabau. præ-
tendatur bona iſta per lineam deficien-
tem deuoluta, potuit Cæſarea Maieſt. de
ipſis ſic deuolutis diſponere, & Illuſt. Du-
cem, & Duciſſam Mant. inueſtire.
12 ¶ Et tanto magis compromiſſum, & lau-
dum non valuiſſent, vbi in priuilegio in-
ueſtiturarum Marchionibus Montisfer-
rati factarum, Princeps reſeruaſſet ſibi co
gnitionem, & iuriſdictionem dicti Mar-
chionatus, & eius membrorum; & vo-
luiſſet ea immediatè fore ſubiecta Ro-
mano Imperio. Nam cū Princeps reſer-
uaſſet ſibi cognitionem, & iuriſdictionē,
non poſſet ſuper ipſo coram minoribus
compromiſſum fieri. l. non diſtinguem⁹.
§. de liberali. ff. de arbit. c. cauſa reſtitu-
tionis. in fi. & ibi Abb. col. 3. ver. & licèt i-
ſta littera. de reſtit. in integ. Et ad hoc fa-
ceret, quia cū Marchionatus tali caſu eſ-
ſet immediatè Principi ſubiectus, ideo
ſine licentia Principis non potuiſſet de
ipſo fieri compromiſſum. text. eſt clarus
in c. cū tempore. vbi Hoſt. Io. And. quos
ibi ſequitᵉ inſignis doctor Henric. Boich.
Ant. Imo. & Abb. de arbit.
¶ Ex præmiſſis igitur apparet, quod, &
quale fundamentum ſuper huiuſmodi
compromiſſo, & laudo, ſuper quibus in-
tentio Illuſt. Ducis Sabaud. potiſſimum
fundatur, fieri poſſit.
13 ¶ Venio ad ſecundū, videlicet, ad dona-
tionem, de qua in libello fit mentio. Et
cū in eo dicatur, ꝙ Io. Iac. donauit illa bo
na, quæ recognoſcebat in feudū à ſacro
Romano Imp. ex verbis libelli apparet
ꝙ talis donatio non valuit obſtan. regu-
la prohibitiua alienationis bonorū feuda
lium, etiā per viam donationis. c. 1. §. do-
nare. qualiter olim pot. feu. alie. ita, vt om
nis alienatio ſit prohibita. c. imperialem.
§. 1. de prohib. feu. alie. per Feder. cū alijs;
& maximè cū dicta donatio facta fuerit
in executione laudi, de quo ſup. dictum
14 eſt. quo fit, vt annullato compromiſſo &
laudo, annulletur ēt donatio, tanꝗ acceſ-
ſoria, & dependens. iuxtà glo. no. in l. ſi
patron⁹. §. p̄ronum. ff. ſi quid in frau. patr.
Alex. in l. 1. §. ſi vir. col. 3. ver. per ſoc. de-
cipi poteſt. ff. de acquir. poſ. Iaſ. in l. ſub
prætextu. col. fi. C. de tranſac. conſ. 147.
P̄ns conſultatio. col. 2. ver. ex p̄dictis. vol.
2. & conſ. 133. Præſupponitur. col. pen.
verſ. item quando contractus. vol. 4.
Nec ob. ſuperuenientia cōſenſus in hm̄oi
15 alienatione per Maximilianū, & moder.
Imperatorē, vt aſſeritur præſtiti. Nam li-
cēt regulr̄ conſenſus in actu ad eius vali-
ditatē poſſit expoſt interuenire. iuxt. not.
per Abb. & alios, in c. cura. de iure patr. ꝑ
Legiſt. in l. ſi quis mihi bona. §. iuſſum. ff.
de acqui. hære. & in terminis nr̄is Iſer. &
Alua. quos refert Deci. conſ. 144. in prin.
col. 1. tn̄ cōſenſus in caſu iſto non fuit va
lide præſtitus, ſed potiùs ſurreptitie, vt ex
pluribus probatur per dn̄os Conſulen. vl-
16 tra quos dicitur, ꝙ non ſolū iſta donatio
ab initio fuit nulla ex defectu conſenſus
dn̄i directi, ſed etiā ex defectu cauſæ in
donatione expreſſę, quia Io. Iac. ideo do-
nauit; quia putabat ſe teneri vigore com
promiſſi, & laudi. Cùm aūt iſta cauſa ſit
falſa, vt ſuperiùs dictū eſt; ſequitur, ꝙ do-
17 natio ex falſa cauſa ſit nulla. Deci. conſ.
318. In cā. col. 2. ver. non ob. concluſioni.
& conſ. 351. In caſu. col. 3. ver. & ad hoc
facit. vol. 2. Vnde cū iſta donatio ab ini-
tio ſit etiā nulla ex alio, ꝗ ex defectu con
ſenſus, ſola ſuperuenientia conſenſus nō
poteſt donationem ab initio inualidam
cōfirmare. l. quod in initio. ff. de reg. iur.
vbi Deci. not. in c. nō firmatur. eo. tit. in 6.
18 ¶ Superuenit ēt conſenſus eo tp̄e, quo iā
donatio à Io. Iac. facta, ꝑ Federic. & alios
Imperatores, erat annullata. vn̄ cū ex illa
annullatione ius iā foret alteri quęſitum,
nō potuit cōſenſus p̄ſtitus in præiudiciū
iuris quæſiti aliquid operari. c. quāuis. de
reſcr. in 6 plene per Fely. in c. cū olim. de
re iud. & qn̄ Princeps primò vni conce-
19 dit, & idē poſtea alteri in contrarium tri
buit, gr̄a primo obtenta præualet: vt latè
probat Roma. conſ. 298. circa præmiſſā,
vbi inter alia inducit tex. in d. c. cū olim.
Et ratio ē, quia in ſecunda videtur Im-
perator circūuentus; prout multa ad hoc
ꝓpoſitū allegat Deci. conſ. 588. Viſo. col.

5.in fin.& ṗdicto priuilegio.vol.3.& cõſ. 689.Viſo puncto.col.1.in fi. vol. 4.

20 ¶ Præterea eſt conſiderandũ,ꝙ cũ hic agaf de feudo antiquo,ẽt ꝙ ab initio donatio p Io.Iac.foret facta de conſenſu dñi, tñ tñ potuit nocere Io.Iac.donãti, & ei' filijs donationẽ ratam hñtibus; non autẽ alijs deſcẽdentibus ignorãtibus, & donationẽ prædictã non ratificãtibus,per ea,q̃ ſup.dixi in 1.par.&vltra ea allego latiſſimũ conſ.Iaſ.7.Vertitur controuerſia p to tũ.& cõſ.56.Mag.cus.vol.3.vnde cũ à longo tpe citra ius Io.Iac.donantis,& aliorũ filiorũ donationem ſit reſolutũ, non põt nunc ſup donatione euacuata Illuſt.Dux Sabau.fundamentũ aliquod facere: quia regula eſt,quã ẽt ſup. deduxi, ꝙ reſoluto iure datoris,eſt etiã reſolutum ius acceptoris: & ſicut cõſenſus dñi ab initio ṗſtitus nõ poterat operari in præiudiciũ aliorũ deſcendentium non ratificantium,ita multo minus potuit operari conſenſus dñi expoſt ſuperueniens; prout multum bene etiã aduerterunt alij Conſulen.

21 ¶ Nec ob.qđ dicitur,ꝙ Marchionatus erat datus in feudũ frãchũ,& liberũ, & tale feudũ põt alienari,quia ad iſtud fundamentũ multũ copioſè per Exc.mũ D.Nic. fuit rñſum, ex tenore inueſtituræ,feudũ hmõi non fore franchũ: quo ſtante,res nõ habet dubiũ,ſed caſu,quo eſſet feudũ

22 franchũ,ꝙ etiã non poſſit alienari vltra. Aret.conſ.14.eandem opinionem tenet Pau.de Caſt.conſ.179.In cauſa .col.3. in 1.vol.Cuius fundamenta, tacito auctore retulit Aret.in d.conſ.14.eandẽ op.etiam ſequitur Præpo.in prælud.feu.col.2.in 3. diuiſione.& qñ alienari poſſet,ita alienari debet,vt ſaluũ ſit ius dñi,quod cùm in caſu noſtro non fuerit factum,apparet alienationem non tenere.ṗut voluit Cur. etiã in prælud.feu.car.8.col.4.circa fin.

23 ¶ Nec ob.ꝙ iſta bona non ſunt feudalia, ſed potiùs donata,cõſiderata ṗſona Aledrami,cui primò dicta bona cõceſſa fuere,ṗut aſs vnã cũ alijs dñis Conſulentibus tenui; & ita de bonis ſic donatis potuit Io.Iac.diſponere.Quia dico ad iſtud fundamentũ copioſè, & multũ elegãter per D.Nicol.rñſum fore; ſed ad ṗpoſitũ

24 vnũ ſubijcio,ꝙ talis allegatio pro parte Ducis Sab.fieri non põt,quia vltra cõfeſſionẽ factã in libello,ꝙ iſta bona ſint feudalia,cui ſtandũ eſt,iuxtã plenè deducta p Deci.in l.2.in 3.not.C.de inſti.& ſubſt.

25 Conſidero,ꝙ tpe donationis factæ per Io.Iac.Duci Sab.,ṗ feudalibus talia bona, in perſonã Io.Iac.& ſuorũ deſcendentiũ tenebat,& reputabat hoc eſſeverũ;apparet ex inueſtitura,quã poſtea incontinẽti poſt donationẽ Ludo.Sab.Princeps fecit in perſonã Ioã.primogeniti dicti Ioã. Iac.vbi poſtq̃ voluit,ꝙ bona donata ſibi, de quib.inueſtiebat dictũ Ioan.primogenitũ,& ſuos deſcẽdentes,eſſet vnita perpetuò Marchionatui; reſeruauit expreſſè,ꝙ quilibet Marchio in primis pro tali Marchionatu ṗſtaret iuramentũ fidelitatis,& alia ſolita ṗſtari ſacratiſſimo Imperatori.Vñ cũ cõtractus fuerit factus ab initio,tanq̃ de re feudali,non põt poſtea negari illam non eſſe feudalẽ.Bal. & alij. quos refert Deci.conſ.665. Ad dubiũ. in princ.in 4.vol.& faciunt aliæ rationes ad propoſitum,de quibus ibi per eum.

26 ¶ Et qñ illa prima donatio facta Aledramo eſſet attendenda; Dico,ꝙ ex quo fuit facta Aledramo,& ſucceſſoribus ſuis; & appellatione ſucceſſorum,ex quo ſumus in re donata,& libera, vt aſs dixi conſulendo in hac materia contra Illuſt.Marchionem Salut.veniant tam maſculi, q̃ fœminæ; & inter alia allegaui Abbat. in conſ.3 Nitar.in 3.col.in 2. vol. Cùm Illuſt.Duciſſa Mant.hodie,& ante eam Illuſt.Bonifacius eius frater, & Ioan. Geor. patruus,eſſent,& ſint de ſucceſſoribus Aledrami; quibus ſucceſſoribus nõ ex perſona Ioan.Iac.nec per viã tranſmiſſionis, ſed ex propria ṗſona eorũ,eueniente caſu,ꝙ perſona,q̃ eſſet anterior,tolleretur, ius ex donatione primæua Ottonis eſt q̃ſitũ,nũ potuit donatio Io. Iac. quantumcunq; foret facta,non dico expoſt, ſed ẽt interueniente conſenſu ab initio Imperatoris, ṗiudicare ſucceſſoribus alijs,quibus erat ius quæſitũ ex illa donatione,ita expreſſè Pau.de Caſt. conſ.164. In pñti cã.col.7.vol.2.vbi cõſuluit in donatione facta à Rege,cuidã,& eius primogenito,

& alijs ſucceſſiuè,q ipſi primogenito, & alijs ſucceſſiuè videtur ius quæſitum ex contractu donationis, & ideo etiam cum conſenſu Regis tale ius à ſucceſſoribus reuocari nõ poteſt.deciſ.Pau.de Caſt.refert,& magnificat Deci.conſ.468.Superiori anno.col.4.ver.2.principaſr. & cõſ. 498.Viſo puncto.col.5.ver. & ad confirmationem huius concluſionis.vol.3.

¶Nec obſt.q in donatione facta Aledramo ſint illa verba,quòd donat eum facultate vendendi,commutandi, alienandi, & quicquid voluerint,faciendi; videtur ergo per iſta verba,quòd Io.Iac. potuerit ſucceſſoribus alijs præiudicare: quia reſpondet,quòd ponderanda ſunt illa verba in plurali poſita,& quicquid voluerint faciendi. Nam cũ ex donatione non ſolũ Aledramo eſſet ius quæſitum, ſed etiam oĩbus ſucceſſoribus,ad hoc,vt prçiudicetur ipſis,oportet,quòd omnes cõſentiat; & ideo fuerunt apppoſita illa verba in plurali, quia alijs conſentiẽtibus quibuſdam ex ſucceſſoribus,& alijs non,tantum conſentientibus fit præiudicium.Ad hoc adduco deciſ.Fulg.in l.quotiens. C.de fidei com. vbi concludit,quòd ſi res eſt prohibita alienari extra familiam, & omnes de familia conſentiant,illis conſentientibus tantum fit præiudicium.alij tamen deſcendentes,poſtea nati, quibus poſtea fideicõmiſſum debetur,poterunt ex perſona ipſorum alienationẽ reuocare; per not.in l.peto.§.fi.ff.de leg.2.deciſ.Fulg. ſequitur ibidem Corn.& Iaſ.qui dicit illam digito ligandam, quia quotidianã: ſequitur etiam Deci. in d. conſ.468. col. pen.in prin.Ita dico in cáſu noſtro, quòd licèt ex donatione facta per Io.Iac.ipſi Io. Iac.& alijs ſucceſſoribus,donationem ratam habentibus præiudicium generari potuiſſet; tñ alijs ſucceſſoribus non conſentientibus,præiudicari non potuit: & ita in terminis decidit Cur. Iun. in tract. ſuo feudali.car.47.verſ.3.igiť eſt regula.

¶Non omitto etiã,quòd donatio facta p Ioan.Iac.fuit vi,& metu facta, nec metus ille interuallo temporis fuit purgatus, cũ ſemper cauſa metus durauerit;& vbi ceſſauit,pro parte Marchionum Montisferrati,nulla fuit facta recognitio,prout iſta longiori ſermone alij dñi Conſulentes proſequuntur,quæ quia ſtante vera narratione facti,ſatis ſunt in iure nota: prout etiam conſuluit Deci.in d.conſ.468. col. 4. & 498. col. 5. Ideo tanquàm nullam difficultatem iuris habentia, tranſeo cũ ipſis Dominis Conſulentibus.

27 ¶Quibus ſtantibus dr,q etiã ex dicto capite confirmatio donationis, & aliorũ geſtorũ inter Ducem Sabaud. & Marchionem Montisferrati,p Maxim.& nouiſſimum Cæſarem,vt dicitur facta,nihil poteſt operari. Quia cũ fuerit donatio illorum Caſtrorũ,& terrarum vi,& metu extorta, confirmatio generalis ſubſequens Imperatoris,non extendit ſe ad ea, quæ ſunt illicita,& inualida,prout voluit Bal. in c.1.in 1.col.in tit.per quos fiat inueſtiť. in vſib.feu.meminit latè Iaſ. conſ. 1. col. pen.ver.& propterea dicit multũ ſignanter.vol.1. & conſ.12.in capitul. col. pen.

28 ver.tertio reſpondetur.vol.3.vbi pũctualiter dicit,quòd in confirmatione feudorũ intelliguntur confirmata feuda, quæ ſunt legitima,& iuſta,non autẽ alia.& idẽ Iaſ.conſ.122.Viſo proceſſu.col.4. ver. nec ẽt obſtat.& conſ.156.Qm̃ p eximiũ. col.pe.ver.nec gñalis approbatio. vol. 4.

29 ¶Et ad prædicta eſt bonus text.in l.auctoritatem.C.vnde vi.de quo latè per Fely. in c.poſtulaſti.col.antepen.de reſcrip.& per Cur.in materia nřa,in tract. feudali, car.16.col.4. ver. tertio principaliter. in quibus locis caſus noſter deciditur.

¶Concludendo igitur, dico, ex prædictis apparere,quòd friuolum fundamentum in prædictis laudo,& donatione,pro parte Illuſt.Ducis Sabaud. fieri poſſit.

30 ¶Ex ſupradictis,& his,quæ aľs dixi circa laudum, & donationẽ, colligi poteſt reſponſio ad ea,quæ nouiſſime fuerunt ad me tranſmiſſa, dum pręſupponitur confirmationem donationis à Io. Iac. factæ, per Sereniſs. Maximilianum, & Carolũ modernum Imperatorem fore factam, vnde ex quo Carolus ſemel confirmauit; non potuit nunc de dictis bonis ſic confirmatis,in alterum diſponere; quia dici poteſt,quòd cũ confirmatio intelligatur

facta eſſe, quatenus donatio eſſet iuſta,& valida, cùm præſupponatur contrariũ, vt ſup.dixi, confirmatio facta nihil operaẽ.

31 ¶Sed vltra ſupradicta, circa articulum hunc dico. Aut nos volumus, ꝙ confirmatio Maximiliani,& quatenus à Carolo moderno Imperatore ſit facta, noceat alijs deſcendentibus Theodori primi acquirentis ignorantibus,& non conſentientibus;& iſtud non poteſt dici per ſupradicta tam circa laudum;q̃ donationẽ; & maximè cũ confirmatio ſuperueneric eo tempore, quo non extabat, nec Io.Iac. donans, nec alij filij donationem huiuſmodi ratificantes: quo caſu in præiudiciũ aliorum non conſentientium, confirmatio fieri non potuit ex pulchra doctr. Iſer. allegata per prçſtantiſſimum D.Nicol. ad quam doctrinam confirmandam, dico, ꝙ in ſimili eſt deciſ.Rot.873. de iure patro. in antiquis, vbi in principio dicit, ꝙ ſi laicus donat alteri laico, ſine licẽtia,& conſenſu Epi, ius patronatus, quod habet in aliqua Eccſa,& anteq̃ Eps conſentiat, moritur ille laicus relicto filio hærede, qui hæreditatem agnouit;& ſic ius patronatus etiam in ipſum filiũ hæredẽ, ante confirmationem per Epum factam, tranſit: ſi poſtea Eps donationi primo factæ, de illo patronatu conſentiat, ꝙ illa ratificatio non poteſt præiudicare filio, cui interim ius quæſitum fuit: ita etiã in propoſito noſtro, nec credo, ꝙ melior deciſio reperiri poſſit pro confirmatione eius, quod voluit Iſer. in loco allegato.

32 ¶Nec obſt. ꝙ Rota dicat, ꝙ maior pars dñorum fuit in contraria opinione,& ſic prima facie diceret quis, quòd potiùs illa deciſio contrarium probet: quia dico aduertendũ eſſe, quòd ideo Rot. ibidem cõcludit, quòd ratificatio Epi noceat filio, eo, quia filius tanq̃ hæres patris, facto per patrem, contrauenire non poterat, vt expreſsè dicit ibidem Rot. hic autem ſum' in caſu, in quo filius ex propria perſona (cũ ſimus in feudo antiquo facto per patrem) contrauenire poteſt, etiam quòd eſſet hæres ipſius patris; vt latè tenet Iaſon. conſ. 168. ſuperiùs alleg. ergo ſuperuenientia conſenſus dñi in eius præiudiciũ nihil operari poteſt. Quinimmo Rot. ibid. circa fin. vult vnum, quod eſt plus, reſpondendo ad c. quamuis.& c. ſi pro te.

33 de reſcript. in 6. quòd quando quæritur ius tertio ex diſpoſitione eius, qui poteſt venire,& diſponere contra primam diſpoſitionẽ, quòd tunc in prçiudicium iuris taliter quæſiti confirmatio ſubſequẽs nihil poteſt operari: in caſu noſtro ſum' in actu, in quo primus diſponens poterat contra factum ſuũ, ante conſenſum dñi, venire; prout in terminis eſt deciſ. Math. de Afflict. 335. col. 4. in ſecundo dubio.& quæritur ius tertio non ſolũ ex facto illius, qui poteſt contrauenire, ſed veriùs ex propria perſona. Ideo confirmatio in eius præiudicium nihil operatur. Immo dicitur, quòd cũ ſimus in feudo antiquo, ſi conſenſus dñi ab initio, in alienatione præſtitus, non poteſt ſequenti ꝑiudicare, vt dixi tenere Iaſ. in d. cõſ. 168. ſuperiùs alleg.& Pau. de Caſt. conſ. 164. ſuperiùs alleg. multo minus poterit præiudicare conſenſus ſuperueniens,& hoc per ſupradicta non habet dubium quo ad illos deſcendentes, qui fuerunt ignorantes,& non conſentientes.

¶Aut & ſecundò, nos volumus dicere, quòd confirmatio Maximiliani (de qua erit ſermo, quia eam vidi, prætermiſſa aſſerta confirmatione Caroli, de qua non apparet,& quaten' appareret, credo erit ſub eadem forma, ſub qua confirmatio Maximiliani fuit facta) licèt non poſſit operare in præiudicium aliorum deſcendentium, tamen operetur in præiudiciũ dñi: ita quòd tempore, quo feudum deuoluitur, dñus non poſſit de feudo ſic deuoluto diſponere, tanq̃ illa confirmatio habeat vim,& confirmationis,& nouæ diſpoſitionis inuentum deuolutionis;& tunc militant omnia argumenta, quæ fiunt pro parte contraria.

34 ¶Quia reſpondetur, quòd iſtud non poteſt dici per dict. doctr. Iſer. in ſecundo mebro alleg. quam fore veram, in caſu noſtro optimè probatur in c. inter dilectos. iunctis his, quæ dicunt ibi Inn. Ioan. And. Car.& D. Ant. de fide inſtr. vbi dicunt ibi, eſſe tex. quòd quotiens Princeps

vtitur

vtitur verbo confirmamus,innitens priori conceſſioni:& non vtens verbis conferentibus nouum ius,vt ibidem exemplificatur per eos, nunquam ſuæ mentis eſt nouum ius tribuere. Cùm ergo Maximilianus in confirmatione ſua ſemper innitatur donationi precedenti, tantum mẽtis eius eſt donationem illam, & ius ex ea proueniens confirmare velle; non autem ius aliquod nouum in euentũ deuolutionis tribuere; ex quo non vtitur verbis aliquibus,inferentibus collationẽ noui iuris: & ſic verum eſt,quod dicit Iſer.quod niſi appareat de explicitavoluntate Principis,non intelligitur ius aliquod nouum,vltra illud,quod cõfirmatur tribuere: & ratio huius eſt,quia inueſtitura debet reſtringi ad caſum ſuum, tanquã ambitioſa.arg.c.q̃uis.& c.cui,de non ſacerdotali,de reſcript.in 6.vnde cũ inueſtitura ſic facta, vt de feudo donato,non poteſt trahi ad alium caſum,in quo feudum deuoluitur. ita pulchrè conſuluit Deci.referens Feudiſt.ita tenere conſil. 144.Et maturè in primo dubio.ver. prædictis minimè obſtan.vol.1. ex cuius dictis,in d.conſ.infertur deciſio ad vtrũq; caput ſuperiùs conſideratum; quod conſilium,quia pulchrum,in materia,ad argumenta contraria optimè per DñosCõſulentes reſpondetur, ad quos breuitatis cauſa me remitto:Hæc tantum dictis eorum volui addidiſſe.

¶Et ita iuris eſſe dico,& conſulo Ego Iacobus Symonetta Piſaurenſ. Sanctiſſimi D.N.Papæ Referendarius, & inter ſacr. Palat. cauſarum auditores locumtenẽs, &c. In cuius rei fide me propria manu ſubſcripſi,& ſolito ſigillo ſubſignaui.

CONSILIUM XXIIII. MAG.ci ET EXCELL.mi J.C. D. Nicolai Aliprandi, Ducalis Mantuæ Senatoris, ſuper Declaratoria Imperatoris.

IN inueſtitura conceſſa Dñis Duci, & Duciſſæ Mant. de Marchionatu Mõtisferrati, inter cætera continentur hæc verba formalia.

¶Inueſtimus pro ſe,& eorum deſcendẽtibus legittimis maſculis,& illis qñq; deficiẽtibus pro fœminis; ita q́ fœminæ ſemel,vel pluries excluſę ẽt admittivaleãt.

Tenor Declaratoriæ Caroli.

CAROLVS, &c. Recognouimus,& notum facimus tenore præſentiũ vniuerſis. Quum nuper poſt obitum q.Illuſt.Ioã.Geor. Marchionis Montisferrati, cauſam,& controuerſiam vertentem ſuper eodem Marchionatu, inter diuerſas partes,ius in eodem prætendẽtes,certis noſtris Commiſſarijs audiendam cõmiſerimus,vt auditis partibus, eorumq; titulis,iuribus, documentis, & allegationibus ſufficienter viſis,& intellectis,proceſſuq; inſtructo, cauſam huiuſmodi exinde terminare, & pro iuſtitiæ complemento ſtatuere valeamus. poſtetq; contingere,vt ex conceſſione,priuilegio, & inueſtitura à nobis, per Illuſt. Fridericũ Ducem Mant. Principem,& conſanguineum noſtrum Chariſſimũ,tam ſuo,quã Illuſt.Margaritæ eius coniugis,nomine, in ciuitate Bononiæ, die vltima menſis Decembris, anno Dñi 1532. obtenta; cuius tenorem hic pro inſerto, & ſufficienter expreſſo haberi volumus, & intendimus;cenſeri poſſet aliarum partiũ, & præſertim Illuſt.Caroli Ducis Sabau. Principis,& affinis noſtri Chariſſimi,iuribus præiudicatum eſſe; præſertim in illis locis,quibus diſponitur,quòd fœminæ

ſemel,vel pluries excluſæ admitti valeat;
& quòd omnibus alijs priuilegis,inueſti-
turis,conceſſionibus,&litteris,quibuſuis
perſonis,cuiuſcunq; præeminentiæ ſta-
tus, gradus, ſeu conditionis exiſterent,
conceſſis,ſeu impetratis,aut impetrandis
in præfata inueſtitura,aut cõceſſione de-
rogatum apparere poſſet. Nos igitur ei-
dem Ill.Duci Sabaud. ius ſuum illæſum
ſeruari cupientes.Tenore præſentiũ mo-
tu proprio,ex certa noſtra ſcientia, ſano
accedente conſilio,& de imperialis nr̃æ
poteſtatis plenitudine,decernimus,& d-
claramus per prænarratam inueſtiturã ,
à nobis,vt ſup.obtenta,ſub quacunq; ver
borũ forma,& ſub quibuſcunq; , & quã-
tumcunq; efficacibus , & derogatoriarũ
derogatorijs,& alijs clauſulis in eadem
conceſſione,priuilegio,&inueſtitura ap-
poſitis:quarum omnium tenores,vnà cũ
ipſa inueſtitura,vt ſup. obtenta , hic pro
inſertis , & ſufficienter expreſſis haberi
volumus,prædicti Illuſt.Caroli Ducis Sa-
bau.iuribus aliquomodo præiudicatum ,
ſeu derogatum non eſſe,neq; præiudica-
tum,ſeu derogatum cenſeri debere. Sed
potiùs omnia,& ſingula iura ipſius à no-
bis,& noſtris prædeceſſoribus Romano-
rum Imperatoribus,& Regib⁹, dicto Du
ci Sabaudiæ,aut eius prædeceſſoribus Co
mitibus,aut Ducibus Sabau.conceſſa,&
indulta,aut per ipſos acquiſita intacta, il-
læſa,ſalua,& reſeruata eſſe,& remanere.
Quæquidem omnia, & ſingula , à nouo
quatenus eſt, per præſentes motu ꝓprio,
etiam confirmamus,approbamus, & in-
nouamus ex certa noſtra ſcientia , & de
plenitudine Imperialis poteſtatis noſtrę.
Non obſtãte præfata inueſtitura,& clau-
ſulis antedictis,in contrarium facientib⁹,
Mandantes vniuerſis, & ſingulis Princi-
pibus,tã eccleſiaſticis,q̃ ſecularib⁹, Præ-
latis,Ducibus,Marchionibus,Comitib⁹,
Baronibus, Nobilibus,Militibus, Clienti-
bus,Capitaneis,Vicedominis,Aduocatis,
Præfectis,Procuratoribus,Quæſtoribus,
Ciuium Magiſtris, Conſulibus, Ciuibus,
communitatibus,&cæteris noſtris,&ſac.
Romani Imperij fidelibus dilectis,cu-
iuſcunq; præeminentiæ,dignitatis, ſtat⁹,
& conditionis exiſtant; vt præmiſſam no
ſtram declarationem,derogationẽ, con-
firmationem, approbationem, innoua-
tionem, decretum, & voluntatem, inte-
grè,& inuiolabiliter obſeruent, & con-
trarium non faciant,ſeu fieri permittãt;
quatenus præter noſtram indignationẽ
grauiſſimam, pœnam mille Marcharum
auri puri, Ærario,ſeu fiſco noſtro Impe-
riali irremiſſibiliter applican. incurrere
formidant. Harum teſtimonio littera-
rum manu noſtra ſubſcriptarum, & ſi-
gilli noſtri appenſione munitarum.
Dat.in Ciuitate noſtra Toleti,die 7.men
ſis Maij,anno Dñi 1534. Imperij noſtri
14. & Regnorũ noſtrorũ decimonono.

DOMINVS ADSIT.

Illvstrissimvs Dux Sabau.qui præten-
dit certa loca Marchio-
natus Montisferrati , ad
ipſum deuoluta, eò præ-
textu, ꝙ linea Paleolo-
gorum defecerit: Non obſtante,ꝙ ſuper
ſit Illuſt.D.Margarita Duciſſa Mantuæ,
quam dñs diù conſeruet, tanq̃ ipſa fue-
rit ſemel excluſa,præſentiens eam fuiſſe
ab Imperatore inueſtitam,vnà cũ Illuſt.
coniuge ſuo: Dubitans forte, licèt vanè,
ne ob id eſſet præiudicatum prętenſis iu-
ribus ſuis; quod tamen fuit præter omnẽ
opin.Illuſt.Ducis,& Duciſſæ. Qui tantũ
iura Imperatoris,non tertiorum ab Im-
peratore conſequi honeſtè quæſierunt,
impetrauit declaratoriam,& decretum,
tenoris,de quo ſup. Quapropter contin-
git in dubium excitare,an dictum priui-
legium , ſeu declaratoria in aliquo , no-
ceat iuribus Illuſtriſſimorum DD. Du-
cis,& Duciſſæ Mantuæ.

¶Caſus quidem iſte eſt indubitabilis, &
clarus,ꝙ nihil noceat, nec eget conſilio
meo,vel alieno;tamen,vt Principibus,&
dñis meis morem geram, hæc paucula
ſine allegationum pompa,non omiſſis ta
men neceſſarijs, ſcribere decreui.

1 ¶Primoquidem fateri poſſum, ꝙ mens
finalis Imperatoris, quæ explicitè colli-

gitur

gitur,ex verbis eiuſdem,fuit tantum declarare non fuiſſe ſuæ mentis, præiudicare iuribus Illuſt.Ducis Sabau.per inueſtituram conceſſam antedictis Illuſt.Ducibus meis,quod ſatis colligitur: Quũ hæc ſua clara mens ponatur in præfationibus. l.pantonius. ff. de hæred. inſtituen. c. ex multa.vbi D.Abb.de vot.Et eſt dictũ ſatis vulgare,& eſt etiã ſatis iuri cõſonum, quia in dubio non præſumitur Princeps velle derogare iuribus tertij.l.2.§. ſi quis à Principe.& §.meritò.ff.ne quid in loco
2 pub.Imperator igitur Illuſt.Duci Sabau. nihil dare voluit de nouo; quia actus agentium nõ operantur vltra eorum intẽtionem.l.non omnis.ff. ſi cer. pet. l. obligationum ſubſtantiã.§.fi. ff. de act. & oblig.Fundamentum aũt noſtrum,& ſic Illuſtr.Ducis,& Duciſſæ non eſt, fuiſſe ꝑ ſuam inueſtiturã derogatum iuribus Ducis Sabau.vel aliorũ;ſed eſt,nulla iura eũ, vel alios habuiſſe,nec poſt ſuam inueſtituram,nec ante. Et propterea ſequitur ꝙ declaratio facta per Imperatorẽ ad hunc finem,ne fuerit præiudicatũ iuribus Du-
3 cis Sabau.non debet operari,quòd illi tribuat ius,quod non habebat,nec vnꝗ habuit.l.legata inutil.ff.de adimen. lega. l. ex facto etiam.ff.de hære.inſt. Facit etiã, quia nullus effectus debet excedere cauſam ſuam. l. cum pater.§. dulciſſimus. ff. de lega.2.l.volũtas.C.de fideicom. Quũ igitur cauſa declarationis fuerit,ne inueſtitura conceſſa,vt ſup.Illuſt.Duci,&Duciſſæ Mant.noceret Illuſt.Duci Sabau.vt in præfationibus, eius cauſa effectus nõ poteſt eſſe,quòd Imperator det Duci ꝓdicto,quod nõ habebat,nec vnꝗ habuit;
4 quia ſic effectus ſuam cauſam excederet. eo maximè, cum præciſitas verborum non cogat nos ad oppoſitum. Et prædicta
5 ſunt eo magis vera,quia ſic enormiter læderent ius præfatorum Illuſt. Ducis, & Duciſſæ Mant. & ſic læderetur ius tertij, quod non eſt præſumendum,vt dictũ eſt ſupra,& non repeto,maxime quum læſio eſſet enormiſſima,quæ vix poteſt eſſe ſine dolo. vt per Bart.in l.ſocietate. §. arbitrorum.ff.pro ſoc.
6 ¶Secundò,principaliter dico, quòd vel fuerit errore Illuſt.Ducis Sabau.de facto fortè minus bene informati,vel qualitercunq; aliũde proceſſerit,iſta Cæſarea declaratio fuit ſatis extranea reſpectu iuriũ Illuſt.Ducis Sabaud. ipſe Dux enim prętendit Illuſt.D.Ducilsam ſemel fuiſſe excluſam à ſua, non dico Cæſaris, inueſtitura: & propterea feudum iure ſuæ inueſtituræ,per lineam finitam fore ad ſuã donationem deuolutũ.Cui prætenſo ſuo iuri,idem Dux dubitauit per inueſtituram Cæſaris,fuiſſe derogatum; de qua tamen re Imperator nihil pœnitus loquitur in ſua inueſtitura conceſſa Illuſtr. Duci, & Duciſſæ Mãt.vt patet ex eius inueſtiturę lectura. Sed Imperator,dum loquitur de fœmina ſemel excluſa, loquitur tantum reſpectu deſcendentium ipſorum Illuſt. Dñorum Coniugũ,videlicet inquantum aliquæ ex deſcendentibus ipſorũ excluderentur à maſculis,quòd ob id non ſint ſemper excluſæ.Et ꝑfectò hæc ſunt adeo extranea,& diuerſa,quòd non video rationem Ducis Sabau.quare tanto ſudore hanc declaratorium impetrare quæſierit; cum, vt quiſq; videt, valde diuerſa ſint contenta in inueſtitura, quæ reſpiciunt deſcendentes tantum, à contentis in declaratione,quæ reſpiciunt ipſam Illuſtr.Duciſſam tantum: & propterea de vno ad aliud non poteſt inferri. l. Papinianus exul. ff. de minoribus.
7 ¶Sed veniamus ad verba declarationis, vt nihil pœnitus intactum remaneat,quę breuiſſimo ſtylo expediemus. Et primò, dũ dicitur motu proprio &c.ex certa &c. ſano &c. ve imperialis noſtræ &c. Iſtæ quidem clauſulæ & ſi ampliſſimę,nõ ampliant gratiã ad caſus non compræhẽſos, in ea,cle.ei qui.de præben.per Bal.in l.eã quam.col.11.ver.ſed pone.C.de fideicõ. Et plura poſſent adduci, ſed non intẽdo pro nunc abundare in multitudine allegationum. ſed vnum, vel duo iura, ſeu auctoritates tantum allegare.iuxtã illud, In ore duorum, &c.
8 ¶Sequitur ibi, decernimus, & declaramus,quæ verba nihil obſtant. Eo quòd ex præcedentibus,& eis, quæ ſequuntur apparet, quòd nihil decernit, niſi hoc

tantum,

tantum,ꝙ non vult per inueſtituram antedictam eſſe derogatũ iuribus aliorum, & præſertim Ducis Sabau. Et iſte non eſt caſus noſter; quia nullum fundamẽtum noſtrum tendit ad dicendum hoc, ſed ad oſtendendum tantum nulla iura cõpetere aduerſarijs, nec competijſſe ante inueſtituram noſtram.

9 Secundò dicitur,ꝙ verbum decernimus, tanq̃ generale,continet in ſe verbum,declaramus; vt ſatis colligitur ex doctrina Abb.in c.decernimus.in fin.de iud. quicquid dixerit Cardi.in cle.1.de cauſ.poſſ. & proprie. Vnde cum verbum declaramus, & decernimus, hæc duo ponantur copulatiuè,vnũ reſoluitur in qualitatem alterius.iuxtà doctr.Bar.in l.1.ff. de pac. Et ſenſus eſt, quod Imperator decretorie declarat;& per conſequens non fuit mẽtis Imperatoris aliquid dare; quia qui declarat, nihil dat. l. hæredes, palam. §. quid poſt.C.de teſta.cũ multis adductis, per Iaſ. in l. non dubium. n.10.C.de leg. & in §.curare. col. 5. ver. Quartò principaliter. inſtit.de actio.

¶Dum ſequuntur alia verba, Caroli Ducis Sabaud.iuribus aliquomodo &c. per quæ verba primo aſpectu videtur, quòd Imperator declarat Ducem Sabaud. habere ius, dicitur quòd vbi de iuribus fit ſimpliciter,& indiſtinctè mentio, ſemp
10 ſubeſt clauſula,ſi qua tamen iura extãt, intantum ꝙ dicenti habere iura,incumbit onus probandi.iuxtà doctr.Bart.communiter approbatam,in l.ſi ſic.ff.de leg. 1.quod idem ſatis ſuadent illa verba, intacta,illæſa,ſalua,& reſeruata eſſe, & remanere. Quæquidem verba oſtendunt, quòd nihil aliud concedit,quã primò haberet,ſi quid habebat.

11 ¶Et prædicta ſunt plana. ſed ſi qua ſunt, quæ aliquid dubij faciant, ſunt alia verba,quibus dicitur: De nouo,confirmamus,approbamus,& innouamus ex certa &c.de plenitudine &c. Quæ verba videntur excedere formam declarationis.

12 ¶Sed & hæc rectè intuenti nihil faciunt, & verus,& clarus ſenſus eſt iſte,Declaraui,dicit Imperator mentis meæ non fuiſſe præiudicare iuribus &c.verũ inquantũ non ſufficeret talis ſimplex declaratio, immo eſſet opus ad id conſequendum p Illuſt.Ducem Sabau.ꝙ fieret noua diſpoſitio,tanq̃ iura eiuſdem Ducis eſſent clarè extincta,& vt potè verba eſſent clara, & non indigerent declaratione, quæ cadit ſuper obſcuris tantũ.l.ſi ſic ſtipulatus. vbi Imo.& Alex.poſt glo.ff.de ver. obli. Subdit ꝑpterea Imperator,quòd omnia ſupradicta quatenus opus ſit de nouo&c. Supradicta autem ſunt reſpectu iuris,inquantum Illuſt.Dux Sabaud.iura aliqua haberet. Et cum nulla haberet, apparet propterea verba Imperatoris non obeſſe. Voluit enĩ Imperator hoc caſu, quòd inquantum non ſufficeret declaratoria, quòd suppleant per nouam conſtitutionẽ ad id,quod putat per declaratoriã ſatisfactũ,& ſic limitate ſemper procedit.

¶Quiquidem intellectus,licet pleniùs,& neceſſariùs,declaratur etiam ex pluribus verbis contentis in dicto priuilegio.Item & aliquibus rationibus.

¶Reſpectu quidẽ verborum illa extant verba,videlicet;Quæquidẽ omnia,& ſingula &c.Per quæ verba Imperator clarè oſtendit nolle diſcedere à prædictis,vt de ſe patet,nec indiget alia auctoritate probari: inhæret enim prædictis tantum.

13 ¶Item ſequitur,quatenus opus eſt,& exponitur opus pro neceſſitate.ſm̃ gl. in d. l.qui inſulam.§.qui ædem.in glo.1.ff.loca. Et ſenſus eſt,Declaraui,& inquãtum id non ſufficiat,immo ſit opus noua conſtitutione,hoc caſu conſtituo ad finem, vt quod non poteſt Dux conſequi per declarationem, conſequatur per diſpoſitionem, &c.

¶Dum dicitur,motu proprio, hæc quidem clauſulę non trahuntur ad alios caſus,quã compræhenſos in diſpoſitione, vt dixi ſup.Et non repeto.

¶Dũ ſequitur, Confirmamus, approbamus,& innouamus;hæc verba clarè referuntur ad illa verba,Quæquidem omnia &c.et ſic ad ea,de quibus dixi ſupra,& ſic non excedunt caſus ſupra nominatos.

¶Hoc potiſſimè oſtendunt alia verba,videlicet,Non obſtante prima inueſtitura & clauſulis contentis in eá, inquantũ inueſtitura,

ueſtitura,& clauſulæ derogarent iuribus
Ducis Sabau. Et ſi Imperator ad præiu-
dicium Ducis,& Duciſſæ Mant. voluiſſet
de nouo dare iura, cùm ſupponamus id
eſſe contra terminos iuris,ſtantibus legi-
bus feudalibus. Item ſtãtibus diſpoſitio-
nibus annullantibus contractus factos p
vim,vel metum; & ſtantibus alijs addu-
ctis in conſilijs,Imperator inuictiſſimus,
14 ſicut vſus fuit hac clauſula, non obſtan-
te inueſtitura, ita pariter vſus fuiſſet clau
ſula,non obſtantibus legibus. Sicut enim
derogauit huic inueſtituræ in hac parte,
ita & derogaſſet cæteris obſtantibus. fa-
cit c.inter corporaliam.de tranſlat. Epiſc.
l.1.§.ſin autem ad deficientis. C.de cad.
tol. quo modo arguendi, ſæpè vſus eſt
Alex.& Soci. in pluribus locis,quæ aliter
non adduco, ne à mea proteſtatione di-
ſcedam. Et ex qualitate clauſulandi,
colligitur mens diſponentis. ſm̃ Bal. quẽ
etiam ſupra allegaui,in Leam quam. col.
9.ver.Sed pone.C.de fideicom.
15 ¶Facit etiam pro prædictis ratio, quia
non eſt veriſimile,ꝙ Imperator voluerit
dare iura Duci Sabau. quæ nunq̃ habuit
in præiudicium tertij, vt dictum eſt ſup.
16 ¶Secundò,non eſt veriſimile,ꝙ Impera-
tor voluerit tam honorabili inueſtituræ
derogare in totum, & noua iura conce-
dere Duci Sabaud. quæ nunq̃ habuit ver
bis tamẽ explicitis, & clariſſimis, vt quiſ
que id fuiſſe ſuæ mentis clarè dignoſcat.
argum.tex.qui optimè probat hoc in l. ſi
quãdo.ĩ prin.C.de inoff.teſta.ibi.Neque
enim credendum Romanum Principẽ,
qui iura tuetur, huiuſmodi verbo ob-
ſeruationem,&c. & dixit Bal. conſ. vlt.
17 incip.Rex Romanorum. col.4.ver.item
Princeps.in 1.vol. Princeps non intelli-
gitur iura priuatorum tollere, maxime
verbis generalibus,& confuſis.
18 ¶Alia,& tertia ratio eſt,quia hoc præten
ſum priuilegium fuit impetratum lite iã
pendente: quo fit, vt nihil innouandum
ſit iuxta rubrum,& nigrũ,C.ne lit. pend.
nulli lice.ſuppli.& iuxta rubrum, & ni-
grum in Decreta.vt lit. pend.nihil inno-
ue.& in auten.med.litis non fieri &c.hęc
autem aliter intellecta ſaperent nimiam
innouationẽ,eo maximè in propoſito, in
quo Imperator eſt cõis dñs vtriq; parti:
quo caſu non præſumitur, ꝙ communis
dñs velit præiudicare lite penden. inter
cõmunes ſubditos.vt dicit Innoc.in c.di-
lectus.vt lit.pend.& clariùs per D.Vitalẽ
in ſuo tract.clauſularum, in clauſula nil
nouari lite penden.col.5.
19 ¶Alia,& quarta ratio. quia nullo pacto
cogitandũ,immo nec in primis motibus
in mentem cadere debet,Sacratiſſimum
Carolũ modernum, & inuictiſſimũ Im-
peratorem,quo non ſurrexit melior; vel-
let, quid iniurioſum agere contra inue-
ſtiturã à ſe met factam, & contra Illuſtr.
Dños Ducem, & Duciſſam, obſequen-
tiſſimos,& fideliſſimos ſeruitores. Id enĩ,
ſi licet,bona venia ſit dictum, eſſet defi-
cere in fide,quod non eſt pręſumendum
in tam magno,& catholico Imperatore.
20 iuxtà text.in epiſtola inter claras. C. de
ſumma Trin.& fide cathol. & iuxtà id,
quod voluit Bal.in c.1.§.& quia vidimus.
qui feu.darẽ poſ. Et non decet Principẽ
beneficium ſuũ reuocare.ſm̃ Ioan. And.
in nouel.in c. quod dilecto. de conſang.
& affinit.& dixit Bal.in d.conſ.vlt. col.4.
22 ver.Vnde maxime &c. Maximè conue-
nit Regibus,& Imperatoribus, illud ver
bum, ſemel loquutus eſt Deus, & Cœle-
ſtinus, ſm̃ Bal. ibi fuit iudicatus animal
23 brutum, quia reuocabat de mane,quod
de ſero faciebat, & credendũ eſt, & nul-
lo modo ambigendum Sacratiſſ. Carolũ
24 eſſe,qualis eſſe debet;debet autẽ eſſe,ꝑ-
ut dicit Bal. in d.cõſ.vlt.col. 4.immedia-
tè añ ver.vlt.&c.Immobilis ad inſtar la-
pidis angularis,& ad inſtar Poli in cœlo.
¶Alia etiam poſſent dici circa ſurreptio-
nem,& obreptionem; Item & alia circa
facultatem concedentis,ſtante ꝙ iam ius
eſt acquiſitum,& quia ſumus in materia
feudorum; ſed puto non expedire, ſtan-
tibus ſupradictis; Dicent alij dñi,& Illuſ.
Conſulentes,ſi ita eis viſum fuerit.
¶Ita dico,& cõſulo iuris eſſe,Ego Nicol.
Aliprand.I.V.Doct.Ducalis Mant. Sena-
tor. ſaluo ſemper ſaniori iudicio rectiùs
ſentientis:& in fidem manu propria ſub-
ſcripſi,& ſigillo meo muniui.

SVBSCRIPTIO MAGNIFICI D. Mariani Socini.

DIRIGAT DOMINVS verba mea in viã veritatis,& iuſtitię.

¶Declarauit Carolus quintus Inuictiſſimus Imperator, per inueſtiturã à ſua Maieſt.factã, de ſtatu,& Marchionatu Montisferrati, in perſonã Illuſt. Dñorum Ducũ Mant. datam Bononiæ 31. Decemb. anno Dñi 1532. nullum eſſe generatum præiudicium iuribus Illuſt. Caroli Ducis Sabau. ſi quæ haberet ſuper Marchionatu Montisferrati, aut parte eius.

¶Propter quã declarationem oritur dubitatio, an ſcilicet bonis iuribus Illuſtri Ducum Mant. ortum fuerit aliquod prę iudicium, & quidem abſq; aliqua hæſitatione, concludendum eſt, ꝙ non. Sicut enim per inueſtituram Bononiæ factã in perſonam Illuſt. Dñorum Ducum Mãt. nulli in iure, quod haberet, fuit præiudicatũ, prout reſpectu Illuſt. Ducis Sabau. declaratur per Sereñ. Carolum, licet ſuperfluè: ita etiã per prædictam declarationem,& iuriũ Ducis Sabaud. conſeruationẽ non poteſt dici illatum aliquod p̃iudicium iuribus prædictorũ Mant. Ducum, eis acquiſitis per præallegatam inueſtiturã, aut aľs vndecunq;. Et cùm hoc plenè,& ſapienter fuerit demonſtratum per Exc.mũ D. Nicol. Alipran. mihi vt patrem honorañ. in ſuprascripto conſilio, remq; ipſam luce clariorẽ bonis, ac iuridicis rationibus reddiderit; Ego de ſubſcriptione (quatenus tñ iuſtitia patiatur) requiſitus, nõ curabo quicꝗ aliud adducere; ne videar, vt ita dixerim, ſolẽ facib' illuſtrare velle, ſuper vacuis enim laborarẽ impendijs. vt dr̃ in c. ſi. oĩa, 6. q. 1.

¶Igitur concluſionem prædictam, prout per Excell. Conſultorem firmatur, iuridicam eſſe arbitror, Ego Marian. Socin. Senen. I. V. Doct. & vtriuſq; aulæ Comes; Paduæ legens iura ciuilia in primo loco veſpertinæ lectionis,& in fidem propria manu ſubſcripſi, & ſolito ſigillo ſubſignari mandaui, ſaluo ſemper conſilio rectiùs ſentientis, ad laudem omnipotentis DEI, & virginis glorioſæ.

ALLEGATIONES, SEV CONSILIVM XXV. Mag. Domini Hieronymi Lucen. & D. Ioannis Baptiſtæ Albriſy.

CVM audiuerim' Illuſt. Ducem Sabau. ſeu eius agentes dicere, ꝙ etiã ſi poſſeſſoria iudicia diuidi debeant à iudicijs petitorijs; tamen etiam in poſſeſſorio ſe habere potentius ius, & eſſe præferendum in adipiſcenda poſſeſſione; operæ precium eſſe dicimus conſiderare, quænam poſſeſſoria iudicia intentata fuerint pro parte ſuæ Excell. & videre an ſit talia, ex quibus præferri debeat.

1 ¶Primò, igitur prætendit ſua Excellentia ſibi poſſeſſionem eſſe concedendam, vt hæredi Illuſt. Dominæ Blancæ; filiæ quondam Illuſtr. Dñi Marchionis Guilielmi ſenioris, qui poſſedit totum ſtatũ Montisferrati, & quæ in ſuo teſtamento præſentem Illuſt. Dñm Ducem hæredẽ inſtituit; cùm fuiſſet nupta alteri Carolo Duci Sabau. Et in primo congreſſu facto, coram Dñis Commiſsarijs, fuit dictũ per Magnif. D. Oratorem, quòd ſibi competebat remedium. l. fi. C. de edic. diui Adri. tollen. cùm oſtenderet ipſius D. Blancæ teſtamentum non abolitum.

2 ¶Sed profectò ſi vult vti remedio d. l. fi. illud ſolũ competit pro illis bonis, & ad adipiſcendam poſſeſſionem illorum bonorum, quæ in bonis dictæ D. Blancæ reperta ſunt tempore mortis, vt expreſsè

dicit

dicit tex.in d.l.fi.& declarant Doct. maximè Bal. Vnde cū Illuſt. Dña Blāca, nūq̄ poſſederit aliquid in ſtatu Montisferrati,& vnus tempore mortis poſſideret, vt eſt probatum,& notorium; licèt onus probandi agenti incumberet, quòd non poteſt prætendere hoc remedium Illuſt. D.Dux hæres,ab ea inſtitutus.

3 ¶Sed eſt etiam videndum, an fortè ipſe Illuſt. Dux Sabau.vti hæres D. Blancæ, fortè intētare potuerit interdictum quorum bonor.ex perſona ipſius D.Blancæ; & ſicut potuiſſet ipſa D.Blanca illud intentare,ita nunc intentetur per eius hæredem. Et certè etiā tali remedio vti non poteſt,ſicut nec potuiſſet contra Illuſtr. D.Io.Geor.vltimò defunctum:& ſicut nō potuiſſet eo vti contra Marchion.Io.Georg.ita nec contra eius hæredem, q̄ autē non potuiſſet vti contra Marchionē Ioā. Geor.apparet; quia ipſe non poſſidebat ꝑ hærede,vel pro poſſeſſore, ſed ex legitimis titulis inueſtiturarum in iudicio ꝓductarum:& tale remediū non datur cō-

4 tra tit.poſſidentem,ſed ſolū contra poſſidentem pro hærede tantū,vel pro poſſeſſore.l.1.ff.quor.bonor.l.2.C.eod.tit. & ibi Doct.ſicut & petitorio hæreditatis nō datur contra tit.poſſidentem. l. regulariter.l.pro hærede.ff.de petit. hære. habet per Doct.in l. hæreditatis. C. eod. & per Saly.in d.l.1.C.quor.bonor.

5 ¶Secundò ex alio non poteſt tali remedio vti,quia eſt extinctum , & peremptū tempore,cùm ſint anni quinquaginta,& vltra,q̄ mortuus fuit Illuſt.D.Gulielm⁹, & poſſeſſoria remedia tolluntur; vt apparet ex dictis Soci.in l.rē, quæ nobis.in 2.q.prin.col.pen.ver.tertio & vltimo, inſertur.& conſ. 58. col. pen. ver. ſeptimo principaliter, Rot.deciſ.259.incip. Si rector,& in terminis remedij adipiſcendæ, q̄ datur hæredi eſt text.& ibi Doct.in d.l.

6 fin.C.de edic.diui Adri.toll. Quæ exceptio eſt impediens litis ingreſſum,& dicitur litis finitæ.Bal.in l.ſi quis per trigin ta.ſi de feud.fuer.controuer. & ibi Præpoſ.Bart.in l.1.§.fin.ff.ad Tertul.& in l. emptio. C.de longiſ.tempor. præſcript. Felyn. in rubr, de præſcrip.

7 ¶Tertiò,ex alio non competit tale remediū,quia ab eo Dña Blanca excluſa fuit ſua renunciatione iurata.iuxtà c. quāuis. vbi Doct. de pact.in 6. & ideo obſtat ei, & hæredibus renunciatio: vt apparet ex dictis Soci.in l.rem,quæ nobis.q.9.ad fin. vbi in fortioribus terminis loquitur etiā in ſpoliato renunciante poſt ſpoliationē, cùm per ceſſionem reddatur ius poſſeſſoris notorium, igitur,&c.

8 ¶Nec prædictis obſtat,quod aſſeritur,q̄ in renunciatione fuit enormiſſimè læſa; &ideo reſtitutio contra renunciationem fuit ei, & eſt eius hæredi concedenda: quia licet quando in contractu minoris interuenit dolus, vel ex propoſito,vel re ipſa, quæſtio ſit ardua,an minor debeat abſolui,& reſtitui,in quo varij varia ſenſerunt; tamen quando dolus non interuenit ex propoſito,nec fuit enormiſſima læſio, ita quòd dolus re ipſa interueniſſe dicatur,tunc nullus eſt,qui dicat minorē reſtitui debere.vt per Doct.latè in auten. ſacramenta puberū.C.ſi aduer.ven.& pō alios,Corn.qui illam repetit,& ꝑ Doct.in d.c.quamuis,quod repetit Georg.Natta. Sed in caſu noſtro,quòd fuerit enormis, nedum enormiſſima læſio non apparet, nec apparere poteſt, cū 80000. ducati ꝓ dote promiſſi,ſatis excedāt portionem, in qua ſuccedere potuiſſet,præſertim al-

9 lodialium,vt apparet notoriè. Sed quicquid ſit,hæc probatio,quæ ad ipſum Ducem ſpectat,altiorē indaginē requirit: & ideo nō eſt talis petitio admittēda ad impediendā expeditionē remediorū poſſeſſoriorū; quæ, vt dictum fuit,non debent per tales except.indaginem altiorem requirentes retardari,vt per Doct.in d. l.2. C.quorum bonor.& l.2.C. de edict.diui Adri.tol.& per Doct.in d.c. 1. §.inſuper. de prohib.feu.alien.per Feder.

10 ¶Præterea id,quod per reſtitutionem in integrum,poteſt obtineri; non ſolū non dicit̄ fieri poſſe incontinenti,ſed nec fieri poſſe ad impediendū poſſeſſionem. ita not.Inno.in c.paſtoralis.de cauſ. poſ. & propriè.& ibi Abb.in fin.vlt.col. & Paul⁹

11 de Eleaz. Accedat,quòd remedium reſtitutionis fuit amiſſum per lapſum qua-

 driennij,

drienniꝭ,de quo in l.fi.C. de temp. in integ.reſti.& in c.1.de in integ.reſti. lib.6. Et per tacitam ratificationem inductam ex lapſu quinq; ,vel 10.ann,poſt maiorẽ ætatem D.Blancæ; de quibus in l.fi. vbi Doct.C.ſi maior fact.alien.&c. vnde non poteſt amplius intentari.

12 ¶ Vltimò, quo ad hoc remedium interdicti quor.bonor.aut Illuſt. D. Dux Sab. vult hoc remedio vti contra D. Duciſsã, vti hæredem q.Illuſt.D.Io.Georg. & cũ ipſa non poſſideat, non poteſt, quia ſolũ

13 datur contra poſſidentem, vt eſt dictũ; & ſi ipſa poſſideret, habet titulum,& nõ datur contra titulo poſſidentem,vt etiam

14 fuit ſup.dictum. aut vult intentare cõtra Cæſaream Maieſt. & cũ ſtatus deuenerit ad ſuam Maieſt.ab eo, qui contra D. Blancã,& hæredes præſcripſerat, vt ſup. & ſit directus dñs: ſequitur,ꝙ non poteſt contra ipſam iudicium intentare, vt declarat Aluar.in c.1.§.ſi quis per triginta.ſi de feud.fuer.contro.col.3.ver. quæro,ab extra. Ex quibus ſatis apparet hoc remedio Illuſt.Sabau.Ducem obtinere nõ poſſe,& ſine dubio nr̃a poſſeſsoria remedia, de quibus clarè liquet eſſe præferenda.

¶ Alio etiam remedio poſſeſſionem petere videtur Illuſtr. Dux Sabau. reſpectu contentorũ in donatione, & infeudatio-

15 ne,quia dicit penès ſe remanſiſse ciuilẽ; vnde defuncto D.Io.Geor. nullo ſuperſtite maſculo habili ad ſucceſſionem,videtur,quòd naturalis poſſeſſio ſit cõſolidata ciuili.vt per Bal.in l.2.q.46. ff. de rerũ diuiſ.& per Abb. in c. cùm veniſsent. in 2.not.in 2.col.de reſtit ſpol. Bar.in l. excesſe,in fin.ff.ad Treb.cum ſimil.

16 ¶ Sed circa hoc remedium latiſſimè loquuti ſunt Excell.D.Auguſt. Ber. in ſuo conſilio,in tertia par. n.31. cum ſequ. & celeberrimum Collegiũ Bononienſe in conſ.ſuo n.12.& n.28.cum ſeq.vbi latè oſtendunt hoc remedium minimè competere Duci Sabau. ad quorum dicta nos remittimus, quibus addi poteſt; inquantum dicunt,quòd penès Ducem Sabaud. nulla fuit ciuilis,nec aliquam ſibi poſſeſſionẽ remanſiſse,cui naturalis poſſit cõſolidari; quo ad hoc faciunt ea, quæ hñt per glo.& doct.maximè Matth. de Afſl. in c.1.§.ſimiliter.de lege Corra.& ꝑ Bar. & Doct.alios,poſt glo.in l.3.§. ex cõtrario.ff.de acquir. poſs.vbi concludunt penès primum vaſallum, ſubinfeudantem nullam poſſeſſionem remanere.

17 ¶ Præterea,cùm omnes,qui in Marchionatu ſucceſserunt poſt Ioan. qui dicitur fuiſse inueſtitus, recuſauerunt velle inueſtiri à Duce Sabau. immo ſemper reputauerunt ſe non teneri ad aliquam inueſtiturã; nec Ducem Sabau.aliquam in eos habere ſuperioritatem,etiam ſi quæ ciuilis fuiſſet penes Ducẽ Sabau.illa fuiſſet amiſsa ſpacio ferè centum annorum, quo eſset libertas præſcripta. vt habetur per Doct.in d.§.ſi quis per triginta. & ſic non poteſt dici aliquam ſuperfuiſse ciuilem,cui naturalis potuerit conſolidari.

18 ¶ Vltimò,cũ ipſe Illuſt.D.Dux Sabau.dicat feudum ad ſe reuerſum,& ex aduerſo,pro parte Illuſtr.D. Duciſsæ Mant. dicatur non eſse ſuum feudum,& caſu quo eſset,ſe eſse comprehenſam,& habilem interim,donec prædicta diſcutiſtur, debet ipſa eſse in poſſeſſione: vt eſt text. in c.1.§.defuncto milite.ſi de feu.fuer.controu.inter dom.&agn.per quem tex.clarè probatur,quòd in adipiſcenda poſſeſſione hæres præfertur,etiam dño directo aſſerenti feudum ad ſe reuerſum: quanto igitur fortiùs præferri debet,ſi non apparet,quòd ſit directus dñs, ſtantibus tot exceptis contra aſsertas donationem,& infeudationem. Ex quibus apparet poſſeſsoria remedia Illuſt.D.Duci Sabaud. nulla competere, & ſi competerent, noſtra tamen præferenda eſse.

LAVS DEO.

Hieronymus Lucenſis.
Ioannes Baptiſta Albriſius.

PRIMA

PRIMA PARS CONSILII XXVI. REVER. ac Mag. D. Rolandi a Valle, Caſalen.

OMNIPOTENTIS
DEI ſuffragio,ex
corde , & animo
priùs inuocato. In
cauſa præſentis pe-
titorij ſtatus Mon-
tisferrati,quæ in ce
lebri ciuitate Me-
diolani, coram Il-
luſtr. Cæſareis delegatis, agitatur inter
Illuſt.& Excellē.Margaritam Duciſſam
Mant.neptemq; Illuſt.& Excellen q.Io.
Georg. Marchionis Monſerrati, vltimò
loco defuncti ex fratre, & Illuſt.ac Excel
len.Carolum Ducem Sabaud.& Franci-
ſcum Marchionem Salutiarum; viſa in-
ſtructione caſus propoſiti, & diligenter
conſideratis his,quæ ſunt narrata: Dubi-
tari contingit,an prædictis Illuſt. Princi-
pib⁹ Duci Sabau.& Marchioni Salut. ius
aliquod in ſtatu, & dñio Montisferrati
competere poſſit,contra prædictam. Illu.
Duciſſam Mant.inueſtitam de antedicto
ſtatu,ante mortem q. prædicti Illuſt. Io.
Georg.per Inuictiſſimum Carolum mo-
dernum Imperatorē. Et qm̄ vnuſquiſq;
eorum prætendere videtur ius in dicto
Marchionatu,diuerſis ex capitibus. Ideo
gradatim procedendo,primitus, & ante
omnia,vt veritati, & iuſtitiæ euidentior
via pateat,tangam ea,in quibus Dux Sa-
baudiæ ſe fundare videtur. Secundò fun
dabo intentionem Illuſt.& Excellē. Du-
ciſſæ Mant. Tertiò, per nonnullas ratio-
nes demonſtrabo donationem factam Il
luſt.q.Amadeo Duci Sabaud.per Illuſtr.
q.Io.Iacob.Marchionem Montisferrati,
nullam fuiſſe,& eſſe,demum obiectis Il-
luſt.Ducis Sabaud.reſpondebo in fauorē
ipſius Illuſt.Duciſſæ concludendo,ꝑ qua
lux veritatis aſſiſtit.

1 ¶Et primò in fauorem Illuſt. Caroli Du-
cis Sabaud. facit,ꝙ valida fuerit donatio
facta q.Amadeo Duci Sabau. anteceſſori
ipſius,de caſtris,terris,& locis exiſtenti-
bus vltra Padum, & Tanagrum, per Il-
luſt.& Excellen. q.Io. Iac. Marchionem
Montisferrati,ſine conſenſu Cæſaris, qđ
demonſtrari videtur; quia talis contra-
1 ctus donationis factus fuit de bonis allo-
2 dialibus quo caſu clarū eſt, ꝙ de bonis
ſuis proprijs,& allodialibus quis ad libitū
ſuum poteſt diſponere. vt in l.re manda-
ta.C.mandati,etiam in abutendo,vt vult
text.in l.ſed & ſi lege.§.conſuluit.& in l.
ſi quid poſſeſſor.ibi quia quaſi ſuam rem
neglexerit.ff.de peti. hæred. ꝙ autē ca-
ſtra,terræ,& loca donata ſint allodialia ,
3 oſtenditur,quia per Imperatorem Otto-
nem donatus fuit Marchionatus Montiſ
ferrati prædict. q.Illuſt.D.Io.Iac. videli-
cet,Aledramo primo Marchioni Mon-
tisferrati,nulla re ſibi reſeruata in dicto
Marchionatu; immo pleno iure in eum
tranſlatum fuit,vt conſtat ex verbis con-
ceſſionis,ibi, ita,vt deinde prædicti Ale-
drami,& ſucceſſorum ſuorum dñio ſub-
derentur,ſicuti euſq; iuri Regni, & Im
perij dñio erāt ſuppoſita, in eū iura eadē
transfereñ. Ex quo ſequitur, quod not.
Bal.in conſ.ſuo 310.in 2.col.vol.3. incip.
4 Ad euidentiam.vbi dicit idem iudican-
dum eſſe de caſtris donatis ab Imperato-
re,quando ſunt pleno iure tranſlata, quā
de alijs bonis merè patrimonialibus; quē
ſequitur Deci.in conſ.ſuo 468. in 3.col.
in conſ.498.col.3. pro qua quidem opi-
5 nione facit quod not. Oldr. in conſ. ſuo
159.incip.Ex præſenti themate.vbi con-
cludit,ꝙ quando Princeps donauit quic-
quid iuris habebat in principatu, ratione
feudi,vel alia,ex quo non reſeruauit ſi-
bi directū dñium,illa donatio non poteſt
dici,ꝙ ſit feudum,ſed eſt donatio ſimpli-
citer, prout verba ſonant. quam deciſ.
Oldr.refert,& ſequitur Alex.in conſ.ſuo
24.in 5.vol.in 3.col.in fi.vbi in ſimili ca-
ſu ita arguit,& concludit. & Iaſ. in ꝑlud.
feu.

feu.ac Deci.in dictis conſilijs ſuis 468. in 2.col.& 498. vbi cum prædictis dicit ſe concordare Paul.de Caſt.in conſ.161.in fin.col.vbi arguit non eſſe feudum, quãdo feudum nominatũ non fuit, vt quia il la res data fuit, vt accipiens illam hẽret, tanq̃ rem ſuam propriam, & liberã, quæ
6 verba repugnant, vt dicatur data in feudum.c.1.§.hæc ita.de conten.inter dom. & vaſ.de inueſt.ibi rem dicant eſſe propriam, & non infeudatam; quam partem tenent Cur.iun.in tract.feud.in 1. par. in ver.6.principaliter, & Iac.de ſanc. Geor. in ſua inueſtitura, in §.inueſtiuit. in verſ. ſed quæro de quæſtione, quæ fuit de facto.& Iaſ.in conſ.ſuo 45. vol. 1. col. 1. & Deci.in conſ. ſuo 269. col.1.& in conſ. 413.vbi in fortioribus terminis conclu-
7 dit, q̃ donatio facta à Principe abſq; aliqua reſeruatione, aut retentione præter fidelitatem, & homagium, dicitur ſimplex donatio, & non conceſſio in feudũ, non obſtantibus illis verbis, præter homagium, & fidelitatem: quia cũ contractus donationis habeat repugnantiam cũ feudo, neceſſarium eſt, q̃ illa fidelitas, cũ homagio, intelligatur alio reſpectu, quã ratione feudi: nam, cũ non ſit feudum,
8 ratione feudi intelligi non poteſt. Et ideo videtur, quòd iſta verba fidelitas cũ homagio, ratione iuriſdictionis intelligant;
9 & quòd non ſit feudum, comprobatur; quia, ſi verũ eſſet, quòd talis donatio eſſet conceſſio feudalis, ſequeretur, quòd fœminæ non poſſent ſuccedere in dictis bonis feudalibus, & tamen in bonis donatis ſuccedunt fœminæ: put diſtinguẽdo inter feudum, & donationem, conclu dit Ang.in conſ.ſuo 242.inci p. Super primo.in fin.& Alexan.in dicto conſ.24.ſupra alleg. & in conſ. 60. incip. Viſo themate.col.1.vol.2.quos refert, & ſequitur Deci.in conſ.ſuo 32.incip. Et pro tenui. in 2.col.& in conſ.208.incip. Ad clariorem.in 2.col.in verſ.poſtremo.& in cõſ. 269.incip. Conſultus ab Illuſtr.& in cõſ. 390.incip. Quoniam.in 4.col.& in dicto conſ.413.in 2.col.ſup.allegato.& in cõſ. 607.incip. Viſo puncto.in 4.col. Et quòd conceſſio facta ab Inuictiſſimo q. Ottone Imperatore, Aledramo ſit donatio, p̃batur ex not.per Deci.conſ.32.incip. Et pro tenui.col.2.vol.1.& in conſ.413.ſup.
10 allega.col.2.vbi concludit, quòd conceſſio Imperatoris continet abſolutè donationem liberam, & non feudum, quando in ea ſunt apposita verba, concedimus, & ſpeciali largitate donamus; & in ea nullum verbum de feudo habetur, quia qualitas conceſſionis ex tenore verborũ demonſtratur.l.ſancimus.C.de fideiuſſ. vñ
11 cùm dicatur donamus, clarum videtur,
12 iſtam fuiſſe donationem, quia à verbis in dubio non eſt receden.l.non aliter.de
13 lega.3.& in claris non eſt opus coniecturis.l.continuus.§.cùm ita. de verb. oblig.
14 Item & quando ſumus in beneficio Principis, quod latè debet interpretari. l. fin. ff.de conſtit.Princip.& ad quem ſpectat
15 liberalitatem exercere. vt in l.penul. C.
16 de dona.inter virum & vxor. Item & ẽt quando effectus rei correſpondet, vt dicatur donatio, vt quia Princeps nil ſibi reſeruauerat in cõceſſione; ſed in caſu noſtro, de quo agitur, omnia iſta cõcurrũt; nam hic ſunt apposita verba, donamus, cõcedimus, & largimur, & de feudo nullum verbum habetur. Item & ſumus in beneficio Principis, paritérq; cũ verbis, quæ ſonant expreſſam donationem, etiã effectus rei concurrit, quia talis conceſſio fuit facta per q. Ottonem Imperatorẽ Aledramo abſq; aliqua reſeruatione, vt ſupra dictũ fuit; & ſic videtur donatio nomine, & cũ effectu. vnde ex ſupradictis videtur dicendum, dictam donationem factam per Illuſt. & Excellen.q. Io. Iac. Marchionem Montisferrati, Illuſt. q. Amadeo Duci Sabaud.fieri potuiſſe, & valere ſine aliquo conſenſu Cæſaris; cùm de rebus proprijs, liberis, & nemini ſubiectis facta eſſe videatur.
17 ¶ Secundò etiam facere videtur in fauorem prædicti Illuſt. Ducis Sabaud. quia dato, quòd donatio facta per Illuſt. q. Io. Iac. fuerit facta de bonis feudalibus; adhuc videtur dicendum, dictam donationem fieri potuiſſe, & valere abſq; cõſenſu Cæſaris ſupremi, & directi dñi, p̃pter conſuetudinem vigentem in patria Montisferrati;

tisferrati, in qua Principes alienant bona
feudalia irrequiſito Imperatore, quæ con
ſuetudo valet: vt concludit Bal. in conſ.
ſuo 318. vol. 2. quem refert, & ſequitur
Deci. in conſ. ſuo 208. quod probatur &
18 ratione. Nam quòd quis non poſſit alie-
nare bona feudalia ſine conſenſu directi
dñi, eſt inductum à conſtitutionibus feu-
dorum, quæ dicuntur conſuetudines, li-
cèt in ſcriptis redactæ ſint; vt not. Bar. in
repeti. l. de quibus in 4. col. in ver. Itẽ quę-
ritur. ff. de legi. quæ cõſtitutiones feudo-
rũ, cùm recipiant vim à conſuetudine, il-
lis faciliùs à cõſuetudine contraria de-
rogatur. vt not. Bal. in l. 2. ff. de vulgar. &
pupil. & Deci. in conſ. 390. col. 6. in prin.
& quæ conſuetudo contra illud, quod di-
ſponitur à conſuetudine feudorũ, valet;
vt eſt text. in §. nos Romanorũ. in tit. de
pace conſtan. vbi Imperator approbat
conſuetudinem cuiuſlibet ciuitatis, con-
tra conſtitutiones feudorũ, pro qua qui-
19 dem opinione facit. Nam de conſuetu-
dine feudali, fœminæ non pñt ſuccedere
in feudis; vt in c. 1. §. hoc autem notãdũ.
qui feu. dare poſ. & in c. 1. §. ad filias. de
ſucc. feu. & tamen contraria conſuetudo
valet. vt not. in c. ſignificauit, extra de re-
ſcrip. not. Deci. in dicto conſ. 390. col. 6.
& Cur. iunior. in tract. feud. in 3. par. in 11
q. principali, in ver. octauo fallit. vbi dicit
valere conſuetudinem, quòd fœminæ ſuc-
cedant in feudo, prout eſt in Regno Si-
ciliæ, non exiſtente maſculo; ſicut etiam
in ſimili videmus, nam ſecundum con-
20 ſuetudinem feudalẽ, in feudis Marchiæ,
Comitatus, & Ducatus; vel aliarũ digni-
tatum, non cadit ſucceſſio, & tamen con
traria cõſuetudo valet: vt in c. 1. §. fin. de
alie. feu. Confirmatur, & iſta opin. nam
21 de conſuetudine feudali alienatio feudi
paterni ſine conſenſu agnatorũ non va-
let. vt in d. c. 1. de alien. feu. pater. & tamẽ
contraria cõſuetudo valet. vt per Cãpeg.
in conſil. ſuo 2. inſerto in vol. conſiliorũ
Bruni. in pen. col. in fin. vbi dicit valere cõ-
ſuetudinem, quòd feuda inſcijs, & inuitis a-
gnatis, irreuocabiliter vendantur in præ-
iudicium ipſorum. Et quòd valeat talis con-
ſuetudo alienãdi bona feudalia, irrequi-
ſito dño, not. D. Iac. de ſanct. Georg. in in-
ueſtit. feu. in §. & cùm pacto de non alie-
nando, in ver. ſed hic cadit pulchra du-
bitatio. & Deci. in conſ. ſuo 269. col. 3. &
in conſ. 588. col. 4. & latiùs in conſ. 680.
incip. In cauſa feudali. & in conſ. 585. in-
22 cip. In cauſa, quæ Mantuæ, quòd feuda poſ-
ſint liberè alienari, prout eſt in Gallia, vbi
de conſuetudine feuda vẽdi, & in extra-
neos transferri poſſunt. vt per Io. Iac. in §.
item ſeruiana. inſtit. de actio. Et qui in di-
ctis locis ſubdit, quòd attenta dicta conſue-
tudine, dicta bona feudalia videntur de-
bere iudicare, tanquam bona patrimonialia;
ſiue allodialia, quia à pari procedunt pa-
23 ctum, & conſuetudo. vt per Bal. in l. liber
ti, libertæq́; col. pen. C. de oper. liber. & per
24 Bal. in d. conſ. 318. vbi dicit, quòd inuetera-
ta conſuetudo habetur pro pacto expreſſo,
per quam, vel per quod alienatio feudi per-
25 mitti poteſt. Sed de bonis feudalibus, quæ
vigore pacti vendi, vel alienari poſſunt;
idem iudicatur, quod de bonis patrimo-
nialibus. vt per Pet. de Anchar. in conſ.
125. incip. Viſis. vbi inquit, quòd de bonis
emphyteoticis, quæ poſſunt vigore pacti,
vel antiquæ conuentionis vendi, & alie-
nari, idem iudicatur, quod de bonis pa-
trimonialibus: Idem ergo videtur dicen-
dũ in bonis feudalibus, quæ alienari pñt
virtute conſuetudinis, cùm iſta à pari pro-
cedant. Cũ ergo vigore conſuetudinis vi-
gentis in patria Montisferrati videatur li
citum eſſe Marchionibus dictæ patriæ a-
lienare bona feudalia, irrequiſito Impe-
ratore; & Illuſt. q. Io. Iac. fecerit donatio-
nem Illuſt. q. Amadeo Duci Sabaud. de
caſtris, terris, & locis, de quibus in dicta
donatione, dicendum videtur illam do-
nationem fieri potuiſſe, & valere debere,
non obſtante, quòd non interuenerit cõ-
ſenſus Cæſaris, qui regulariter in aliena-
tionibus feudorum accedere debet. vt in
c. imperialem. de prohib. feu. alie. per Lo-
thar. cum alijs ſimilibus.
26 ¶ Tertiò facit, quòd immo talis donatio, quã-
uis ſit facta de bonis feudalibus, valeat,
dato, quòd non appareat de conſenſu ſupe-
rioris, quod probatur. Quoniã plusquam cen-
tum anni ſunt, quòd talis donatio facta fuit;
quo

quo caſu attenta longinquitate tẽporis,
præſumitur, ꝙ conſenſus dñi interuene-
rit, iuxtâ l. ſi filius. C. de peti. hæred. vbi ſi
filius diù poſſederit hæreditatem ſibi de-
latã, ex diuturnitate temporis præſumi-
tur iuſſum patris præceſſiſſe, & additionẽ
ſequutam. Confirmatur iſta opin. ex not.
per Aret. in conſ. 36. vbi concludit, quòd
27 teſtamentũ Cardinalis, in quo licentia
Pontificis requitebatur, ex diuturnitate
tẽporis præſumitur interueniſſe. & ex no.
per Bal. in l. ſiue poſſidetis. in 4. opp. C. de
28 proba. vbi clericus, qui diù fuit in poſſeſ-
ſione beneficij, præſumitur ꝙ ritè fuerit
inueſtitus: faciunt no. per Alex. in conſ.
79. vol. 1. in ſecundo dubio. vbi ſolemni-
29 tas conſenſus capituli, & tractatus ex an-
tiquitate tpis præſumitur interueniſſe, q̃
opin. comprobatur ex no. per Alex. in cõſ.
-111. col. pen. vol. 4. vbi ex diuturnitate
30 temporis præſumitur, ꝙ de conſenſu dñi
facta fuerit alienatio per emphyteotam,
ita dicendũ videtur in caſu iſto, ꝙ cũ lap-
ſi ſint plusq̃ centum anni, poſtq̃ facta fuit
dicta donatio, ex tali antiquiſſimo tẽpore
præſumendum eſt, quòd interuenerit
conſenſus Imperatoris.

31 ¶ Quartò, quoq; pro Illuſt. Duce Sabaud.
adducitur dictam donationẽ de dictis ter
ris, caſtris, & locis factã, irrequiſito con-
ſenſu ſupremi Imperatoris, fieri potuiſſe,
quia talis Marchionatus fuit datus, & cõ-
ceſſus maioribus Marchionis Illuſt. q.
Io. Iac. in feudũ liberum, & franchum, de
quoquidem feudo francho, & libero põt
fieri alienatio, irrequiſito Principe. vt no.
Hoſti. in c. fi. de reb. Eccl. non alie. quod
32 & probatur ratione. Nam de natura feu
di franchi eſt, ꝙ vaſallus non teneatᷣ, niſi
ad ea, quæ ſunt expreſſa in conceſſione,
vel quæ continentur in forma fidelitatis,
& ad ea, quæ ſunt de noua forma fideli-
tatis. vt per Ioan. And. in addi. Spec. in tit.
de præſcrip. ſub rubr. in pen. & vlt. col. ſꝫ
ſic eſt, ꝙ in forma fidelitatis non cõtine-
tur, quòd non poſſit alienare ſine conſen
ſu dñi, ergo alienari poterit. pro qua rõne
facit dictum Bal. in c. inter dilectos. de fi-
33 de inſtr. vbi dicit, quòd feudũ dicitur frã
chum à lege legis, ideſt à pęna caducitã-
tis quæ alterat naturalem libertatẽ con-
ſenſus, non aũt eſt liberum à lege cõuen-
tionis: ergo licet alienauerit vaſallus, irre-
34 quiſito dño, non cadet. Confirmatur iſta
opin. nam valet argumentum de vltima
voluntate ad contractus, vbi eadem ratio
reperitur, l. ſeruũ filij. §. cum qui. ff. de leg.
1. Sed in vltima voluntate vaſallus de feu
do francho poteſt diſponere per viã te-
ſtamenti, licèt regulariter in feudis vaſal
lus non poſſit teſtari. vt in c. 1. de ſuc. feu.
& not. Bal. in auten. rogati. in ver. & fuit
quæſtio de facto. C. ad Treb. quem refert,
& ſequitur Iaſ. in conſ. 57. in 1. uol. vbi di-
cunt, quòd licet regulariter vaſallus non
poſſit de feudo teſtari, nec alterare natu-
ram feudi, illud eſt verũ, niſi feudũ eſſet
franchum, in quo bene competit vaſallo
facultas teſtandi. Si ergo poteſt feudum
franchum, & liberũ per viam teſtamenti
in extraneũ transferri; ergo & pariter ꝑ
viam cõtractus, cùm non poſſit aſſignari
ratio diuerſitatis: pro qua opin. facit, quia
ſi tale feudũ non poſſet alienari ſine licẽ-
tia domini, non diceretur propriè libe-
rum, cùm libertatis appellatione intelli-
gatur de plena libertate. l. cùm venderes.
de contrahen. empt.

35 ¶ Quintò, ẽt demonſtrari videtur ex alio
medio, antedictã donationẽ fieri potuiſ-
ſe, & valere. Quoniã clariſſimi iuris eſt,
quòd quando in alienatione feudi anti-
qui interuenit nedũ conſenſus dñi, ſed e-
tiam eorũ, ad quos feudum erat recaſurũ,
quòd talis alienatio valet. ut eſt tex. in c.
1. de alie. feud. pater. & not. Bal. in conſ.
ſuo 356. vol. 5. & 197. & vol. 3. & adeo eſt
ualida, quòd non admitterentur poſtea,
qui cõſenſerunt, ad reuocandum talem
alienationem. vt in c. 1. §. præterea. quib.
mod. feu. amit. ubi eſt tex. & ibi no. Scrib.
quòd ſi ille, ad quem ſpectat feudũ, con-
ſentiat ius ſuum transferri in alium, ſibi
præiudicat. & ſm̃ Doct. ibi, iſtud eſt adeò
verũ, ꝙ nõ poterit amplius habere regreſ-
ſum ad repetendũ illud, quod renuncia-
uit propter rationem, quæ eſt, quia ille cõ
ſenſus præſtitus fuit ad hunc effectum.
Et ideo nil mirũ ſi ĩ illo effectu parit præ-
iudicium; quod autem conſenſus, & eo-

rum,

rum,ad quos feudum erat recaſurum, &
36 Cæſaris acceſſerint in dicta alienatione, apparet,quia filij alienantis ſe ſubſcripſerũt alienationi factæ per Illuſt.Io. Iaco. eorũ patrem,animo cõſentiendi;ergo ſibi præiudicarunt per dictam ſubſcriptionem.quod probatur ex no.per Præpoſ.in c.1.in 2.col.de alie.feu.pater.vbi dicit, q̃ ſi quis agnatus ſubſcripſit ſe inueſtituræ factæ à dño,de feudo ipſius agnati animo
37 cõſentiendi,ſibi præiudicat; de cõſenſu Imperatoris etiã apparere videtur. Nam ipſe confirmauit dictam donationem, vt conſtare videtur de cõfirmatione per litteras Cæſareas,poſt conſenſum filiorũ alienãtis; quod ſufficit,cũ de nullo alteri' præiudicio tractaretur, quã ipſius Cæſaris; vt volunt Bal.& communiter Doc.in c. imperialem. de prohib. feud. alie. per Federi.& Cur. iunior.in trac. feud. in 4. parte,in 2.reg.princip.in ver.ſecunda cadit. & Iacob.de ſancto Georg.in inueſtitura ſua feud.in §.& cùm pacto de non alienando.in ver.quær.quando vaſallus alienat.vbi concludunt ſufficere conſenſũ directi dñi ſequi alienationem; quia cũ ſolùm agatur de præiudicio ipſius dñi, ſufficit expoſt facto conſenſum interuenire. l.in concedẽdo.in fi.ff. de aqua pluar.arcen. Item quia talis conſenſus ſolùm tendit ad tollendũ impedimentũ, ꝓpter quod erat prohibita alienatio: vnde ceſſare debet effectus impedimenti ſuperueniente conſenſu; quæquidem confirmatio facta fuit cum clauſula ex certa ſcientia,& de plenitudine poteſtatis,quæ maximę importantiæ ſunt: vt per Deci. in conſ.463.in 3.col. Cùm ergo in caſu præſentis alienationis, & cõſenſus agnatorum,& Cæſaris, & ſic omnia requiſita ad alienationem fiendam de feudo antiquo interueniſſe appareat, videtur dicendũ,talem contractum donationis bonorũ feudaliũ fieri potuiſſe,& eſſe validum.

¶ Moneor vltimò,& alio medio, & dico, quòd poſito etiam, q̃ in tali alienatione non interueniſſet cõſenſus deſcenden.q̃ attamen ipſi non potuerunt venire cõtra talem alienationem,nec eis competebat Ius aliquod pro reuocatione; quod de-
38 monſtratur præmittendo vnum, quòd feudum,de quo in caſu noſtro, eſt hæreditarium,quia conceſſum pro ſe,& heredibus,& in quo non admittuntur deſcendentes,neq; agnati,qui nõ ſunt hæredes. vt per And.de Iſer.in c.1.§.hoc quoq;.de ſuc.feud.& in c.1.an agn.vel fil.& per Alex.in conſ.10.vol.3.vbi atteſtatur iſtam eſſe cõmunem opin.& per Cur.ſenior. in conſ.50.col.8.& Cur.iunior.in conſ.1.& Deci.in conſ.390.col.4.Modo,ſic aut iſti deſcendentes voluerunt venire contra alienationem factam per Illuſt.q.Io.Iac. Illuſt.q.Amadeo Duci Sabaud. quia hæredes,& non potuerunt per regulam vulgatem,quòd hçres non poteſt venire cõ-
39 trà factum defuncti.l.cùm à matre. C.de rei ven.& ex no.per Alex.in conſ.ſuo 19. in 4.col. & in conſ.28. in ver.alio principali fundamento. in 5.vol. vbi in termi-
40 nis noſtris concludit, quòd quando feudum eſt hæreditarium, & contingat tale feudũ alienari,etiam ſi paternum ſit,non poterit filius hæres patris alienantis,quãuis eſſet hæres,cũ beneficio l.& inuentarij, venire cõtra alienationem factã à defuncto de huiuſmodi feudo hæreditario, quia in re hæreditaria non debet plus poſſe hæres,q̃ defunctus,ſi viueret, qui contra factum ſuum venire non poſſet.l.ſi ab eo.C.de lib. cau. no. Deci. in conſ.395. col.pen.Aut voluerunt venire vti deſcendentes,& non tanquã hæredes,& ſimiliter non potuerunt; quia cùm feudum ſit hæreditarium,quis non poteſt amplecti feudum,& repudiare hereditatem.vt per text.in c.1.& ibi Doct.not.an agnat. vel fil.rep.patris hæredi.& per Card.in conſ.64.col.1.& Dñm Iac.de ſanct. Georg. in inueſtitura ſua.in §.ita quòd ipſi inueſtiti,vbi dicũt,quòd in feudo hæreditario nõ poteſt filius hæreditatem paternã repudiare,retento feudo, ſed aut vtrunque retinere debet,aut vtrũq; repudiare. accedunt pro hac opin.not.per Cur. iun. in prælud.feu.in 8.car.in 3.col.in princ. vbi
41 dicit,quòd ſi mortuus eſt vaſallus,habẽs feudum hæreditarium relicto deſcendẽte ex fœmina,qui erat incapax feudi.per tex.in c.1.§.& quia vidimus.qui feu.dare

poſ.tamen poterat eſſe hæres in bonis allodialibus,& relicto agnato, qui erat capax feudi; ſed nõ poterat eſſe hæres, tanq̃ vlterior in gradu,ꝙ ipſe conſuluit feudum extinctum eſſe, & ꝙ reuertebatur ad dñm; ex quo deſcendentes ex fęmina non poterant ſuccedere,quia incapaces; agnati verò non poterãt ſuccedere, quia non erant hæredes, quod dicit eſſe notãdum, quia ad hoc,vt plurimum non aduertitur: vnde ex ſupradictis ſex fundamentis, videtur dicendum antedictam alienationem factam per prædictum Illuſt.q.Io.Iac. Illuſt.q.Amadeo Duci Saband. fieri potuiſſe, & de iure validam fuiſſe,& eſſe.

¶His tamen,& alijs ſimilibus non obſtãtibus,quæ verè non obſtãt,prout ex infra deducendis,& allegãdis demõſtrabitur, contrariam opinionem veriorem eſſe exiſtimo: Et ſeruando ordinẽ pręmiſſum, dico intentionem Illuſt.& Excel. Duciſſæ Mant.bene fundatã ex inueſtitura ſibi facta per Inuictiſſimũ Carolum quintum
42 Imperatorem,in vita Illuſt.& Excell. q. Ioã. Georgij Marchionis Montisferrati, tunc tẽporis poſſidẽtis dictum Marchionatum.Caſu quo per mortẽ ipſius Illuſtr. Io.Geor.decedentis ſine hæredibus legitimis maſculis,feudũ eſſet recaſurum maieſtati ſuæ. Quæ quidem inueſtitura valet.vt eſt text. ad litterã. in c. moribus. ſi de feu.fuer.contro.inter dom.& agn. vbi dicit tex.moribus receptum eſt, dñm de feudo militis ſui,quod poſt mortem ipſi* ad dñm reuerti ſperatur, in alium militẽ inueſtituram facere poſſe,quæ inueſtitura tũc demum capiet effectũ,cũ feudum dño,aut hæredi ſuo fuerit apertũ; in qua inueſtitura eiuſdem, cuius feudum eſt, conſẽſum, requiri nõ oportet. hanc etiã opin.tenet Bal.in c. ſi quis inueſtierit. de feu.dat.inuic. l. commiſſoriæ. & alij, vbi no. per illum tex. ꝙ inueſtitura facta de beneficio primi vaſalli, ſiue conſentiente eo, ſiue non, valet, dummodo ei non noceat,puta ſi deceſſerit primus vaſallus ſine hærede maſculo. & quia iſte contractus celebratur ſuper re concedentis, qui non eſt obligatus primo feudatario ad nõ infeudandũ alteri in caſu caducitatis feudi. Nec obſtat ſecundũ eum,ſi diceretur, hoc eſſe pactum futuræ ſucceſſionis, quia immo ſm eum eſt quoddam pactum collatum in defectũ iuris tertij, quod habet in ſe iuris ordinẽ,& eſt de ſe validum. ad idem eſt tex.in c.1.qui ſuc.tene.& in c.1. hic incipit eſſe titulus,qui ſuc. tene.& in c.1.§.ſi quis fecerit. iuncta glo. quo tempore miles.& ibi per Doct.& ꝙ valeat talis inueſtitura,tenet Soci.in conſ. ſuo 53. in 3.vol. in 2.col. in prin. vbi vult, quòd de ſpeciali conſuetudine feudorum admittitur, ꝙ dñus poſt mortem vnius vaſalli viuentis,poſſit feudum ſuum concedere. idem tenet in conſ.74. eod. vol.3. vbi dicit,ꝙ de iure conſuetudinario procedit, ꝙ dñs feudi poſſit inueſtire alium vaſallum,quando res ad eum reuerteretur,quia eſt ſucceſſio caducitatis: quam opin.amplectitur & Homod.in conſ. ſuo 60.in 2.col.vbi expreſsè tenet, quòd inueſtitura collata in tempus, quo feudum erit apertum dño,valet.nec refert,vtrum vaſalli conſenſerint,vel ne. Nec hoc eſt mirum ſm eum,cùm dicto caſu inueſtitura fuerit collata in tempus, quo alij vaſalli,nullum ius haberẽt.vt in l. tẽpus. de hære.inſtit.pro hac opin. eſt etiã deciſio in terminis Matth.de Afflict.in deciſ.ſua Neapolit.292. vbi quærit, fuit ſupplicatum Regi Ferdinando à quodam ſuo ſeruitore,vt placeret ſuæ Maieſt. concedere quoddam feudũ antiquum, quod tenebat, & poſſidebat Titius, poſt mortẽ Titij ſine deſcẽdẽ. quod de iure poſt mortem Titij erat recaſurũ Regię Curię,quia non habebat fratrem carnalem, ſed ſolũ conſobrinos,qui non ſuccedebãt in feudis antiquis, per conſtitutionem Regni, Regia Maieſt. voluit intelligere à ſacro conſilio, ſi dicta inueſtitura de iure fieri poterat, & dicit, quòd fuit concluſum, quòd Rex de iure poterat facere dictam inueſtituram;& quòd valida erat,quia vaſallo viuo,qui tenebat feudum, nõ fiebat aliquod præiudicium per dictam inueſtituram, quia Rex dabat ius ſuum poſt mortem tenentis feudum. Et iſta dicitur inueſtitura de caducitate ſucceſſionis,

& non

& non de futura ſucceſſione.vt per Bal.in d.c.moribꝰ.& dicit hoc etiã firmare Bal. in c.ſi quis inueſtierit,ſup.alleg.vbi concludit,ꝙ iſta inueſtitura dicitur inueſtitura in defectũ iuris tertij,& vt latiùs ibi per eum,quẽ aliter non tranſcribam. Vltimò,hanc opin.tenet Io.Blan.in eius ſũma,in tit.quæ res in feud.dar.poſ. qua intentione fundata, deuenio ad demonſtrationem inualiditatis antedictæ alienationis, & dico.

43 ¶Quòd nõ valuit talis donatio,quia facta fuit meticuloſè per Illuſt.& Excel.q. Ioã. Iac.Marchionem Montiſferrati Illuſt. q. Amadeo Duci Sabau.ad commodum,& vtilitatem ipſius Ducis, qui tempore antedictæ donationis detinebat iniuſtè carceratũ in caſtro Taurini,& in eius fortijs, Illuſt.Io.prædicti Illuſt.Io. Iac.primogenitum: quo caſu eſt nulla,vt per tex.in l. qui in carcerem. ff. quod met. cauſa: vbi qui in carcerem,quem detruſit,vt ei aliquid extorqueretur, quicquid ob hanc cauſam factũ eſt,nullius momenti eſt. & ratio ſm Doct.ibi eſt, quia carcer eſt iuſtꝰ metus,quod & affirmat Pet.de Anch.in conſ.ſuo 299.in 1.col.& Homo de.in cõſil.176.col.1. quia carcer eſt ſpecies ſeruitutis.l.3.§.1.ff.de lib.homi.exhi.& metus ſeruitutis,eſt iuſtus metus.l.vel ſimiliũ.ff.quod met.cauſa.not.& Bal.in conſ. 36.in 3.vol.& in l.falſus.C.de fur.in vlt. col.vbi ſolutio facta per carceratum,dicitur facta per metũ,quod comprobatur p Car.in conſ.137.vbi concludit, quòd ꝓmiſſio facta per Regem Cypri,ad cõmodum Ianuen.qui eum incarceratum tenebant,non valuit,quia carcer eſt iuſtus

44 metus: cùm æquipetetur deputationi in metalum iuxta Innoc.in c.qualiter, il 2. extra.de accuſa. Quæ pœna deputationis in metalũ eſt capitalis pœna. vt in l.rei capitalis.ff.de pœn.

45 ¶Item & timore amiſſionis omnium bonorum,& potentiæ prædicti q.Illuſt. Ducis Amadei,qui iam inceperat inuadere caſtra ipſius Illuſt.Ioan.Iac. quæ amiſſio omniũ bonorum,& potentię eſt iuſtus timor.vt per Bar.& Doct.in l. ſi ob turpem cauſam.ff.de condi.ob turp.cau.& in c.2. extra.quod met.cauſ. & per Abb. in cõſ. 3.in 2.vol.vbi dicit,quòd excuſantur va-

46 ſalli præſtantes iuramentũ fidelitatis nõ dño,propter metũ reſultantem ex potentia illius non dñi,qui inceperat inuadere caſtrum cũ exercito magno: quod dictũ refert Deci.in conſ.690.col.fi.quòd autẽ detentus,& incarceratus fuerit Illuſt.Ioannes primogenitus,per Ducẽ Sab.& facta dicta donatio ꝓ liberatione pdicti Ioannis à carcere,à quo aliter euadere non poterat,& timore amiſſionis omniũ bonorum,& potentiæ ipſius Ducis, ſatis ꝓ-

47 batur per inſtrumenta,quibus,cũ habeãt ſua requiſita,ſtandũ eſt.Cùm ſint probationes probatæ,& veritas euidens nõ ꝓbanda.vt per Bal.in l.quotiens.in fi.C.de iudi.& in l.2.C.quando fiſc.uel priua. Et tantò fortiùs cùm in caſu, de quo agitur, tractetur de feudo antiquo, & ipſa inſtrumenta ſint antiqua, & antiquiſſima.per not.per glo.in c.tertio loco.extra de pro-

48 ba.ubi dicit,quòd in factis antiquis magis creditur inſtrumento,ꝙ teſtibus;cùm memoria hominũ labilis ſit.vt in c. ve-

49 noſtrũ.ut eccl.benef.Conſtat etiã per teſtes examinatos ad inſtantiam Illuſtr. & Excel.Duciſſæ Mant.pariter quoque ex

50 Cronica Reueren.& Mag. Equitis Hieroſolymitani Dñi Beneuenuti de ſancto Georg.in fol.54.Cui Cronicæ ſtandũ eſt. vt per Bal. in l.1.de offic.quæſto. & per Doct.in l.1.ſi cer.pet.& in conſulendo,& iudicando.ut per Barb.in tract.de præſtã. Car.in 1.quæſt.col.3.in 1.parte, quæ oĩa

51 de per ſe plenè probant. Et poſito, quòd ſeparatim de ſe plenè non probarent, tñ ſimul iuncta probant,per not.per Doct.in l.admonendi.ff.de iureiuran.

¶Non obſtat, ſi diceretur, quòd dictum Bar.in d.l.qui in carcerẽ,procedit in contractu facto per carceratũ, non autem in eo,qui nõ erat incarceratus,ſicut nõ erat Illuſt.q.Io.Iac.Quia reſpõdetur, hoc ni-

52 hil referre,quia par eſt metus de ſe, & ſuis.vt per Bal.in l.1.C.de indict. vid. tol. & per Bat.in l.de pupillo.§.ſi quis ipſi.ff. de noui oper. nunc. vbi iuſtus metus dicitur etiam, quando quis renunciat, timens pericula ſuorũ, faciunt, quæ not. in

tract.clauſularũ,in clauſ.90. vbi,quando
quis vult reſcindere contractum ex ſentẽ
tia ædicti,q metꝰ cauſa,ſufficit,ſi eſt me-
tus in perſona filij,vel coniuncti, licèt nõ
53 in ſua,quia nemo carnem ſuam odio ha-
bet,& reliquit. ſed in præſenti caſu,& ſi
non fuiſſet incarceratus Illuſt. q. Io. Iac.
tamen erat incarceratus Illuſt. q. Ioãnes
eius filius primogenitus; ergo &c.Confir
matur iſta opin.ex no.per Bar.in l.lex cor
nelia.in princ.& ibi Bar.de iniur.& in l.
3.§.ſi tutor inimicus.ff.de ſuſpec. tut. vbi
paria ſunt aliquid fieri contra perſonam
alicuius,vel contra aliquos de ſanguine
54 ſuo.& per Felyn. in c.Petrus. de homic.
in prin.Et tanto magis hoc dicendum eſt
in caſu noſtro, vbi vltra naturalem affe-
ctũ m, cõcurrebat ſpecialis affectus; quia
primogenitus,qui inter cæteros filios ha-
bebat prærogatiuã propter dignitatem
primogenituræ,& quia multa iura debe-
bantur ſuper cæteros filios,inter quę erat
ius ſuccedendi in Marchionatu: vt in ter
55 minis not.per Card. in conſ.137. ſup. al-
leg. vbi concludit,q pmiſſio facta à Re-
ge Cypri incarcerato, & poſtea liberato,
dimiſſo tamen eius filio in carceribus,nõ
confirmatur,quamuis Rex poſteà exiſtẽs
in libertate,in Regno ſuo ratificauerit,&
approbauerit dictam promiſſionem factã
in carceribus,quia ſuberat cauſa timoris,
propter filium primogenitum , qui erat
detentus in carcere in loco, in quo erat
pater, quia nihil refert,in ſe quis veritus
ſit,aut in liberis,cũ pro affectu magis pa-
rentes in liberis terreãtur. vt l.iſti quidẽ.
in fin.ff.quod met.cau.& nullus affectus
reperiatur,qui vincat paternũ. ut in l.fin.
in prin.C.de curat.furio. qui etiã affectus
ditioſus naturalis ſtimulus. l.amiciſſimos.
in fi.ff.de excuſ.tut.& quia ſpecialiter vl-
tra cõem paternum affectũ ſuberat ſpe-
cialis affectus.Quia primogenitus,qui in-
56 ter cæteros filios, habet præeminentiam
propter dignitatem primogenituræ, ex
qua ſibi multa debebant iura ſuper cęte-
ros filios.vt in c.quã periculoſum. 7. q. 1.
& inter cætera eſt ius ſuccedendo in Re-
gno.vt in c.licet ibi ordine genituræ. ex-
tra.de voto. ergo &c.

¶Non obſtat ſi diceretur, q immo ſponꝫ
tè facta fuit dicta donatio per q.Illuſt. Io.
Iac.vt apparet ex verbis inſtrumenti , dũ
dicitur ſpontè, Quia rñdetur,quòd per ta
lia verba nõ tollitur metus ſubſiſtente cã
57 iuſta metus,& vera; quia eodem timore,
quo inductus fuit ad contrahen. eodem
videtur inductus ad ſic affirmandũ, & ap
ponendũ iſtam clauſulam l.doli.§.diuer
ſum.de doli excep.vnde per hoc probari
nõ poteſt actus ſpontè factus. ut declarat
not.Io.de Imo.in c.ſolicitè.extra de reſti.
ſpol.quem refert,& ſequitur Aret.in cõſ.
14.in col. 12.circa fin. p qua opin. faciũt
quæ not.Anch.in conſ.ſuo 158. incip.ra-
58 tione.vbi dicit,q poſtq̃ quis ſcit ſe poſſe
compelli per iudicem ad gerẽ. actum,
nõ dicitur minus coactè facere, licèt ſpõ-
tè faciat.l.nouiſſime.§.quòd ſi compulsꝰ.
ff.quòd falſ.tut.& ſubdit ibi, quòd inſpi
citur nocendi potẽtia,ſicut nocẽdi actus,
faciunt etiã,quæ not.Marſil. in conſ. ſuo
39.in 1.vol.vbi dicit q ratificatio ſpõte
59 facta per reũ ad bancum iuris ; de om-
nibus,quæ confeſſus fuit in tormẽtis, vel
metu tormentorũ,non valet, qm eodem
modo,quo præſumitur facta confeſſio in
tormentis, vel metu tormentorũ,eodem
modo præſumitur & facta ratificatio. Qđ
volunt & tenent Scrib.in l.pen.ff.de quę
ſtio.pro quã opinione eſt glo.ſing. in l. ſi
patronus.in §.patronũ.in ver.fauiana.ff.ſi
quid in frau.patro.quæ vult.quòd ſi prin-
cipale negocium eſt factum in fraudem,
60 eodẽ modo præſumitur apppoſita omnis
clauſula. Ita dicamus in caſu noſtro, quòd
cũ Illuſt.q.Io.Iac.per metum inductꝰ fue-
rit ad faciend. talem donationem,eodem
modo fuit & inductus ad apponendũ di-
ctam clauſulam, ſpontè.
61 ¶Non obſtat etiã, quòd dictus contra-
ctus fuerit corroboratus per iuramentũ,
quod validat contractum aliàs inualidũ.
vt in c. 1. cũ contingat. extra.de iureiur.
& ſũ c.licèt mulieres,eod.tit.in 6.& in c.
2.de pac.in 6.& vt habetur in l.ſi quis ma
ior.de tranſact.& per Canoniſ. in c.abbas
extra.quod metus cauſa.quia reſpõdetur
pluribus modis. Primò,quia præſumitur
etiam metu extortũ,ut per Inno.& alios,

in

in c.ſuper hoc.extra.de renun. & Panor.
& alios, in c.verum.de iureiur. & Bru.in
conſ. 82. ubi non valet iuramentum in-
terpoſitum ſuper renunciatione per me
tum facta, quia præſumitur metu extor-
tũ: quod confirmatur ex not. per Card.
in cõſ.137.in 2.col.ſupra alleg.vbi dicit,
quòd licet glo.in c.verũ,dicat,quòd iura-
mentũ metu extortũ ſit obligatorium,&
ſimiliter glo.in c.ſi verum.extra de iure-
iur. tamen non ſimpl'r verum eſt, quòd
62 iuramentũ metu extortum obliget,quia
quo ad extorquentem non obligat, & al
leg.B.Tho.ſecunda ſecundæ q.89. artic.
3.in reſpon.ad tertium arg.ubi dicit, ꝙ
63 ex iuramẽto exacto per metum, duplex
oritur obligatio, vna qua obligatur ho-
mini, & talis obligatio tollitur per coa-
ctionem: quia ille,qui intulit metũ, hoc
meretur,vt ei promiſſum non ſeruetur.
per l.qui in carcerẽ. Alia autem eſt obli-
gatio,qua quis obligatur Deo,ut impleat,
quod per nomen eius promiſit,& talis o-
bligatio nõ tollitur in foro cõſcientiæ: &
ſubdit ibi Card.quòd glo.ſupra alleg. p-
cedunt in foro pœnitentiali, non in iudi-
ciali; quem refert Afflict. in deciſ. ſua
Neapolit.263.
64 ¶Secundò reſpondetur illud, quod dicit
iuramentũ validare contractum inuali-
dum,procedere,qñ contractus,ſuper quo
iuramentum interponitur, non eſt in to-
tũ,& penitus nullus,ſecus quãdo eſt nul-
lus ipſo iure,& ſic in totũ; quia tunc iura-
mentum in eo appoſitũ non validat eum,
immo nihil operatur. ita ſingulariter di-
xit D.Philip.Franc.de Perug.in c.quãuis.
de pact.in 6.pro quo dicto facit glo. ſing.
in authen.ſi qua mulier.in prin. C. ad vel-
leia.quæ dixit, ꝙ iuramentum non con-
firmat contractũ ipſo iure nullum. Quã
glo.ſingulariſſimam dixit ad hoc Ludo.
Roma.in repet.ſua l.1.in 3.car.in ver. &
audi duas notabiles cautelas.ff.de vſucap.
quam opin.ſequitur Marſil.in l.pe.in an-
tepen.col.ff.de quæſtio.vbi dicit, ꝙ iura-
mentum metu extortũ obligat, quando
actus, ſuper quo interponitur iuramen-
tum per metum, non eſt nullus; ſecus
autem quando eſt nullus de ſe, & de
natura ſui, quia tunc tale iuramentũ me-
tu extortũ non valet.Et ideo ſubdit,quòd
ſicut confeſſio facta ſine indicijs per me-
tum,eſt nulla,& inualida, eodem modo
& iuramentum ſuperueniens,quod præ-
ſumitur meticuloſum,erit nullum,& in-
ualidum. Confirmatur etiã ex not.p eun
dem Marſ.in conſ.ſuo 125.in 7.col. in 2.
vol.ubi dicit,quòd cũ inſtrumentum do-
tis factum à carcerato, fuerit, & ſit nullũ
ipſo iure: vt per Bart.in l.ſi mulier.in §. ſi
dos.ff.quod met.cauſa. non eſt dicendũ,
quòd tale inſtrumentũ validetur iuramẽ-
to,cùm tale iuramentum non habeat ali-
quod validũ, ſuper quo poſſit ſtare. quã
opinionẽ ſentit Fely.in c.ſi verũ.in fi. ex-
tra.de iureiuran.ſed in caſu noſtro con-
65 tractus eſt nullus ipſo iure, quia factus p
præfatum q.Illuſt.Io.Iac.pro relaxatione
Illuſt.Ioannis eius filij primogeniti car-
cerati, qui aliter euadere non poterat à
carcerib^9, niſi mediante tali cõtractu,er-
go &c. Et quòd ſic nullus ipſo iure, pro-
batur per tex.in d.l.qui in carcerem.pon-
67 derãdo verba nullius momenti, quæ de-
bent intelligi ipſo iure,vt verba illa nul-
lius momẽti ſint cũ miniſterio. iuxtâ l. ſi
quãdo.de lega.1.ita intelligit Cardin. in
d.conſ.137.in 1.col.dictũ tex. in d. l. qui
in carcerem.quia verba illa, nullius mo-
menti, importãt idem, quod nullius vigo-
ris.vt in c.ordinarij.in fi.vbi hoc not. An-
68 chi.extra,de off.ord.& ſubdit, ꝙ caſus l.
qui in carcerem.debet addi ad alios, in
quibus obligatio facta per metum ipſo
iure nõ tenet; qui not.in l.ſi mulier.in §.ſi
dos.ff.quod met.cau.& ibi,in ſpecie hoc
vult Ange.quod & ſentire videtur Abb.
in c.2.col.pen.in ver.excipiendo duode-
cimum caſum.extra quod met. cauſ. vbi
poſitis vndecim caſibus, in quibus actus
factus per metũ,eſt nullus ipſo iure; ſub-
dit, excipio duodecimũ caſum, qui com-
præhendit in ſe multos caſus, in his ſcili-
cet quæ geruntur per iniuſtè carceratũ,
cũ ipſo detentore. vt eſt tex.not. in l. qui
in carcerem.ff.quod met.cau. Item, & ꝙ
69 dicta donatio ſit nulla ipſo iure, oſtẽdit,
quia facta de rebus feudalibus ſine con-
ſenſu dñi,ꝗ eſt nulla ipſo iure: vt eſt text.

in

in c. imperialé. in §. calidis. vbi nō. omnes Scrib. de prohib. feud. alie. per Feder.

70 ¶ Item & tertiò; quia per dictā donationem cōfertur iuriſdictio, & vbi agitur de conferenda iuriſdictione, actus factus per metum eſt ipſo iure nullus. vt per Abb. in c. 2. i uer. quintus caſus. quod met. cau. per no. per Bal. in l. 2. ff. de iud. vbi coacta prorogatio iuriſdictionis, eſt nulla ipſo iure. hoc etiam not. idem Abb. in conſ. ſuo 3. in 2. vol. Idem voluit ante eum Bar. de quo ipſe mentionē non facit, in tract. de Tyran. in 4. col. in ver. in contrarium, vbi dicit, q̄ quando agitur de transferēda iuriſdictione, illa tranſlatio debet eſſe voluntaria, aliàs ſi ſit facta per metum, eſt ipſo iure nulla. allegat l. 2. ff. de iudi.

71 ¶ Non obſtat ſimiliter ſi diceretur, quòd dictus metus fuerit purgatus per act⁹ ſubſequentes, factos per Illuſt. q. Io. Iac. & Ioannem eius filium primogenitum, poſtq̄ ipſe Illuſt. q. Ioannes exiuit carcerem, in nō reclamando, & in non recedendo à dicta obligatione. per tex. in l. 2. qđ met. cau. quia reſpondetur, quòd per dictā patientiam, & actus poſtea ſubſequutos, nō fuit purgatus metus: quia licèt ceſſaſſet qualitas metus carceris filij primogeniti, tamen ſemper perſeuerauit, & durauit alia cauſa metus, ſcilicet potentiæ Illuſt. q. Amadei, & amiſſionis bonorū timor, quę operantur, vt ipſis non potuerit præiudicare. per not. per Bal. in d. l. 2. vbi dicit, q̄ poſt metum illatū ex aliquo actu ſequenti, etiam ex interuallo facto, nunq̄ metus purgatur, durante eadem cauſa metus, id eſt tyranni potētia; quem ſequitur Alex. in conſ. 48. vol. 4. faciunt, quæ not. per Deci. in conſ. 690. & in conſ. 219. incip. Viſo puncto. ubi dicit, quòd metus Regius, ꝓpter quem facta fuit renunciatio per Epiſcopū Placentinum, de Epatu dictæ ciuitatis, pro Epatu Aſten. nō fuit purgat⁹ ex eo, quòd geſſit ſe per quinquennium, pro epo Aſtenſi; quia omnia, quæ facta ſunt poſt renunciationem meticuloſam, facta fuerunt durante eodem timore Regiæ Maieſt. quæ non impediunt, quo minus illa renunciatio retractari poſſit, quia nō poteſt dici, quòd metus purgatus fuerit: quæ opin. confirmatur ex no. per Barb. in conſ. vlt. in 2. vol. vbi dicit, quòd durante potentia minantis, ſemper metus dicitur durare. adducit Bal. in tract. ſciſma. in 8. col. vbi dicit, q̄ ſub ſpiritu timoris nūquā metus purgat̄, niſi ſint cauſæ cōſenciēdi

72 congruæ: Et dicit, q̄ minax feruor inducit impedimentum libertatis arbitrij. l. vnica. C. ſi quacunq. præd. pot. quia tamdiu inſtantia vera, vel veriſimilis inferentis metū durat. arg. l. mora. ff. de vſu. & ſubdit, quòd ſub ſpiritu timoris nunq̄ timor purgatur, cùm ipſe ſemper ceruicibus inhæreat: facit etiā quod vult Alex. in cōſ. 1. in 3. vol. vbi dicit, quòd ſi metu alicui tyranni potentis feci aliquam promiſſionem, demū ex interuallo ſolui illud; qđ ꝓmiſi, quòd per talem ſolutionem non videtur ratificata procedens ꝓmiſſio metu facta, ſi tēpore ſolutionis durabat eadē cauſa metus, id eſt eadem poteſtas, & auctoritas terrendi; & per Deci. in conſ. 498 vbi dicit, quòd recognitio facta per D. Palauicinū, de bonis liberè donatis Duci Mediolani per metū, tanq̄ de bonis feudalibus, non purgatur ex longo temporis interuallo, in quo Dn̄i de Palauicinis præſtiterunt ea, quæ à feudatarijs præſtari ſolebant, ex quo eadem cauſa metus ſubſiſtebat, quia erāt ſemper ſub poteſtate, & imperio Ducis Mediola. Ita in propoſito noſtro dicendum eſt, quòd ex quo ſemper durabat potentia Ducis Amadei, & eius filij, & timor amiſſionis bonor. non poteſt dici, quòd fuerit purgatus metus.

73 ¶ Confirmatur & iſta opin. quia quotieſcunq; poteſt capi alia coniectura, q̄ approbationis obligationis meticuloſæ, illa ſemper capi debet. vt per Bart. in l. 2. C. quod met. cau. vbi dicit in 2. col. in uer. ex quo nota. quòd vbicunq; in ſolutione promiſſionis factæ per metū, poteſt ſubeſſe alia cauſa, q̄ approbatio primæ promiſſionis, quis non præſumitur illam approbare. ita etiā tenet Alex. in l. 4. eod. tit. quod met. cau. vbi dicit, quòd venditor coactus per metum vendere, non videtur approbare venditionem recipiendo pretium, & ſi ex interuallo recipiat; quia ſubeſſe poteſt alia coniectura, quā approbationis.

bationis. Nam poteſt intelligi venditorẽ recepiſſe ptiũ, vt ſic ſibi magis cautũ eſſet, quã partem tenet & Aret. in conſ. 14. vbi dicit, ꝙ metus, qui in promiſſione interuenit, nunquã purgatur per ſolutionem poſtea factã, quando alia cauſa, vel coniectura ſubeſſe poteſt, quam quòd voluerit contractũ factum per metum approbare; & ad propoſitum infert, ꝙ viuente eadẽ perſona, quæ metum intulit, nunquã metus
74 purgatur. Faciunt & quę notan. per Abb. in c. ad audientiam. in fin. quod met. cau. vbi dicit, ꝙ omnis modica pſumptio ſufficit ad tollen. præſumptionem ſpontaneã, quod & vult Barba. in conſ. 54. col. pen. vol. 1. Et iſta eſt cõis opin. ut ꝑ Doct. in l. ſi ob turp. cau. ff. de condit. ob turpẽ cau. ſed in caſu, de quo agitur, dato etiã, ſed non conceſſo, ꝙ non militarẽt rationes ſup. alleg. tamen militant aliæ rationes, & aliæ coniecturę, videlicet, timor
75 periurij, qui ſufficiens eſt, ut non dicãtur actus ſubſequentes ſpontaneè facti. vt ꝑ Doct. in d. l. 2. C. quod met. cauſ. Item & timor populorum, locorũ, & caſtrorum donatorũ, qui iurauerãt capere arma contra Illuſt. q. Io. Iac. & Ioannem filium primogenitũ, caſu quo venirent contra con
76 tenta in dicta alienationem. Item & proteſtatio præcedens, quę tollit approbationis coniecturas; quæ proteſtatio ſufficit, cùm ex cauſa facta fuerit. vt per tex. in c. 1. vbi Abb. quod met. cau. & in c. cùm in, 16. col. de conſtit. & per Decium in cõſ. 219. col. 2. ergo &c.

77 ¶ Secundò, ꝙ non potuerit fieri dicta donatio, probatur, quia per eã multũ lædebatur dignitas Marchionatus Regalis, quia diminutæ fuerunt duæ partes ex tribus ſtatus Montiſferrati, & etiã multa regalia: quo caſu dicit Bar. in l. prohibere. in §. planè. ff. qđ vi, aut clã. quòd ſi Rex alienat aliqua, quorũ donatio eſſet in maxima diminutione iuriſdictionis Regalis, hoc facere non poſſet, etiã ſi iuramento donationem firmaret. per text. in c. intellecto. extra de iureiuran. quod dictum refert, & ſequitur Deci. in c. 1. extra de proba. in 3. col. in ver. ſimiliter. hoc etiã & vult Oldr. in conſ. 94. incip. Eleganter.

vbi dicit, quòd in iure expreſſum eſt, ꝙ Reges pñt facere alienationes, dũmodo grauiter non lædatur Regia Maieſt. vel dignitas: corroboratur & iſta opin. ex nota. per Spec. in tit. de inſtr. edi. in §. nũc autem. in fi. & ibi per Bal. in addit. ad eũ. in ver. quid ſi Rex. vbi volunt, quòd ſi per dotationem Regis factã Eccleſiæ fortiter Imperiũ, vel regimen lædatur, quòd ſucceſſor poſſit illam reuocare. faciunt etiã, quæ not. Io. And. in addi. ad Spec. in tit. đ iuriſd. omn. iud. & Bal. in proẽ. C. vbi dicunt, quòd nõ poteſt per Principem fieri alienatio, ex qua ſequatur expropriatio, & abdicatio dñij, dignitatis, & iuriſdictionis, quia eſſet deformare Principatum: quæ opinio cõfirmatur ex not. per Card. in conſ. ſuo 137. ſup. alleg. vbi dicit, quòd promiſſio facta per Regem Cypri Ianuẽſibus, nulla fuit, quia cedebat in Regni deſtructionẽ; quæ iura Regni, & honorẽ Coronæ illibata cõſeruare Rex tenetur. Cùm Regni procuratio, non autẽ conceſſio, ideſt concedendi alteri poteſtas data ſit, & quia nõ poterat de rebus Regni diſponere ſine cõſenſu maioris partis maiorũ Regni. vt per Innoc. in c. quanto. de iureiur. pro cuius confirmatione faciunt, quæ not. Paul. de Caſt. in conſ. 74. in 3. & 4. col. quod Rex non poteſt alienare ea,
78 quæ ſunt Regni, ſine conſenſu omnium Princi pũ, & populorum Regni. per c. intellecto. de iureiur. quia illud ius eſt publicum totius Regni. vnde quod oẽs tangit, debet ab omnibus comprobari, qui ſubdit, quòd cũ alienatio tendat in prẹiudicium totius Regni, & non ſolùs Regis;
79 idem ipſe alienans poterit venire contra dictam alienationem, & reuocare eam, cũ dicta reuocatio alienationis tendat in vtilitatem totius Regni, non Regis tantũ. quam opin. tenet Bal. in l cùm multa. C. de bonis q; lib. & Alua. in c. 1. in princ.
80 in tit. Epm & Abb. vbi non poteſt Papa infeudare valde præcioſa Eccleſiæ, puta vnam ciuitatem ſine conſenſu Cardinalium; quod etiã ſentire videtur Felyn. in c. ad audien. in 1. col. in fi. de præſcript. faciunt quoq; quæ not. per Bal. in tit. de pace conſtan. in ver. ſucceſſurũ. poſt Cy. in l.

in l. digna vox. C. de legi. vbi Princeps
81 nec per contractũ, nec alio modo poteſt
regalia concedere in præiudicium ſucceſ
ſoris; quia ſicut non poteſt iura principa-
tus ſubuertere, ita nec minuere: quę re-
ferunt, & ſequuntur Scrib. in c. 1. de pro-
ba. & Soci. in conſ. 7. in 3. vol. in 1. col. &
Campeg. in cõſ. 11. in 8. col. poſito in vol.
Bru. & Iaſ. in prælud. feu. col. 25. Ergo cũ
per dictam donationem fuiſſet grauiter
læſa dignitas Marchionatus, quæ eſt re-
galis, & etiã multa alia regalia fuiſſent a-
lienata; concludendũ eſt, eam fieri non
potuiſſe iuribus, & rationibus ſup. alleg.
82 ¶ Tertiò, ꝙ non valuerit etiam dicta do-
natio, probatur: quia de bonis feudalibus
ſine conſenſu dñi facta fuit, qui require-
batur, iuxtà not. in c. imperialem. de pro-
hib. feu. alie. per Feder. & in c. 1. §. dona-
re. qualiter olim feu. pote. alie. vbi dicit
tex. ꝙ vaſallus non poteſt donare feudũ:
& licet ille tex. loquatur ſm alia tẽpora,
tamẽ, ſm Doct. ibi, illud etiã procedit ho-
die, cũ omnis alienatio, ſeu diſtractio ꝓ-
hibita ſit. vt in c. 1. de prohib. feu. alie. per
Lothar. & in d. c. imperialem. & appella-
tione donationis compræhenditur etiam
donatio, vt in §. alienationis. in auten. de
non alien. quod & ſequitur Iac. Ardi. in
ſumma ſua, car. 23. col. 4. in ver. donare.
vbi dicit, ꝙ donare inter viuos nõ poteſt
vaſallus; nec cauſa mortis, quia ſimilitu-
dinem habet alienationis, & venditionis:
quia licèt permittatur alicui procuratio,
non tamen conceſſio, vel donatio. quam
partem etiã tenet Bru. in conſ. 14. in 1.
col. pro qua opin. facit. Nam abſurdũ eſ-
ſe videtur, & irrationabile rem, quam va-
ſallus in ſuis bonis non poſſidet, poſſe a-
lienare. vt in l. ſi duobus. in §. ſed quia. C.
cõia de leg. & quia in alienis rebus contra
dñi voluntatem aliquid fieri, vel paciſci
ſecta temporum noſtrorum nõ patitur. l.
fin. in fin. C. de pac. Item & quia facta fuit
de feudo antiquo, in quo requirebatur vl
tra conſenſum dñi, etiam conſenſus a-
gnatorũ. vt eſt tex. in c. 1. de alie. feud. pa-
83 ter. vbi in alienatione feudi paterni, &
antiqui, requiritur conſenſus dñi, & agnà
torum, adeo, ꝙ non ſufficeret conſenſus
dñi ſine conſenſu agnatorum. vnde cum
per dictam alienationẽ tractaretur de prę
iudicio deſcendentium vocatorum in in-
ueſtitura Caroli quarti, per quam ius erat
acquiſitum; concludendum eſt, hoc etiã
ex capite dictam donationem in eorum
præiudiciũ fieri non potuiſſe. Quod con-
firmatur ex not. per Doct. in c. 1. de alien.
feu. pater. & per Pau. de Caſt. in cõſ. 161.
in ver. applicando igitur iſta. vbi dicit, ꝙ
84 per donationem factam à Rege cuidam,
& eius primogenito, & alijs ſucceſſiue
omnibus, ſucceſſiuè compræhenſis in ta-
li donatione, fuit quæſitum ius, adeo, ꝙ
non potuit fieri præiudicium illis cõpræ-
henſis per alios anteriores nominatos in
dicta alienatione. pro quo facit, quod no.
Deci. conſ. 498. vbi in 5. col. dicit, quòd
recognitio feudi facta per D. Palauicinũ,
de bonis contentis in prima, & ſecũda in-
ueſtitura, quæ continet liberam donatio-
nem, fieri non potuit in præiudiciũ po-
ſterorum, quibus erat ius acquiſitum ex
prioribus inueſtituris; quia tale ius nec
tolli, nec alterari potuit per dictum Dñm
Palauicinũ. Quod & confirmatur ex no.
per Paul. de Caſt. in conſ. 353. col. fin. vbi
dicit, quòd ſi Princeps concederet feudũ
85 Titio, & liberis eius, mortuo Titio vocan
tur liberi ex perſona propria, & non pa-
tris: vnde etiam ſi pater vellet, nõ poſſet
eos priuare, quia non habent ab eo, ſed à
Principe, poſtꝙ ſunt expreſsè nominati
in conceſſione. ergo &c.
86 ¶ Non obſtant modo fundamenta addu-
cta parte Illuſt. Ducis Sabau. pro donatio-
nis validitate: quia reſpondetur, & dico
nõ obſtare primum fundamentũ, quòd
donatio, de qua in caſu noſtro facta fue-
rit de rebus allodialibus, in qua non re-
quirebatur conſenſus alterius dñi, ſed ip-
ſius ſolius alienantis, ad quem res liberè
pertinebant. Quod demõſtratur, quia li-
cèt tempore Aledrami vigore donatio-
nis ſibi factæ ab Ottone Imperatore, ca-
ſtra, & alia loca, & bona Marchionatus
eſſent allodialia, tamen poſtea effecta fue
runt feudalia; prout ex inueſtituris appa-
ret, quæ effici potuerunt; vt ſentire videt
Bal. in addi. ad Spec. in tit. de feu. in ver. ſi
rem

rem meã.vbi dicit, quòd ſi rem meam recognoſco in feudum,valet,quia breui manu videor donaſſe, & recepiſſe : clarius hoc vult Pau.de Ca.in conſ.ſuo 153 incip.Super primo quæſito, vbi concludendo dicit, ꝙ ſi quis fecit ſe inueſtire de rebus ſuis,non tanq̃ Epi,vel Eccleſię, quia ſciebat non eſſe dictas res eccleſiæ, ſed ſuas,quòd illę res effectę ſunt feudales. idem vult ipſe Pau.de Caſt.in l. cùm falſa. C. de iuris, & fac. igno. & ptatic. Pap.in for.lib.fict. præſta. in glo. in verſ. ſuper ſolutione.col.fi.& cõmuniter Scriben.in l.ſi rem aliquam.ff.de acquir.poſſ. vbi determinant, quòd ſi quis ſcienter rem ſuã,tanq̃ ſuam recognoſcat in emphyteoſim,vel in feudum ab eccleſia,illa res efficitur emphyteotica,vel feudalis. Non obſtat,ſi diceretur, iſtud procedere,quando quis fuiſſet inueſtitus ab eccleſia,in qua transfertur dñium ſine traditione : & vbi non concurrit, niſi vna fictio,ſcilicet ficta donatio,ſecus vbi poſſent concurrere duæ fictiones prouenientes ex eodem capite, ſcilicet ficta donatio,& ficta traditio. quia reſponderi poteſt,quòd ſicut in eccleſia trãsfertur dominium ſine traditione.vt vult glo. in l. fi.C.de ſacr.ſan. eccl. ita etiam tranſit in

87 Imperatorem , cùm imperium æquipararetur eccleſiæ Romanæ.vt per gloſ. in auten.de non alien.in §.vt aut lex.Et per Marti.Laud.in not.ſuo 391 .incip.contra imperium ; vbi concludit, quòd contra imperium non præſcribitur minori ſpacio centũ annorum,ſicut in eccleſia Romana,quia à pari procedunt.hoc etiã videtur velle Alex. in conſ.84. vol. 1. vbi dicit,quòd contra Principem non præſcribitur minori ſpacio centum annorũ, ſicut in eccleſia Romana.alleg.l.fi. iũcta auten.quas actiones.C.de ſacr.ſanc. eccl. & ſic ex diſpoſitione. l. fi. æquiparatur imperiũ,& eccleſia. Sed in eccleſia tranſit dominium ipſo iure.vt in d.l. fi. ergo idem eſt dicendum & in imperio.

88 ¶Secundò rñdetur, ꝙ immo fuit de bonis feudalibus.In quorũ alienatione requirebatur conſenſus ſupremi,& directi dñi.vt eſt caſus in c imperialẽ.de prohi. feu.alie.per Feder. aliàs dicta alienatio ẽ nulla ipſo iure;vt per Doc.in d.c. imperialẽ.in §.calidis;ꝙ aũt fuerit facta de bonis feudalibus , ipſemet Dux aſſerit in cõfirmatione dictę donationis per eũ petita à Maximiliano Imperatore, & in ei*

89 libello porrecto corã Illuſt.Cæſ.delegatis: ibi dum dr̃,ſacri Romani Imp. ſuperioritate reſeruata, & ibi, dñio ſupremo imperiali ſemper ſaluo. Quo caſu ſequitur, ꝙ probantur caſtra ,& loca donata feudalia ex teſtimonio propriæ cõfeſſionis ipſius Illu. Ducis,& nulla ꝓbatio clarior eſt ea,quæ reſultat ex cõfeſſione ꝓpria.vt in l.generaſr.C.de non nu.pec. c. ꝑ tuas.extra de ꝓba.ꝑ qua opin. facit gl. in l.cũ precum.C.de libe.cau. vbi ſi quis porrigit libellũ,& aliquid dicit contra ſe ſtatur illi dicto contra eũ. hoc idem vult text.& ibi not.Scrib.in l.2.C.de inſtit.& ſubſti.ibi dũ dicit ex his, quæ in libello cõplexus es.idẽ tenet Barba.in conſ.42. col.4,vol.2.& Abb.in c.examinata. extr. de iud.in 1.col.facit ẽt in ſimili,quod dr̃ de producente inſtrumentũ,quod videatur fateri omnia contenta in inſtr̃o eſſe vera,adeo,ꝙ contra illud aliquid dicere nõ poteſt.vt eſt glo.in l.1.§.editiones.ff. de eden.quã glo.ſing. reputat Bal. in c. præſentiũ.extra.de teſti.col. . .& ad hoc iſtam gl.not.Bal.in l.2.ad fin.de fideicõ. liber. Cùm ergo Illuſt.Dux Sabau.in impetratione confirmationis dictæ donationis,& in duobus locis in ſuo libello aſſeruerit res donatas eſſe feudales: ſequitur,quòd ſtandum eſt confeſſioni eius , quòd talia caſtra , & loca, de quibus in donatione, ſunt feudalia.

90 ¶Non obſtat ſecundum argumentũ de conſuetudine alienandi per Marchiones Mõtisferrati bona feudalia, irrequiſito Cæſare: quia rñdetur,quòd talis conſuetudo vr̃ in facto conſiſtere , ideo qui in ea fundatur,debebat illã probare. iuxta gl.in l.1.cũ ibi not.ꝑ Scrib.C.quę ſit longa cõſue.ita arguit Alex. in conſ. 67. vol.7.& Deci.in conſ.402.col.antepe. & in conſ.358.& Soci.in conſ.39. in 4.vol. in 5 col.& in conſ.111.vbi qui ſe fundat in cõſuetudine debet deducere,&,ꝓbarę

qualitates à conſuetudine requiſitas; quę
91 in caſu noſtro nõ fuerunt probatæ, licet multi teſtes fuerint examinati ſuper con
92 ſuetudine allegata: ꝙ autem probata nõ fuerit conſuetudo alienandi per vicarios Imperatoris in ſtatu Montisferrati, eius conſenſu nõ requiſito, demõſtratur pluribus medijs. Nam primò requirebatur, quòd teſtes examinati depoſuiſſent de viſu actus, cuius cõſuetudo allegatur, de actuũ frequentia, de tẽporis diuturnitate; & tales actus fuiſſe factos ita & taliter, quòd apparuiſſet de tacito cõſenſu Imperatoris. vt per Cy. ita magiſtraliter tradentem, in l. 2. C. quæ ſit longa conſuet. quẽ refert, & ſequitur Alex. in cõſ. 45. & 131. & in conſ. 136. & 196. vol. 2. & in conſ. 137. vol. 6. & Dec. in conſ. ſuo 215. & 402. & 539. & Aret. in conſ. 94. col. fi.
93 Secundò requirebatur, ꝙ teſtes fuiſſent cõteſtes, & nõ ſingulares in actibus, & tẽpore, quia alias non probant. vt per Ant. de Butr. in c. licet ex quadam. extra. de teſti. no. & Alex. in conſilijs ſupra alleg. quæ opin. eſt cõmuniter approbata. vt ꝑ Deci. in conſ. ſup. alleg. 402. col. fi. vbi dicit, quòd ſm eõem opin. teſtes, qui deponunt de diuerſis actibus, & perſonis, quia ſingulares, nõ ꝓbant conſuetudinẽ.
94 Facit & tertiò: nam in caſu iſto Ill. Dux Sab. ſe fundat in cõſuetudine, ꝗ nõ valet, niſi præſcripta. per tex. in c. Cumana. extra. de elec. ſed ad hoc, vt conſuetudo, ꝗ qua in caſu noſtro, probetur fuiſſe præſcripta, quia habet cauſam diſcontinuã. l. foramẽ. ff. de ſerui. vrb. prædi. requiritur principium tanti temporis, cuius in contrarium memoria non exiſtat. l. hoc iure. §. ductus aquæ. de aqua quoti. & æſti. firmat hoc Inno. in c. cùm dilectus. in fi. glo. quod tamen probatum non fuit. ergo &c. Comprobatur iſta opin. ex his, quæ no. in terminis noſtris Bru. in conſ. ſuo 37. in 1. col. in fi. vbi dicit, quòd conſuetudo alienandi ſine conſenſu domini inter condños in iure, non fuit legittimè
95 probata; quia ad præſcribendum, & acquiren. tale ius, requirebatur tãtum tp̃s, cuius initij memoria in contrarium non exiſtat. Cũ dicta cõſuetudo habeat cauſam diſcontinuam, & agatur de iure, & intereſſe Principis. ita etiã vult Alex. in conſ. 68. vol. 2. vbi dicit, quòd in his, quę ſunt reſeruata Principis, requiritur conſuetudo tanti tẽporis, cuius in contrariũ memoria non exiſtat. per tex. in c. ſuper quibuſdã. §. præterea. de verb. ſig. ad quã conſuetudinem tanti temporis &c. probandam, teſtes debebãt deponere, quòd
96 cõmunis opin. eſt memoriam non extare in contrarium. vt per Bar. in l. 2. in §. item labeo. ad fi. ff. de aqua plu. arc. & Alex. conſ. 136. ver. præterea. vol. 2. & in
97 conſ. 173. vol. 6. Quartò requirebatur, ꝙ reddidiſſent rationẽ non interrogati cõgruam. vt per Bar. in l. de quibus. col. 9. ver. ſed quid ſi teſtes. ff. de leg. & per Deci. in conſ. 215. & in conſ. 539. vbi allegat rationem, quia effectus cõſuetudinis conſiſtit in iure, ſicut dñium; & ideo teſtes & non interrogati debent rationem adducere ſui dicti. vt per Innoc. in c. cùm cauſam. extra. de teſti. quem refert & ſequitur Bal. in l. cùm res. in 3. not. C. de proba. & in l. ſolam. C. de teſti.
98 ¶ Quintò pariter requirebatur, quòd fuiſſet probatũ talem conſuetudinem fuiſſe inductã, & obſeruatam ſciente, & patiẽte Imperatore, ad hoc, vt dicta conſuetudo deberet obſeruari, aliàs nõ debet obſeruari. vt ꝓbatur ex not. per Alua. in c. 1. in §. fin. in fi. de alie. feu. & per eundem, & alios, in c. imperialẽ. in §. præterea ducatus. de prohib. feu. alie. per Feder. vbi dicunt, quòd licet feudum ducatus diuidi non poſſit, tamen fallit, niſi dignitas Ducatus, & Marchionatus effecta eſſet diuiſibilis ex conſuetudine, quæ
99 fuiſſet inducta ſcientibus, & videntibus Imperatoribus, ita, quòd ex certa eorum ſcientia diuidatur: quam opinió. tenet Ioan. Andre. in addit. ad Spec. in tit. de feud. ſuper rubr. in ver. non omittam. & Curt. in tract. feu. in 4. parte, in 30. q. in verſ. ſublimitan. in 2. col. vbi dicit opus eſſe probare ſcientiam, & tolerantiam in Principe vniuerſali, in quo præſumitur ignorantia. vt in c. 1. de conſtit. in 6. licet ſecus ſit in Principe particulari in terris ſuis; qui allegat ad hoc

conſilium Oldr.n.237.hoc idem vult D. Iac.de ſanct.Georg.in inueſtitura ſua, in 5.col.verſ. vlterius.in fin.

100 ¶ Sextò, ad inducendam talem conſuetudinẽ debebant actus fieri eo animo, & intentione, ut induceretur cõſuetudo. vt in c.conſuetudo, 1.diſtin. Abb. in c. fi. in vlt.car.in ver.ſeptimo requiritur. de con ſuetud.not.Deci.in cõſ.215.col.pen. vol. 2.& in conſ.402.col.fi. ſed iſta requiſita probata non fuerunt, ſi bene inſpiciãtur dicta, & depoſitiones teſtium examinatorũ ſuper aſſerta conſuetudine. ergo ex præmiſſis concluden. eſt, dictam donationem factã per Illuſt.q.Io.Iaco.q.Duci Amadeo, nullam fuiſſe ex defectu conſenſus ſupremi dñi, non obſtante aſſerta conſuetudine deducta, quæ non probata fuit, minusq́; verificata.

¶ Non obſtat tertium argumentũ de diuturnitate temporis, quia reſpondetur tri-

101 pliciter. Primò, ꝙ iura prællegata ꝓcedunt, quãdo vltra diuturnitatem temporis interuenit ſcientia, & patientia illius, qui conſentire debebat: ita illa iura declarat Alex.in conſ.218. in 6.vol.quæ opinio cõfirmatur ex nõ. ꝑ Bal. in l.2.C. de leg.hæred. vbi dicit, ꝙ licèt alias ſcientia, & patiẽtia alicuius, cũ tpis diuturnitate faciat præſumi à principio interueniſſe conſenſum patientis.vt in l.ſi filius. de peti.hære. tamen vbi non interuenit dicta ſcientia, & patientia, dictus cõſenſus, qui requiritur, non præſumitur ex diuturnitate temporis: quã partem ſequuntur Doct.in l.1.C.qui admitti.& Alex.in cõſ. 94.vol.7.& in conſ.17. col. fi. & in conſ. vlt.col.4. ver.prætereà.vol.4. & Iaſon. in conſ.ſuo 176.vol.2.& Barb. conſ.ſuo 35. vol.2. ſed in caſu noſtro, de quo agitur, non interuenit ſcientia, & patientia Imperatoris. ergo &c.

102 ¶ Secũdò reſpondetur, iura, & auctoritates ſupra allegata, & allegatas ꝓcedere ĩ dubio, ſecꝰ quãdo eſſemus ĩ caſu certo, quia in certis non habet locũ coniectura.vt eſt tex.in l.continuus.in §.cũ ita.de uer. obl. vt eſt quando ex inſpectione inſtrumẽti alienationis rerum feudaliũ, apparet non interueniſſe conſenſum directi dñi, quia tunc non ſtatur præſumptioni, quæ reſultat ex antiquitate temporis; quia tollitur per euidentiam facti, qua nulla maior eſt probatio.l.emptorẽ.ff.de act. emp. ita vult Paul.de Caſt.in conſ.50.incip.In cauſa, quæ vertitur.in 3.col. vbi concludit, ꝙ ex diuturnitate tẽporis non præſumitur citatio, quãdo ex inſpectione actorum poſſet colligi, & deprehendi defectus citationis, quia nõ ſtatur illi præſumptioni antiquitatis, quæ tollitur per euidentiam facti, quæ tollit omnem præſũptionem cõtrariam: quem referunt, & ſequuntur Alex.in conſ.1.in 4.vol.& Iaſ.in l.1.C.qui admitti.& in cõſ. ſuo 148. in 4. vol.& in conſ.ſuo 176.in 2. vol. vbi Iaſo. propriè in terminis noſtris concludit, ꝙ regula, quæ habet, quòd ex diuturnitate temporis præſumitur conſenſus dñi, non habet locum, quando ex inſpectione inſtrumenti rei feudalis apparet nõ interueniſſe ſolemnitatẽ directi dñi, quia tunc non ſtatur illi præſumptioni, quæ reſultat ex antiquitate tẽporis: & ſubdit, quòd iſta negatiua, ſcilicet non interueniſſe ſolemnitatem directi dñi, probatur ꝑ inſpectionem ſcripturæ. per no.per Bart. in l.fin.C.de reb.credi.vbi iſta negatiua aliquod nõ fuiſſe factum, probatur per inſpectionẽ ſcripturæ. faciũt etiam quę no. Soci.in conſ.46.in 4.vol.in 9.col. in ver. ſed clarè.vbi dicit, quòd præſumptio, quę

103 reſultat ex diuturnitate temporis, non eſt iuris, & de iure, ſed iuris tantũ; Et ideo contra talem pręſumptionem admittitur probatio in cõtrarium, per oſtenſionem actorũ, & ſcripturarum, vt per D.Ant. & Abb.in c.qm contra.de proba. pro cuius confirmatione faciunt not.per Bal.in l.2. C.de doc.promiſſ.quem refert, & ſequit̃ Alex.in conſ.113, incip.Super primo.vol. 1. vbi præſumptio, quæ inſurgit ex diuturnitate tẽporis, nõ eſt ita efficax, quominus contrarium probari poſſit. Quæ opinio etiam cõfirmatur per no. per Deci.in cõſ.ſuo 564.in 3.col.ubi dicit, quòd illa præſumptio, quæ inſurgit propter antiquitatem, purgatur, & tollitur per exẽplum exhibitum, in quo apparet non interueniſſe ea, quæ requiruntur, quando

ſumitur exemplũ, videlicet auctoritas iudicis, & citatio partis, & ex no. per Iaſ. in conſ. 140. in 4. vol. 3. col. vbi ſolẽnitas, quę ex inſpectione inſtrumenti apparet non interueniſſe, nunq̃ præſumitur ex tẽpore, etiam cuius initij memoria non extat in contrariũ, niſi aliæ pręſumptiones cõcurrant. per no. per Abb. in c. Albericus, in pen. col. de teſti. ſed in caſu, de quo agitur, ex inſpectione ipſius inſtrumenti donationis apparet, q. non interuenit cõſenſus ipſius Cæſaris, per quam tollitur præſumptio, quæ reſultabat ex antiquitate. Ergo concludendũ eſt ex diuturnitate tp̃is non eſſe præſumendum conſenſũ directi dñi interueniſſe in inſtrumento aſſertæ donationis factæ per q. Illuſt. Ioã. Iac. tunc Marchionem Montisferrati, q. Illuſt. Amadeo Duci Sabau. quia cũ habeamus veritatem, nõ cadit pręſumptionis allegatio ex curſu temporis, quia plꝰ demonſtratur per facti præſentiam, quã per vocis efficaciam. ſecundũ Bald. in l. 1. in 2. col. C. de edil. edict.

104 ¶ Tertiò reſpondetur non eſſe inſiſten. ſuper præſumptione conſenſus ſupremi dñi, ex quo expreſsè apparet per litteras Cæſareas de contraria voluntate Imperatoris Federici, qui reuocauit aſſertam donationem factã per Illuſt. q. Ioan. Iac. ſine eius conſenſu, Duci Sabaud. quam de iure reuocare potuit. vt per tex. in c. 1. de capit. Corra. & in c. imperialem. de prohib. feud. alie. per Feder. vt latiùs infra demonſtrabitur.

105 ¶ Non obſtat quartũ argumentum de feudo francho, quod poteſt alienari irrequiſito dño, aliàs non eſſet liberum; quia reſpondetur cõem opinionem eſſe in cõtrarium. vt per Bal. in prælud. feu. in 8. diuiſione, quem ſequuntur ibi alij Scrib. vbi reprobando Hoſtien. in c. fi. de reb. eccleſ. non alien. dicunt q. tale feudũ franchum nõ poteſt alienari irrequiſito dño; quia ſi poſſet alienari, ſequeretur inconueniens, q. ſi delinqueret vaſallus, non poſſet puniri in amiſſione feudi, & quòd poſſet contemnere dñum, pro cuius confirmatione faciunt not. per Paul. de Caſt. in conſ. ſuo 163. vbi dicit, quòd feudũ franchum non poteſt alienari ſine voluntate domini, ne dñs inuitus alium, quàm quẽ voluerit habeat in vaſallum. vt in c. 2. de fra. de nouo benef. inueſt. & licèt feudũ franchum differat à non frãcho in hoc, quia non præſtatur homagium, ſeu iuramentum fidelitatis, nec aliquod ſeruitiũ; non tamen differt, quo ad poteſtatem alienandi; quia ſicut non franchum non poteſt alienari ſine dñi voluntate; ita nec franchum; quod patet per rationẽ, quia habens feudũ franchum, ſaltem obligatꝰ eſt ad illa; quæ continentur in iuramento fidelitatis: de quibus in tit. de noua forma fidel. cum tit. ſeq. pro qua opin. adducit tex. in l. 1. ad fi. C. de ope. lib. vbi ſi patronus remiſit liberto ius patronatus, nihilominus remanet libertus ſubditꝰ, quo ad quædam, quæ concernunt fidẽ, & reuerendam: Et talia ſunt illa, quæ continentur in forma fidelitatis. facit etiam L. quæ ſub conditione. §. quotiens. ff. de condit. inſtit. ubi licèt remittatur iuramenti præſtatio, non tamen remittitur id, qđ virtute iuramenti venit expedien. quę. opinio comprobatur ex not. per Andr. de Iſern. in c. 1. in vlt. col. quibus mod. feud. amit. vbi tenet, quòd ſi detur feudũ hoc acto, vt nullum ſeruitium inde fiat, cenſebitur hoc feudum iure feudi; niſi quãtum ad ea, de quibus conuenient, vt non fiat, & quantũ ad expreſsè remota, idest ad ſeruitij præſtationem, tamẽ iiſdẽ modis, culpis, & cauſis amittetur dictum feudum, quibus & alia, exceptis his; ad quę non tenetur ex pacto, ex quo dicto concludit Alex. in conſ. 30. in 1. vol. col. fin. quòd licèt feudũ franchum ſit liberum reſpectu ſeruitiorũ, non tamen eſt liberum, quòd poſſit alienari, quia per talem alienationem perditur feudum de ſui natura; pro cuius confirmatione faciunt q̃ not. Deci. in conſ. ſuo 194. col. 2. in fi. vbi cõcludit, quòd licèt feudum liberum, & franchum concedatur, tamen ne datio feudi repugnantiã contineat, dicendum eſt vaſallum teneri ad ea, quæ in ſacramento fidelitatis continentur; de quibus in c. 1. de nou. for. fidel. & tit. ſeq. quia licèt natura feudi in aliquo alteretur, tamen

manet tamen feudum,& in alijs non ex-
preſſis naturam feudi ſortitur. vt per tex.
in c.1,de feu.non hab.propriam nat. feu.
ibi, licèt propriam naturam feudi nõ ha-
beat, iure tamen feudi cenſetur. Vltimò,
quòd non poſſit alienari, hoc tenet De-
ci.in conſ.ſuo.185,in 4.col.in fi. & Iaſ. in
vſibus feud.col.38. circa medium.
¶Nõ obſtat ratio ex aduerſo allegata in
dicto quarto arg.ꝙ in ſacramento fideli-
tatis,de quo in d.c.1.de noua for.fidel. &
in c.ſeq.non contineatur, quòd non poſ-
ſit alienari; quia reſpondetur, ex not. per
Aret.in conſ.ſuo.14.in 1.col.quòd immo
tam ex verbis veteris formæ fidelitatis, q̃
ex verbis nouæ, vaſallus ad hoc obligat̃,
vt non alienet. per tex.in c.1.de form. fi-
delit.in ver. vtile. ubi dicitur, quòd vaſal-
lus ex iuramento fidelitatis tenetur non
eſſe in damno dño in poſſeſſionibus ſuis;
ſed cui dubium ſm̃ eum, quòd alienãdo,
& maximè in potentiorem infertur dam
num dño in feudali re, quæ dicitur eſſe
ſua, quia proprietas, id eſt directum dñiũ
vel feudalis pertinet ad dñm. vt in c. 1. in
fi. ex quibus cau.feu.amit. ergo prohibi-
tio alienationis rerũ feudalium conceſſa-
rum in feudũ franchum, & liberum, in
iuramento fidelitatis compræhenditur,
vel in fidelitate debita, & ſi iuramẽtum
non præſtetur.
¶Præterea in noua forma fidelitatis di-
citur, ꝙ vaſallus iurat non procurare, vel
facere, ꝙ amittat honorem aliquem; ſed
vaſallus alienando facit cõtra honorem
dñi, quia videt̃ eũ cõtẽnere. vt in c.1.§.ſi
vaſallus. quæ fuit pri.cau.ſ.benef.amit. Itẽ
præiudicatur ipſi dño in iure ſuperiori-
tatis, cùm transferat feudum ad eum, qui
nõ eſt vaſallus, nec eſt obligatus ad ea, q̃
continentur in fidelitate, nec ipſe rema-
neret vaſallus, quoad præſtationem ſer-
uitiorũ eorum, quæ priùs debebat ex for
ma conceſſionis, ſi virtute cõceſſionis ſi-
bi factæ poſſet alienare feudum; pro cu-
ius argumenti cõfirmatione faciunt, quæ
not. cõiter Feudiſt. in c.1.de feu.non ha-
ben.propriam natu.feu. vbi concludunt,
ꝙ illa verba, & quibus dederis, vel æqui-
pollẽtia appoſita in conceſſione feudali,
nõ ſolũ operãt̃ licẽtiã alienãdi irrequiſi-
to dño, immo ꝙ ille, in quem erit facta ta
106 lis alienatio, retinebit illam rem libe-
ram, & expeditam, & tanq̃ allodialem nõ
autem iure feudi; quod dictum mirabile,
ſingulare, & perpetuæ memoriæ commẽ
dandum reputat Cur.iun.in tract.feu. in
4.par.in materia alie.in 2.reg.prin.in ver.
5. quarto. vbi dicit, quòd ad hoc non ſolet
in practica aduerti. Concludendum eſt
ergo ex præmiſſis, quòd Illuſt. & Excell.
q. Io. Iac. non potuit per dictam donatio-
nem alienare dicta bona feudalia, dato
etiam, quòd fuiſſent conceſſa in feudum
franchum, & liberum, & per conſequẽs
illa fuiſſe, & eſſe nullam.
¶Non obſt. ſimiliter quintum fundamẽ-
tum, quòd in dicta alienatione interue-
nerit requiſita in alienatione feudi anti-
qui, ſcilicet cõſenſus filiorum alienãtis,
& Cæſaris; quia rñdetur, quòd quatenus
appareat de aliqua ſubſcriptione filiorũ
alienantis, & de aliqua cõfirmatione Cę-
ſaris Maximiliani, illæ ſunt inualidæ,
nulliusq; momenti, quod probatur.
107 ¶Et primò, quia non conſtat, quòd tales
ratificationes fuerint ſubſcriptæ manu
Illuſt. Gulielmi, Bonifacij, & Theodori,
immo ſunt priuatæ ſcripturæ; quibus, cũ
careant ſubſtantialibus debitis à iure re-
quiſitis, nulla adhibenda eſt fides. p; not.
per Doct. in l. nuda. de dona. in c. ſcripta.
de fide inſtru. & per Soci. in conſ. 33. vol.
1. & in conſ. 41. eod. vol. 1. ubi in dictis
locis cõcludit, quòd ſcriptura priuata nõ
facit fidem, quæcunq; illa ſit, niſi reci-
piat aliquod fomentum, vel ſupplemen-
tum, propter quod fiat autẽtica, & quòd
non facit fidem, nec probat, & ſi habe-
ret plurium teſtiũ inſcriptionem, vel ſub
ſcriptionem. per no. in l. inſtrumenta. &
in l. exemplo. C. de proba. quia licèt ſcrip
tura habeat teſtium ſubſcriptionem, tñ
108 ſi adhuc teſtes non recognouerint ſub-
ſcriptiones ſuas, vel mortui ſint, & nulla
ſit facta comparatio, & pars neget, non
probat. Cùm ergo ſcripturæ ſint priuatę,
& per Ducem Sabau. non fuerit probatũ
ratificationes fuiſſe tales, quibus fides d-
buiſſet adhiberi, cùm ad eum ſpectaret
probare,

probare, quia erat fundamentum eius intentionis; certè ſequitur, q̧ nulla fides ex diſpoſitione iuris eis adhibenda eſt. Nec
109 ipſi habet ſuffragari, q̧ ſint fulcitæ ſigillo eorum, quia hoc primò negatur: & dato etiam, q̧ eſſent ſigillatæ ſigillo ipſorum Illuſtr. tamen hoc nihil facit, quia ad hoc, vt ſigillũ probet, ſeu reddat ſcripturã autenticam, in tali ſcriptura teſtes dñt eſſe ſubſcripti, vel ad minus inſcripti. vt per Arch. in c. vt circa. de elect. in 6. & per Io. And. & alios, in c. poſt ceſſionem. de proba. & maximè in præiudicialibus; ſed in caſu, de quo agitur, non ſunt teſtes ſubſcripti, & ſumus in actu valde præiudiciali: ergo &c. quæ opin. probatur ex not. per Soci. in conſ. ſuo 258. col. pen. vbi determinat, quòd ſcriptura priuata; & ſi ſigillata ſit, non probat, prout regulariter in iure diſpoſitum eſt. vt in auten. ut nul. iud. in §. ſi quis, & maximè in his, quæ à lijs ſunt præiudicialia, & in his, quæ in non ſubditos geruntur; & ſubdit, q̧ cùm
110 non probet, ac ſi ſigillata non eſſet, tẽporis antiquitas ipſi ſcripturæ priuatæ ſigillatæ non prodeſſet. per not. in c. cauſam. de proba. & vbi ibi per eum.
111 ¶Secundò reſpondetur, quòd poſito, & non cõceſſo; quòd verum fuiſſet ſupraſcriptos Illuſt. Gulielmum, & Bonifaciũ conſenſiſſe dictæ alienationi, tamen per dictum conſenſum non potuerunt præiudicare, niſi ipſis, non autem deſcendentibus eorum vocatis in inueſtitura Caroli quarti, prout fuit Illuſt. Gulielmus fili⁹ q. Illuſtr. D. Bonifacij, cui per patrem nullum præiudicium fieri potuit, cũ nõ fuerit eius hæres. per not. per Bal. & alios, in c. 1, §. hoc quoq; de ſuc. feu. quos refert, & ſequitur D. Iac. de ſanct. Geor. in inueſtitura ſua, in §. & oũ pacto de non alienãdo. col. 5. & per Cur. iun. in tract. feud. in 4. par. in 3. reg. principali. in ver. & ſecunda cadit neceſſaria dubitatio. & per not. in c. 1. de alie. feu. pater.
112 ¶Tertiò, dato, quòd interueniſſet conſenſus filiorũ alienantis, tamen reſpõdetur, quòd dictus conſenſus fuit null⁹, quia interpoſitus ſuper contractu nullo, facto de bonis feudalibus ſine conſenſu Imperatoris. per text. in c. Imperialem. de prohib. feu. alie. per Feder. quo caſu conſenſus adhibitus contractui inualido, nullũ effectũ operatur. vt eſt tex. in l. 4. §. in vẽditione. ff. qui pot. in pig. hab. & ibi not. Doct. quod confirmatur in terminis noſtris, ex no. per Bru. in conſ. 36. in 1. col. vbi dicit, q̧ contractus factus per patrem de bonis feudalibus ſine conſenſu directi dñi, eſt nullus. Nec ei ſuffragatur conſenſus filij adhibitus dicto cõtractui, quia cũ alienatio fuerit nulla, conſequenter & conſenſus filij illi acceſſorius eſt nullus.
113 vt in regula acceſſorium. de reg. iur. in 6. Item & dicta ſubſcriptio fuit nulla, quia facta per ipſos filios, qui ignorabant contenta in dicta alienatione, cùm fuerint abſentes tempore ipſius donationis, quo caſu non habuit eis præiudicare. vt no. per Præpoſ. in c. 1. de alie. feu. pater. vbi dicit, q̧ ſubſcriptio inueſtituræ per agnatũ de feudo ſuo facta, nõ præiudicat ipſi agnato, qui ignorabat contenta in dicta inue-
114 ſtitura. Item & talis ſubſcriptio fuit metuculoſa propter liberationem Illuſtr. Ioannis eorũ fratris, qui erat detent⁹, & incarceratus in caſtro Taurini, à qua detentione, & incarceratione nõ poterat liberari, niſi mediante alienatione facta per Illuſt. q. Io. Iac. & confirmata per ſubſcriptionem ipſorum filiorũ, quæ nullius momenti fuit, cũ tenderet ad commodũ detinentis. iuxtà tex. in l. qui in carcerem. ff. quod metus cauſ. & vt ſup. latiùs dixi.
¶Similiter; q̧ confirmatio Cæſaris Maximiliani, facta Duci Sabau. fuerit nulla,
115 demonſtratur; quia dicta confirmatio facta fuit poſt ius quæſitum Illuſt. Gulielmo filio q. Illuſt. Io. Iac. per inueſtituram ſibi factam poſt mortẽ Illuſt. q. Io. Iac. patris, & Ioannis eius fratris, per Sereñ. Fredericum Imperatorem; & ſimiliter poſt inueſtiturã factam per eundem Fredericũ in perſonam Illuſt. Bonifacij fratris q. Illuſt. Gulielmi defuncti ſine filijs, quo caſu non valet talis conſenſus, cũ eo tẽpore res non eſſet integra, & non eſſet materia, ſuper quam forma aſſenſus poſſet fundari. iſtud probatur ex no. per Andr. de Iſer. & alios, in c. imperialem, de prohib. feu.

feu.alie.per Feder.vbi concludunt Scribis bene.q. conſenſus directi dñi ſufficit, ꝙ interueniat ſiue ante, ſiue poſt, dummodo non tractetur de alterius præiudicio, quã ipſius dñi, ſecus ſi tractaretur de ꝑiudicio alterius, quia tunc non ſufficeret ille conſenſus ſubſequutus; quia quod Princeps agit, debet agere ſine alterius iniuria. Et ideo ſubdit, quòd ſi habẽs feudum, id alienauit, & non tradidit, & mortuus eſt, ſi ille, cui fuit alienatum dictum feudũ, poſt mortem alienantis impetrat aſſenſum Regis, non nocet hæredi alienantis dictus aſſenſus, quia eo tempore dominus conſenſit, quo res eſt aliena, & non illius alienantis, cuius alienatio confirmatur: ſed cui dubium, quòd factum fuiſſet præiudicium Illuſt.q. Guilielmo ſi per dictam confirmationẽ fuiſſet ſublatum ius antea ſibi acquiſitũ per inueſtituram anteceſſorum Maximiliani? ergo &c. quæ opin. cõfirmatur ex no. per Matth.de Afflic.in deciſ.ſua 335.in 4.col. vbi concludit, quòd ſi poſt obligationem bonorũ feudalium ſine Regio aſſenſu factam, reuocatio dictæ obligationis fuerit facta per eũ, qui ea bona feudalia obligauerat vigore conſtitutionis Regni, diſponentis licere alienanti feudum reuocare ipſam alienationem: ſi Rex poſtea aſſentit dictæ obligationi, quæ iam annullata erat per dictam reuocationem factã, quòd iſtud nihil eſt, quia nõ habet materiã dictus aſſenſus, ſuper qua poſſit ſe fundari. ex not. per Bal. in l. cũ ſentẽ. C. quando prouoc. non eſt neceſ. col. 2. Item quia dictus conſenſus non reperit rem integram, ſed reuocatam legis permiſſione, & ſic poſt ius quæſitum parti reuocanti; quo caſu nõ valet conſenſus Regis in præiudicium alterius: pro qua confirmatione faciunt not. per Deci. in conſ. 588. in vlt. col. vbi dicit, ꝙ ſi Imperator conceſſit priuilegium vaſallo teſtandi de bonis feudalibus, & vaſallus teſtatus ſit, ꝙ non valet derogatio illius priuilegij, poſt inſtitutionem factã; quia cum res non eſſet integra, non debuit, nec potuit dictum priuilegium reuocare, ſalua eius maieſtate.

117 ¶ Quia quotiens Princeps aliquid primo vni cõcedit, & de illo poſtea in alterũ in contrarium diſponit; gratia primo obtenta præualet. vt per Roman. in cõſ. 298. incip. Circa præmiſſum; qui rationem ibi adducit, quia in ſecunda videt Imperator circũuentus. faciunt & no. p Paul. de Caſt. in conſ. 159. in 3. col. vbi dicit, ꝙ ſi reperitur ab Epo rem fuiſſe vni conceſſam in feudũ, & poſteà Papa illã rem conceſſit alteri, non valet ſecunda conceſſio, quia erat ius quæſitum primo, cui fuit facta prima conceſſio: & dicit
118 hoc maxime procedere ſi in ſecunda cõceſſione non ſit facta mentio de prima, prout in caſu iſto contingit. & cum prædictis concordat Alex. in conſ. 3. in 5. vol. vbi in 2. col. refert Paul. de Caſt. in conſilijs ſup. alleg. & in ſimili caſu Alex. ibi concludit, ꝙ ius quæſitum ex priori conceſſione non tollitur, nec illi derogatur per ſecundam conceſſionem alteri factã, quia ſuperior non videtur derogare iuri tertij; quos refert, & ſequit Deci. in conſ. ſuo 580. 599. 640. & 689. vbi
119 pro hoc alleg. Bal. qui vnũ dicit, quòd multũ confert ad propoſitum in cõſ. ſuo 279. in 3. vol. incip. Pridie. vbi inquit, ꝙ quando Princeps reuocat etiã motu proprio, illud quod obſeruare tenetur, fingitur circũuentus, adeo, quòd contrariũ probari non poteſt, quaſi ſit præſumptio iuris, & de iure, quæ probationem in cõtrarium non admittit: qui ſubdit etiam, quòd in Principe debet eſſe conſtans vo-
120 luntas, tanq̃ in fonte iuſtitiæ, & quòd in Principibus conuenit illud verbum, ſemel loquutus eſt Deus, &, quòd ſcripſi ſcripſi, & quòd Princeps debet ſolum habere vnum calamũ, & vnam linguã, quia ſcriptum eſt, quæ procedunt de labijs meis, non faciam irrita: facit etiam, quia ratificatio non operatur in præiudicium eius, cui ius fuerat acquiſitum ante ratificationem. vt per Bal. in l. fi. C. ad macedo. & per Deci. in conſ. 208. & in conſ. 227. ergo &c.

121 ¶ Item & dicta confirmatio fuit nulla, quia facta de eo, quod vi fuerat extortũ; vnde nihil operatur. vt per glo. in l. 2. C.

ad fun.& ſalt.rei dom.lib.11.& per Bal. in c.nihil,extra.de reſcrip.in 3.not.& in l.3.de carb.edic.& per Iaſ.in conſ.ſuo 165.vol.2.vbi dicit,ꝙ confirmatio Illuſ. Ducis Sabaud.facta ſuper eo, quod vi fuerat extortum per Dñm de Raconixo, à communitate ipſius loci,eſt nulla.

122 ¶ Item & tertiò rñdetur,quòd dicta cõfirmatio,quamuis facta fuerit cum clauſula ex certa ſcientia, & de plenitudine poteſtatis, fuit ſurreptitia, & continebat falſa narrata; quia in impetratione expreſſit non dicenda,& tacuit exprimenda,quòd dicta alienatio fuerat violenta, & meticuloſè facta, & quòd detruſit in carceribus Illuſt.q.Ioannem filiũ Illuſt. Marchionis Ioan.Iac.pro õbtinenda tali alienatione: quo caſu ſequitur,quod no. Roma.in conſ.326.col.fi.vbi concludit, ꝙ impetratio redditur ſurreptitia,ſi qualitas facti non exprimatur,facit glo.in c. cũ dilectus filius.Abb.extra de reſcrip.ꝗ dicit, quòd non ſufficit in litteris Papæ narrare ſeriem facti,ſed etiam debet cauſa narrari,ex qua factum proceſſit,faciũt etiam no.per Abb.in c.inter dilectos.extra de fide inſtr.vbi dicit multum notandum eſſe,ꝙ priuilegium confirmationis impetratum ab Imperatore,ſi ſit ſurreptitium,puta quia ſit confirmatorium alicuius inſtrumenti,quod erat falſum, vel alicuius contractus ſimulati,& de his nõ ſit facta notitia Principi confirmanti,talis confirmatio non operabitur, etſi in confirmatione eſſent appoſitæ clauſulæ, ex certa ſcientia,& ſupplentes de plenitudine poteſtatis: pro qua opin.faciunt, quæ no.Deci.in c.1.de confir.vtil.vel in-
123 util.vbi concludit, ꝙ clauſula ex certa ſcientia, nihil operatur, quando confirmatio eſt ſurreptitia; ex quo habetur ſecundum eum,ꝙ licèt à Principe aliquid factum ſit ex certa ſcientia, ſi tamen diſpoſitio poteſt eſſe ſurreptitia reſpectu eorũ,quæ in facto conſiſtunt,talis clauſula,ex certa ſcientia,nihil operatur, & nõ purgat falſitatem narratorũ: vt per Rotam in deciſ.2.in tit.de confir.vtil.vel in util.faciunt etiam,quæ no.Bal.in l.fi.col. 2.C.ſen.reſcin.non poſ.vbi clauſula ex certa ſcientia,nihil operatur in his, quæ
124 in facto conſiſtunt,de quibus ſuperior non præſumitur habuiſſe notitiã: quem refert,& ſequitur Deci.in c.ad hæc.extra de reſcr.vbi dicit, illud, quod dicitur clauſulam ex certa ſcientia,habere vim
125 clauſulæ,de plenitudine poteſtatis, ꝓcedere in his, in quibus præſumitur habere notitiam Princeps, ſicut ea, quæ in iure conſiſtunt,ſecus in his,quæ ignorare præſumitur;vt ſunt ea,quæ conſiſtunt in facto.faciunt etiam, quæ not. Paul.de Caſt.in conſ.159.col.fi.vbi dicit, quòd id,quod dicitur,quòd confirmatio facta
126 per Papã ex certa ſcientia,validat inueſtituram al's inualidam, procedit; & eſt verũ,ſi Papa ſciens eam inualidam,tanꝗ inualidam volens eam facere validã,confirmaſſet,& volens alteri præiudicare; ſecus ſi illam confirmaſſet tanꝗ validã, ignorans illam inualidã,& ſe alteri præiudicare,quia nõ fuit expreſſum aliquid de inualiditate,vel de præiudicio, quod alteri fiebat, quia tunc non præſumitur
127 voluiſſe tollere actus ſuppreſſos, & tacitos,& alicui præiudicare: & non obſtat ſecundũ eum,clauſula,ex certa ſcientia, quia non operatur aliquid in his,quæ apparent ignorata. Non obſtat,ſi diceretur in dicta confirmatione eſſe clauſulã,motus proprij,quæ tollit ſurreptionem; quia
128 reſpondetur,ꝙ licèt clauſula,motus ꝓprij,purget vitium ſurreptionis.vt in c.ſi motu proprio.de præbẽn.in 6.tamen nõ tollit falſitatem cauſæ expreſſæ Imperatori, & ius tertij.vt per Deci.in conſ.407 col.pen.& fi.vbi dicit,quòd licèt cl'a motus proprij tollat ſurreptionis vitium, tñ non tollit falſitatem cauſæ narratæ ſummo Pontifici,& ius tertij.idem in conſ.
129 544.col.fi. Præterea clauſulæ ex certa ſcientia,& de plenitudine poteſtatis, & motus proprij,tunc demum effectũ producunt,quando fuit proceſſum cũ cauſæ cognitione, ſecus ſi abſque cognitione, prout in caſu pñti,quia parum operãtur: vt vult ipſe Deci.in conſ.ſuo 410.in pen. col.& in cõſ.544.col.pen.& fin.ergo &c.

¶ Quartò etiam reſpondetur,quòd dicta cõfirmatio fuit nulla,quia facta ſuper dicta

&a donatione caſtrorum,&locorũ feudalium,quæ iam reuocata fuerat per Federicũ Imperatorem,cum clauſula,motu proprio, ex certa ſcientia, & de plenitudine poteſtatis,qui potuit illã reuocare. vt per tex.in c.1.de capi.Corra.vũ ſuper eo, qđ
130 non erat,nulla potuit cadere confirmatio. Et tantò fortiùs,cũ.per ipſum Maximilianum,anteq̃ fuiſſet facta dicta.cõfirmatio donationis Duci Sabau. iam fuiſſet cõfirmata reuocatio dictæ donationis per Federicum factæ, vt appatet per publica documenta exhibita, quæ ſunt probationes probatæ.iuxtà no.per Bal. in l.2. C.quãdo fiſc.vel pri.videlicet in inueſtitura facta per ipſum Maximilianũ,Gulielmo filio q.Illuſt.Bonifacij,cui per dictam confirmationem donationis non potuit fieri præiudiciũ:quia res nõ erat integra, minuſq́; in præiudicium aliorũ inueſtitorum; maximè cum in præcedentibus inueſtituris eſſent clauſulæ derogatoriæ ad concedenda,& q̃ iſta fuerit mens Maxi-
131 miliani non faciendi alicui præiudiciũ demonſtratur: quia poſt cõfirmationem dictæ donationis, per ſuas patentes litteras declarauit,quòd per dictam cõfirmationem factam Duci Sabaud.nullum intendebat generari præiudiciũ Marchionibus, & Marchionatui Montisferrati:
132 quam declaratione facere potuit,ut per Cur.ſenio.in conſ.ſuo 50.col.14. in verſ. quia ad hæc reſpondemus. & per Ange. in conſ.ſuo 273. incip.Bonifacius.in pen. col.vbi dicit,q̃ ſtatut litteris Papæ interpretantibus intentionem ſuã,etiam ſi illa nunq̃ fuit; quia cùm atteſtetur de eius animo, non admittitur probatio in contrarium: quem refert,& ſequitur Felyn. in c.cũ veniſſent. in 1.col. de iud.qui dicit etiam,quòd in tali interpretatione nõ requiritur citatio partis; quod latiùs ibi proſequitur Deci. Et quæ quidem reuocatio donationis factæ per Federicum, fuit denuò confirmata per eundem Federicum, in inueſtitura facta Bonifacio fratri quondam Illuſt. Gulielmi, in quã
133 eſt inſerta dicta reuocatio,& per omnes ſubſequentes Imperatores, ex quorum confirmatione magis apparet deliberata dicta reuocatio: vt notanter colligitur ex dictis Deci.in conſ. 588.in pen. col. vbi dicit quòd ex confirmatione Imperatoris Maximiliani, facta in perſonis Dñarum Heleonoræ, & Beatricis, quæ inſtitutæ fuerant virtute priuilegij conceſſi Magnif. Dño Ioanni Galeatio de Corrigia,ab eodem Maximiliano corroboratur, & efficaciùs redditur dictũ priuilegium. argum.eius,quod not. Bart. in l.cùm ſcimus. in fin.C.de agric. & cenſi. maximè quando fuit facta ex interuallo, prout in caſu noſtro,quia videtur magis deliberata: pro quo adducit etiam quod not. Bal. in conſ.ſciſmatis. poſito in tit.C. ſi quis aliquem teſt. prohib. col.11. uer.
134 porrò. ubi dicit, quòd vbi actus reiteratur, videtur,quòd nihil opponi poſſit, & quòd ubi ſecunda deliberatio interuenit, ibi plena deliberatio eſſe præſumitur, alleg. text. in §. & hoc verè iubemus. cum glo. in auten. ut null. iudi. & in c.olim. in prin. extra de reſcript. qđ etiam vult Bru. in conſ. ſuo 97. vbi dicit, quòd geminatio conceſſionis certã, & præciſam mentem concedentis demonſtrat,per alleg.per eũ, & multo magis hoc debet procedere in caſu noſtro, vbi in confirmationibus reuocationis di-
135 ctæ donationis, fuit inſertus tenor illius reuocationis,quæ magis oſtendunt volũtatem Principis ſic eſſe,vt conceditur: vt probatur ex no. per Aret. in conſ. 15. in pen. col. in ver. confirmatur. ubi dicit quòd quando in priuilegio Caroli inſertus eſt tenor priuilegij Federici de verbo ad verbum, quòd illa inſertio, & confirmatio poſtea ſecuta euidentiſſimè oſtendunt voluntatem Principis ſic eſſe, ut conceditur, in c. pen.de confirm.vtil.vel inutil. Cùm ergo dicta confirmatio fuerit nulla ex rationibus, & cauſis ſupra adductis, & allegatis; Concludendũ eſt, dictam donationem fuiſſe inualidam,& in aliquo non poſſe ſuffragari Illuſt.Duci Sabaud.

¶ Non obſtat modo, quod obijcitur per Illuſt. Ducem Sabaud. videlicet,re-
136 uocationem dictæ alienationis per Imperatorem, fieri non potuiſſe eo non ci-

tato, cũ tractaretur de eius præiudicio. iuxtà l. nam ita diuus. de adopt. l. de vnoquoq;. de re iud. Quia reſpondetur,
137 quòd in tali reuocatione extraiudiciali, quæ eſt declaratoria voluntatis, nō requiritur citatio partis; quod probatur ex not. per Roma. in conſil. 212. incip. Quo
138 ad primum. vbi concludit, quòd ſi emphyteotica res ceciderit in commiſſum propter canonem non ſolutum, quòd licitum eſt abbati alij eam concedere, non monito, vel citato primo emphyteota; quia in actu extraiudiciali non eſt neceſſaria præſentia illius, qui vocatur, & præſens actui contradicere non potuiſſet: argum. l. ſi eum ſeruum, §. ſi quis ſeruum. ff. de fideicom. lib. quem ſequitur Alex. in conſilio ſuo 130. in 1. col. in 1. volum. pro qua opin. Roman. adducit
139 aliam rationem, quæ eſt, quia declaratio animi poteſt fieri abſente parte. l. Pomponius. de neg. geſt. l. pro hærede. in prin. de acquir. hæred. l. ſi auia. C. de iure delib. faciunt etiam, quæ not. Alex.
140 in conſilio 44. in 3. volum. vbi ſi vaſallus cadit à feudo ipſo iure per alienationem de eo factam, dominus poteſt non requiſito, nec citato vaſallo alium de eo inueſtire. vt etiam vult Iaſ. l. 2. in 5. not. C. de iure emphyt. & Marſil. in repetit. l. de vnoquoq;. in ver. quinquageſimus quartus caſus. de re iud. faciunt etiam, quæ not. Bal. in c. quæ in Eccleſiarum. extra de conſtit. vbi dicit, quòd quando feudum eſt apertum domino, non eſt neceſſe, quòd citetur poſſeſſor in eius collatione, & quòd dominus poteſt illud alteri inueſtire, eo non citato, & poſſeſſionem alteri tradere: & non obſtat, ſecundum eum, l. nam ita diuus. ff. de adop. quia ille text. loquitur in actu iuriſdictionis, vbi requiritur cauſæ cognitio, non in caſu collationis fiendæ de feudo aperto, quia ſufficit veritas ad conferendum ſine citatione, & quòd in tali declaratoria voluntatis domini, non ſit neceſſaria citatio vaſalli: hoc expreſſè not. Alexan. in conſilio 6. Circa pro-
141 ceſſum. col. fi. volum. 3. quia in actu pendente à libera voluntate, non requiritur citatio. l. in rem mandata. C. mandat. not. & Bal. in l. neque natales. C. de proba. col. fi. & Bartol. in l. certum, in §. ſi quis abſentem. ff. de confeſ. Item & quia, quod poſſum facere te inuito, multo magis te abſente, & ignorante. l. qui poteſt. ff. de reg. iur. faciunt notata per Roman. in conſil. 369. quod incipit Circa primum. vbi in actu, quem Princeps
142 poteſt facere aliquo inuito, non eſt opus cũ citare: quē refert, & ſequitur Deci. in conſil. 191. ſed cui dubium, quòd ſi Illuſtriſs. Dux Sabaudiæ fuiſſet vocatus, & præſens actui reuocationis factæ per Imperatorem, quòd non potuiſſet contradicere; ergo &c.
143 ¶ Pro iſta etiam opinione faciunt notata per Socin. in conſilio ſuo quarto, in tertio volum. in 6. colu. vbi concludit; quòd in caſu, in quo quis priuatur caſtro propter crimen læſæ Maieſtatis ipſo iure, quòd poteſt Princeps, eo non citato caſtrum alijs concedere propter glo. in c. cùm olim. de re iud. vbi quando cōſtat abſenti nullam competere defenſionem, non eſt neceſſaria citatio: ergo &c.
144 ¶ Non obſtat vltimum fundamentum de feudo hæreditario, quia reſpondetur illud procedere in feudo conceſſo pro ſe ſimpliciter, vel pro ſe, & hæredibus: quia reſponderi poteſt, & ſi feudum fuerit hæreditarium, quòd adhuc potuerũt Illuſtriſſimi Bonifacius, & Gulielmus fratres Illuſtriſſimi Ioannis defuncti ſine deſcendentibus, hæreditatem ipſius Illuſtriſſimi Ioannis repudiare, & feudum Marchionatus Montisferrati amplecti. per notata per Aretin. in conſilio decimoquarto, colum. 9. vbi ex mente Bald. in cap. primo, in titulo an agnat. vel fil. in ver. ſed caue tibi, concludit, quòd licèt filius non poſſit repudiare hæreditatem paternam, & feudum retinere, tamen poterit hæreditatem fraternam refutare, & feudum retinere. hoc idem & clariùs vult Bru. in conſilio ſuo 25. col. fi. in ver. non obſtat. vbi determinat, quòd ſi quis vult ſuccedere in feudo paterno, & auito hæreditario:

& bene

& bene verum eſt, quòd debet eſſe hæres patris, vel aui, cũ iure hæreditario deferatur; ſecus ſi quis vellet in feudo paterno, vel auito ſuccedere fratri, quia poterit hæreditatem paternam repudiare, & feudũ amplecti, vt ibi latiùs per eum.

¶ Vnde ex rationibus ſup. adductis, & alleg. Concludo intrepidè dictam donationem factã per q. Illuſt. & Excel. Ioan. Iac. & Illuſt. Ioannem eius filium primo genitum, Illuſt. q. Amadeo Duci Sabau. fieri non potuiſſe, vribusq; nõ ſubſiſtere. Et antedictã Marchiam Montisferrati de iure competere Illuſt. & Excell. Duciſſæ Mant. non obſtantibus ex aduerſò adductis, quibus iudicio meo ſatis credo fuiſſe reſponſum.

¶ Et ita, vt ſup. ſcriptum, & concluſũ eſt, iuris eſſe dico, & conſulo, Ego Rolandus à Valle I. V. Doct. Apoſtolicus Prothono. In quorum fidem me manu propria ſub ſcripſi, & conſueto ſigillo meo ſigillaui, ſaluo ſemper conſilio cuiuſlibet rectiùs ſentientis. Laus Deo.

SECVNDA PARS CONSILII XXVI. REVER. ac Mag. D. Rolandi a Valle, Caſalen.

DEVENIO modò ad quæſtionem, quæ vertitur inter Illuſtr. Franc. modernũ Marchionem Salut. parte vnà, & Illuſtr. Duciſſam Mant. ex altera, ſuper ſtatu Montisferrati, ſuper qua multa tangi, & examinari poſſent. Tamen omiſſa verborum pompa, breuiter attingã ea, quæ neceſſaria videbuntur: & ea, in quibus ſubſtantia, & pondus præſentis quæſtionis conſiſtunt.

¶ Et primò, ex aliquibus fundamentis demonſtrabo omne ius, & oẽm iuſtitiam militare videri in fauorem Illuſtr. Marchionis Salut. & ipſi competere ſtatum Montisferrati. Demum illis reſpondebitur, ex quibus apparebit, optimũ ius fouere Illuſt. Duciſſam Mant. in dictis ſtatu, & Marchia Montisferrati.

¶ Primò igitur, in fauorẽ dicti Marchionis adduco, q in feudo antiquo deficientibus maſculis filijs, ſuccedunt tranſuerſales deſcendentes ex deſcendentibus à primo acquirente. vt eſt text. in cap. 1. de grad. ſucc. in feu. & in c. 1. §. ſi capitanei. de feu. March. vbi in antiquo feudo ſuccedunt deſcẽdẽtes, & ſi poſtea aliquis ex deſcendentibus moriatur ſine hærede; tunc ſuccedunt eius tranſuerſales, dummodo deſcendant à primo acquirente: & licèt ille tex. loquatur in feudis nõ regalibus, in quibus cadit ſucceſſio, & non in regalibus, in quibus non cadit; tamen

2 idẽ dicas in feudis regalibus propter conſuetudinem feudalem contrariã. vt per Doct. in c. 1. §. & quia. qui feu. dar. poſ. & in c. 1. §. ſi. de alio. feu. vbi in feudis regalibus, & hñtibus annexam dignitatem, cadit ſucceſſio. pro hac opin. etiam facit glo. in l. quod dr. in ver. creuiſſe. ff. de impen. in reb. dota. fac. vbi dicit gl. notan. ẽ hic arg. ad feudum. Nam ſi habeo feudum, quod ſit auitũ, tranſit ad fres meos me mortuo ſine filio: ſi verò mihi conceſſum, redit ad dñm. ad idẽ facit text. in c. 1. de natu. ſuc. feu. & text. in c. 1. ſi vaſal. feu. pri. vbi ad hoc, vt agnatus admittatur ad acquiſitionem feudi antiqui, eſt neceſſe, q deſcẽdat ab eo ſtipite, ex quo deſcendebat vaſallus, qui de nouo à dicto feudo excluſus fuit; ſed feudum Marchionatus Montisferrati eſt feudũ antiquum, quia conſtat de primo acquirẽte Aledramo, prout & in dubio præſumit. vt per Doct. in c. 1. §. ſi. de grad. ſuc. in feu. & per Alex. in cõſ. 15. vol. 5. col. 2. & Deci. in cõſ. ſuo 390. in prin. ſed Illuſt. Marchio Franc. modernus Salu. eſt de agnatis tranſuerſalibus, & deſcenden. ab Aledramo primo ſtipite, cũ fuit facta conceſſio feudalis ab Ottone Imperatore, ergo

ipſi,vt agnato proximiori competere d-
bet ſtatus,& Marchia Montisferrati, ꝙ
autem ſit de agnatis tranſuerſalibus ex
deſcenden.ab Aledramo,probatum fuit
3 per famã; quæ,cũ ſimus in factis antiquis
ducentum annorũ,& plus, facit plenam
probationem.vt per glo.in l. at qui natu-
ra.§.cùm me abſente.ff.de neg.geſ.& ibi
Ang.& per gl.in l.ſi arbiter. ff.de proba.
no.& Soci.in conſ.ſuo 266. col.12. & in
conſ.ſuo 205. vbi dicit,ꝙ facta antiqua
ꝓbantur per famam,quia huiuſmodi fa-
4 ctorũ antiquorum vera, directa, & con-
cludens probatio haberi non poteſt pro-
pter difficultatẽ. idem tenet Dec. in cõſ.
ſuo 42.vol.1.col.8.& in c.1.de app. ꝓ cu-
ius confirmatione,faciunt no.per Bal. in
auten.ſi quis actiones.C.de ſac.ſan. Eccl.
5 in ver.4.& vlt.col.fi.vbi dicit,quòd ad ꝓ-
bandum ius patronatus vetuſtiſſimũ,ſuf-
ficit probatio per famam, cũ per teſtes
directò non poſſit probari de progenito-
ribus 200.ann. cùm per tantum tempus
nemo viuat: faciunt etiã not.per Bal.in l.
cũ ſuper.C.de rei ven.vbi dicit Bal. iſta l.
facit optimè ad quæſtionem nobiliũ, qui
prætendunt antiquiſſimum ius patrona-
tus, & non pñt vllo modo probare, quo-
modo deſcenderint per matrimonia ſuc
ceſſiua,& legittimam conſequentiam,ꝙ
ſufficiat ꝓbatio per indicia,& famã: quẽ
refert,& ſequitur Barb.in conſ. ſuo 6. &
in conſ.17.in 25.col.vol.2. ergo &c.

¶ Non obſt.ſi diceretur,ipſum Marchio-
nem Salut.ſuccedere non poſſe, quia a-
gnati tranſuerſales in feudis non ſucce-
6 dunt vltra ſeptimũ gradum.vt per Bal.in
c.1.§.ſi Capitanei.de feu.March.& in au
ten.defuncto.ad Tertul.& Cald.in conſ.
9.in tit.de feu.& And.de Iſer.in c.1. §.&
quia.qui feu.dar.poſ.vbi eſt tex. in c.1.§.
ſatis bñ.de prohib.feu.alie.per Loth.& ꝙ
ipſe Illuſt. Marchio diſtat ab Aledramo
per trigeſimum gradũ; ergo &c. Quia
rñderi poteſt,ꝙ contrarium tenet glo. in
c.1.de ſuc.feu.& gl.in d.c.ſi Capitanei. &
Aret.conſ.pen.& Bal.conſ.330. vol.3. &
Ang.in conſ.106.incip. Sanctiſſima; vbi
concludit,ꝙ etiã ſi per mille manus feu-
dum tranſiuiſſet,non ſuccedit dñs in feu-
dum,ſed etiam vltimus dicitur ſucceſſor
primi acquirentis. vel & ſecundo reſpon
deri poteſt,ꝙ opin.contraria procedit,qñ
feudum primordialiter non fecit tranſi-
tũ de perſona acquirentis in eius deſcen-
dentes, ſed in collaterales, vt puta, quia
ſic actũ fuit; ſecus qñ feudum primordia-
liter fecit tranſitum de perſona primi ac-
quirentis in eius deſcendentes,quia tunc
collaterales ex deſcẽden.à primo acqui-
rente ſuccedunt in infinitum. ita volunt
Scrib.in c.1.§.& quia.qui feu. dar.poſ. &
in c.1.§.ſi Capitanei.de feu.March.& D.
Iac.de ſanct.Geor.in inueſtit.ſua,in §.pñ-
tes.in col.2.& Cur.iun.in trac.feud. in 3.
par.in ver.ſucceſſiuè expedito.in 2.col.&
Dec.in conſ.85. vol.1. prout eſt in caſu
noſtro,vbi feudũ Marchionatus tranſitũ
fecit de Aledramo, in perſonam Bonifa-
cij filij ſui,& poſt mortem Bonifacij de-
functi ſine filijs,in Gulielmũ etiã filium
dicti Aledrami. Vel & tertio reſponde-
ri poteſt,ꝙ dato,ſed non conceſſo, quòd
in feudo antiquo tranſuerſales non ſuc-
7 cedant vltra ſeptimũ gradum, illud ſpe-
ciale eſſe in ſucceſſionibus Comitũ, Ba-
ronum,& Marchionũ, prout in caſu no-
ſtro,vbi tractatur de feudo Marchiona-
tus Montisferrati; quia tunc collaterales,
etiã ſi diſtarent centeſimo gradu, ſucce-
dere debent.per no.p Bal.in d.c. ſi Capi-
tanei.vbi formaliter ſcribit, quòd in ſuc-
ceſſionibus Illuſt.Comitum, & Baronũ,
mortuo vltimo comite ſine hærede; ſuc-
cedunt quicunq; agnati, etiã ſi cẽteſimo
diſtent gradu. Et idem in Regno, ſeu in
Regni ſucceſſione dicendũ eſt,quia ſi to
ta domus regia moreretur,& extaret vnꝰ
de ſanguine antiquo,puta de domo Bar-
bonæ, & non eſſet alius proximior, eſto
8 ꝙ eſſet in gradu milleſimo; tamen iure
ſanguinis,& perpetuæ conſuetudinis ſuc
cedet in Regno Francorum: & iſta dicit
valde notañ. quia quotidie eſt poſſibile
accidere de facto in ſucceſſionibus Co-
mitũ,& cæterorum Illuſt.Dñorũ, & Re-
gum, quem ſequuntur ibi alij; & quam
partem ẽt tenent Dec.in d.con.85. col.2.
in fi.& Cur.in d.trac.feud.in 3. parte præ
dicta.ver.ſucceſſiuè. in 2. col. ibi limita-
bitis

bitis tamen:& Iaſ.in conſ.114 in 1.vol.

9 ¶Non obſtat quoque,ſi diceretur,q. per conceſſionem factam Aledramo,& eius hæredibus,cũ poteſtate alienandi,vendendi,&c. potuit Marchio Ioan.inſtituere ſororem Violantidem,vxorem Adronici Imperatoris,de domo Paleologa,& excludere alios de domo Saxoniæ,p not. in c.1.de feu.non hab.prop.nat.feu. vbi, quando facta eſt conceſſio feudalis cum facultate alienandi,quis poteſt de feudo teſtari,etiã in extraneos,& illud quomodocunq; & quocunq; tit.alienare. & per no.in c.1.§.fi.ſi de feu.fuer.controu. & ẽt regula cõi,quæ habet,quòd vbi permiſſa eſt alienatio,& etiam hæredis inſtitutio cõceditur.vt eſt tex.in l.ſi quis priore. in §.cæterum.C.de ſecun.nupt. & in l. vnũ ex familia.§.ſi duos.de leg.2.& no.Bar.& alij,in l.peto.§.fratre.circa prin.de leg.2. quia reſponderi poteſt,quòd licèt per talia verba appoſita in dicta conceſſione, videatur data poteſtas alienandi, tamen

10 debet intelligi cum conſenſu dñi; quia verba debent intelligi ſm naturam contractus.l.ſi vno.ff.loca.quæ natura feudalis eſt,quòd non poſſit fieri alienatio ſine conſenſu dñi.vt per tex.in c.imperialem. de prohib.feu.alie.per Feder.& idem tenet Spec.in tit.de loca.in ver.94.& ibi Io.And.in addit.vbi concludunt, quòd ſi

11 inter dñm,& emphyteotã factum ſit pactum,quòd poſſit alienare, cuicunq; voluerit,quòd nihilominus requiritur conſenſus dñi,motus; quia cũ de natura contract⁹ emphyteotici ſit, quòd requiratur conſenſus dñi,certè dñs non videtur dediſſe licentiam alienandi, niſi ſm formã legis, quæ eſt,dño tamen requiſito, cùm licentia ſimpliciter data,intelligatur data ſm formam legis.arg. l. ſi quando. C. de inoff. teſt. quem refert,& ſequitur Alex.in.conſ.106. vol.4.col.2. ſed in dicta alienatione non interuenit cõſenſus domini. ergo &c.

12 ¶Vlteriùs dato,ſed non conceſſo, quòd feudũ poſſet alienari irrequiſito dño, pp illa verba appoſita in conceſſione; tamẽ non videt,quòd per illam clauſulam potuerit transferri in fœminam,& ſic in ſororem. per not.per Dec.in conſ.ſuo 193. col.pen.vbi dicit,quòd licèt in inueſtitura ſit appoſita clauſula,& cui dederis,per quam poſſit fieri alienatio irrequiſito domino,tamen nõ poterit dictum feudum transferri in fœminã; quia cũ illa verba ſint contra naturam propriam feudalẽ, ex quo ſatis operantur,vt poſſit fieri alienatio irrequiſito dño,debent intelligi, q. debeat fieri in maſculos,& non in fœminas; & pro hac opin.mouetur. Nam nos videmus,quòd quando in inueſtitura feudali appoſita ſunt iſta verba, pro te, &

13 hæredibus quibuſcunq;, quæ ſunt vniuerſalia,tamen non poteſt feudũ tranſire in fœminas.vt per Bal.in c.1.§. donare.qual.feu.olim pot.alie.& in l.cũ virũ. C. de fideic. ergo multo fortiùs hoc eſt dicendũ in caſu,in quo adeſt ſimplr clauſula, cum poteſtate alienandi, & vendẽdi,vt reſtringatur ad maſculos,& iſta opin.confirmatur ex no. per Bal.in conſ. ſuo 207.in 2.vol.vbi dicit,quòd licèt vigore clauſulæ appoſitæ in inueſtitura, & quibus relinquere vellet, vaſallus poſſit teſtari in quãcunq; perſonam; tamen debet intelligi in quãcunq; perſonam idoneam,ſicut dicimus,habeat vnuſquiſq;, ſcilicet habilis.per l.1.C.de ſac.ſanc.eccl. ita quòd non poterit transferri in ſpuriũ, quia per dicta verba non includuntur pſonę prohibitę,lege, vel morib⁹,vel natura incapaces,arg.l.cũ ptor.§.pen.& fin.ff. de iudi.ſed mulier eſt perſona prohibita moribus,vt in c.1.§.hoc autem notãdũ, qui feu.dare poſſ. ergo &c.

14 ¶Non obſtat pariter, ſi diceretur, Marchiones Montisferrati de domo Paleologa præſcripſiſſe dñium Montisferrati, & eos potuiſſe preſcribere,per text. in c. ſi quis per triginta.ſi de feu.fue.cõtr. int. dom.& agn. & c. fi.de feu. dat. in uic. l. commiſſ. vbi feudũ præſcribitur ſpacio 30.ann. quia ad hoc reſponderi põt pluribus modis,quod immo præſcriptio nõ habeat locum in feudis; eo,quòd ipſi nõ potuerunt præſcribere,per tex.in c. 1. §. præterea.de cap.Corra.vbi nulla obſtante præſcriptione,dñs poteſt reuocare feudum alienatũ per vaſallum:& idem vult

text.

text.in c.1.de prohib.feu.alie.per Feder. & iſtam partem tenet And.de Iſer. in d. §.præterea.& Soci. in conſ. ſuo 86. in 3. col.ver.3.& vlt.in 1.vol.quæ opin. cōfirmatur ex not.per Bart.in l.ubi lex. ff. de vſucap.& in l.1.C.de vſucap.pro empt.in l.2.§.ſi à pupillo.pro empt.& in l.alienationis verbū.de verb.ſign.vbi in dictis lo-
15 cis concludit Bar.quòd vbi prohibita eſt alienatio,ibi etiā eſt prohibita præſcriptio,ſed res feudalis eſt prohibita alienari, vt per text.in c.1.de prohib.feu. alie. per Lotha.& in c.1.de prohi.feu.alie.per Feder.ergo & præſcribi per iura ſup. alleg. & per iſtā rōnē,ita concludit Iac. Ard. in ſum.in tit.quib.mo.feu.acqui.ſub rub. ſi.
16 ¶ Secundò reſponderi poteſt, q. in præſcriptione requiritur bona fides, & titul⁹ ſimul,vel ſaltem bona fides.vt per tex.in c.vigilanti.& in c.ſi diligenti.& in c.fi.de præſcrip.& in reg.poſſeſſor.de reg.iur. in 6. no.Bar.in l.celſus.ff.de vſucap. quę carent in caſu noſtro,quia Marchiones Mōtiſferrati poſſederunt cum mala fide,cū ſcirent illud dñium eſſe illorum de domo Saxoniæ,& nō illorum de domo Paleologa. ergo illa præſcriptio non potuit illis prodeſſe.
17 ¶ Tertiò,etiā dato,quòd fuerit pręſcriptū dñium Montiſferrati per Marchiones de domo Paleologorum,tamē aduerſus dictam pręſcriptionem cōpetit reſtitutio in integ. ex capite ignorantiæ, quia Marchiones Salut.defuncti,& etiam ipſe modernus habuerunt probabilē ignorantiā contentorum in conceſſione Ottonis facta Aledramo;& ſic ignorarunt ius ei cōpetere ex dicta conceſſione in bonis ſtatus Montiſferrati,de quibus eſt quæſtio; prout de iure ignoraſſe præſumūtur per ea,quæ hñt in l.eius qui in prouincia.ff.ſi cer.pet.Et ideo poteſt ipſe Marchio modernus incidenter petere reſtitutionem in integ.vt per Bar.in l.1.§.ſi quis autem propter.de itin.actuq; pri.glo. in l. ſi partem. ff. quemadmodum. ſer. amit. ponit D.Alex.in l.3.§.itē labeo.de acquir. poſſ. & in l.cùm filius.§.in hac.de verb.obl. & per Alex.in conſ.71.vol.1.& in conſ. 69. uol.3.& in conſ.2.in vlt.col.uol.5.& Socin.conſ.166.col. fi. uol. 1. & iſtam partem tenet Alex.in conſ.116.vol.5.
18 ¶ Nec obſtat, ſi diceretur, quòd dato, q. ſit verū ex capite ignorantiæ competere reſtit.in integ.aduerſus præſcriptionē, illud eſſe verū, ſi eſſet deducta infra quadriennium à tpe læſionis.per no.in c. 1. de in integ. reſtit.& in l.fin. C. de tempo. in integ. reſt. quia reſponderi poteſt illud tempus eſſe vtile in ſui initio. Et ideo ſi quis ſtaret per centū annos,& ultra,quòd non peteret reſtitutionem in integ. habens probabilem ignorantiā ſuæ læſionis,non excluderetur à dicto beneficio reſtitutionis in integ.per d.l.fi. C. de temp. in integ.reſtit.vbi tale tempus in ſui initio eſt vtile, & ita determinat Bal.ubi dicit hoc menti tenen.in l. falſam. C. ſi ex fal.inſtr.quem refert,& ſequitur Alex.in d.conſ.116.& in cōſ.71.vol. 1.col.fi.& in conſ.150. uol.7.col.2.& tenet Soci. conſ. 194.uol.1.
19 ¶ Quartò reſponderi poteſt,quòd dato, quòd feudum præſcribi potuerit,illud eſt verum contra Marchiones Salutiarum defunctos,non autem contra ipſum;iſtud probatur per no.per Doct.in c. 1. §. quid ergo.de inueſt.de re alie.fac.vbi Doct.determinant,quòd ſi Titius poſſedit feudū paternum,deinde Gaius poſſedit cū bona fide, & tit.hanc rē feudalem 10. uel 20. annis,vel ſine tit.30.uel 40. annis; quòd 18
hæc præſcriptio nocet vaſallis, ſed nō filijs,uel agnatis eius,quia non poterant agere,cū Titius vaſallus eſſet præcedēs in gradu,& non ualenti agere non currit pſcriptio.l.1.in fi.C.de anna. excep. Comprobatur & iſta opin.ex not.per Aluar.& Præpo.in c.1.§.hoc quoq;.de ſuc.feu. ubi quærunt,an contra agnatum agentē utili rei uen.tatione partis feudi antiqui, ſeu paterni alienati,poſſit opponi de præſcri. poſſidentium,& reſpondent, quòd non, per l.alienationis.& per no.in d.l.ubi lex. ff. de vſucap. hanc etiam partem tenet Deci.in conſ.ſuo 445.col.7.
¶ Non obſtat tex.in c.ſi quis per triginta. quia ille text.ſm̄ And.de Iſer.in d.§.quid ergo,loquitur in feudo nouo, uel ſecundum Præpo.ubi loquitur, quo ad acqui-

ren.

ren.feudũ de nouo, vel ibi feudũ non ueniebat ex prouidentia principali agnati, prout in caſu,de quo agitur; ergo &c.

20 ¶Item etiã non obſtat præſcriptio allegata,quia ſi Marchiones Montisferrati ſine iure principabantur,tyranni erant, ergo nõ potuerunt præſcribere dñium Montisferrati. vt per Bal.in auten. decernim°. C.de ſac.ſanc.Eccl.in 1.col. vbi dicit, ꝙ dñium tyrannicũ pręſcribi non poteſt,nã qui habet minus ingreſſum legittimum dignitatis,vel officij,nunq̃ præſcribit.l. ſi quis decurio.C.de decur.lib.10.ſicut etiã videmus de intruſis,qui nunq̃ præſcribũt beneficium.vt 12.q.2.c. alienationes.

21 ¶Et ex præmiſſis infertur in fauorem Illuſt.Marchionis Salut.ꝙ per Inuictiſſimũ Carolum modernũ fieri non potuit priui legium habilitationis Illuſt.& Excel.Duciſſæ Mant.de ſuccedendo in ſtatu Montisferrati,quia tendit in eius præiudiciũ, cùm ſit ex agnatis Aledrami de domo Saxoniæ.per tex.in c.1.de alie.feu.& in c. 1. de ſucc.feu.vbi ſunt iura expreſſa, & ibi

22 not.oẽs,ꝙ dñs non poteſt facere gratiam fœminæ in præiudiciũ agnatorum. hanc etiam partem tenent Scriben.in c.1. quemadmod.feu. ad fil.perti.

23 ¶Item Imperator non poteſt infringere iura vaſallorũ,nec eos priuare,niſi coniũcta culpa.vt eſt text.in c.1.de natu.feu.vbi dicit tex.hanc eſſe naturam feudi, ꝙ ſi dñs inueſtierit vaſallum,ꝙ non poteſt eũ diſueſtire ſine culpa: & dicit ibi Bal.vnũ, ꝙ etiam de plenitudine poteſtatis Princeps facere hoc non poteſt, immo nec cũ tota Maieſtate ſua. ſm glo.in c.1.§.notã. qui feu.dare poſ.quæ opin.cõfirmatur ex not.per Pau.de Caſt.in conſ. ſuo 158. incip.Viſis. col.fin. vbi concludit, ꝙ Papa non põt ſine cauſa auferre feudũ vaſallo ſuo,quia ſicut Princeps nõ põt auferre directũ dñiũ alicui ſine cã.vt in l.fi.C.ſi contra ius,vel vtil.publ. ita nec vtile.vt p Bar. in l.2.C.de fund.patr.lib.11.ſed in feudo vaſallus acquirit utilẽ dñium. vt per glo. in c.2.§.præterea.de capit.Corra.ergo&c. faciunt not.per Bar. in extrauag. quoniã nuper. in ver. rebellan. vbi dicit, ꝙ licet natura vtilis dñij ſit orta de iure ciuili, tũ eius effectus eſt de iure gentium, quod per Principem tolli non poteſt. per text. in §.fin.inſtit.de vſu, & habi.

24 ¶Item feudũ eſt contractũ nominatus.vt per Bar.in l.iuriſgentiũ. §. quinimmo. in 6.col.de pac.& p Ang.in l.legittima. co. tit.ſed in contractibus nominatis non habet locum pnia,nec reuocatio. l. ſicut. C. de act.& oblig.& contractus,cũ ſint iuriſgentium,nõ ſunt in poteſtate Imperatoris: quia licèt ſubieccrit ei Deus leges,nõ tamen ei ſubiecit contractus.vt no.in c. 1. de proba.pro qua opin.faciunt not.p Bal. in conſ.ſuo 327.incip.Pridie enim cõſului.vbi dicit,ꝙ Papa non ſolũ non poteſt

25 reuocare feudũ,immo nec grauare, nec aliquod onus aduentitium apponere; q̃a perfecta donatio nec tolli,nec mutari poteſt,neq; aliquid ei adijci.vt in l.perfecta. C.de dona.quæ ſub modo,quia Principũ diſpoſitiones dñt eſſe ab omni malitia,& diminutione remotæ,vt in auten.conſtit. quæ de dig.§.illud.Nec obſtat ſi diceretur,ꝙ contractus Imperatoris, licèt ligẽt contrahentẽ,non tamen ligant eius ſucceſſorem.per not.in l.digna vox.C.de legi.& in c.1.de proba. quia reſpondetur, illud non procedere in his, quæ ſunt de naturæ ſuæ dignitatis,prout eſt infeudare. ut per Bal.in l.1.ff.de conſtit.Prin.quẽ referunt,& ſequunt D.Iac.de ſanct.Geor in inueſtitura ſua.in ver.ſed an Princeps. in princ.& Cur.iunior.in conſ.1.

26 ¶Vltimo facit,quia in dicta habilitatione nõ fuerit vocatus,nec citatus Illuſtriſ. Marchio Salut. quo caſu valere nõ videtur, cũ actu iudiciali hi,quorum intereſt, ſunt citandi.l.de vnoquoq;. cũ ibi not. p Scrib.ff.de re iud.not.& Bar.in l. 2. C. de temp.app.vbi dicit,ꝙ vbi pars multũ læditur,eſt neceſſaria eius citatio. quod ẽt procedere videtur in actu Principis.vt p Doct.in l.fi.C.de legi.& in cle.paſtoralis de re iud.vnde ex ſupradictis concludendum videtur,quòd per dictam gratiã factam Illuſt.Duciſſæ Mant.de feudo ſtat° Montisferrati ,non potuit Inuictiſſimus Cæſar præiudicare prædicto Illuſt. Marchioni Salut.agnato,immo plus,ꝙ quãdo fuiſſet extinctum dictũ feudum, ꝙ ſummus

mus Imperator debebat ei vti agnato re-
nouare.per not.in l.1.§.permittitur. de aq
qua quoti. & æſti. & in l. 1. ff. de priuil.
cred.& per Alex.in conſ.80. vol.1.vbi di-
cunt,quòd vbi finita eſt emphyteoſis, &
compareant agnati,& extranei, quòd p̄-
feruntur agnati; & ſi eis non concedatur;
dicitur ei inferri iniuria,adeo, quòd po-
tuerunt appellare.

¶ His tamen nō obſtantibus,quæ verè nō
obſtant; contrariam partem veriorē eſſe
exiſtimo. Et quia ſola difficultas remanet
in reſpondendo adductis, & obiectis per
Illuſtr.Franc. modernum Marchionem
Salut.ad rũſionem eorum deſcēdendo.
Dico non obſtare fundamentū primo lo-
27 co adductum,ꝙ ſit ex tranſuerſalibus ex
deſcendeñ.ab Aledramo, quia ipſe Illuſ.
Marchio Salut.agit,vt agnatus ex linea
maſculina Aledrami,& legittima. Ergo
illud probare tenetur,cū eſſet fundamen
tum intentionis ſuæ,propter regulā; quæ
habet, ꝙ qualitas,quæ eſt cauſā, ꝙ quis
audiatur,vel admittatur,debet probari. p
l.ait p̄tor.in§.docere de vi bo.rapt.l.actor,
quod aſſeuerat.C.de proba.l.ei qui.ff. de
proba.& iſta opin. probatur per not. per
Ang.& Paul.de Caſt.in l.liberorum.ff. d
his,quæ not.infa.ubi not.quòd ſi filius a-
git ad hæreditatem patris,vti filius,tene-
tur probare ſe filium.& per Pau.de Caſt.
in conſ.69.incip.Super eo.vbi dicit, ꝙ il-
le,qui agit,vt agnatus,de quo ſtatutū lo-
quitur,tenetur probare ſe agnatū. faciūt
& ſcripta per Ant.de But.in c.peruenit.in
2.col.inverſ.aut filius agit.ubi dicit,quòd
quādo filius agit petens hæreditatem pa-
tris,tunc ipſe probare tenetur ſe legitti-
mū; quam partem amplectitur & Socin.
in conſ.ſuo 39.in 1.vol.in prin. ubi con-
cludit, ꝙ quando legittimitas eſt funda
mentum intentionis alicuius, qui fundat
ſe in tali legittimitate,tenetur eam ꝓba-
re.per no.in c.lator.& in c.cauſamq; . qui
fil.ſint leg.hoc idem affirmat Dec.in cōſ.
ſuo 471.in 1.col.vbi determinat, ꝙ ille,
qui agit ut agnatus,tenetur probare ſe a-
gnatum,& legittimū,cùm ius agnationis
tantum reſideat in legitimè natis, & nō
competat illegittime natis.ut per Bart.in
l.tutelas.ff.de capi.dimi. & in l. pronun-
ciatio.in §.familiæ.de verbo ſig.ſed in ca-
ſu p̄nti Marchio Salu.non probauit ſe a-
gnatū legittimum,&ex linea maſculina,
prout probare tenebatur, cùm eſſet fun-
damentū intentionis ipſius. ergo &c.
28 ¶ Non obſt. ꝙ ſit probatum per famam,
quæ cū ſimus in antiquis,ſufficit ad plenā
probationem; quia r̄ndetur,quòd licèt fa
ma in antiquis faciat plenā probationem,
illud eſt verū,quando fama eſſet vnifor-
mis,nec de ea eſſet contradictio apud pe-
ritos.ita Bal.in l.conuenticulam.C.de E-
piſc.& cler.in ver.ex his etiam infero.quē
refert,& ſequitur Afflic.in deciſ.ſua Nea
pol.83.in prin.& Barba.in conſ. 60. in 2.
vol.& in conſ.17.col.25.eo.uol.2.&Cor-
ne.in conſ.ſuo 304.col.4.in fi.vol.3.faciūt
not.per Bal.in conſ.275.incip.Ad euiden
tiam.in 2.col.vol.1.relatū per Marſ.in l.de
minore.in §.plurimum.col.9.in fi.vbi fa-
ma debet eſſe ſolida,inconcuſſa,creſcēs,
29 nō vaga,non leuis,& non contraria: ſed
de hoc eſt cōtradictio apud Hiſtoriogra-
phos,qui dicunt per mortem Ioannis de
domo Saxoniæ,extinctam fuiſſe illam fa-
miliam; ergo dicendum eſt, quòd dicta
fama,cū non ſit vniformis,non faciat ple-
nam probationem.
30 ¶ Item ad hoc,vt fama eſſet probata,re-
quirebatur, ꝙ habuiſſet originem ex ꝓ-
babilibus cauſis,quæ inducunt populū ad
ſic credeñ.& diceñ.aliàs non eſſet fama,
ſed magis vana vox populi,quæ non de-
bet exaudiri.l.decurionū. ff. de pen. not.
Bart.& poſt eū alij,in l.de minore.§. plu-
rimum.in fi.ff.de quæſtio.quem refert,&
ſequitur Bal.in l.proprietatis. C.de ꝓba.
cludunt, q̃ illa verba, & quibus dederis,
vltra q̃ important alienationẽ poſſe fieri
irrequiſito dño, operãtur etiam, q̃ ille, in
quem erit facta talis alienatio, retinebit il
36 lam rem liberã, & expeditam, & tanq̃ al-
lodialem, non aũt iure feudi; quod dictũ
mirabile, & perpetuò menti tenendum,
dicit Cur. iun. in tract. feu. in 4. part. in 2.
reg. principaliter in ver. quinto quæro, in
fin. quia non ſolet in practica aduerti. Im
37 mo fortiùs dico, q̃ etiam ſi non fuiſſet in
ſtituta hæres Violantides ab eius fratre,
quia mortuus eſſet ſine teſtamento, quòd
ab inteſtato potuiſſet in dictis bonis feu-
dalibus ſuccedere vigore dictæ clauſulæ,
& cum poteſtate alienandi, &c. per not.
per Cur. ſenio. in conſ. ſuo 4. ubi latiſſimè
hoc demonſtrat.
38 ¶ Non obſtant not. per Dec. in d. cõſ. 193.
vbi licèt permiſſa ſit alienatio rõne clau-
ſulæ, & cui dederis irrequiſito dño, tamẽ
non eſt permiſſa in fœminam per iura p

eum alleg. quia reſpondetur, prædictam
eius opinionem veritate carere, quod de-
monſtratur. Nam à pari procedunt, quòd
feudũ ſit conceſſum pro te, & hæredibus
quibuſcunq;, an pro te, & hæredib' tuis,
& quibus dederint. vt per Bal. in d. l. 1. q.
35. de rerum diui. dũ alleg. tex. in c. 1. de
feu. non hab. prop. nat. feu. quem ad hunc
propoſitum refert, & ſequitur Cur. iunio.
conſ. 4. 4. col. ſed quando eſt feudũ con-
ceſſum pro te, & hæredibus quibuſcunq;
feudum tranſit ad extraneos, ut per Bald.
ibi, & in c. imperialem. de prohi. feu. alie.
vbi ſi feudum eſt conceſſum pro te, & hę
redibus quibuſcunq; includuntur nõ ſo-
lũ tria genera hæredum, de quib. inſtit. de
hæred. qual. & diff. ſed etiam & legata-
rius, qui in re legata dicitur quodammo-
do hæres. l. id tempus. §. 1. de vſucap. idẽ
not. Alex. conſ. 70. vol. 7. & Cur. iun. in cõſ.
4. & in tract. feu. in 4. par. in vlt. col. ubi at
teſtatur hanc eſſe cõem opin. quam ſe-
quũtur Iaſ. in l. quædã. in §. nihil intereſt,
de eden. & Barba. in repet. l. cũ acutiſſimi.
C. de fideicom. Item & tranſit ad fœmi
nas, & ad deſcendentes ex fęminis. ut per
Iaſ. in conſ. 9. & Soci. in conſ. 10. poſito in
vol. conſiliorum Bru. & Cur. iun. in conſ.
4. & Iaſ. in conſ. ſuo 155. vol. 2. Ergo idem
dicendum eſt, quando in conceſſione eſt
appoſita clauſula, cũ facultate alienandi,
39 q̃ debeat tranſire in fęminam, per reg. q̃
habet, quòd diſpoſitum in uno ex æqui-
paratis, cenſetur etiã diſpoſitum in alio.
vt per gl. in c. ſi poſtq̃. in §. fin. in ver. p-
uiſione, de elect. in 6. Et tanto fortiùs hoc
diceñ. eſt in caſu noſtro, vbi, dicèt Violan
tides ſoror Illuſt. q. Ioannis eſſet fęmina,
40 tñ erat agnata. Non obſt. not. per Bal. in
l. cũ virum. C. de fideicom. ubi verbum,
quibuſcunq; refertur ad habiles. per l. 1.
§. nunciatio. ff. de noui oper. nunc. quia re
ſpondetur, quòd illum reprobat Iaſ. in l.
2. §. prætor ait. in fi. qui ſatiſ. cog. põ Alex.
in l. ſi patroni. ff. ad Treb. & Iaſ. in d. l. 1. §.
nunciatio. quia illud, quod dicitur, quòd
verba geminata referuntur ad habiles,
procedit in diſpoſitione legis, & ſtatuti,
non aũt in diſpoſitione hominis. ut per
Bal. in l. fi. in 1. col. circa medium. C. ſine
cenſ.

.cenſ.vel reliq.quem ſequuntur Iaſ. in d. §.prætor.& in vſib.feu.col.16.& Curt.iunio.in conſ.1.& Soci.in d. conſ. 10. Præterea ſiſt non obſtant not. per eundem
41 in d.§.donare. quia in caſu illo concurrebat duplex ſpecialitas,quia erat extranea illa fœmina,& quia nõ agnata, quod nõ erat in caſu noſtro;quia licet Violantides fuiſſet fœmina,tamẽ erat agnata,quia ſoror Illuſt.Ioannis,qui eam inſtituit.

¶ Præterea attenta rõne Decij, ſequeretꝛ, q etiam vigore talis clauſulæ feudum nõ poteſt transferri in extraneũ, & quòd talis clauſula deberet intelligi de agnatis maſculis, licèt remotioribus, in quibus aliàs non poterat fieri alienatio ſine conſenſu proximorum agnatorum,vt minus lædatur propria natura feudi; quæ eſt, q nõ debet cadere feudum, niſi in deſcendentẽ, & proximiorẽ agnatũ.vt in c.1.de alie.feu.& tamen in contrarium eſt veritas.vt not.Doct.in c.feudũ.ſi de feud. fue. contro.inter dom.& agn.vbi dicit Prępo. in 3.not.notandum eſſe, q licèt uerbum hæres in materia feudali intelligatur de maſculis tantum,& non de extraneis, ut in c.1.§.clientulus. de alien. feud. tamen quando appoſita ſunt illa verba, & quib' dederis, iſtud feudum tranſit ad extraneum hæredem; ergo &c.

42 ¶ Secundò reſpondetur, quòd alienatio facta per Illuſt.Ioan.Marchionem Montisferrati in Violantidem eius ſororẽ fieri potuit,quia facta de bonis allodialibus,de quibus vnuſquiſq; eſt moderator,& arbiter.iuxtà tex.in l.in re mandat.C.manda. maximè teſtando.vt per tex.in l. 1. C. de ſac.ſanc.eccl.& per Marſ.in repet.l.extra territoriũ.de iuriſd.omnũ iud.col.36. & in quibus nullum ius prætendere poteſt pñs Marchio Salut.dato etiam,q eſſet ex deſcendentibus Aledrami de familia Saxonũ,quod oſtenditur. Nam per Imperatorem Ottonẽ facta fuit conceſſio, & donatio Aledramo,pro ſe,& ſuis hæredibus de bonis,& caſtris in dicta donatione cõpræhenſis,nulla re ſibi pœnitus reſeruata,prout apparet ex verbis dictæ conceſſionis; ibi,vt deinde prædicti Aledrami, & ſucceſſorum dñio ſubderentur, ſicut euſq; iuri Regni,& Imperij dñio erant ſuppoſita, in eum iura eadem transferen. quo caſu cũ talia bona, & caſtra fuerint tranſlata in Aledramũ,& eius hæredes ꝑ Imperatorem Ottonẽ,qui nihil pœnitus in ſe reſeruauit,nõ poſſunt dici feudalia;
43 vt concludit Oldr.in conſ.ſuo 159.incip. Ex præſenti themate;vbi concludit, q ſi Princeps donauit alicui,quicquid iuris habebat in principatu,nulla re ſibi reſeruata,q illa eſt plena donatio, prout verba ſonant,& nõ conceſſio feudalis: quam deciſionem referunt,& ſequuntur Alex. in conſ.24.in 5.vol.& Deci.conſ.269.vol.2. & in conſ.413. in 2.col. & 468.& 498.& Iaſ.in prælud.feu.& in conſ.45.vol.1. pro cuius confirmatione faciunt notabilia verba Bal. in conſ.210.in 2.col. vol.3. incip.
44 Ad euidẽtiã relatorum.per Deci.in ſupra alleg.conſilijs 468.col.3.& 498.col.3. vbi dicit, q de caſtris donatis à Cæſare pleno iure idem iudicañ.eſt,quod de bonis merè patrimonialibus. Item & quòd iſta conceſſio ſit donatio,probatur ꝑ ver-
45 ba,Concedimus,donamus, & largimur, appoſita in conceſſione, quæ important
46 donationẽ. Et quia in cõceſſione de feudo nullũ verbũ habetꝛ,vt per Deci. in cõſ. 208.in 2.vol.& in conſ.390. in 3. vol. & latius in conſ.32.in 1.vol.col.2. vbi dicit, quòd conceſſio continet abſolutè donationem,quando in conceſſione dicitur, Concedimus,& ſpãli largitate donamus. Item & qñ in conceſſione de feudo nullũ verbum habetur,quia qualitas cõceſſio-
47 nis ex tenore verborũ demonſtratur. l. ſancimus.C.de fideiuſ.vñ cũ dicatur, Cõcedimus,& donamus,clarum videtur iſtã fuiſſe donationem,quia à verbis in dubio non eſt receden.l.non aliter.de leg. 3. &
48 in re clara non eſt opus coniecturis. l.cõtinuus.§.cũ ita.ff.de verb.oblig. ergo ex præmiſſis concludeñ.eſt,cũ talia bona donata,non fuerint feudalia, quòd lege permittente Illuſt.q.Ioan.Marchio Montisferrati potuit transferre dicta bona in eius ſororẽ de domo Paleologa; & quòd
49 in quãcunq; familiam potuiſſet transferre,ſi voluiſſet,cũ ex legis permiſſione haberet licentiam faciendi de dictis bonis,

initij memoria non eſt in contrariũ, &c.
per quam præſcribuntur reſeruata Impe-
ratori,& Papæ,in ſignũ ſpecialis priuile-
gij; tanto magis eſt concludeñ. quòd ad-
uerſus Inferiores ab ipſis,prout ſunt Mar-
chiones Salu. per dictum ſpacium tẽpo-
ris Marchiones de dicta domo Paleolo-
ga potuerunt præſcribere feudum Mar-
chionatus Montisferrati.arg.autẽti.mul-
to magis.C.de ſacro ſanc. Eccleſ.
54 ¶ Non obſtat quod not.Bart.in l.vbi lex.
de vſucap.& in l.2.de vſucap.pro empt.
& tex.in l.alienationis.ff.de verb.ſig.quia
reſpondetur illã opin.non militare in ca-
ſu,quo alienatio poſſet fieri adhibita cer-
ta ſolẽnitate, quia vbi interueniente cer-
ta ſolẽnitate poſſet fieri alienatio; ſimili-
ter etiam in illa re poterit cadere præſcri-
ptio.ita not.Bar.& alij,in l.fin. C.in quib⁹
cau.in integ.reſtit.eſt neceſſaria. & Doc.
in l.filiusfam.in §.diui.de leg.1.ubi dicũt
quòd res,quæ prohibita eſt alienari per
teſtatorem, poteſt præſcribi quando in-
teruenientè conſenſu eorũ, in quorũ fa-
uorem facta fuerat prohibitio, poſſet fie-
ri alienatio: quod & not. Socin. in conſ.
ſuo 266.col.16.in fi.vbi concludit, quòd
qñ res emphyteotica non eſt prohibita
ſimpliciter alienari,ſed eſt prohibita,niſi
adhibeatur certa ſolẽnitas, de qua in l.fi.
C.de iure emphyt. poterit præſcribi ad
minus longiſſimo tempore, faciunt etiã
notata per eundẽ Socin.in conſ.271.vbi
55 tenet,quòd illud,quod dicitur rem pro-
hibitã alienari,non poſſe præſcribi, pro-
cedit in præſcriptione longi temporis,nõ
autem longiſſimi; vt ibi latiùs per eũ,ac-
cedunt,& dicta per Iaſ.in conſ. ſuo 57.in
pen.col.in 4.vol.ubi dicit, quòd res feu-
dales,quæ prohibentur alienari,pñt præ-
ſcribi longiſſimo tempore,ſicut res ſubie-
ctæ reſtitutioni fideicommiſſi; quæ licet
non poſſint alienari,tamen non prohibẽ-
tur præſcribi longiſſimo tempore. alleg.
Pau.de Caſt.in l.fi.§.pen.C.cõia de lega.
ſed feudum ſtatus Montisferrati, de quo
in caſu noſtro,non eſt prohibitum alie-
nari ſimpliciter,ſed eſt prohibitum ſine
certa ſolẽnitate,de qua in c.1.de alie.feu.
pat.ergo potuit præſcribi cum interue-
niente conſenſu eorũ, quorum intererat
potuiſſet fieri alienatio &c.
56 ¶ Poteſt etiã,& alio modo rñderi, quòd
in caſu noſtro erat permiſſa alienatio; &
ſi bona eſſent feudalia vigore poteſtatis
Aledramo,& eius hæredibus conceſſæ a-
lienandi, & permutandi, vendendi &c.
ergo & permiſſa præſcriptio, quod ꝓba-
tur ex no.per Soci.in conſ.ſuo 266.col.16
verſ.& ampliùs dico,ubi dicit,quòd con-
tra illũ,qui habet poteſtatem alienandi
bona emphyteotica, poteſt cadere præ-
ſcriptio.per tex.in l.alienationis uerbum.
de verb.ſig.Quia ea ratione, qua prohi-
bita alienatione,eſt ꝓhibita præſcriptio,
ut per plura exempla probat gloſ.in d.l.
alienationis: ita pari ratione permiſſa a-
lienatione,eſt permiſſa præſcriptio.Item
57 quia fauorabilior eſt præſcriptio, q̃ pro-
hibitio alienationis: vt declarat Bart.in l.
ſi ita quis.§.ea lege.ff.de verb. oblig. ſed
prohibita alienatione, dicitur prohibita
præſcriptio. Igitur permiſſa alienatione,
& fortiùs cenſetur permiſſa præſcriptio.
per auten.multo magis.C.de ſac.ſanc.Ec
cleſ.& per regulam,quæ habet, ꝙ idem
operatur propoſitũ in propoſito,quod op
58 poſitum in oppoſito.l.ſi ex toto. de lega.
1.& vt latiùs ibi per eum, pro cuius con-
firmatione adducitur in medium; quod
not. Alunt.poſt And.de Iſernin.c.1.d feu.
non haben.propr.nat.feu.in uer.:ſed tan-
tum fateor.ubi vult,quòd per poteſtatem
conceſſam vaſallo alienandi feudum, il-
lud adeo effectum eſt præſcriptibile; ac ſi
nunq̃ fuiſſet res feudalis; cũ non ſit am-
pliùs feudalis,vt ibi per eum.
¶ Tertiò reſpondere etiam poſſumus, ꝙ
ex quo caſtra donata ſũt allodialia: quod
& ſimiliter potuerunt præſcribi, cùm in
illis non ſit prohibita alienatio, ſed per-
miſſio: per l.in re mandata. C. mand. &
in l. nemo exterus.C.de iude.vbi iuſtum
eſt ſuum cuiq; committere.
59 ¶ Non obſt.not.per Doct.in c. 1. §. quod
ergo.de inueſtit.de re alie.fac.& in c.1.§.
hoc quoq;.de ſuc feu.vbi præſcriptio,quę
vaſallo præiudicat in feudo antiquo; non
præiudicat agnatis,quia reſpondetur plu-
ribus modis. Et primò,quòd prædicta o-
pin.

poſſeſſionem longi tẽporis,& longiſſimi
temporis 30.ann. præſumitur bona fides,
multò fortiùs ceſſabit in caſu noſtro al-
legatio malæ fidei præſumptæ;cùm non
ſolũ tranſiuerint 30.anni, immo ſit vltra
200.annos;& ſic per ſpacium tanti tpris,
cuius non eſt memoria in contrarium,in
64 qua præſcriptione tanti tpis,præſumitur
ſemper titulus,& bona fides, & non de-
bent allegari.vt per tex.in c.1. de pſcrip.
in 6.& ibi Doct.& per Afflict.in deciſ.ſua
Neapol.239.in fi.& per Socin.in conſ.ſuo
127.col.pen.in fi.vol.1.& Alex.in conſ.6
vol.1.quia tanto tpe poſſeſſum, præſu-
mitur ab anteceſſoribus iuſtè poſſeſſum.
vt per Bal.in c.ſi diligenti.in fi.commen-
ti.extra de præſcrip.& quia talis poſſeſſio
antiqua præſumitur habere iuſtitiã per-
manentem.vt per Bal.in c.1.§.cũ autem.
de contro.inueſt.quem refert,& ſequitur
Afflic.in deciſ.ſua Neapol.277.col.2. &
etiã,quia talis poſſeſſio habet effectũ pu-
blici inſtrumenti.ſm Innoc.in c.nouit.ex
tra de iud. & Bal.in l.1.C.de emancip.lib.
quos refert,& ſequitur Afflict.in deciſio.
ſua 239.in fin.& maximè quia vltra poſ-
ſeſſionem tanti tẽporis concurrunt tituli
inueſtiturarum habiti per Marchiones
Montisferrati,à Sereñ.Imperatoribus,ex
quibus probatur,& arguitur bona fides,
niſi contrarium doceatur;ut no.Alex. in
conſ.61.in 1.vol.in princ. & in conſ.83.
vol.6.& in conſ.24.col.fi.in fin, & in cõſ.
78.& 137.in prin.vol.7. & Cur.in conſ.
82.ĩ.2.col.circa mediũ. Vnde ex præmiſ-
ſis concludendum eſt non obſtare hoc
fundamentum exceptionis malæ fidei.
66 ¶ Non obſtat ſimiliter,ꝙ competat reſti-
tutio in integ.Marchioni Salut. per ea, q̃
not.Bart.in l.1.§.ſi quis aũt propter inun-
dationem.ff.de itine.actuq́ꝫ pri. Quia re-
ſpondetur,ꝙ doctr.Bar.expreſsè loquitur
ſolũ in præſcriptione 30.ann.non autẽ in
præſcriptione 40.ann.vt per Alex.in cõſ.
151.col.2.in fi.& in conſ.71.& in conſ.
163.vol.2.& per Aret.in conſ.103.& per
Cur.ſenio.conſ.82.col.3.& per Dec.latiſ
ſimè in conſ.29.& per Aret.in l.qui vni-
uerſas.§.fi.de acquir.poſ. & per Socin. in
conſ.ſuo 164.col.fi.vol.2.& in conſ.194.
etiam vol.2.vel quòd non loquatur in p-
ſcriptione immemoriali,put in caſu præ-
ſenti; quæ, vt multoties dictum fuit, ha-
bet vim publici inſtri.vt per Innoc. in c.
nouit.de iud.& Bal.in l.1.C.de emancip.
lib.idem dicit D.Iaſ.in conſ.ſuo 209.col.
2.in fi.uol.2.qui ſubdit, quòd non repe-
rietur aliquis doctor in mundo,qui aliter
tenuerit in iſta præſcriptione,cuius initij
memoria non eſt in contrariũ. Immo di-
cit ſe credere,quòd in ea aliquis ſani ca-
pitis non auderet attentare,quòd tũc da-
retur reſtitutio in integ.aduerſus dictam
præſcriptionem. Et tanto fortiùs hoc di-
cendum eſt in caſu noſtro,in quo nõ fuit
iuſta cauſa ignorantiæ, per quã concedi
debeat reſtõ in integrum ex clauſula ge-
nerali, tum propter præſumptam ſcien-
tiã reſultantem ex coniunctione,quę eſt,
quòd coniunctus præſumitur ſcire facta
coniuncti: vt in l.octaui.C.vnde lib. & p
Cur.ſenio.in conſ.82.col.3.in fin. ubi di-
cit,quòd coniunctus præſumitur ſcire fa-
cta coniuncti.per l.de tutela.C.de in in-
teg.reſti.mino. propter quam ſcientiam
nõ debet concedi reſtitutio in integr. &
per Deciũ in conſ.29.col.fi.in fi. ubi di-
cit,quòd coniunctus pſumitur habere no
titiam iuris coniunctorũ; & ſi forſitan di-
ceretur prędictam opi. procedere in his,
quæ reſpiciunt iura ſanguinis, non autẽ
in alijs: vt per Bal.in l.qm ſororem.C.de
iure delib. poteris reſpondere,quòd iura
iſta,de quibus in caſu præſenti videntur
reſpicere cauſam coniunctionis,& ſan-
guinis,ex quo rõne coniunctionis,& ſan-
guinis debentur; & ſic,quòd dictũ Bald.
non aduerſatur,nec repugnat;tum etiam
ratione vicinitatis, & prætenſæ publicæ
famæ per dictũ Marchionem allegatæ,
quia multũ non diſtat Marchionatus Mõ
tisferrati à Marchionatu Salu.vt per Cur.
in d.conſ.82.& Iaſ.in l.is poteſt.de acqui.
hære.n.8.& 73.& Alex.conſ.24.vol.5. ſu
pra alleg.& per Dec.in con.85.vol.1.col.
1. ubi dicit, quòd licèt in præſcriptione
tanti tẽporis non requiratur ſcientia ſu-
perioris,quia ita ſe habet magìs verior,
& cõis opin. tamen dato, quod require-
retur,propter vicinitatem loci, & noto-
rietatem

rietatem, præſumit ſcia per c. 1. qui matr. accuſ. pol. ex quibus concludendum eſt, q; attenta diuturnitate tpis coniunctione, vicinitate, & aſſerta fama publica, ex quibus præſumitur ſcientia, ipſi Marchioni Salu. non cõpetere reſtõnem in integrũ.

67¶ Non obſtat, q; Marchiones Montisferrati, tanq̃ tyranni non potuerint præſcribere Marchionatum Montisferrati: quia reſpondetur primò, put dicit Iaſ. de Marchionibus Montisferrati, in conſ. ſuo 72. in 1. vol. in prin. q; graue eſt nominare tyrannũm aliquem ex Illuſt. Marchionib' Montisferrati, qui ſemper fuerunt iuſtiſſimi dñi, & quàmaximè iuſtitiæ amatores, & obſeruatores.

68¶ Secundò reſpondetur, quòd non potuerunt dici tyranni, quia tyrannus dicitur, qui ſine iure principatur, & qui iuſtitiam non ſeruat. vt per glo. in cle. 1. de baptiſ. & per Iaſ. in d. conſ. 72. Item & qui habet minus legittimum ingreſſum dignitatis, uel officij. ut per Bald. in d. auten. decernimus. Sed Illuſt. Principes Marchiones Montisferrati ſemper legittimè, & iuſtè principati ſunt, & non habuerunt minus legittimũ ingreſſum Marchionatus, prout conſtat ex diuturnitate temporis, cui' initij memoria non eſt in contrariũ; quę, vt ſup. latiſſimè demonſtratum fuit, habet vim publici inſtrumenti, priuilegij, & conſtitutionis. Item & quia ſucceſſerunt in ius alterius, ex quo præſumitur bona fides. vt per Soci. in conſ. ſuo 251. & q; fuerunt titulati per Sereñ. Imperatores, ut conſtat de eius titulis per publica, & autẽtica documenta, quæ dicuntur probationes probatæ. vt per Bal. in l. 2. C. qñ fiſ. uel pri. & pro quibus præſumitur, iuxtà l. ad probationẽ. C. de proba. Item & quia fuerunt Vicarij Imperatorum, qui non potuerunt dici tyranni, cũ repræſentarẽt Imperium. per no. per Barba. in rub. de teſta. in 5. car. in 2. col. in fi. Item tyranni dicuntur reſpectu ſubditorum, quibus inferunt impreſſio. vt Bart. in trac. de tyran. in 2. col. in verſ. notan. eſt, vbi dicit, notandũ eſt ſingulariter, quòd actus tyrãnicus ſpecialiter conſiſtit in affligendo ſubditos; dicitur enim tyrannus, qui cruciat ſeruos ſuos, nõ autẽ reſpectu aliorũ, quibus nulla impreſſio inferri poteſt, prout erant Marchiones Salu. Vnde ex pręmiſſis dicendum fuit, & eſt, non obſtare fundamentum tyranniæ, & per cõſequens eos præſcribere potuiſſe.

69¶ Non obſtat, q; priuilegium habitationis factũ Illuſt. Duciſſæ Mant. per Inuictiſſimum Cæſarem modernũ, fieri non potuit, cũ tendat in præiudicium ipſius Illu. Franc. moderni Marchionis Salut. quia rñdetur, q; per ipſam gratiam nullum ei factum fuit præiudicium, quia ipſe egit tanq̃ agnatus; quæ qualitas agnationis d̃bet eſſe in eo, qui vult ſuccedere in feudo antiquo, vt per tex. in c. 1. & ibi Doct. de alie. feu. pat. ſed ille, qui agit, vt agnatus, tenetur probare ſe agnatum, cũ iſta qualitas agnationis ſit fundamentũ eius intentionis. ut per Deci. in conſ. 467. ſed per Illuſtr. Marchionem Salut. non fuit probatum, neq; verificatum ſe fore, ac eſſe de agnatione Aledrami de domo Saxoniæ; ergo &c.

70¶ Secundò rñdetur, q; poſito, ſed non cõceſſo, q; eſſet agnatus Aledrami; tamen fuit excluſus à ſucceſſione dicti feudi, cũ ipſe duxerit originẽ ab ãteceſſorib' ſuis, qui fuerunt ſiſr excluſi à dicta ſucceſſione, ab Illuſtr. q. Ioanne de domo Saxoniæ; qui per teſtamẽtum, in quo inſtituit eius ſororem Violantidẽ vxorem Andronici Imperatoris de familia Paleologorum, alienauit dicta bona Marchionatus, quæ alienare potuit ex diſpoſitione legis, vigore facultatis conceſſæ ab Inuictiſſimo Ottone Imperatore, Aledramo, & eius hæredibus alienandi, vendẽdi, permutandi, & denique faciendi quicquid animus eorum decreuerit, non obſtante quorumcunq; hominũ contradictione. quæ verba important, quòd quis de dictis bonis diſponere poſſit ad libitum ſuum, tã per uiam contractus, q̃ per viam vltimæ voluntatis. & quòd ille, in quem erit facta talis alienatio, habeat illas res liberas, & expeditas, & tanq̃ allodiales, non aũt iure feudi. ut per tex. iunctis ibi not. per Scrib. in c. 1. de feu. non hab. propr. natur. feu. & per Cur. iun. in trac. feu. in 3. parte mihi,

mihi, car. 15. in ver. quintodecimo quæro, in fi. unde cũ prædictus Marchio Salu. traxerit originem ab anteceſſorib⁹ ſuis, qui fuerunt excluſi per antedictam alienationem, ſimiliter & ipſe debet eſſe excluſus per regulam, quæ habet, ꝙ ſemel excluſus perpetuò remanet excluſus. vt eſt text. in c. 1. §. quin etiam Epiſc. vel Abb. & per no. per Dec. in conſ. ſuo 390. in col. 3. in ver. nec obſtat ſi dicatur.

71 ¶ Tertiò rñdetur, ꝙ per dictam gratiam factam Illuſt. Duciſſæ nullum ei factum fuit præiudiciũ, dato, quòd eſſet agnatus, nec excluſus per antedictã alienationẽ, de qua ſupra ex alio capite; quia feudum, de quo agitur, permiſſo ꝙ ſit feudum, eſt hæreditarium, id eſt conceſſum pro ſe, & hæredibus, non aũt pro filijs, & deſcendentibus. Quo caſu cũ ipſe Marchio non fuerit, nec ſit hæres Aledrami, prout eſſe deberet, cũ in feudo hæreditario nõ admittantur agnati, niſi ſint & hæredes. vt per Alexan. in conſ. ſuo 6. in 5. vol. & in conſ. 122. in 3. vol. & per Cur. iunio. in cõſ. 4. poſt Doct. i prælud. feu. ſequitur, quòd nullum ei dicatur factum fuiſſe præiudicium propter defectum qualitatis requiſitæ ex diſpoſitione iuris in ſucceſſione feudi hæreditarij.

72 ¶ Quartò, ꝙ immo talis habilitatio fieri potuerit, probatur quia à pari procedunt conſuetudo, & priuilegium, quia non differunt penes cauſam efficientem, & eius prātem, licèt penès modum, & formam, & non debet eſſe maioris operationis, & effectus conſuetudo, q̃ priuilegiũ. vt per Bal. in l. conſuetudinis. col. 2. C. quę ſit lõga conſuet. & per gl. in c. cùm contingat. iunctis ibi no. per Scrib. extra de foro cõpe. & per Bar. in proœm. ff. orum. & Bal. in l. quicunq;. C. de ſer. fugiti. & per Dec. in conſ. 588. ſed per conſuetudinem induci põt fęminas ẽt in feudo, vel alſs inhabiles ſuccedere, ergo & per priuilegium Principis pariter debet poſſe induci; cùm, vt dixi, à pari procedant, vt per Oldr. in cõſ. ſuo 172. incip. Quia omnes. col. 1. & per Fely. in c. accedentes. de præſcript.

73 ¶ Quintò, iſta opĩn. confirmatur per tex. iuncta glo. in c. naturales. ſi de feud. fuer. controu. inter dom. & agn. vbi Princeps poteſt legitimare naturales ad feudũ, in præiudicium agnatorũ, & multo fortiùs debet poſſe habilitare fœminam; & ſic Illuſt. Duciſſam Mant. cũ maior ratio eſſe debeat in fœmina, q̃ in naturali habilitato; quia odio habet lex ſpurios, non ſic fęminas. l. maximum vitiũ. C. de lib. præter. ad idem eſt text. in c. adoptiuus. eo. tit. ſi de feu. fuer. controu. vbi filius adoptiuus, qui non ſuccedit in feudo, poteſt habilitari per Principem ad ſuccedendum in præiudicium agnatorum.

74 ¶ Sextò facit, quia quando Imperator de directo nõ aufert ius alicui competens, ſđ potiùs procedit remouendo obſtaculum ab eo, cui tale ius competere poteſt, faciendo de incapace capacem, valet diſpoſitio Principis etiam ſine cauſa. vt probatur in l. quæris. ff. de nata. reſtit. quæ dicit, ꝙ in hoc caſu nulla eſt dubietas, neq; vnquàm fuit, & hoc etiã præiudicando iuri alterius. Quia ita concedendo Princeps ei, cui cõcedit, nihil dat, ſed eum à lege, vel ex aliqua cauſa priuatũ, reponit in tali eſſe capacitatis. vt in §. ſi quis non hñs. ibi, poſtea verò ad ipſam deducens naturam rem. in auten. quibus mod. natu. effi. legi. ſed ſic eſt, ꝙ quando fœmina habilitatur ad ſucceſſionem feudi; remouetur ab ea obſtaculũ iuris ſpecialis, vel cõſuetudinis feudorum, & reponitur in tali eſſe capacitatis, ꝙ ante ius, vel conſuetudinem feudorũ ſibi competebat; quia ita ſuccedebat fęmina, ſicut maſculus. l. maximum vitium. C. de lib. præte. ergo &c. pro qua opin. facit, quod no. glo. in l. ſi vnus. in §. pactus ne peteret. ff. de pac. vbi quando alicui conceditur priuilegium, ꝑ quod quis reducitur ad illud ius, quod ante competebat, etiam ſi hoc fiat in alterius præiudicium, non poteſt ille, qui ſentit damnum ex tali priuilegio, conqueri, ꝙ ex eo lædatur: pro pro facit etiã tex. in c. ab exordio. 35. diſtin. vbi glo. di-

75 cit, quòd non fit iniuria alicui, ſi quis reſtituitur ad priſtinum ſtatum.

¶ Septimo, iſtam tenent opin. Cur. iunio. in conſ. 1. & Bru. in conſilio ſuo 1. 2. 3. 4. 5. 6. 10. & 11. & Dec. in conſ. ſuo 269.

quòd Illuſt. Duciſſa ſuccedat patruo ſuo in dictis bonis, excluſo prædicto Illuſtriſ. Marchione Saluciarum, vt colligitur ex verbis Bal. in l. fi. in prin. de Senato. dum
87 dicit, ꝙ facta conceſſione à Principe, & tranſlato etiam dñio rei conceſſæ, poteſt ab ipſo conditio apponi, non ex vi contractus, ſed ex vi legis; quia omnis legũ poteſtas eſt in pectore ſuo, pro qua opinione accommodantur verba Bal. in conſ. ſuo 288. in 3. parte incip. Ad intelligen. vbi
88 dicit, ꝙ alterare modum in feudo nõ eſt diſueſtire, & priuare vaſallos, ſed ponere eos ſub quadam regula iuſtitiæ, & æquitatis: & quòd iſtud poſſe ineſt à natiuitate cuiuſcunq; feudi; quia Princeps ſemꝑ excipitur, nec ſibi legem imponere videtur. vt in c. 1. in fi. de prohib. feud. alien. per Federicum. & hoc modo reſpondet ipſe ad d. c. 1. de natu. feu.
89 ¶ Non aduerſatur & tertiũ argumentũ, videlicet; Principem non poſſe tollere alicui ius quæſitum, ſeu dñium directum, vel vtile, quia illud procedit iure, vel dñio realiter quæſito; non autem in iure quærendo, vel quod conſiſtit in ſpe. per not. per Doct. in l. Gallus. in §. & quid ſi tantũ. ff. de liber. & poſthu. vbi Princeps poteſt legitimare ſpurium in præiudicium venientium ab inteſtato, quibus erat delata hæreditas, ſed non adita.
90 ¶ Nõ obſtat, ſi diceretur, quòd licet Princeps poſſit ius quæſitum in ſpe reſpectu ſucceſſionis tollere ſine cauſa, tamen nõ videtur poſſe tollere ſine cauſa ius quæſitum in ſpe ex contractu. per not. in c. 1. de probatio. quia reſponderi poteſt, quòd et ius quæſitum in ſpe ex cõtractu Princeps tollere poteſt. vt de hoc eſt caſus in c. naturales. ſi de feu. fuer. controuer. vbi filius naturalis eſt inhabilis ad feudũ, etiam legitimatus, quod eſt fortius, niſi in legitimatione dicatur ſpecialiter, quòd ſuccedat in feudo, quo caſu admittitur, excluſis agnatis. vt declarat glo. & Doct. in d. c. naturales. & tamen virtute inueſtituræ non admittebantur, ſed alij agnati in feudo paterno, & antiquo, & ſic virtute contractus; vnde inhabilis habilitatur ex priuilegio Principis, & admittitur in præiudicium illorũ, qui virtute inueſtituræ, & contractus admitti debebant, & non reſpectu ſucceſſionis tantum.
91 ¶ Non obſtat, quòd effectus vtilis dñij eſt de iure gentium, licet eius natura orta ſit de iure ciuili, quod dñium ſine cauſa auferri non poteſt per Principem: Quia reſpondetur iſtud procedere, niſi Princeps ex voluntate ſua fuiſſet cauſa, quòd ius alicui quæratur, quia tunc ius ipſum ſolà voluntate auferre poteſt. vt per Ang. in l. Lucius. ff. de euict. vbi tenet, quòd Imperator poteſt auferre ſine cauſa rem acquiſitam ex præſcriptione, ſeu vſucapione, quia talis modus acquirendi fuit inductus ab eo, & ideo ab eo poteſt etiam auferri ſine cauſa. Idem dicamus, quòd et Princeps dñium acquiſitum ex feudo põt auferre, cũ modus acquirendi ab eo fuerit inductus, vt per Bru. in conſ. 1. Vel & ſecundò reſpondetur, illud ꝓcedere, poſtea ꝙ dñium eſt perfectè acquiſitum, ſecus quando lex dedit modũ acquirendi dñium, & ipſum modũ tollit Princeps ſine cauſa, anteꝗ quis dñium acquiſierit ita dicit Fely. in c. quæ in Eccleſiarum. in 18. col. in 5. deductione. & Cur. Iun. in con. 1. in ver. tertiò aduertendũ. in fi. prout in caſu, de quo agitur, vbi Illuſtr. Duciſſa fuit habilitata ante mortem Illuſtr. q. Io. Georgij, & anteꝗ ius eſſet perfectè acquiſitum Illuſt. Marchioni Salu.
92 ¶ Non obſtat, quòd feudũ ſit contractus, & cũ contractus ſint iuris gentium, non ſunt in ptãte Imperatoris: ita quòd non habet locũ reuocatio, nec pœnitẽtia; quia reſpondetur, quòd hic non tractatur de reuocatione contractus, ſed ſolùm de tollendo rigorem iuris poſitiui, excludentis fœminas in ſucceſſione, quod facilè Imperator auferre poteſt. per no. per Cur. & Bru. in conſilijs ſup. allega.
93 ¶ Non obſtant not. per Bal. in d. conſ. 327 vbi Princeps non poteſt mutare, nec aliquod onus aduentitiũ apponere; quia reſponderi poteſt illud procedere ex vi cõtractus, nõ ex vi legis; quia, vt dixi, omnis legum poteſtas eſt in pectore ſuo. per no. per Bal. in d. l. fin. in prin. de ſenato.
94 ¶ Non obſtat etiam, quòd in tali habili-

CONSILIVM XXVII. MAGNIFICI, & Excellentisſimi D. Ludouici Gozadini.

VERA profectò,& iu-
1 ridica loquutus eſt
Magnificus D. Ni-
colaus Aliprand. vti
frater hoñ. nam du-
bitandum non eſt,
ſacratiſſimum,& iu-
ſtiſſimũ Cæſarẽ noluiſſe pͥudicare iurib⁹
Illuſtr. Ducis Mant.& Ill. eius coniugis,
2 Nam verba impropriantur, & tollerant̉
q; ſint ſuperflua, ne inferatur tertio præ-
iudiciũ.ſm Bar.in l.ſui.§.in computatio-
ne.C.de iur.delib. & ibi per Alex. Mod.
in rub.de prohib.col.19.Bal.& Doct.in l.
ſi qñ.ff.de leg. 1.tex. eſt in c. ad audien-
tiam.quem ibi ponderat Ant.de But. &
Imo.de cle.non reſi.& ideo illa verba,in
litteris beneficialibus,non obſtante col-
3 latione alteri facta,intelliguntur de col-
latione inualida, ne ius quæſitum tertio
auferatur. ita Doc.in c.cauſam,quæ,ď re-
ſcrip.Dom.in c.ſi poſtq̃.de preb. in 6. A-
lex.conſ.126.Viſo.vol.2.& clauſula mo-
4 tus proprij,nihil operatur in præiudiciũ
tertij.Hoſtien.in c.cãm quæ.il 2.de teſti.
& Abb.ibi Card.conſ.136.Præmitto.col.
fi.& in conſ.96. Videtur vnio præmiſſa.
Deci.conſ.8.n.35.in vo.quadraginta con
ſiliorum.& in conſ.33.vol.1.col.fi.
¶Secundò,& fortiùs hoc habet locum in
caſu noſtro; quia Imperator expreſsè de-
clarat ſe hoc facere,ne per ſuam conceſ-
ſionem factam Illuſt. Duci Mant. & Illu.
eius coniugi,dicatur iuribus Ducis Sab.
5 præiudicatum, vt clarè in proœmio dicit̉,
ex quo ſemper colligitur ratio finalis. vt
not.omnes Doct.in l.vt liberis. C.de col-
la. ergò nullo modo poteſt dici,q; exten-
datur ad aliud diuerſum,vt alteri præiu-
dicet,quia eſſet cõtra mẽtẽ Imperatoris.
6 ¶Tertiò hoc clariſſimè conſtat etiam ex
illis verbis,nos igitur eidem Illuſtr.Duci
Sabau. ius ſuum illæſum ſeruari cupien-
tes. Nam dictio, igitur, infert ex præce-
dentibus,dum dictum fuit in proœmio,q;
talis conceſſio non poſſet præiudicare iu-
ribus Ducis Sabau. Igitur cupiens ſerua-
ri ius ſuum illæſum, ergo nihil aliud de
nouo vult diſponere Imperator, niſi vt
declaret nolle præiudicare Duci, non
autem ius nouum in præiudicium tertij
inducere.
¶Quartò,ſunt alia verba magis clara, &
diſpoſitiua,decernimus,& declaramus p
prænarratam inueſtiturã præfati Illuſtr.
7 Ducis Sabaud.iuribus aliquo modo præ-
iudicatum,ſeu derogatũ non eſſe, & pau-
lo infra,ſed potiùs omnia,& ſingula iura
à nobis,& noſtris prædeceſſoribus Duci
Sabaudiæ conceſſa,aut per ipſos requiſi-
8 ta intacta,illæſa,ſalua,& reſeruata eſſe. q̃
omnia verba oſtendunt ſolũ eius mentẽ
claram eſſe nolle præiudicare iuribus Du-
cis Sabau. ergo non poteſt dici, q; voluit
aliquid de nouo concedere in præiudiciũ
tertij,quia inducta ad vnum finem, nõ o-
perantur aliud.l.legata inutiliter.ff.de a-
dimen.leg.cum ſimil.
¶Quintò,pondero illa verba,iuribus Du-
cis Sabaud.præiudicatum,& ibi, ius ſuum
illæſum ſeruari cupientes, & ibi, iuribus
9 eius præiudicatũ. Profectò verbum, ius, in
telligitur de legittimo,& valido,nã iura
inualida non dicuntur iura eſſe, l. quo-
tiens.ff.qui ſatiſ.cog. vbi no.oẽs. & Doct.
in l.4.§.condemnatũ.ff.de re iud. ergo ſi
nullũ ius habuiſſet Dux Sabau. iſta con-
ceſſio nihil operaretur; quia intentio ma
nifeſta eſt Imperatoris nolle auferre ius,
quod habet Dux Sabau. non aũt ius nouũ
concedere in præiudicium alterius.
10 ¶Non obſtant illa verba ibi, ſed potiùs
oĩa,& ſingula iura ipſius à noſtris,& no-
ſtris prædeceſſoribus conceſſa,& indulta
ac per ipſos acquiſita ſalua,& illæſa, pro-
fectò loquitur Imperator de iuribus vali-
dis,patet ibi,acquiſita. Nam non dicitur
acquiſitum,quod non eſt validũ de iure,

l.non putauit. §. non quæuis. ff. de bon. poſſ. contra tab.l. ip §. hæc verba. ff. quod quiſq; iur. not. per omnes. in c. ex tenore. extra de reſcript.

11 ¶ Non obſtant illa verba, quæquidē omnia, & ſingula de nouo, quatenus opus eſt per præſentes, motu proprio, etiam confirmamus, approbando, & innouando; ą optimè eſt riſum per Mag. D. Nicolaum Aliprandum, videlicet ſenſus eſt, ſi non ſufficeret talis ſimplex declaratio, nouiter diſponit cōfirmando, & diſponendo, q̄ non noceat Duci Sab. conceſſio alteri

12 facta, vt latè per eum. Confirmo, quia ſēper ſequentia reſtringuntur, & qualificantur à præcedentibus. vt not. in l. talis

13 ſcriptura. ff. de leg. 1. Nam clauſula præcedens eſt maioris efficaciæ ad ſequētia determinanda, quàm cōtra, vt ſequētia determinent præcedentia. Mod. latè in l. prætor ait. §. ſi initiū. ff. de eden. & in l. 1. C. de lib. præte. & maximè hæc procedit, quia in præcedentibus exprimitur ratio finalis; quæ eſt, vt nolit præiudicare Du-

14 ci Sab. in iuribus ſuis, quæ ratio reſtringit dictum, licet generale. l. cùm pater. §. dulciſſimis. ff. de leg. no. in c. cū ceſſante.

15 extra de app. Item quia præcedentia ſūt magis ſpecialia, ergo gñalitas reſtringitur à ſpecialitate. reg. generi per ſpeciē. de reg. iur. in 6. not. in l. ſciendū. ff. qui ſatiſd. cog. Bar. & alij in l. oēs populi. ff. de iuſt. & iur. in 6. q. prin. ſed p̄cedentia ſunt ſpecialia; videlicet, quia ſpecialiter, & ſingulariter dicitur, q̄ ex eo, quia per cōceſſiones factas poſſet præiudicari Duci Sabau. Ideo dicit, Nos igitur Duci Sabau. ius ſuū illæſum ſeruari cupientes; ergo illa clauſula ſequēns, videlicet; quæquidē omnia, & ſingula de nouo quatenus op9 eſt, &c. intelligitur, quo ad ſuperius ſpecifica, videlicet, vt cōſeruetur ius ſuū &c. ſed vt ſtatim oſtendā, nullum ius habet Dux Sabau. nec eſt ei acquiſitum, nec p̱ Imperatores præcedentes, nec etiam per Cæſarem modernū; ergo non prodeſt iſta declaratio Duci Sabau. nec nocet Il-

16 luſt. Duci Mant. nec eius coniugi, quòd aūt nullum ius habeat, & habuerit, patet ex conſilijs latè æditis. Nam illa donatio facta per Ioan. Marchionem Montisferrati, in qua eſt totum fundamentū Ducis Sabau. non valet, quia donari non poteſt feudum ſine conſenſu Imperatoris. c. 1. §. donare qualiter olim feud. amit. Itē fuit facta per metū; & filius, qui approbauit, erat carceratus, vt aliàs dixi in conſil. Item non obſeruarunt Duces Sabau. pacta; ideo non pñt ſe fundare in eo. l. cùm proponas. C. de pac. l. ſi quis maior. C. de tranſact. Item propter iſta per Federicū fuit facta ānullatio, & irritatio, & inueſtiti fuerunt Marchiones Montisferrati; & confirmatio etiā facta per Maximilianū, & modernum Cæſarem. Et licèt Maximilianus confirmauerit ex poſt ea Duci Sabau. non valuit; quia ſi non fuit narratum de ſupradictis omnibus, ideo vitiat tale priuilegium. vt no. in c. poſtulaſti. de reſcript. cū ſimil. dixi latè in quinto fundamento, in conſilio meo, & in ſexto fundamento, & hac rōne non valuit conceſſio moderni Cęſaris facta Duci Sabaud. nec ēt noua conceſſio. Item propter clauſulam derogatoriā poſitam in priuilegijs conceſſis Marchionibus Montisferrati, vt dixi in octauo fundamento, cū ſeq. & ſeq. Item confirmatio non compræhendit iniuſta, dixi in decimo fundamento. Item quia cauſa donationis eſt falſa, quia non valida, & paria ſunt nō eſſe, vel eſſe, & nō valere, dixi in decimoquinto fundamento. Item quia Princeps non potuit auferre ius quæſitum Marchionibus, vt dixi in decimoſeptimo fundamento; Præterea dico, q̄ fœminæ admittuntur, & ſic Illuſ. Duciſſa Mant. debet admitti abſque declaratione Caroli moderni, propter priuilegia antiquiora, vt dixi in decimonono fundamento. Immo in eodē fundamento dixi, q̄ ex conceſſione feudali, facta per Ducem Sabaud. Marchionibus Montisferrati, non dicitur fœmina excluſa. Concludendo vná cum Dño Conſultore, nihil officere Illuſt. Duci Mant. nec Illuſt. eius coniugi, declarationem factā nouiter per Carolum modernū; & quod eſt fortius, ſi iſta declaratio eſt facta principaliter de nouo, motu proprio, concedendo ampliſſimè Duci Sabaud. labora-

rat eo morbo, quæ aliæ conceſſiones pri-
factæ, vt dixi.

LAVS DEO.

¶Ita dico,& conſulo ego Ludouicus Go-
zadinus,Iur.V.Doct.Bononieñ.In quorũ
fidem hic me ſubſcripſi, ſolitoq; ſigillo
muniri iuſſi;ſaluo &c. Laus Deo opt.

CONSILIVM XXVIII. REVERENDISS. D. Jacobi Symonettæ, nunc Cardinalis benemeriti.

REDEMPTORIS noſtri
nomine inuocato, &c.
Viſis,& diligenter con-
ſideratis, quæ doctè, &
ſubtiliter per præſtantiſ
ſimum Doctorem Dñm
Nicolaum Aliprãdum
ſcripta ſunt,in eandem ſnĩam, vti iuri,&
rationi conuenientem concurro. Quod
1 Imperator per ſuam declaratoriam non
egit aliquod ius nouũ Illuſt.Duci Sabau.
tribuere,neq; Illuſt. Ducibus Mant. aut
cuipiam alteri aliquod ius auferre: ſed
tantũ voluit oſtendere, & demonſtrare,
ꝙ per inueſtituram conceſſam Ducibus
Mant. noluit præiudicare iuri Ducis Sa-
baud. Et ſi ex inueſtitura ſua,& ſic ex fa-
cto ipſius Imperatoris præiudicatũ eſt iu-
ri prædicti Ducis,illud in eum caſum tan
tum de nouo approbat,confirmat, & in-
nouat: Et hæc eſt certa, & indubitata
mens Imperatoris in declaratoria ſua,ad
quam omnes rubricæ iuris concurrunt,
& conueniunt.
2 ¶Hæc autem mens in primis clarè colli-
gitur ex præfatione Cęſaris in declarato-
ria, ex qua mens,& ratio diſponẽtis per-
cipitur.vt per Bart.in l.1. in prin. per illũ
text.ff.ad maced.in l.cùm hi.in prin.ff. đ
tranſact.per Doct.in l.fi.per illum tex. ff.
de hęred.inſtit. Quæ mens in diſpoſitio-
3 ne Principis ante omnia debet attendi.
vt per Innoc.in c.cũ Eccleſ.de except. in
c.cùm olim. de ver.ſign.per Bal. in l. ex
facto. in 4.not. per illum text. & ibi per
Doct.ff.de vulg. & pup.
4 ¶Secundò,quia actus agentium non de-
bẽt operari vltra eorum intentionem, l.
non omnis.in prin.ff.ſi cer. per l. obliga-
tionum ſubſtantia.§.fi.ff.de act.& obl.Et
cùm Cæſar agat expreſsè conſeruare ius
Ducis Sabau.animus eius,qui eſt in con-
5 ſeruando, non poteſt operari in conce-
dendo de nouo.vt eſt text.in l.3. §. ſubti-
lius.ff.de condit.ob cau. vbi ſi trado tibi
rem meã,tanq̃ tuam,non efficitur tua; &
ſic animus meus, qui eſt in conſeruando
tibi,quod tuum eſt,non operatur in con-
cedendo de nouo, quod aliàs tuum non
fuit.Et ſic reſpectu dantis,animus,qui eſt
in conſeruando, nunq̃ operatur in con-
cedendo de nouo,licet aliud ſit in animo
acquirentis. vt Iaſ.oſtendit in l.3.in prin
cip.in 2.col. ita declarans glo.ibi,& Doc.
ff. de acquir. poſſ.
6 ¶Tertiò, quia regula eſt trita, & vulga-
ris,ꝙ qui declarat,nihil de nouo facit; &
ſic nulli quicq̃ tribuit,vel tollit. l.adeo.§.
cũ quis,de acquir. re.do. l. hæredes palã.
§.ſed ſi quid.ff.de teſta.vbi Paul. đ Caſt.
inducit ad declaratorias Papæ, & Impe-
ratoris.& idem Paul. de Caſt. conſ. 340.
incip. Præmiſſis allegationibus.
7 ¶Quartò ſuadentur hæc, quia diſpoſitio
Principis ita ſemper debet intelligi,vt iu
ri,& rationi conueniat.c.cãmq;,de reſcr.
et ꝙ iuri tertij non pręiudicet.c.ſuper eo,
de offic.deleg.c.quamuis,de reſcr.in 6.l.
filiusfam.de teſta.mili. Et propterea,qua
ratione Imperator non vult pręiudica-
8 re iuri Ducis Sabau.ne vnde iura naſcun
tur,iniurię proueniant.l.meminerint. C.
vnde vi. l.1. C.de his, qui ue. ęta. impe.
Eadem ratione cenſeri, & iudicari de-
bet, ꝙ mens Imperatoris non ſit uelle
pręiudicare iuri Ducum Mantuę.
9 ¶Quintò facit, quia conceſſa ſemel per
Imperatorem,& data feuda decet eſſe ꝑ-
petua.

petua. c. decet. de reg. iur. in 6. Et ſi qua conceſſio in contrariũ emanauerit, præſumitur, ꝙ Imperator in ea concedenda fuerit circũuentus; & quòd per errorem, vel obliuionẽ proceſſerit. c. cùm olim. de re iudi. vbi per Felyn. multa ad propoſitum accumulantur.

10 ¶ Et quod vaſallus ſemel de feudo inueſtitus non poſſit ſine iuſta cauſa diſueſtiri, & feudũ eius alteri concedi. eſt text. in c. 1. de feud. ſine cul. non amit. & in c. 1. de natur. feu. quem ibi Bal. procedere dicit, etiã ſi Imperator de plenitudine poteſtatis reſcriberet, & eſt tex. in c. 1. §. fi. vbi glo. & Doct. qui feu. dar. poſ. vbi Cardinalis Alexandrinus dicit, quòd hoc non licet Imperatori cum tota maieſtate ſua, & eſt pleniſſimum conſilium Bal. vbi pulcherrimis verbis, & rationibus vtitur 279 incip. Pridie, ſm̃ vltimam impreſſionem. cum multis, de quibus per Iaſ. conſ. ſuo 1. in 1. col. in 1. vol. & conſ. pen. vbi in facto proprio conſuluit in 3. vol.

11 ¶ Sextò confirmantur prædicta, quia qui iura innouat, nihil de nouo tribuit, ſed vetera tantũ conſeruat. vt ſunt text. clari. in c. quia intentionis. in c. ex parte. il 1. de priuil. in c. cũ dilecta. de cõfir. vtil. vel inutil. & ibi glo. & Doct. not.

12 ¶ Septimò, confirmantur etiam, admiſſo ꝙ Imperator voluerit ius nouum tribuere, tunc; vt dicunt Innoc. Hoſti. Abb. in 3. col. & alij, in c. inter dilectos. de fide inſtrũm. Card. Alexan. in c. 1. in 2. col. poſt And. de Iſern. de vaſ. decrep. ætа. recurrendum eſt ad mentem innouantis, & de nouo dantis; an ſimpliciter, & in oẽm caſum voluerit de nouo dare, & tribuere, vel limitatè, & reſtrictè ad vnum caſũ tantum, quia vltra illũ innouatio, & noua datio nihil operatur. Cùm ergo Imperator tantum in vnum caſum voluerit de nouo dare, & ius tribuere, videlicet, vbi ex inueſtitura per eum conceſſa Ducibus Mãt. & ſic ex facto ſuo eſſet præfati Duci Sabaud. ius ſublatum, extra illum caſum, nihil pœnitus concedit, & tribuit.

13 ¶ Octauo cõfirmantur prædicta, quia data etiam ſimplici innouatione, quod tamen negatur, innouatio omnis ſemper cenſetur facta ſine præiudicio tertij. Ita dicit not. Bal. in l. vnica, in pen. col. ad fin. cum ſeq. quando non pet. par. Sicut dicimus, de reſtitutione, c. ſi quis. de reſcript. in 6. & habetur per Doct. in l. Gallus. §. quid ſi tantum. ff. de lib. & poſth. Et Imperator, vel Papa aliquid dans, vel confirmans, intelligitur ſine præiudicio tertij. vt inquit Bal. in l. 1. paulo poſt prin. de conſtit. prin. Et ſi declaratoria Imper. intelligeret̃ cũ præiudicio iuris quæſiti Ducibus Mant. non valet; vt apertè dicit Pet. de Anch. conſ. 398. Præmitto pro clariori, ad fi. et obſtaret ei, ꝙ parte non citata, ac lite pendente proceſſiſſet. vt in auten. in medio li. non eſt fieri ſac. iuſſ. c. fi. vt lit. pend. c. cũm. de teſt. & c. cùm olim. de re iud. c. 1. de cau. poſſ. & proprie.

14 ¶ Nono, admiſſo ſine veri præiudicio, ꝙ Ducis Sabau. ius, etiam hodie procederet; tamen cùm Duciſſa Mant. filia ſit inueſtita propter eius, & patris, ac prædeceſſorum benemerita, non poteſt Dux Sab. vel quiſpiam alius iuſtè conqueri, quòd iuri ſuo præiudicetur, cùm iure permittente potuerit fieri dicta inueſtitura. ita in terminis conſuluit Ludou. Bologninus allegans duos tex. ad hoc pro filiabus inueſtiti, propter benemerita patris, & filiorum à Duce Mediolani; qui potiſſimum, vt in caſu noſtro, fecerat declarationem, ꝙ per illam inueſtiturám non intendebat in aliquo præiudicare iuri agnatorũ; quod, cũ fœminæ potuerint inueſtiri, non dicitur iuri agnatorum præiudicari; ex quo ius ad ipſas fœminas volente dño, ac inueſtiente ſpectabat: vt patet conſ. ſuo 1. in 9. col. in ver. ſecundo principaliter moueor. & in 13. col. ver. ex quo infero. Et ita pronũciatum fuit pro fœminis per Collegium Mediolanenſe, cui cauſa fuerat commiſſa; & donec vixerunt dictæ filiæ, ſemper obtinuerunt feudũ, de quo in dicto conſilio: & hodie etiam filij dictarum filiarum poſſident.

¶ Hæc autem concluſio multis fundata rõnibus clarior apparebit, ſi his, ꝗ in contrariũ allegari poſſent, reſpondebimus.

15 ¶ Igitur primò, non obſt. ꝙ Imperator in declaratoria vtitur uerbo: Decernimus, quod

quod eſt iuris noui inductiuũ.ſm̃ Car.ſ c. decernimus.de iud. quia prout ibi declarat Abb.verbũ, Decernimus, capitur, & intelligitur ſm̃ ſubiectam materiã. Hinc videmus, q́ ſæpe exponitur pro, declaramus; vt etiã fatetur idem Card.in d.c.decernimus.& patet in c.ad audientiam.de cler.non reſid.vbi tex.vtitur verbo, Decernimus: & Hoſti.& Cadi.ibi in 3.q. & alibi Doct.exponunt, ideſt Declaramus, & alibi ſæpe hoc probatur. Et licèt verbũ, Decernimus, de ſe prolatum ſuadente materia exponi poſſit, vt ſit iuris noui inductiuũ; tamen adiunctum verbo Declaramus, impoſſibile eſt, q́ de nouo inducat, cũ hæc inter ſe ſint contraria, declarare, & de nouo inducere. vt patet ex not.per Doct.in d.c.decernimus. & in l. omnes populi.ff.de iuſt.& iur. Et q́ verbum Decernimus, ſtet declaratiuè, ex ſequentibus verbis in declaratoria apertè demonſtratur, dum ſubiungit Imperator volumus non eſſe derogatum, neque præiudicatum iuris Ducis Sabaudiæ.

16 Nã iuri, quod nõ eſt, derogari non poteſt. c. ad diſſoluendum. de deſpon. impube.l.nam & ſi ſub condit.§.1.ff. de iniuſt.rup.teſta.l.abrogatur.ff.de verb.ſign. Et vt dicunt Hoſti.& Ioan.And. in c.nimis iniqua; iuxtà fi.de exceſſ.præla. ſæpe bis idem repetimus ad tollendas malignas, & ſcrupuloſas interpretationes.quã repetitionem gloſ. appellat verborũ inculcationem, in l.tertij conditio.in prin. ff.ſi cer.pet. Et ad denotandum maiorẽ mentis expreſſionem etiam verbis improprijs frequenter vtimur; vt per glo.in cle.1.in prin.in ver.vtamur. & ibi Card. in 9. not. de priuil.

17 ¶ Secundò non obſtat clauſula motu ꝓprio, quia non operatur præter veriſimilẽ intentionem ſcribentis.vt per glo.in cle. Romanus.de præben.ideo non tollit defectũ intentionis.vt per Ioã.And.& alios in c.ſi motu proprio.de præben.in 6. per Egidiũ deciſ.392.& 475.per Fely.late in

18 c.cauſam.de teſti.nec per dictã clauſulam augetur, vel ampliatur gratia, nec operatur in præiudicium tertij. vt per glo. in cle. litteras, & ibi per Card.de præben. per Rotam.de reſcript.deciſ.71.in antiquis, & de præben.in 6.in nouis.& per Abb.in c.cũ olim.in 3.alleg.vbi loquitur in interlocutorijs Imperatoris reuocatorijs priorũ conceſſionũ, de re iud.

19 ¶ Tertiò non obſtat clauſula, ex certa ſciẽ, quia non operatur niſi in his, quæ ſũt iuris, nõ autem in his, quę ſunt facti; quorũ præſumitur habere ignorantiam Princeps, niſi aliter probetur; vt per glo.in c. 1.de conſtit.in 6. ita Bal.in l.fi.C.ſen. re-

20 ſcin. non poſ.nec operatur in præiudiciũ tertij. vt latè per Fely. in c. nonnulli, in prin.in 17.col. cum ſeq. in 2. limitatione quartæ fallentiæ.de reſcript. Et quòd clauſula, motu proprio, & ex certa ſcientia, non operatur in præiudicium tertij. ponit latè Deci.in c.ſuper eo. in amplia-

21 tionibus.de offic.delega. Et vbi conſtat de errore, nihil operatur clauſula, ex certa ſcientia.vt per Bal.in c.1.§.fi.de feud. guar.Bal.Ang.Iaſ.& Mod.in l.ſed ſi quis. §.1.ff.ſi quis cau.

22 ¶ Quartò, non obſtat clauſula, de plenitudine poteſtatis, quia iſta clauſula cum præcedentibus operatur tantũ circa compræhenſa in declaratoria; & ad alia non extenditur, & vim clauſulæ ex certa ſciẽ-

23 tia habet.vt per glo.in c.ad hæc. de reſcr.per Bal.in l.eos, in princ.de appel. cũ alijs, de quibus per Fely.in c.cũ inter. de excep. Et, vt ſupra oſtendi in quinto fundamento, non põt Imperator feudũ datum Ducibus Mant. ſine cauſa auferre, & Duci Sabaud. de nouo concedere, etiam de plenitudine poteſtatis: ut dicit Bal.in c.1.de natu.feu.

24 ¶ Quintò, non obſtat clauſula, non obſtante, quia per dictã clauſulam nõ intelligitur reuocata inueſtitura Ducũ Mant. niſi quatenus ſit iniuſta, & inualida; vt eſt vulgare dictum Compoſtoll, in c.cauſamq; & ibi latè per Felyn. in 12.col. in ver.non obſtante.de reſcr.& in terminis per Alex.conſ.3.in 1.col.in 5.vol.& cõſ. 23.in pen.col.in 5.uol.

25 ¶ Sexto, non obſt.verba, quę quidem oĩa, & ſingula, quatenus opus ſit, de nouo approbamus, & cõfirmamus, & innouam⁹. Nã cũ relatiuũ ponatur ſine copula, ſtat

 reſtri-

reſtrictiuè & ad præcedentia tm̃ refert. iuxtà tex.in l.ea tñ adiectio.de leg.3. per Bar.in l.cunctos populos.C.de ſum. trini. in l.oẽs populi.ff.de iuſt. & iur. Iſta ergo clauſula,cũ ad præcedentia iura tm̃ referatur,iura tm̃ antiqua,& prçterita approbat,confirmat,& innouat; & non ſimpl'r
26 illa iura innouat, ſed quatenus opus ſit, tunc aũt intelligitur opus eſſe innouatione,quãdo illa iura per conceſſionem ſupradictam illæſa, intacta non remãſiſſet, & ſic ipſis fuiſſet derogatum; ſed iuribus Ducis Sabau.non potuit derogari, cũ nul
27 la ſint. Vbi ergo eſt ſublatum prçſuppoſitum Imperatoris,oportet, q̃ etiam ſublata ſit diſpoſitio : et per cõſequens con
28 firmatio,& innouatio; immo ex illis verbis,omnia,& ſingula iura Duci Sab.&ei' anteceſſoribus cõceſſa,nullũ ius ſpeciale, & determinatũ p̃dicti Ducis & illi' anteceſſorũ præteritũ,& antiquũ, cõcluditur, & probatur,cũ ſint incerta,gñalia, & obſcura. Et propterea nullum illi ius datũ, & conſeruatum videtur, vt in conceſſionibus feudalibus in terminis dicit Bal. in c.1.in prin.de feu.guar. & repetit multa Doctorũ conſilia addens Cardi. Alexan. in d.c.1.§.ſi verò.ad fi.eod.tit. d feu.guar. allegant not. per Bar.& alios, vbi etiam D.Alex.in l.ſi ſic.§.1. ff.de leg.1.

¶Quare ex præmiſſis concludo per declarationem, confirmationem, & innouationẽ prædicto Illuſt.Duci Sabaud. nihil de nouo tribui,nihil quoq; Illuſt. Ducibus Mant.auferri ; ſed oĩum iura, quæ aliàs ante declarationẽ huiuſmodi emanatam erant,intacta, illæſaq; remanerẽ.

¶Et ità iuris eſſe dico,& conſulo Ego Iacobus Symonetta, Piſaureñ. Epiſcopus, Sanctiſſimi D.N.Papæ Referendarius, ac inter Sac. Palat. cauſarum auditores locumtenens,&c.

CONSILIVM XXIX. MAG. ET EXCELL. D. Nicolai Aliprandi Senatoris Mantuani.

DOMINVS ADSIT.

ILLVSTRISSIMVS Dux Sabaud.ad probationem iurium ſuorũ, & in terminis probatorijs produxit inſtrumẽtum conuentionis dotalis initæ inter Marchionẽ Theodorũ Montisferrati,& Comitem Aymonem tunc Comitẽ Sabau. Quo (vt dicitur) deſcenderũt Duces Sabau.mediante Violantida filia q.dicti D. Theodori, & coniugis dicti q.Aymonis: In quo intercætera ſunt hæc verba, vz;
1 Et ſi contingeret prædictũ Marchionẽ, vel eius liberos maſculos ex legittimo matrimonio procreatos, decedere quoquo tempore abſque liberis maſculis ex ſuis corporibus, & legittimis matrimonijs procreatis,q̃ illo caſu Marchionatus Montisferrati cum ipſius honoribus &c. ſit,& eſſe debeat pleno iure dictæ D.Violandæ, & ſucceſſiuè ſuorũ,in augmentũ,& ex cauſa dotis dictę D.Violãdę. Expreſſim hoc pacto apposito; quòd ſi aliquæ filiæ remanerent,& extarent ex dicto Dño Marchione,& filijs ſuis legittimis,ex legittimis matrimonijs procreatis,quòd eis prouideatur ſecundũ dignitatem Marchionatus per Violandam,hæredes,& ſucceſſores eius de congrua, & ſufficienti dote &c. Quapropter modernus Illuſt. Dux Sabau. hoc modo vltra iam deducta prætendit Marchionatum ad ſe ſpectare,tanquàm ſit de deſcendẽtibus Violandæ.

¶Circa quod inſtrumentum poſſent plura, immo quaſi omnia dici,quæ dicta fuerunt ſuper conuentionibus innitis inter Amadeũ,& Lud. de Sabau.& Io. Iacob. Marchionem Montisferrati,& Ioannem eius Io. Iacobi filium, quæ non repeto, cũ extent conſilia in ſcriptis, tàm mea, quàm pluriũ Illuſt. Doctorũ, & p̃ſertim

valde Excell. Collegij Bonoñ. Inſtabo igitur ſuper alia, habitis prædictis conſilijs pro ſuppoſitis.

3 Et primò dico, ꝗ iſtud inſtrumentum non uiter productũ, eſt valde impertinens ad petitionem. quæ conſiſtit in eo, ꝗ Illuſtr. Io. filius q. Ioan. Iacobi de Monteferrato fuerit inueſtitus, & ꝗ propterea fuerit ꝑ lineam finitam feudum reuerſum ad Ducem Sabaud. Iſtud enim inſtrumentũ, de quo ſupra, concernit valde diuerſa, vt de ſe patet, concernit enim pactum dotis Violandæ, ſeu augmenti dotis; & ſic, ꝗ veniant, non iure prædicto, ſed tanꝗ hæredes Violandæ, per conſequens in præſenti propoſito tale inſtrm̃ eſt nullius cõ-

4 ſiderationis: & ꝗ vnum, ſi intentatur, & aliud probatur, non prodeſt. l. habebat. in prin. de inſtito. l. 1. ff. ſi menſ. fal. mo. dix. Innoc. in c. ex parte. de priuil. per Bar. in l. 1. in prin. colum. col. 3. ver. veniamus ad cãm. ff. de eden. per Alex. in l. ſi ita ſtipulatus. §. chriſogonus. col. 4. & 5. ff. de ver. obl. & per eundem in cõſ. 190. Viſa ſcriptura. in 2. vol. Vbi in fortioribus terminis dicitur, ꝗ intentãs mutuum naturale, ſi probat ciuile, ſuccumbit: de qua re habetur etiam in l. certi condictio, in prin. ff. ſi cer. pet. Et per Doct. præſertim conſulentes in varijs locis.

5 ¶ Et ꝓpterea valdè ad propoſitum dixit Bal. in l. 1. col. 2. ver. vltimo nota. C. ut in poſ. leg. per illũ tex. ꝗ iudex non debet recipere probationes, quæ non deſcendunt ex libello, eo quòd quãdo libellus, & probationes ſunt diuerſorũ generum, oblatio talium probationũ nihil operat̃. In propoſito autem noſtro hoc prætenſũ inſtrumentũ eſt valde extraneum à libello, & continet diuerſa, per conſequẽs nõ debet admitti. Inſtrumẽtũ enim hoc vltra diuerſitatem modi agendi, cõtinet ſucceſſionem Marchionat. petitio autẽ certa loca particularia.

6 ¶ Et hoc uerũ, maximè in propoſito, in quo Illuſt. Dux, & Duciſſa Mant. prætendere poſſunt magnũ intereſſe, quia hoc medio tpe, quod curſum eſt, à productione libelli vſq; in pñs præparaſſent defenſiones ſuas: Præparare autem nunc, id eſt deducere rem in longiſſimũ tempus, maxima impenſa dñationum ſuarũ, tpe

7 enim indigemus, vbi aliquid maturè agere intendimus: vt dicit tex. in c. pôderat, 50. diſt. Et ſua valde intereſt rem nõ trahi multum in longũ, quia mora tem-

8 poris ſolet parere multa pericula, vt cuilibet prudenti notum eſt, tex. in c. cũ inter vniuerſas. de elect.

9 ¶ Sed ſalua ſemper veritate, hæc omittamus, nec in his multũ temporis conteramus. Quare ad alia deueniendo, clarè oſtenditur illud inſtrumentum, etiam ꝗ eſſet validũ, non eſt tamen in aliquo nocuum iuribus præfatorum Illuſt. Ducis, & Duciſſæ Mant. etiam poſita facultate ita cõtrahendi, quam tamen omninò inficiamur rõnibus deductis in alijs conſilijs, circa prætenſam donationem factam per Ioannem Iacob. Amadeo.

10 ¶ Et dicimus, ꝗ proculdubio non euenit caſus illius pacti, fuit enim conditionale, & conditio euenit, & per conſequens nihil facit. l. cedere diem. ff. de uerb. ſig.

11 Et ſicut conditio uerificata facit, quòd cõtractus retrotrahatur l. qui balneum. l. qui prior. ff. qui poti. in pig. hab. Ita defectus conditionis facit, quòd præſumitur nunꝗ fuiſſe diſpoſitũ. l. proinde. ubi glo. in uer. appoſitũ. ff. ſi cer. pet. ubi lex æquiparat repudiationem legati, quæ facit ꝓſumi legatum nunꝗ factum fuiſſe, uel conditionem legati defeciſſe: ad idem glo. quæ alleg. d. l. proinde, in l. 1. §. utrum ãt. ff. ſi quid in frau. pat.

¶ Quod autem defecerit condictio, hoc manifeſtũ, & clariſſimum eſt. Eo quòd pactũ loquitur de Theodoro, & eius liberis procreatis, inquantum ipſe Theodorus, & eius Theodori liberi procreati de legittimo matrimonio decederent ſine filijs. Et ſic, cũ uerba ſint prolata in tempore præterito, uidelicet procreatos, nulla ratio ſuadet, quòd intelligatur de alijs filijs poſt contractum procreandis; & ſic diſpoſitio ipſa reſpiciebat tantum perſonam Theodori, ac etiã Ioãnis eius Theodori filij tunc nati, qui etiã Ioannes tunc fortè potuit habuiſſe filios ex Cecilia eius prima uxore, uel etiã, quòd eſt plus, di-

carnus, q; tunc fortè nati fuerint ex Ioan.
antedicto, Secondotus,& alter Ioannes,
& Theodorus ſecundus, omnes filij dicti
Ioan. in quos (vt potè tunc natos) poſſit
diſpoſitio verificari. Clarũ eſt tamen il-
los omnes non deceſſiſſe ſine liberis, cũ
immò Theodorus ſecundus habuerit Io-
annem Iacobũ, qui deceſſit cũ altero Ioã-
ne Gulielmo, Bonifacio, & Theodoro
Cardinale,& qui Bonifacius immediatus
deceſſit, relicto Gulielmo, & qui Guliel-
mus deceſſit relicto Bonifacio; & ſic non
eſt verũ, immò falſiſſimum natos ex le-
gittimo matrimonio, tempore inſtrumẽ-
ti deceſſiſſe ſine filijs maſculis ex legitti-
mo matrimonio procreatis; cùm immò
nati ſint, vt ſup. dictum eſt. Et iſta eſt cla-
riſſima reſponſio, inquantum tamen ꝓ-
bamus, q; verba ſupraſcripta, quæ ꝓcul-
dubio ſunt præteriti tp̃is, videlicet, ꝓcrea
tos, non trahuntur ad futurũ tempus.
12 ¶ Quod autem verba præſentis,& multo
magis præteriti tp̃is non trahantur ad fu-
turum; hoc clariſſimè conſtat per tex. in
l. ſi ita. vbi Bar. hoc clarè not. ff. de auro,
& arg. leg. vbi ſi teſtator dicit, lego veſtẽ
meam, argentum meũ, non venit niſi il-
lud, quod habebat tempore teſtamenti.
& qui Bart. ibi concluſiuè cum, & ſum-
matim referendo dicit, quòd vbi tempus
pñs, uel futurum profertur ab homine,
prout profertur in ꝓpoſito noſtro, & non
adeſt verbum, poteſt, quod eſt extenſiuũ,
prout non adeſt in propoſito, & non con
tinet illud, quod pendet à mera volunta-
te defuncti, prout non pendet habere fi-
lios,& alios liberos,& variatio contingit
circa diuerſas res, prout eſt filius, & reli-
qui, quia vnus non eſt alius, & tractatur
de magno præiudicio, prout tractatur in
pñti propoſito noſtro, his concurrentib⁹
tp̃s præſens, vel præteritu nunq̃ trahitur
ad futura; & ſic appellatione liberorum
procreatorum, nõ poſſint venire procreã-
di. & ſi Bar. vult hoc, loquens in vltimis
voluntatibus, quæ ſunt fauorabiliores;
quanto igitur magis in contractibus, in
quib⁹ fit ſtricta interpretatio. l. quicquid
aſtringendæ. ff. de verborum oblig.
13 ¶ Ad idem, videlicet, ad principalem con
cluſionem eſt bonus tex. in l. ſi ſtipulatus
fuerim. §. cũ ſtipulamur. ff. de verb. oblig.
vbi dicit tex. cum ſtipulamur quicquid
te dare, facere oportet; id quod præſenti
tantum die debetur, in ſtipulatione ðdu-
citur: & ſic vult tex. quòd non trahatur
ad id, quod debebitur, ſed ad id tantum,
quod de præſenti debitum eſt.
¶ Et propterea Bar. ibi dicit, quòd nõ ſuf-
ficit dicere in teſtamẽtis, ſi non valet iu-
re teſtamenti &c. quia ſi rumpetur teſta
mentum per agnitionem poſthumi, non
14 valebit iure codicillorum, quia tempus
præſens non trahitur ad futurũ; debet i-
gitur teſtator dicere, ſi non ualet, vel nõ
valebit: & D. Iaſ. ibi dicit, quòd Bart. &
omnes dicunt hoc,& alleg. Iaſ. bonũ tex.
in l. cũ illud. §. hæres meus. ff. quãdo dies
15 leg. ced. Vbi legatũ de eo, quod debet Se-
ius potiùs redditur nullum, q̃ quòd tra-
hatur ad futura. Et in hoc ille tex. eſt val
de not. licet D. Iaſ. non ponderat ad hoc.
16 ¶ Idem dixit Albericus per illũ tex. in l.
vxori. §. vxori. ff. de lega. 3. quòd uerba
præſentis temporis non trahuntur ad fu-
tura; & propterea infert ad quæſtionem,
quòd priuilegium conceſſum Eccleſiæ,
non extenditur ad futuras capellas.
17 ¶ Dixit etiã Bar. in l. tutoribus. ff. de teſta.
tute. quòd verba præſentis temporis non
trahuntur ad futura, niſi fuerit appoſita
dictio tunc, quæ facit, vt futura compræ-
hendãtur; quę dictio, tunc, non eſt appoſi-
ta in caſu noſtro.
18 ¶ Et prædicta ſũt eò magis vera, quia hoc
modo induceretur feudorũ alienatio cõ-
tra regulas iuris communis, quę prohibẽt
feuda alienari. c. 1. de prohib. feu. alie. per
Feder. & maximè in fœminas, quare ſe-
quitur; & ubi ſumus in exorbitantibus à
iure cõi, etiam illis caſibus, quibus pręſẽs
tempus, vel præteritũ poſſet trahi ad fu-
tura, tamen hoc reſpectu nunq̃ trahitur.
ut de hoc eſt glo. quam Bart. mandat ad
hoc notari, in l. talis ſcriptura. §. hanc aũt.
ff. de legatis 1. & D. Iaſ. ibi, n. 28. pariter
mandat illam glo. multum notari. Et eo
19 magis in propoſito noſtro, pactum enim
illud eſt contra bonos mores, & odioſũ,
& plenum triſtiſſimis euentibus, inducũt
enim

enim uotum captandæ mortis.l.fin.C.de
20 pac.l.pactum quod dotali.C.eo. Et expe-
ctare caſum aduerſamq́; fortunam homi
nis,eſt contra bonos mores. l.inter ſtipu-
lantem.§.ſacrā.ff.de verb.obl. & non eſt
obligatorium,quod contra bonos mores
fit.c.non eſt obligatoriū.de reg.iur. in 6.
maximè in Regno;vel Principatu. iuxtà
illud; Si iuſiurandum violare licet,id re-
gnandi cauſa.facit tex.in c. ne captandæ
alienæ mortis &c. de conceſ. præben.lib.
6.& in c.deteſtanda ibi alienæ mortis vo-
tum,eod.tit.de conceſ.præben. in 6. Nec
dicatur,quòd ipſemet Marchio Theodo-
rus conſenſerit,quo caſu non videtur ha-
bere locum l.fi.C.de pac. quia,& ſi poſſit
conſentire, non poteſt tamen facere, vt
in d.l.pactū,quod dotali.C.eo.tit. de pac.
& not.glo.& poſt eam Bar.in d.l.fi. Item
ſi conſenſit Theodorus,non conſenſerūt
eius deſcendentes, qui multis gradibus
diſtant ab eo, prout Bonifacius vltimus,
qui fuit filius Gulielmi,filij q. Bonifacij,
qui fuit ex Ioanne Iacobo procreatus,qui
Io.Iacobus ortus eſt ex Theodoro ſecun
do nato ex Ioanne, nato ex Theodoro
primo;qui,vt dicitur,pactus eſt,an autem
hæc ſola de ſe ſufficerent ad faciendum
actū nullum,non dico, dixi in alio conſi-
lio, q̃ non, in Principe concedente tali
modo, ſed ſufficit pro nunc, quòd hæc
reddunt materiā ſaltem reſtringibilem.
Nec ſimiliter dicatur,quòd lex finalis lo
quitur in pacto ſucceſſionis vniuerſalis,
quia reſpondeo,quòd immo etiam habet
20 locum in feudo particulari.vt Iſer.in c.1.
col.1.qui ſucc.tenea. & ita in feudis ar-
guit de d.l.fi. et partim de rationibus ſu-
pra relatis, ſubdens,quòd de rebus alie-
natis ſine voluntate eius,cuius ſunt, non
poteſt quicq̃ fieri. Et licèt Theodor' fue-
rit dñs Marchionatus, diſpoſuit tamen
de Marchionatu poſt eius mortem in p̃-
iudicium futurorum dñorū, qui non erāt
habituri, vt hæredes,prout multi habue-
runt præſertim Gulielmus, & Bonifacius
Ioannis Iacobi.

21 ¶Et prædicta ſunt eò magis vera,quia il-
lud pactum non eſt reciprocū, quia in e-
uentum,quòd Marchio, & nati, ſeu pro-
creati decederent ſine liberis; bene pro-
uiſum eſt,quòd Marchionatus cedat D.
Violantidæ. Sed inquantum ipſa dece-
deret ſine liberis,nō eſt prouiſum,q̃ Co-
mitatus modò Ducatus Sabau. vadat ad
Marchiones Montiſferrati. Data enim
hæc reciproca conuentione,de facili for-
tè poſſet dici,quòd verba præteriti tē po-
ris trahantur ad futura.ſm̃ Ang.quem re-
fert,& ſequitur Iaſ.in l.ſi pater puellæ, n.
5.C.de inoff.teſta.& idem Iaſ.in d.l. ſi ita
ſtipul.t°.§.cū ſtipulamur.col.2.ver.quar-
to notabiliter limita. ff. de verb. obl. vbi
etiā alleg.Bar.& al.os Sed in caſu noſtro
cū contractus claudicet,& nulla viciſſitu-
do interuenerit, apparet nullam ſubeſſe
rōnem, quòd tēpus præteritum trahatur
ad futura, præſertim contra regulas ſu-
praſcriptas:& licèt Iaſ.ibi ad dictam regu
lam commodet nonnullas limitationes,
nulla tñ eſt,quæ aliquid ſcrupuli faciat.

22 ¶Circa vnam tñ aliquid dicemus, ut oīs
via tollatur; dicit enim D.Iaſ.in d.§.cùm
ſtipulamur.col.2. verſ. tertio principali-
ter limita, quòd vbi verba præteriti tem-
poris non pñt verificari in præteritis, ue-
rificant̄ in futurū, puta ſi ſit mentio de d̄-
bito,& nullum erat debitum, verificatur
in debito conditionali; uel in diem, vt
latius per eum, poteſt etiam dari exem-
plum,ſi teſtator diceret,ſi filius meus de-
cederet ſine filijs ex corpore natis. Cùm
tunc nullos filios natos haberet,quòd ta-
li caſu debeat ſubaudiri dictio, tunc, vi-
delicet,tunc natos.

23 ¶Quia ad hoc reſponſio eſt facilis, quia
eo tp̃e Theodorus habebat Ioannem ei'
filium proculdubio tunc natum; & fortè
habebat etiā alios tam maſculos,q̃ fœmi-
nas,& fundanti ſe in fallentia contra re-
24 gulas, incumbit onus probandi.vt p Bar.
in l.2.col.1.ff.ſi quis in ius uoc.non ier. &
in l.quotiens.ff.ſi quis cau.per Abb. in c.
dilectus filius,il 1.col.1.de reſcrip. Item,
25 quia ſi ille numerus pluralis requirit plu
rium concurſus, hoc modo probatur in
caſu noſtro illos fuiſſe plures ex uerbis ip
ſorum contrahentiū,quæ ipſa pars aduer
ſa fatetur. Ex quo producit ipſum inſtru-
mentum,producendo enim, fatetur oīa
contenta

contenta in eo fuiſſe vera. gloſ. & ibi
Doct.in l.1.§.editiones.ff.de eden.
26 ¶Item,quatenus fuiſſet etiã ſolus Theo-
dorus,cum ſolo Ioanne filio, non dicitur
tunc caruiſſe liberis maſculis procreatis,
etiam,quòd haberet ſolùm Ioannem, d.
l.liberorum.§.dicimus quoq;.& ibi not.
Bart.& rationem adducit de hoc tex.in l.
non eſt ſine liberis.ff.eo.tit.vbi ſolus fili⁹
venit appellatione liberorum, quia hoc
nomine liberis,vtimur ſemper in plura-
li,non in ſingulari. Infinita poſſent ad-
duci,ſed neſcio ad quid,cũ iura ſint clara.
27 ¶Nec dicatur,q̃ in propoſito extet ver-
bum contingeret, quod eſt futuri tpis;
quia reſpondeo,q̃ illud verbum taxat il-
lud aliud tñ,videlicet,decedere,non aũt
perſonam Theodori,& filiorum natorũ,
cùm Theodorus tunc eſſet natus,& con-
traheret: vnde nihil futurum poteſt cõ-
ſiderari eius perſonæ reſpectu,ſed deceſ-
ſus tantũ. Propterea tale futurum tẽpus
non poteſt conſiderari vltra,q̃ oratio ta-
xet,vt dixit eleganter Bart.ad hoc ꝓpo-
ſitum,in d.l.ſi ita.col.2.verſ.quidam ad-
uocatus.ff.de auro,& argento lega.
¶Et ſanè quatenus hic articulus haberet
quid dubij,quo tamen omninò caret, tñ
28 hæc pars deberet amplecti. Primò, quia
interpretatio fit contra fundantem ſe in
verbis.l.veteribus.ff.de pact.
29 ¶Item ſecundò intelligendo,quòd illud
præteritum trahatur ad futurum, ſeque-
retur infinitas,quæ vitioſa ſolet reputari.
l.ſi quis vina.§.in aduerſione,ibi infinitã
cuſtodiam.ff.de peric.& cõmb.rei vend.
per Albericum.in autent. hoc ius porre-
ctum.C.de ſac.ſanc.Eccl.cum infinitis,q̃
adduci poſſent, quæ in huiuſmodi vul-
garibus frequenter omitto. Non præter-
mittam tamen hoc vnũ,quod ad euitan-
30 dum hanc infinitatem intelligitur gñalis
diſpoſitio,etiam futura tempora con-
cernens,de primis actibus tantum, non
autem ĩfinite. l.boues.§.hoc ſermone.ff.
de verb.ſign.l.1.ff.ad legem iuliam ma-
ieſt.l.dotis promiſſio.ff.de iure dotium.
Maximè in materia ſtricta per Alexan.
conſ.16.Breuiter in caſu præmiſſo. in 4.
vol. maximè,vt infinitas euitetur, ut per
Calca.qui multa bona dicit conſ.20. Iſta
quæſtio habet tria dubia.in 1.col. vbi di-
ctio,ſine hæredibus, intelligitur de pri-
mis,non de ſequentibus,allegat plura.
31 ¶Item & tertio,quia vna pars teſtamenti
declarat aliam,& ſequentia declarant ꝑ-
cedentia.l.ſi ſeruus plurium.in fi.ff.đ leg.
1. Actus enim ſubſequens præcedentem
voluntatẽ declarat.l.Iulianus. §. proinde
ff.ad maced. not.Soci.in conſ.160.col.3.
in fi.in 2.vol.qui adducit Roman.conſil.
470. Sed ſtatim contrahentes loquuntur
de filijs natis ex legittimo matrimonio,
32 conſequenter apparet,q̃ non habuerunt
reſpectum ad infinitatem; quia licèt libe-
rorũ appellatione veniant liberi in infini-
tum.l.liberorũ.in prin.vbi Bar.ff.de verb.
ſig.l.ſed,& ſi hac lege.§.liberos. ff. de in
ius voc.l.liberos.ff. de ſenato. tamen ſe-
33 cus eſt in verbo filijs, quorum appella-
tione ueniunt tantum filij primi gradus.
d.l.liberorum.vbi per Bar. l.quod ſi nepo
tes.ff.de teſta. tute. l. ſi quis ita. §. ſi quis
filio.ff.eo.de teſtamen.tute.
34 ¶Facit & quartò,quia verba inſtrumen-
ti ſunt per genitiuum cõcepta, videlicet;
Dñm Marchionem, vel eius liberos, &
cũ natura iſtius genitiui,eius, ſit ſaltem
gñaliter denotare dñium, vel poſſeſſio-
nem ſaltem aliquomodo, iuxtà illa mul-
ta,quæ de natura genitiui poſt alios ac-
cumulat D.Iaſ.in rub.ff.đ noui.oper.nũc.
Quare ob id ſequitur, q̃ debet intelligi
de illis liberis, qui erant eius Dñi Mar-
chionis; & ſic aliquo modo poſſidebãtur
propter patriam poteſtatem.Non potuit
enim ĩtelligere de Bonifacio vltimo, qui
nullo modo erat eius,quocunq; reſpectu,
cũ adhuc animal non eſſet; & ſic nõ erat
35 eius agnatus,nec cognatus,nec aliqũo at
tinens.l.1.§.ſed vbi natus.ff.vnde cogna
ti. ibi,quia neq; fuit proximus cognatus
ei,quo viuo nondum animal fuerit.ad q̃d
idem facit tex.in l.Titius.ff.de ſuis,& le-
gi.hære.& alius tex.in §. cùm autem. in-
ſtit.de hæred.quæ ab inteſt.
36 ¶Quinto facit,& iſtud poteſt eſſe funda-
mentum per ſe principale, quia contra-
hentes noluerunt,q̃ iſtud pactum exce-
deret tempus vitæ D.Violantidæ.Et licèt
in

in hoc differat contractus ab vltimis vo-
luntatibus; quia in iſtis, ſi legatarius de-
cedit pendente conditione, legatum effi-
ciatur caducũ. l. 1. §. ſin aũt ſub conditio-
ne. C. de cadu. tol. Et ſecus ſit in contra-
ctibus, in quibus ſpes conditionis trãſmit
titur in hęredem. §. ex cõditionali. inſtit.
de ver. obl. l. ſi quis Titius. & quod ibi not.
per Scrib. ff. eo. tamen in propoſito ex plu
ribus apparet, ꝙ non trãſmittitur. primò,
quia inductus eſt ordo, ꝙ apparet per il-
lud verbũ ſucceſſiuè, quod ſonat in ordi-
nem, quo ordine dato, ſi non habet locũ
primus, non ſuccedit etiã ſecũdus: vt ele-
ganter voluit Old. conſ. 177. Teſtator in
vltimo ſuo teſtamento, ſi dixit &c. Vbi ſi
inſtituto ſubſtituitur, & ſubſtituto ſimili-
ter, ſi ſecundus gradus nõ habuit effectũ,
ceſſat etiã tertius: rationem allegat, quia
prima ſubſtitutio fuit omninò inutilis.
Secunda ratio, quia conuentio conditio-
nalis non veſtit pactum; & quia videtur
abſurdum, ꝙ ſubſtitutus ſubſtituti plus
capiat, q̃ ſubſtitutus: hanc concluſionem
ẽt tenuit Io. And. in addit. ad Spec. in tit.
de teſta. §. in primis. refert & ſequitur A-
lex. conſ. 1. vbi diffuſè in 1. vol. Non con-
uenit igitur in propoſito, nec verba qua-
drant, ꝙ ſui ſucceſſiuè conſequãtur, quod
37 ipſa Violanda nunq̃ habuit, quia iſtud
non eſſet ſucceſſiuè habere. iuxtà l. 1. de
ſuc. edic. vbi ille dicitur habere bonorũ
poſſeſſionem per edictũ ſucceſſorium, qñ
primo loco competijt vni, quo recuſante
ex edicto prædicto, ſucceſſiuè venit alius,
vt habetur in multis locis in d. tit. Pro
38 qua re faciunt illa multa, quòd ceſſante
principali, ceſſat & acceſſorium, regula
acceſſoriũ. de reg. iur. in 6. l. cũ principalis.
ff. de reg. iur. per Bal. in l. ex teſtamẽti. C.
de fideicom. ꝑ Bar. in l. qđ meo. ff. de ac-
quir. poſs. per Doct. in infinitis locis. Itẽ
ad idem propoſitum faciunt alia verba,
39 videlicet; in augumentum, & ex cã dotis
dictæ D. Violandæ. Quare, cũ dos propriè
ſit durãte matrimonio. l. 3. ff. de iure dot.
& dos ordinatur propter onera mr̃imo-
40 nij. l. ſi ſeruo. in fin. ff. de iure dot. Item
cũ dos non ſit propriè dos in ꝑſonis hæ-
redum, in quos non tranſeunt omnia pri-
uilegia dotis, ut per Bar. & alios, in l. 1. ff.
de ſolu. matr. Sequitur, ꝙ talia verba non
conueniunt hæredibus D. Violandæ, li-
41 mitata enim cã parit limitatum effectũ,
& declarat mentem diſponentium. l. cũ
pater. §. dulciſſimis. vbi gloſ. Bar. & alij. ff.
de lega. 2. & dixit Bal. in l. ſeruus legatus.
§. qui quinq;. ff. de leg. 1. quòd ratio adiũ-
42 cta facit, ꝙ recedamus à propria ſignifi-
catione verborum præcedentium: quod
dictum dicit pulchrũ, & notandum Iaſ.
in l. planè. §. ſi eadem. n. 5. de lega. 1. Et ſic
apparet, quòd Theodorus paciſcendo,
non intellexit de liberis in infinitum; cũ
hoc ſit impoſſibile ꝑpter limitatam vi-
tam Violandæ.

43 ¶ Nec rõnes deficiunt, quia Theodorus
habebat notam conditionem filiæ, đ qua
potuit fortè habuiſſe notitiam, quòd non
eſſet machinatura, nec contra eum, qui
erat pater, nec contra fratrem, uel alios,
quæ ratio ceſſat in deſcendentibus, eo ꝙ
fides, ſicut induſtria non tranſit ad hære-
des, vt eleganter dixit de induſtria Bal.
poſt Cy. in l. quiſquis. C. de epiſc. & cler.
quod dicit notandũ Felyn. in c. in pñtia.
col. mihi 19. de proba. Et maximè in fœ-
mina, quæ non ꝑſumitur ita prompta ad
offendendum, ſicut maſculus, vt docet
experientia, de qua atteſtantur moderni
Bonoñ. in conſ. 85. in fi. & ſic hoc caſu nõ
eſt adeò contra bonos mores, prout eſſet
abſolutè, & indiſtinctè intelligendo de
liberis Theodori, & de liberis Violandæ
in infinitum.

44 ¶ Non omitto vnũ, quod non intẽdo de-
cidere, ſed relinquere cogitandũ, eo, ꝙ
non habeo deciſiones claras, nec etiam
proximas ad hoc, dixi ſup. ꝙ ex contra-
ctu conditionali tranſmittitur ſpes ad hæ-
redes. d. §. ex conditionali. ſed iſte nõ eſt
caſus noſter. Feuda enim non tranſmit-
tuntur ad hęredes præſertim tanq̃ ad hę-
redes, etiã quòd aliquando neceſſariò đ-
berent eſſe hæredes. vt dixit Pau. de Ca.
in l. ſi quis filium. col. 2. C. de inoff. teſta.
allegat Bart. in l. vt iuriſiurandi. §. ſi libe-
ri. ff. de oper. liber. Sed tranſmittuntur ad
deſcendentes, vt potè compræhenſos in
inueſtitura. Quæſtio igitur noſtra eſt di-
uerſa,

uerſa, videlicet an illa ſpes, quæ oritur ex contractu conditionali, quæ trāſmittitur ad hæredes per mortē ſtipulantis, conditione pendente tranſmittatur ad deſcēdentes, qui non accipiunt illud feudum, tanq̄ hæredes, ſed tanq̄ compræhenſi in diſpoſitione feudali.

¶Concludo igitur inſtrumentū nouiter productum, de quo ſup. in aliquo nō habere obeſſe iuribus Illuſt. Dñorum Ducis, & Duciſſæ Mantuæ, in Marchionatu Montisferrati, & in reliquis (his omiſſis) remitto me ad conſilia tam mea, quàm Illuſt. & Magnific. Dñorum Conſultorum; quorum iudicio etiam hæc præſentia noſtra ſcripta committo.

45 ¶Et fortè nō eſſet extra propoſitum tangere, an etiā pactum antedictum nō valuerit ex eo, videlicet, propter prohibitionem alienationis factam per Erinam, quę in conceſſione Marchionatus per eā facta Theodoro filio, prohibuit illius alie-
46 nationem, hæc enim Erina fuit ita vocata à Græcis, & erat Grecorū Imperatrix, & fuit ſoror Ioannis Saxoni, in quo defecit linea Saxona, & fuit ab eo inſtituta, ſeu ſubſtituta; & hæc eadem apud latinos fuit vocata Violantides, & gaudebat, dū eſſet apud Græcos hoc nomine Erina, quaſi vt vulgariter nos Itali dicimus Madonina, delectabatur enim, quia pia, & humilis iſtis nominibus diminutiuis, vt ex pluribus potui compræhendere. relinquo tamen iſtā expoſitionem dicti diminutiui nominis, ſi qua alia eſt verior, interpretationi cuiuſcunq; ſapientis. Nullum enim authorē habeo de hoc. Iſta .n. in conceſſione Marchionatus fecit prohibitionem alienationis.

Iterum Dominus addit.

47 Conſului diebus præteritis conceſſionem factā per Maximilianū Illuſt. Duci Sabau. nullo pacto obeſſe bonis iuribus Illuſt. DD. meorum Ducis, & Duciſſæ Mant. In quo etiā cōſilio dixi, q̄ idem Dux Sabau. prætendit & dicit (licet adhuc non produxerit) habere ſimilem approbationē præſentis Caroli Imperatoris inuictiſſimi, cui conceſſioni, vel quibus (ni fallor) fuit ſufficienter rñſum, & pro hmōi reſponſionibus remitto me ad antedictum conſiliū, quod in aliquo hic repetere non intendo, nec etiā aliqua adducta per Excell. Conſultores; quia idem per idem replicare non intendo, nec longitudo materiæ, ac pariter infinitas ſcriptorum patiuntur, vt pluries repetita placeant.

¶Verū, quia vnus ex noſtris nimio amore accenſus, ac ſui ingenij acuitate ꝑclarus non ceſsat quotidie quærere, quid Illuſt. Dñis Ducibus poſſit nocere, vt reſpōdeat, & præparatus continuô ſit ad reſpōdendum. Mouet dubium contra prædictos D. Ducem, & Duciſsam, ac quippe ſubtili forma.

¶Quæ talis eſt, Carolus (vt aiunt) & ſalua ſemper veritate, ante inueſtituram conceſsam prædictis Illuſt. Ducibus approbauit donationem Ioan. Iac. Amadeo factam; & idem intelligo, ſi ēt approbaſset illud pactum, de quo ſup. quare cùm ipſe Carolus non poſset contrauenire, ergo nec Illuſt. Duces pñt, inquantum habent cauſam ab eodem Inuictiſſimo Carolo, & hoc ſuum dubiū fortificatur rationib⁹,
48 & auctoritatibus. Rationibus quidē, quia quod ſemel placuit non poteſt ampliùs diſplicere, regula quod ſemel. de reg. iur. in 6. Item alia regula, nemo pluris in aliū poteſt conferre, q̄ ſibi competat, hinc alia regula: nemo dat quod non habet. l. traditio. ff. de acquir. rerum dom. Auctoritate quidem ſententiæ ſenatus Regij,
49 quam refert Matth. de Afflict. deciſio. 112. Inter D. Lauram &c. col. 3. ver. & tanto magis. vbi fiſcus conſenſit alienationi cuiuſdam feudi; et propterea ſequitur, quòd non poteſt contradicere. Si ergo fiſcus nihil poſset dicere contra dictū Gaſparem, ergo nec habens cauſam à fiſco; circa quod dictum Matth. multa dicit ibi, ad quem me remitto. Quum igitur in propoſito Cæſar conſenſerit, non poteſt ampliùs diſſentire, nec pariter habens cauſam ab eo.

50 ¶Hoc tamen non obſtante in contrariū, in caſu noſtro eſt veritas. Et ultra adducta in dicto meo conſilio, in quo ſufficienter rñdi, aliter etiam, & ſpecialiùs reſpondeo,

deo;& caſum noſtrũ in valde fortioribus
terminis decidit Aud. de Iſer. in c. 1. in
prin.col.8.ver. Itẽ quod ſi Titius.de pro-
hib.feu.aliena.per Feder.dixit enĩ Iſer.ꝙ
ſi Titius vendidit feudũ ſine cõſenſu do-
mini,& demũ mortuus eſt,poſt cuius Ti-
tij mortem dñs conſenſit, quærit: an talis
cõſenſus valeat,& reſpondet indiſtinctè,
quòd nõ,quia tale feudum, vel deuoluet
ad filios,ſeu agnatos,vel deuoluet, quod
eſt plus,ad ipſum dominũ,& quo ad filiũ,
vel agnatum non valet,quia ſtatim mor-
tuo Titio,dominiũ illud vtile,quod Titius
non potuit traſferre in emptorẽ, quia cõ-
tractus fuit nullus,deſcendit ad agnatos;
quia ſi feudum erat paternũ, dñs confir-
mando non tollit,quod eſt agnati,vel fi-
lij, maximè quando non eſt hæres. Et
ſubdit,ꝙ immò ſi eſt hæres, quia dñium
ſtatim continuatum,& tranſlatum eſt in
quemlibet hæredem,quod confirmatur
inutiliter, quia non eſt alienantis eo tẽ-
pore,quo fit confirmatio: & ſequitur I-
ſer.& ſic aggreditur ſecundum caput,de
quo ſup. Si verò per mortem Titij feudũ
aperitur dño, quia nouum, vel quia non
habet agnatos, et idem concludit, quòd
emptor, cui conſenſit dñs pòſt mortem
venditoris, nõ poteſt habere,quinimmo
ipſe dñs conſequitur, non obſtante eius
priori conſenſu; eo quod feudũ ſit deuo-
lutum ad dñm;& mouetur rationibus in-
fraſcriptis. Primò, quia dñs non cogita-
uit per eius confirmationem dare quod
ſuũ eſt; ſed cogitauit tantum dare, quod
erat Titij mortui, quod ad ſe reuerſum
eſt,& ſubdit,iniquum eſt enim perimi,
quòd non docetur cogitatum, niſi dñus
ſciret,quando confirmat. ſequitur Iſern.
ſed nec tunc præiudicat, & ſic diſcedit
ab hoc vltimo, dicens vt ſup. Sed nec
tunc præiudicat,quia, quod ſuum erat,
non donauit,& quod fuerat alienum per
talem confirmationem non contulit. &
ſic,quod potuit dare, ſcilicet ſuum non
fecit, & quod voluit dare confirmando,
51 quod fuerat Titij,non potuit.Et ſequitur
debent enim verba eſſe talia, quæ ſigni-
ficent cauſam apertam,& titulũ transfe-
rendi dominiũ; hucuſq; ſententia Iſern.

¶ Stante igitur ſupraſcripta doctrina,vi-
dendũ eſt,quod ad propoſitum inferatur
ex ea; Et primò dum dicit, ꝙ conſenſus
poſt mortem alienantis eſt nullus, ſi ex-
tãt filij,& agnati,facit ad propoſitum no-
ſtrũ: quia Ioã.Iaco.& Ioãnes filius cõſen-
tiendo fuerunt illi,qui alienarunt. Vnde
cõſenſus Maximiliani,& Caroli adhibiti
alienationi factæ per Io. Iaco. feudo iam
acquiſito Bonifacio iuniori, & Io. Geor-
gio vltimo, facit,ꝙ talis cõſenſus eſt nul-
lus.Quare actus nullus non obligat faciẽ-
tem, & iſdem faciẽs poteſt cõtrauenire.
glo.Bal. & Sali. per illũ text.in.l.1. C. de
lib.cau.per Fede.de Senis in conſil. 172.
quẽ refert,& ſequitur Imo.in c.cum con-
tingat.de iureiur.prout refert Iaſ.ĩ l ſi do
natione.col.pe. ver. ego addo plus. C. de
col.vbi vult, ꝙ facto proprio ẽt iuramẽto
valato,quilibet poteſt contrauenire,ſi ta-
le factum eſt contra ius.

¶ Dum ſequitur Iſer. ꝙ vbi feudũ eſt no-
uum,& nulli extant filij, vel eſt antiquũ,
& nulli extant agnati,ꝙ adhuc conſenti-
endo dñs non cenſet̃ preiudicare in iuri-
bus ſibi acquiſitis,niſi hoc explicitiſſimè
dixerit quod vltimum non eſt factum in
propoſito,immo fortè,vt puto, nihil factũ
eſt. Et ita pro certo credo, quia ſicut pro-
duxerunt agentes Ducis Sabau. conſen-
ſum Maximiliani, ita & produxiſſent i-
ſtum conſenſum.Sed quicquid ſit,Impe-
rator cõſentiendo cenſet̃ conſentire re-
ſpectu iuriũ Ioãnis Iacobi tantũ,non autẽ
ſuipſius,videl.deuolutionis obuentę,vel
obueniẽdę,niſi id explicitiſſimè dixiſſet.
Et iſtud,inquantũ nõ ſit fcã iſta explicitiſ-
ſima declaratio, ponit, vt vtar verbis And.
Sicul. gladium ad radicem.

52 ¶ Nec dicat̃ ꝙ immo conſenſus dñi tra-
hit̃ ẽt ad futura: quia, ſi quis vendit cum
conſenſu domini, & moriatur ſine filijs,
non attenditur ampliùs eius perſona, ſed
emptoris,quia reſpondeo;quòd iſtud ve-
nir in conſequentiam. Conſentit enim,
quòd iura venditoris transferantur in
emptorem, iura autem venditoris erant,
quòd ſi decederet ſine filijs, feudum
reuertatur ad dominum: quia ſimilia iu-
ra tranferuntur in emptorem.Vnde quia

poſſibile eſt, quòd emptor decedat ſine filijs, & venditor cum filijs. Sicut, & è contra, nimirum ſi facilè præſumitur hęc mutua fortuna conſiderata, cùm ſit modici præiudicij. iuxtà pulchrum text. in L. de fideicom. C. de tranſac. Vbi partes nõ
53 dicuntur lædi, ſi mutuum fideicommiſſum remittitur, quia ratione temporis contractus non poteſt ſciri, cui habeat ꝓdeſſe, vel nocere. Vnde in propoſito non eſt conueniens in damnum domini, ꝙ conſenſus non valeat in præiudicium agnatorum, qui non conſentiunt, & valeat in præiudicium ipſius domini; quem non conſtat hac de cauſa motum, vt ſibi ſolùm præiudicet. Et ceſſante quod eſt principale, ceſſat proculdubio quod eſt acceſſorium. regula acceſſorium, de reg. iur. in 6. Et dixi in articulo examinato ſuper inſtrumento dotali.

54 ¶ Sequitur, & aliud ex eadem doctrina Iſer. Si enim voluit, ꝙ Imperator, cui tempore conſenſus erat deuolutum feudũ, non præſumitur voluiſſe in iuribus ſuis iam deuolutis; & de quibus liberè poterat diſponere ex regula in re ſuâ &c. iuxtà l. in re mandata. C. mandati. & in l. nõ vſque adeo. ff. ſi quis à parẽ. fuc. manu. ſibi præiudicaſse; quanto minus præſumendũ eſt, quòd voluerit ſibi præiudicare in iuribus, in futurum deuoluendis, quibus futuris difficiliùs præiudicatur, q̃ præteritis, vel præſentibus; iuxta plenè not. in l. 1. C. de pac. & in l. ſi ita ſcriptũ. §. ſi ſub conditione. ff. de leg. 2. & in l. his, qui hæres. §. qui ſuperſtitis. de acquir. hæred.

55 ¶ Plus dicit, quòd quatenus verba conſenſus fuiſsent explicita, & clara apta ad caſũ, qui ſucceſſit, quòd adhuc talia verba non nocent, eo, quòd ſunt nulla. Et primò quantum eſt reſpectu conſenſus Maximiliani, quia viuo eo, non euenit caſus, quòd iura fuerint ipſi applicata, cũ ſuperuixerit Bonifacius, & demum Ioannem Georg. reſpectu vero Caroli moderni Inuictiſſimi Imperatoris, adhuc non valent reſpectu iurium deuolutorũ, quia conſenſus, & declaratio non fuit facta ſub conditione, ſi & quando deceſſerint Paleologi ſine filijs, prout ſunt iura aperta, videlicet tex. in c. 1. qui ſuc. tene. & in c. 1. qui ſucceſ. feud. dar. tene. & ibi planè per Doct.

¶ Præfatis ſic breuiter præſuppoſitis pro fundanda intentione noſtra; reſtat ſolũ reſpõdere ad adducta ĩ oppoſitum, & tàm reſpectu rationum, quàm reſpectu auctoritatis.

56 ¶ Et ad illud, quod dicitur, quòd ſemel placuit &c. dicitur, quòd iſtud nunq̃ placuit, quia voluit conſentire reſpectu iuriũ Marchionis Ioan. Iac. non ſuorum propriorum; cùm verba non ſint explicita ad
57 hoc. Item & dicitur, quod ſemel placuit; intelligitur ſi validè placuit, quòd nõ eſt in propoſito per ſupraſcriptam auctoritatem Iſer. & per d. c. 1. qui ſucceſſ. &c.

58 ¶ Ad aliam regulam, dum dicitur nemo plus iuris poteſt in alium transferri &c. Reſpondetur, quòd illius iuris, quod dedit Imperator Illuſt. Dñis Ducibus Mãt. nihil tranſtulerat Imperator in Ducem Sabaud. voluit enim Imperator, licèt non potuerit, transferre iura Ioan. Iacobi in Ducem Sabau. & non potuit; cùm bona illa iam eſſent per deſcendentes occupata, & reuocata ẽt per Federicũ. Non autẽ voluit transferre in dictum Ducem Sabau. ſuam deuolutionem, quam voluit, & potuit trãsferre in Illuſtr. Dños Ducem, & Duciſſam Mant. cùm ſeruauerit conditionem tex. in d. c. 1. qui ſucceſ. &c.

¶ Et ſic etiam paret reſponſum ad aliam regulam, nemo dat, quod non habet, cũ immò ex ſupraſcriptis appareat, quod habuerit.

59 ¶ Maior difficultas videtur eſſe in reſpõdendo authoritati Regiæ deciſionis relatæ per Matthæum de Afflict. num. 112. Et primò, inquantum contradiceret prędictis, non eſſet peccatum mortale illam inficiari, & dicere ſtantibus prædictis, eã non eſſe veram; tamen illam veram eſſe credo in terminis tamen, quibus loquitur, illi enim ſupponitur illud feudum fuiſſe nouum; & patrẽ, qui fuit cauſa feudi, potuiſſe de illo diſponere cum conſenſu domini, non obſtante, quòd filius contradixiſſet, prout voluit etiã Iſern. & poſt

cum

cum Aluar.in c.1.col.5.ver. quæro nunquid feudum nouũ.de aliena.feud.pater. & multò magis illo tacente,&non reclamante. Vnde cũ conſenſus dñi plene valuerit,conſenſum ſuum meritò non potuit fiſcus,& ſic dñs reuocare. Ergo nec hñs cauſam ab eo,quia,vt dixi,nõ eſt difficile creditu, q. conſentiens venditori voluerit nõ ampliùs attendi eius lineam, ſed lineam emptoris, quia ita poteſt emptor ſine filijs decedere, ſicut venditor; vnde talis reciproca diſpoſitio tollit intereſſe Cæſaris per ſupradictam allegatam l.de fideicom.C.de tranſac. hinc eſt, qđ dicit Iaſ.in l.3.n.33.C.de iure emphy.q facta inueſtitura nouo vaſallo, non amplius attenditur linea antiqui, ſed noui; quia vtraq; via poteſt contingere deuolutio. Sed in caſu noſtro ſecus, quia non poteſt attendi linea Ducis Sabaud. cùm nullũ ius fuerit illi acquiſitum. Neceſſaria eſt igitur,q attendatur linea antiqua, & ſic Paleologorũ,& alias eſſet Imperator valde defraudatus,quia ſi contingeret deficere lineam Paleologorũ, Imperator excluderetur propter conſenſũ. Si verò deficeret linea Sabau.excluderetur pariter,quia conſenſus non tenuit: vnde vt eſſet aperta via Imperatori,neceſſe eſſet vtranq; lineam deficere.

60 ¶Plus dico,q forte illa deciſio poſſet etiam procedere in fortioribus terminis,quàm dixerim ſup.videlicet; ſi feudum fuiſſet antiquũ alienatum cum conſenſu dñi, & mortuo alienãte ille agnatus,ad quẽ ſpectabat feudum,tacuiſſet, & paſſus fuiſſet emptorem poſſidere; quo caſu quouſq; non apparuerit agnatum nolle reuocare feudum,conſenſus dñi non perit, immò quouſq; non fuerit actus reuocatus ab agnato,dñs non poteſt reuocare.vt p Luc. de Penna.in l.nulli. C. de fun. patri. lib. 11.quem refert,& ſequit Matth.de Afflict.in c.imperialem.ver.16.n.37. de ꝓhib.feu.alie.per Fede. Cùm igit agnatus certo tempore non contradicens videat conſentire alienationi factæ, cum cõſenſu dñi.c.1.§.Titius.ſi de feu.fue. controu. inter dom.& agn.ubi Aluar.& alij, & in c.2.in fin.ſi de inueſt.inter dom.&vaſ.litoria. Conſenſus agnati reddit contractum validum, vt in locis proximè allegatis. Et ſic non eſt mirum ſi caſu illo dñs non potuiſſet contradicere, & minus habens cauſam ab eo. Sed in propoſito conſenſus fuit nullus propter mortẽ Io.Iac.alienantis.Item filij,ſeu deſcendẽtes eius explicitè,& clarè contradixerũt; propterea nimirum, ſi deciſio ante allegata nihil facit ad propoſitum.

61 ¶Præterea reſponſio noſtra ad dictam Regij Senatus deciſionẽ reddetur adhuc magis clara,eo,q cũ dicta deciſio alleget multas authoritates,credendum eſt talẽ fuiſſe intelligentiam Regij Senatus,qualem oſtendunt allegationes,& auctoritates alleg.iuxtà doctr.Bar.in l.non ſolùm. §.liberationis verba.ff.de lib.leg.

62 ¶Allegat primò And.de Iſer. in c.1. qui ſucc.ten.ubi nihil aliud vult, niſi, q data licentia vendendi per dñm,non attendit ampliùs,quo ad deuolutionem,lineã venditoris, ſed emptoris: Sed vbi venditio non tenet, quocunque iure id contingat,non dicit Iſer.q non attẽdatur linea venditoris. Nam Andr. de Iſer. loquens de conſenſu,debet intelligi de valido,nõ de inualido.l.non putauit. §.non quæuis. ff.de contratab.l.1.§.quondam natũ.ff. de re iud.& nullum verbum in propoſito dicit de inualido,prout loquitur in loco per me ſup.alleg.videlicet in c.1.de prohib. feu. alien.per Feder.

63 ¶Allegat etiã eundẽ Iſern.in c. & ſi clientulus.de alie.feu.qui nihil plus dicit, quã dixerit etiam ſup. & in c.1. qui ſucc. ten. loquitur enim quando conſenſus ſimplr tenet,quia tali caſu dñus præſumitur voluiſſe,q feudum ſit apud ementem , put erat apud vendentem: quo caſu tractat de modico præiudicio dñi,cùm ita poſſit contingere vnus caſus,ſicut alius,per d.l. cùm de fideic.

¶Allegat etiam Iſer.in multa alia loca , q nihil faciunt,vbi conſenſus dñi non valet, nec habuit effectũ,prout eſt caſus noſter.

¶Allegat etiam Pet.de Anchar. in conſ. 62.Motiua iudicis.in prin.vbi alleg. tex. in c.1.de iur.pat.in 6.q.qui Pet.de Anch. nihil aliud dicit,q etiam dixerit Iſern.in

locis ſup. alleg. allegat etiam Bal. in l. dotalem. ff. ſolut. mat. Et inducit eius dicta, quæ incidunt in idem.

¶ Concluſio igitur ſupraſcriptorum eſt, ꝙ conſenſus dñi validus facit, vt attendat linea acquirentis, non alienantis; quæ deciſiones faciunt ad propoſitum dictæ Regiæ deciſionis ibi, eò ꝙ feudum erat nouum; & vltra hoc filius tacuit. Propterea ſequitur ſua concluſio, ꝙ attẽditur linea acquirentis, non alienantis, ex quo etiam ſequitur, ꝙ ibi dñs non poterat contrauenire, eo, ꝙ actus ſuus fuerat valid⁹, ex quo ſequitur etiam, quòd ſi dñs non poteſt cõtrauenire, pariter nec habens cauſam ab eo poteſt; & per conſequens illa mulier in caſu illo meritò fuit excluſa.

¶ Sed caſus noſter eſt valde diuerſus, quia cùm conſenſus non tenuerit, attenditur propterea linea alienantis, non recipientis; vt per Iſer. vbi ſupra, nec præſumitur, quòd Imperator iuri ſuo præſertim de futuro præiudicare voluerit, niſi verba fuiſſent adeò explicita, quòd alium ſenſum habere non poſſent.

¶ Ita, vt ſupra conſultum, & concluſũ eſt, dico, & conſulo iuris eſſe, Ego Nicol. Aliprand. Iur. V. Doct. Ducalis Mant. Senator, ſaluo ſemper ſaniori iudicio rectiùs ſentientis, & in fidem præmiſſorum manu propria ſubſcripſi, & ſolito ſigillo muniui.

CONSILIVM, SEV RESPONSIONES Excell. D. Nicolai Aliprandi ad quædam dubia, In ordine trigeſimum.

DOMINVS ADSIT.

1 DVBIVM facere videtur pro Illuſt. Duce Sabau. contra Illuſt. Dños Ducem, & Duciſſam Mant. pactũ, quod fecit Theodorus primus, in nuptijs Violandæ eius filię, quod fuit talis forme, videlicet, quòd deficientibus eius Theodori deſcendentibus maſculis, feudũ tráſiret ad Violandam, & eius deſcẽdẽtes, inter quos eſt modernus Carolus Dux Sabau. Quare cũ feudum conſequutum per Theodorum ab Henrico Imperatore, & eius inueſtitura, fuerit pro ſe, & hæredibus. vt patet inueſtitura ipſa: propte-
2 rea videtur, ꝙ tanq̃ hæreditarium nõ poſſit in quemq̃ tranſire, niſi ſit hæres. vt p Bar. in l. vt iuſiurandi. §. ſi liberi. ff. de op. lib. per Alex. conſ. 19. in 6. vol. per Cur. in trac. feu. car. 8. col. 2. ver. 4. ſub hac ſpecie, per Deci. conſ. 185. col. 3. in prin. & in quã
3 plutibus alijs conſilijs. Propterea nõ poſſit hæres infringere factum defuncti. l. cũ à matre. C. de rei ven. Item cũ ipſe Theodorus fuerit primus inueſtitus, habuiſſe videtur facultatem diſponendi de feudo, in quos uoluerit; quia qui fuit prima cauſa feudi, poteſt vendere, & alienare in p̃iudicium ſuorũ deſcendentium, etiã explicitè compræhenſorum in inueſtitura; prout voluit And. de Iſer. & poſt eũ Alua. in c. 1. de alie. feu. pat. per Cur. cõſ. 82. Capio primũ. circa princ. vbi latè diſtinguit.

¶ Iſtis tamen non obſtantibus, in contrarium eſt veritas, quod ſatis probatur eo, ꝙ cũ in inueſtitura facta Theodoro, p ſe, & hæredibus, non cenſetur facta pro hæ-
4 redibus abſolutè, ſed pro hæredibus deſcendentibus maſculis tm̃. c. 1. §. & ſi cliẽtulus. de alie. feu. & ibi hoc no. Alua. in 3. col. vet. nota ex iſto text. vbi dicit. ꝙ appellatione hæredũ in feudis veniunt maſculi tantum, & maſculorũ deſcendentes. adducit etiam text. in c. 2. in fi. de lege Cotra. per Bal. in c. 1. de eo, qui ſibi, & hæred. ſuis maſc. & fœm. multa iura, & auctoritates adducit ad hoc Alex. in conſ. 3. q̃m omne datum. col. 1. uer. & primo. in 1. uol. & inter cętera. alleg. Bar. & alios, in l. Gallus. §. etiam ſi parente. ff. de lib. & poſth. nec deficiunt ad hoc infinita cõſilia Doctorum,

ctorum,præſertim moderniorũ Deci. cõſ. 208. Ad clariorẽ.col.4.circa med. 2. part. per Bru.conſ.18.In cauſa vertente. col.3. ver.3.I iſtis feudis, in quibus locis multa, & infinita allegantur ad hoc,& iſta eſt vna maxima in materia feudorum.

5 ¶Immò,quod eſt plus,nedũ in feudis appſone hæredum veniunt maſculi tantũ; immò etiam ſi diceretur, quorũcunq; hæredum,quia adhuc in tali feudorum materia intelligitur de maſculis ex linea maſculina deſcendentibus.ſm Bal.in l.cũ virum.C.de fideico.col.vlt. vt refert Deci. conſ.193.Et pro tenui.col. pen.in princ. ſequitur Bru.in d.conſ.18.col.3. ver.3. in iſtis. latè ꝓſequitur Iaſ.in vſib.feu. n. 46. & ſeq.quod tñ vltimum non eſt ſine multa difficultate: & quã nunc non decido, cùm multi ſint contradictores, & non ſit caſus noſter.

6 ¶Stante igitur hoc præſuppoſito,res nullam difficultatem habet, eo ꝙ cũ Violanda fuerit mulier, propterea nec ipſa, nec eius deſcendentes fuerunt compræhenſi in inueſtitura; & propterea vel feudum fuerit hæreditarium,vel non hęreditariũ, & nunc aggredior partem dubij quod dicitur de hæreditario: nullo pacto Violanda,vel eius hæredes fuerunt capaces. Adhuc enim non ſuperuenerat inueſtitura Caroli quarti,quæ mulieres admiſit, fuit enim conceſſa Ioanni ſecundo, qui fuit filius Theodori primi,& frater dictæ Violandæ. Cũ igitur non fuerit compræhenſa Violanda in inueſtitura,ipſa dicitur extranea,nec quoquo modo capax feudi, ẽt ꝙ fuerit nouum in perſona Theodori. vt clarè volunt Bart.& Alex.in l. ſi patroni. vbi Alexan.in col. ver.ſed ſi quærimus. ff. ad Treb. & idem Alex. qui latiùs loquitur in eo loco, col. pen.ver.ſed tenendo; vbi feudum an tranſeat in fideicommiſſarium,vel ne,quæritur,an fideicommiſſarius ſit de compræhenſis, vel ne: & ſi non eſt de compræhenſis,non eſt dubium,ꝙ diſpoſitio eſt inutilis reſpectu ſubiecti inutilis.& Iaſ.dixit ita communiter teneri in vſibus feudo.n.46. vbi enim ille,in quem diſponitur,non eſt de compꝛhenſis in inueſtitura, clarè concluditur, quòd diſpoſitio non valet,quia nõ eſt capax ille,in quem transfertur; & ꝓpterea non immeritò diſputatur ibi, an ſi feudũ eſt pro hæredibus quibuſcunq;, tali caſu poſſit relinqui cuicunq; extraneo, tanquã quòd feudũ illud ſit tranſitorium ad quoſcunq;; in qua re ſunt variæ opiniones,vt dixi ſup. & pro hoc eſt tex. clarus, in c.imperialem.de prohib.feu.alien.per Feder.vbi extra compræhenſos in inueſtitura,non fit alienatio inconſulto ſuperiore dño; & propterea Calca.conſ.73.n. 9.dixit,quòd feudum non poteſt alienari,nec etiã per fideicommiſſum concedi duplici reſpectu,& præiudicij agnatorũ, & dñi; & ſic licet Theodorus potuerit pꝛiudicare deſcendentibus hæredibus per d.l.cùm à matre.& quia feudum nouum;

7 non potuit tamen præiudicare dño, qui non eſt hæres, & cuius conſenſus indiſtinctè requiritur,etiam ſi ſit nouum; & ſic clarè patet,quòd non diſtinguitur, an feudũ ſit hæreditarium,vel non hæreditariũ,quantum eſt reſpectu cõſenſus dñi; quia omni caſu requiritur d.c. imperialẽ. & ita clarè voluit Iſer.in c.1.in princ. de alien.feu.pat.quem refert,& ſequitur Aluar.ibi,col.pen.ver. quæro nunquid feudum nouũ,vbi uoluerunt,quòd ſub quacunq; forma fuerit conceptum feudum, ſi eſt nouũ,quòd poteſt alienari in præiudicium compræhenſorum; ſi tamen & quatenus accedat conſenſus dñi, & non aliter,qui conſenſus in propoſito nõ interuenit: quæ concluſio eſt plana, & illã ſequitur Cur. ſeni. conſ.82.col.2.ver. & in hoc paſſu.& Alex.conſ.28.col.1.& pẽ. in 5.uol.cũ multis adductis per Matth.de Afflic.in deciſ.Regni,deciſ.112.col.3.

8 ¶Plus dicitur,quòd ex alio id non eſt neceſſarium,eo,quòd tunc quæreremus cõdigne de hoc articulo,vbi Illuſt. Duciſſa Mãt.ſuccedret ſolo iure inueſt. Theod. quæ tñ ſuccedit ipſa,& Illuſtr.eius Coniux iure inueſtituræ habitæ ab Inuictiſ. Carolo Moder.Imperatore,ad quem feudũ Marchionatus erat deuolutum; quare ſequeſtrata etiam inueſtitura Illuſtr. Dñorum Ducum Mant. ſi quidem per Ducem Sabau. fuiſſet petitus Marchionatus

natis ille à dicto Carolo Inuictiſſimo, cui feudum erat deuolutũ; ſiquidẽ Dux Sabau. allegaret hoc feudum fuiſſe hæreditarium, Carolus replicaſſet: Quid habeo ego cum hæreditate Bonifacij vltimi, nõ habeo enim vt hæres, ſed tanq̃ deuolutũ, quare eodem iure vti poſſunt Illuſt. iugales, & Duces Mant., ſucceſſor enim vtitur iure reali ſui auctoris. l. forma. §. q̃q̃. de cẽſi. l. actionũ genera. §. 1. ff. de actio. & obli. glo. in l. frater à fratre. ff. de condit. indeb & hoc eſt adeò clarum, vt nihil poſſit in contrarium adduci, niſi fallor.

9 ¶ Adhuc dicitur, quòd inquantum Illuſ. Duciſſa veniret tanq̃ hæres q. Illuſt. Dñi Ioan. Georg. eius patrui, vel tanq̃ hæres q. Gulielmi eius patris, uel etiam tanq̃ hæres Bonifacij. q. eius fratris, quòd adhuc dicta inueſtitura Henrici conceſſa Theodoro primo nullius eſt conſiderationis, ſtante repudiatione hæreditatis facta per Gulielmum, & Bonifaciũ fratres filij q. Ioan. Iac. qui tñ Gulielmus, & Bonifaci⁹ fuerũt ab Imperatore Federico inueſtiti.

10 ¶ Poteſt, & probabiliter inficiari, quod dicitur in dubijs, videlicet, ꝙ in Theodoro, Marchionatus erat feudum nouũ, eo ꝙ prius erat deuolntum ad Imperatorem, vt idem Imperator aſſerit; quia immò Imperator voluit illud feudum eſſe antiquũ, prout colligitur ex pluribus verbis inueſtituræ, ibi, in antiquum, auitum, & proauitũ feudum; nec fortè dixit paternum, quia noluit, vt haberet tanq̃ filius Andronici Imperatoris græcorum mariti Erinę, & patris Theodori. Hæc autem verba, in antiquũ auitum &c. Probant feudum eſſe antiquũ, & in quantum clarè eſſet nouum, quòd ſaltem habeat naturam antiqui. ſm̃ Alua. in c. 1. col. pen. ver. quid ſi dẽ feudum. de vaſ. decrep. æta. quod idẽ voluit Bal. in prælud. feu. circa fi. pen. car. in ver. tertia dubitatio. de quo facit mentionem Alex. conſ. 10. Ponderatis his. col. 1. ver. quia ad hoc. in 3. vol. vbi talia verba probant feudum eſſe antiquũ, ſi perſona talia proferens non eſt ſuſpecta. adducit etiam Iac. de Bel. in d. c. 1. de vaſ. decrep. æta. hoc idem tenet ſub eadem diſtinct. Franc. Cur. ſenior. in conſ. 48. Memoriæ recolendæ. col. 9. verſ & ita tenet Bald. & dicit, ſe idem tenuiſſe in præludijs ſuis feud. & vbi conſtat, ꝙ eſt feudum nouũ cum tali qualitate, tali caſu ſumit qualitatem feudi antiqui. vt per Alex. d. conſ. 30. col. 3. verſ. fortiùs, in 1. vol. alleg. Bal. in c. 1. de alie. feu. pat. alleg. l. quicunq;. C. de omni agro deſcr. lib. 11. per Præpoſ. in prælud. feu. car. 4. col. 3. in princ. dum loquitur de feudo antiquo, & nouo, & poſſent adduci multa, ſed, vt ſtudeam breuitati, adducam Mod. qui de antiquioribus faciunt mentionem. Et primò de hac re ſatis ample loquuntur Cur. d. conſ. 48. col. 8. ver. ſecundo prẹmittendum. cũ col. ſeq. Item Alber. Bru. in ſuo conſ. 78. & 79. Item per Curt. iunio. in conſ. 1. poſt feuda. col. 8. uer. Nec obſt. præmiſſæ concluſioni. & p eundem in trac. feu. car. 7. col. 3 ver. ſed hic cadit. ubi dicit, hanc eſſe cõmunẽ ſñiam per Iaſ. in vſib. feud. n. 88. & ſeq. extant plura conſilia eiuſdem Iaſ.

11 ¶ Antiquitatem ẽt probant illa alia verba, videlicet; ſicut & eo modo, & forma, quo, & qua prædeceſſores, & ſucceſſores Montisferrati habere, & facere conſueuerunt &c. quæ verba probant etiã antiquitatem feudi. vt clarè voluit Alex. in conſ. 30. col. mihi 3. ver. & ita etiam. in 1. vol. quod ad hoc ponderat Bru. in antedicto conſ. 78. col. 3. ver. plus eſt.

12 ¶ Nec dicatur, ꝙ & ſi per prædicta Marchionatus habeatur pro feudo antiquo, tamen ob id verè non eſt feudum antiquũ; quinimmò nouum, ſortitum tamen naturam antiqui, ex quo poſſet dubitari, an ipſe tanq̃ primus acquirens potuerit diſponere de huiuſcemodi feudo, cum cõſenſu tamen dñi; iuxtá ea, quæ dicta ſunt ſup. de quo tamen conſenſu nunc nõ loquor, dixi ſuo loco. Nam qui fuit cauſa acquirendi, debet de feudo poſſe diſponere; & ſtante, quòd Imperator Henricus voluit gratificare dictũ Theodorum, videtur ſequi, ꝙ inducta in eius Theodori fauorem, non debent redundare in odinm, l. quod fauore. C. de leg.

¶ Quia reſpondeo, quòd immò verè, & propriè eſt antiquũ, auitum, & proauitũ; auus enim, licèt maternus, fuit Gulielm⁹

ſeptimus

ſeptimus, pauus vero Bonifacius quartus, omnes ſunt Marchiones Montisferrati.

13 ¶ Nec ad hoc obſtat, ſi diceretur, caue, quia feudũ eſt deuolutũ Imperatori per mortẽ Ioannis vltimi de domo Saxona, altero ex duobus capitibus; vel quia fœmina, aut deſcendentes ab ea non admittitur, vt ſup. dictum eſt. Vel quia ſi Violanda ſucceſſiſſet ex inueſtitura. Caroli quarti, ꝙ admittit fœminas, quod tamen eſt impoſſibile Violantides fuit ſemel exclusa, quo caſu nunq̃ admittitur: quia reſpondetur, ꝙ illud, ꝙ fœmina non admittitur, non eſt ex tenore inueſtituræ Henrici, quæ de hæredibus tm̃ facit mentionem, quorũ hæredum appellatione ꝓcul dubio venit fœmina hæres; ſi igitur excluditur, id ex eo tantũ eſt, videlicet conſtitutionibus feudalibus; quibus tñ non

14 obſtãtibus, Imperator poteſt facere grã, & faciendo non facit, neq; conſtituit feudum nouum, immò remanet antiquum cõpræhenſum ſub antiquis inueſtituris, remota tm̃ interpretatione illius conſuetudinis feudalis; & tali caſu Imperator non dicitur inueſtire de nouo feudo, ſed potiùs addit feudo antiquo nouum gradũ ſucceſſionis: immò ſi extatent alij agnati, ob id non fit eis præiudicium, niſi in tantũ, quantum propter nouum gradũ ſuccedendi ſuperadditũ, prorogatur eorum ſucceſſio, quod non eſſet, ſi feudum eſſet nouũ. ita clarè, & eleganter voluit Cur. Nouel. in conſilio ſuo 1. poſt feuda. col. 11. ver. quinto aduertendum. & ver. ſexto aduertendum. Nec ad hoc allego aliquos antiquos, quia non reperij aliquos ita eleganter declarantes; ipſe enim decidit quæſtionẽ noſtrã in terminis; multa etiam poſſent adduci ad hoc corroborandum de his, quę habentur in conſilijs Bru. conſ. 1. & 2. verum non expedit, quia non multum concludunt.

¶Et inſtando etiam circa prædictum pactũ,vltra præmiſſa,& ea,quæ copioſè per alios dños Conſulentes dicta fuere: & in
1 primis circa illud, in quo plurimum ipſi verſantur;videlicet,q̃ illa verba,vel eius liberos maſculos ex legitimo matrimonio procreatos,verificentur in liberis tũc natis, non autem extendãtur ad liberos naſcituros; eorũ opin.ex duobus confir-
2 matur. Primùm,quia licet quis ſimpliciter iurando ſeruare ſtatuta, non ſolũ teneatur ſeruare præterita,ſed etiã futura; ſecus tamen eſt,vbi quis iurat ſeruare ſtatuta ædita,quia ex quo ad ædita ſe reſtrinxit, promiſſio eius ad futura non ſe extendit.Bar.in l. ſi ſtipulatus fuerim.§. cũ ſtipulamur.& ibi Moder.ff. de verb. obl. Abb.in c.pen.in 2.not.de iureiur. Ita ergo videtur in caſu noſtro dicendum, q̃ licèt a ppellatione liberorum ſimpl'r facta veniant liberi præteriti,& futuri; tñ quia diſpoſitio ad procreatos ſe reſtrinxit,non extendatur ad futuros.

2 ¶Ad quod,& ſecundò accedit,quod vult Bar. in l.Gallus.§.inſtituens. vbi Moder. ff.de libe.& poſth. & in l.liberorum.col. 2.ver.ſed mihi videtur. ff.de verb. ſign. vbi, q̃ licèt appellatio filiorum extendatur ad nepotes, tamen vbi profertur cũ adiuncto certo determinato, tunc nõ exceditur: de quo per Deci.in conſ. 511. Viſo.col.pen.& fi.& conſ.513.In ciuitate.vol.3. ſic etiam dicamus in propoſito, quòd ex quo illa dictio,liberos, profertur cum adiuncto determinato,non extendatur ad alios: quo fundamento ſtante cùm præſupponatur dictos liberos procreatos deceſſiſſe cũ liberis maſculis; & ſic tempore mortis eorum extabant liberi
3 ri maſculi, euanuit conditio pacti, quicquid poſtea de dictis liberis contigerit, Oldr.lo.And.& Pau.de Caſt.& alij relati per Deci.conſ.269.cõſultus.col.6. ver. nec dicatur,270.D.Raynald'.col.2.verſ. & vlterius.vol.2.& conſ.480.in caſu.col. 2.in fi.verſ.poſtremo.594.Viſo teſtamẽ-

to.col.2.ver.ex alio etiam capite,vbi pulchrè diſtinguit,vol.3.& ſic ſuper conditione, quæ defecit, Illuſt. Dux Sabaud. fundamentum aliquod facere nõ poteſt.

4 ¶Vlterius dicitur, ꝙ pactum, de quo in dicto inſtrumẽto ꝓducto nõ valuit,quia cùm ex eo in defectũ liberorũ,Marchionatus ex ſucceſſione,Violandæ, & ſuis deferatur, iſtud non potuit fieri, cùm pacto ſucceſſio, & hæreditas dari non poſſit. l.pactum quod dotali. C. de pac. l. hęreditas.C.de pac.conuen.l. ex eo. C. de
5 inutil. ſtip. conſuluit pulchrè Bar. conſ. 212.Promitto tibi, vbi dicit, quòd certi ſunt modi à iure conſtituti,quibus aliq̃d ex conceſſione deferatur; puta vel iure ſanguinis per l.duodecim tab. vel per ędicta,vel iure ſolennis vltimæ voluntatis: & cùm iſte modus non ſit vnus ex illis, ideo ſucceſſio pacto dari non poteſt; & alias rationes adducit, de quibus ibi ꝑ eum,cuius conſilij meminit Deci. conſ. 488.In cauſa. col. fi. in princ. 494. quod ſupra.col. 2. ver. vlterius conſiderandũ eſt.vol.3.Iaſ.conſ.146. præſuppoſito. col. fi.ver.non obſtat vltimò, vol.quarto.

¶Nec obſt. quòd idem Bart. conſ. 72. Ex facto proponitur, videatur contrariũ conſuluiſſe, quando voluit,quòd conuẽtio inter fratres facta, quòd altero eorũ decedente ſine liberis maſculis,bona paterna,& matetna deueniãt ad filijs maſculis alterius ſuperſtitis, ſit valida; & propter hoc Doct. communiter concordantes iſta conſilia diſtinguunt, quòd
6 aut conuentio eſt facta de vniuerſali ſucceſſione obuenienda, & tunc regulariter non tenet pet iura ſuperius alleg. & ita procedit, quod dicit Bart. in d. conſ. 212. aut conuentio eſt facta de certa parte, vt eſt in caſu noſtro, in quo tantum agitur de Marchionatu, & non de omnibus bonis, ſeu vniuerſali ſucceſſione Theodori; & tenet,& ita procedit, quod dixit Bar. in d. conſ. 72. Iſtam concordiam ex mente Doct. ponit Iaſ. conſil. 173.circa princip.col.4.ver.ſecundũ dubium principale. vol. 4. & conſ. 5. Strenui & generoſi.col.4.ver.accedat ad prędictorum. & conſ.17. D.Io. col. pen. ver. Item ex alio capite. & conſ. 60. Spectabiles per totum.vol.3. latè idem Iaſ. vbi refert ſe conſuluiſſe in prædictis caſibus, in l.ſtipulatio hoc modo concepta.col.7. ver.tertio principaliter.ff.de verb.oblig.

¶Quia ad iſtã puto aduertendum fore, quæ ingerunt difficultatem in præſenti caſu;quoniam dico,quòd iſta communis opin.ſic gñaliter intellecta non eſt vera. Inprimis enim eſt contra tex.in d.l.pactũ qđ dotali.C.de pac.vbi pactum fuit factũ non de vniuerſali ſucceſſione,ſed de parte: & tamen reprobatur;ad idem eſt tex. in l. hæreditas.C. de pac. conuen.& quia ſicut libera voluntas teſtandi tolli non poteſt,ita nec etiam reſtringi. l. cũ duobus. §. idem reſpondet primo. ff.pro ſoc. tum quia ſicut ſucceſſio vniuerſalis inducit votum captandæ mortis,ita etiam & ſucceſſio particularis,arguendo de toto ad partem. l. quæ de tota, cum alijs vulgatis. ff. de rei vend. Et omnia, quæ dicuntur in vniuerſali ſucceſſione, ita militãt etiam in particulari: & ideo Bar. expreſsè in d. conſ. 212. dicit, ꝙ pactum de futura ſucceſſione ſiue in vniuerſo,ſiue in parte,eſt contra bonos mores, & iuramento confirmari non poteſt: & ſic Bart.expreſsè contrariatur cõcordiæ,quã faciunt Doct. & ita per ſupradicta tenet Deci.in d.l.pactũ quod dotali. col.fi.ver. ſecundo limitatur. & latiùs conſ. 184. & prima facie,in primo dub.per tot.vol.1.

¶Quare idem Dec.in d. l. pactum quod dotali.col.fi.& melius conſ.225.in cauſa. col. pen. ver. concludendo tamen. vol. 2.aliter ex mente Doct. conatus fuit concordare prædictam contrarietatem, & dicit,ꝙ vniuerſalis ſucceſſio,ſeu pars hęreditatis pacto dari non poteſt: & ita intelligitur Bar. in d. conſ. 212. ſed certa bona ſpecificando illa, vt puta caſtrum, ſeu domus,bene pacto dari poſſunt; & ita procedat, quod dicitBar.in d. conſ.72.& iſtud ſecundum membrum videtur eſſe caſus noſter,cum agatur tantum de certis bonis ſpecificatis, puta Marchionatu,& non per viam totæ hæreditatis, dictus Marchionatus ſit conceſſus;vnde potuit pacto taliter concedi.

Sed

¶Sed nec iſta concordia etiã eſt vera, q̃a eſt de directò contra tex. in l. hæreditas. C. de pac. conuent. vbi agitur de certis bonis, & tamen dicit ibi text. quòd nec pacto dari potuerunt. Præterea quicquid dicat Dec. in d. conſ. ita militat ratio illa, videlicet; votũ captandæ mortis, reſpectu certorum bonorum, & maximè reſpectu Marchionatus, ſicut reſpectu partis hęreditatis. Nec ratio Dec. in d. conſ. quicquã valet, dum dicit, ſicut valet donatio oium bonorum, ita à fortiori valet donatio partis bonorum; qm̃ non inficiamur, quin donatio & omnium, & partis bonorũ valeat, & iſtud nihil ad propoſitum; ſed bñ negamus, ꝗ nec vniuerſalis ſucceſſio, nec partis hæreditatis, nec certorum bonorũ pacto dari poteſt. Et iſtud eſt, quod diſputatur, & ita hanc partem, reſpectu certorum bonorum, tenuit Cor. conſ. 84. licèt eleganter. col. 3. ver. Item lex illa. vol. 3. Lancel Deci. & Aquen. quos refert Purpuratus in l. fi. col. 6. ver. tertio principaliter. C. de pact. & ibidẽ Deci. & Curt. col. 3. in 4. dubitatione. dum volunt contra Fulg. ꝗ pœna indignationis in caſu illius legis ita militet, ſiue conuentio fiat de tota hæreditate, ſiue de parte, ſiue de certis bonis; & latiùs ibidem Purpurat. col. 16. verſ. Item iſta limitatio locum haberet.

¶Quare dico, ꝗ tota difficultas præſentis quæſtionis vertitur circa intelligentiam Bar. in d. conſ. 212. qui, cũ obſcure loquatur, cõmuniter male intelligitur. & ideo Deci. ſubtiliùs conſiderans, in l. pactũ dotale. col. 2. ver. & ex his infertur. C. de col la. veram intelligentiam iſtius cõſilij, & præſentis materiæ habuit, & dicit, ꝗ aut hæreditas datur pacto per viam ſucceſſionis, & tunc pactum non valet; aut dat̃ pacto per viam donationis, vt puta dicendo, promitto tibi bona mea poſt mortem meam, quia promiſſio ex nunc valet, tñ effectus poſt mortem differtur, & valet tunc pactum; & iſtam dicit fore mentem Bart. in d. conſ. 212. quã intelligentiã ibi auctoritatibus confirmat, eandem cõcordiam ponit Dec. in conſ. 184. col. 5. ver. ſucceſſiuè non obſt. vol. 1. & conſ. 236. non parua. col. fi. ver. & reſolutio colligit. vol. 2. & ſentit conſ. 488. col. fi. vol. 3. in quibus locis non fit differentia inter totum, & partem: vt expreſsè vult Bar. in d. conſ. ſed tantum fit differentia, an pactũ concipiatur per viã donationis, an per viã ſucceſſionis; & clariùs iſtam materiam declarant moderni Taurineñ. videlic. Purpurat. in l. inter priuatos. col. 7. in fin. ver. ſecundo limitetis. cum ſeq. col. C. de pact. vbi dicit, cõſiderandos eſſe duos caſus principales. Primus eſt, q̃ñ pactũ habet verba ſonantia in ſucceſſionem; & tunc non valet; ſiue ſonent in directã ſucceſſionem, ſiue habeat verbum cõmune aptum, tàm ad directam, q̃ ad obliquam, ſiue habeat verba obliqua, quia pactum ſemper non valet cũ militet ratio, de qua per Bar. in d. conſ. Secundus caſus eſt, q̃ñ ex verbis pacti colligitur, ꝗ paciſceñ. voluerunt ſe ex cauſa aliqua iuſtæ conuentionis obligare de præſenti rõne ſuorum bonorum, collato effectu obligatorio põ mortem, vt puta dicendo, Promittimus nobis inuicem bona noſtra, per pactum poſt mortem, & iſto caſu pactum eſt validum, & loquitur deciſ. Old. & aliorũ, de quibus ibi per eum.

¶Ex quibus inferuntur duo. primũm, ꝗ conſilium Bar. 72. cũ in eo ponantur verba denotantia ſucceſſionem, non ſit verũ ita generaliter illud intelligendo, dato, ꝗ ibi tractetur de certis bonis. Secundũ, quo ad rem noſtram eſt, ꝗ cũ verba appoſita in pacto, de quo agitur, denotent ſucceſſionem, vt patet in illis verbis, ſit, & eſſe debeat dictæ D. Violandæ, & ſucceſſiuè ſuorum: & colligatur etiã ex his, quæ dicunt Dec. & Purpur. vbi ſup. quòd tale pactum continens ſucceſſionẽ, tanq̃ à iure improbatum non valeat; & ita cõſuluit in proprijs terminis, vbi caſum noſtrũ decidit, & declarat illud obſcurum conſiliũ Bart. Cur. iun. conſ. 15. circa pręmiſſam, inſerto poſt tractatum ſuum feudalem, ubi plenè loquitur; & vnum verbum etiã tangit idem Cur. in l. licèt inter priuatos. col. pen. uerſ. ſeptima dubitatio eſt. ubi idem ſentit C. de pac. illud conſilium Cur. refert, & ſequitur Purpur. in l. fin. col. 27. uer. & breuiter perſtringẽdo.

C.de pact.vbi clariùs omnibus dicit,quòd pactū,reſpectu etiā ſingularium rerum, ſonans in ſucceſſionem non tenet; & ibi allegat aliqua cōſilia,quæ poterunt videri.

7 ¶ Et ſi dicatur iſta procedere poſſent,vbi eſſemus inter priuatos,ſed quia ſumus inter Principes,& magnos Dños,pactum de futura ſucceſſione,ſicut valet inter milites.l.licèt inter priuatos.C.de pac. ita et valebit inter Principes,& magnos Dños per id,quod volunt Bal.& Alex. relati per Iaſ.in l.centurio.col.3.ver.vltra tradita per

8 Alexan.ff.de vulg.& pup. vbi volunt, quòd priuilegium illius legis,& ſimilium,non ſolū habet locum inter milites,ſed etiam inter Principes,& Dños alicuius loci,ſeu terræ: ſed ad iſtud reſponderi poteſt ex his,quæ dicit Alex.in d.l.centurio.col.4. in fi.vbi dicit prædicta locum habere in Principibus, & dñis non recognoſcenti-

9 bus ſuperiorem. ſed cū in caſu nro vterq; recognoſcat Imperatorem in ſuperiorē. ergo &c.

10 ¶ Et dato,quòd iſti Principes,& dñi,non recognoſcerent ſuperiorem ; tamen,quòd d.l.licèt inter priuatos,non habeat locum in ipſis,patet ex his,quæ dicit Cur.in d.l. licèt inter priuatos.in 2.col.in 1.& 2. dubitatione; dū dicit,quòd cōis cōcluſio ē, quòd dicta lex tantum habeat locum in militibus; & alijs exiſtentibus, ſaltem in caſtris,qui quandocunq; ad pugnam parati exiſtunt,& non habet locum in militibus,& alijs noſtri temporis nō exiſtētibus in caſtris; quæ opin.ſatis cōprobari poteſt ex his,quæ dicit Iaſ.in rubr. ff. de vulg.& pup.col.fi.ver.adde etiam, quod poteſt,& melius in d.l.centurio. col.2. in 1.no. per quæ Moder.Taurineñ.in d.l.licèt.col.fin. videntur hanc partem tenere,& tāto magis dicta lex in caſu noſtro locum habere non poteſt, cū non ſit viciſſitudo pacti, prout in d.l.quæ viciſſitudo tollit votum captandæ mortis ; prout dicit Iaſ.in l.ſtipulatio hoc modo concepta.col.8.ver.mouebar etiam. ff. de ver. oblig.Deci.in d.l.licèt.in fi.commenti.& quando non tolleret, tolleratur tamen propter viciſſitudinem,arg.l.de fideicōmiſſo.C.de tranſac. quod non eſt in pacto ſimplici,prout in caſu nřo.quòd quia habet votū captandæ mortis in ſe,ideo non valet;ut ſentit Deci.in d.l.licet. col. pen. verſi.& notandum eſt.

11 ¶ Et quando præmiſſa non vrgerēt; quæ re vera efficaciter cōcludunt, dico, quòd tale pactum nō valeat; eſt deciſio in terminis Bal.in c.1. §.filij nati.ſi de feu. fue. contro.inter do.&agn.in vſibus feud.vbi dicit,quòd ſi marchio, qui tenet feud.ab Imperatore accepit in vxorem quādam filiā Regis, qui ei non nuberet, niſi hoc pacto,quòd filij ſui ſuccedāt in Marchionatu,& non alij de alio matrimonio : dicit ibi per illum tex.quòd tale pactum de iure non valebit,ſed de conſuetudine loci,prout etiā Mediolani tolleratur. Ecce ergo,quòd excluſa cōſuetudine, pactum de ſuccedendo in Marchionatu,etiā cōtemplatione matrimonij factum, nō valet de iure; quæ conſuetudo cùm in caſu noſtro non probetur,ergo &c. illā deciſ. Bal.ſequūtur ibi omnes Feudiſt.refert eā Dec.conſ.225.in eā.col.2.uer.& quia dato.vol.2.& fortiùs ibidē.col.pe.in fi.cum prin.ſeq.dicit,quòd tali caſu, nec ēt conſuetudo approbans tale pactū valeret .

¶ Nec obſt.text.in d.§.filij.quia loquitur in pacto negatiuo de non ſuccedendo , ſecus eſt in pacto affirmatiuo de ſuccedēdo,ut ibi per eum .

¶ Et Aluar.in §.filij nati,dicit hæc verba, videmus, & hoc noſtro tēpore, qualiter Dñs Mant.qui nunc eſt Marchio, tradidit nuptui vnā ſuā filiā legittimè natā,filio Marchionis Ferrariæ, non legittimè nato, cū hac conditione, vt dictus filius ſuccedat in Marchionatu; quia aliàs ſibi dictam non tradidiſſet, ipſe quoq; Marchio Ferrarien. accepit in vxorem Marchioniſſam Salutij cū conditione , vt filij oriundi non ſuccedant in marchionatu ſuo Ferrariæ,quod an ſit æquum,& iuſtū non exiſtente ſpeciali conſuetudine, dicit Aluar.me pro nunc aliter non intromitto: & licèt ipſe nolit ſe intromittere , Præpoſ.ibidem poſt relata verba Aluar. dicit, non determinat Aluar.ſed colligitur ex prædictis,quòd non; & ſubijcit vnum verbum idem Præpoſitus, quod iuuat

referre,

referre, videl. ꝙ in iſtis magnis feudis cedit toga armis, vt re ipſa, & in dies videmus, quod tamen non credimus in nřo caſu euenturum, cũ ſub iuſtiſſimo Cæſare res agatur, qui vnicuiq; quod ſuũ eſt, tribuet, & Illuſtr. Dñi mei Duces Mant. ſeruitores, ita fore certo certiùs credunt.

¶ Præmiſſæ igitur deciſiones, ponunt gladium ad radicem, & tollunt oẽm ambiguitatem, demonſtrantq́ꝫ q̃ nulliter, & inualidè Illuſt. Dux Sabau. huiuſmodi pacto innitatur, quod nec etiam fomentum aliquod à matrimonio tunc cõtracto recepit; cũ dicat Iaſ. in l. pactum quod dotali. in fi. C. de pac. ꝙ licèt dos ſit multum priuilegiata; tamen hereditas non poteſt dari per pactum etiam in cauſam dotis: quia fauorabilior eſt cauſa liberi arbitrij in teſtatorem, q̃ ſit cauſa dotis.

¶ Et ita iuris eſſe dico & conſulo Ego Iacobus Symonetta Piſaureñ. Sanctiſſimi D. N. Papę referendarius & inter Sac. Pala. cauſarum auditores locumtenens &c. In cuius rei fidem me propria manu ſubſcripſi; & ſolito ſigillo ſubſignaui.

CONSILIVM MAGNIFICI, ET EXCELL. Domini Ludouici Maynoldi Æquitis Cæſarei, In ordine trigeſimumtertium.

VLTRA adducta per Mag. & Excel. D. Nicolaum Alipran. mihi videtur ad beneficium Illuſtr. Dñorum noſtrorum ꝓ eorũ corroboratione in fraſcripta adduci poſſe, cæteris poſtpoſitis; eo, ꝙ aliter, q̃ per cõſilium ſuæ Excel. mihi ęditum, informatus non ſum de facto. Videtur ex eo igiť cõſilio colligi poſſe, & inferri, quòd iſte Marchio Theodorus erat pater Violandæ, quæ nupta eſt in comitem Aymonẽ Comitem Sabau. à quibus Illuſt. comparens aſſeritur deſcendere: quo caſu præſuppoſito, etiam ꝙ feudum in perſonam Marchionis Theodori eſſet commune vtriq; ſexui, tamen exiſtente filio ma-
1 ſculo ex dicto Theodoro, vt in facto præſupponiť, vtiq́ꝫ ipſe ex natura feudi prælatus fuit Violãdæ, quia maſculus, vt text. in c. 1. §. & quia. qui feud. dar. poſ. & in c. 1. quemadmod. feud. conſtitui poteſt. & Soci. conſ. 19. 1. part. Et ſic exiſtente maſculo ea fuit excluſa. vt eſt tex. in c. 1. §. filia. de ſucceſ. feu. & ibi Bal. Aluar. & oẽs. & idem Aluar. in c. 1. 2. oppoſi. quemad. feu. ad fil. ſpectet. & tex. in c. 1. de benef. frat. & idem in c. 1. de duob. frat. de nouo benef. inueſt. ad idem tex. in c. 1. §. quin ẽt Epm, vel Abb. et ſic ex prædictis ſtat concluſio, per exiſtentiã dicti maſculi filij Theodori, re præſuppoſita feudali, eã excluſam fuiſſe; ex hoc infertur, ꝙ oẽs deſcendentes ab ea, et ſic Illuſt. de quo agitur eſt excluſus tanq̃ natus ex radice infecta. per tex. in l. ſi viua matre. C. de bo. mater. l. qui id quod. ff. de dona. l. 1. de iur. immu. Cur. de feu. 1. q. 3. par. in diſcurſu. in prin. & Bar. in l. 2. §. videndũ. in fin. ad Tertul. & in materia feudi, tex. in c. 1. §. hoc autem alias. §. notandum. qui feud. dar. poſ. Immò hoc caſu deficiente linea Theodori, aperta fuiſſet via, ſeu ſucceſſio Sereniſſimo Imperatori, vti dño directo, & ad quem ſpectat. Quo ſtante ſequitur concluſio, quòd talis cõuentio, de qua in inſtrumento prædicto, uidelicet, quòd vbi dictus Marchio Theodorus, vel eius liberi maſculi decederẽt ſine liberis maſculis ex ſuis corporibus, & legitimis matrimonijs, dictus Marchionatus Montisferrati, ſit, & eſſe debeat pleno iure dictæ D. Violandæ, & ſucceſſiuè ſuorum, in augumentum, & ex cauſa dotis fuit nulla. Et ſic ſi virtute dictæ conuentionis prædictus Illuſt. D. Dux Sabau. vellet bona prædicta conſequi; Dico non poſſe, quia

non

non interuenit conſenſus dñi, & per conſequens eſt nulla, cũ ſit conuentio collata in caſum, in quem eſſet præiudiciũ dñi, ad quem feudũ deuoluebatur in caſu, quo eſſet finita linea dicti Marchionis Theodori, & ideo ex prædictis apparet, ꝙ conuentio nulla eſt, vulgato c. 1. de prohibi. feud. alien. per Feder. ipſa enim excluſa, & deſcendentes ex ea ſuccedere de iure non poterant.

2 ¶Nec nunc Sereniſs. Imperator poſſet conſentire, & validare conuentionẽ prędictam in præiudicium inueſtituræ iam conceſſæ Illuſt. Ducibus noſtris, vt mihi aſſeritur inueſtitis, prout voluit in terminis Præpoſ. in d. c. 1. de prohib. feu. alien. per Feder. 5. col. mihi, ver. Quæro an conſenſus, & licentia dñi ſufficiat, ſiue præcedat, ſiue ſequatur; vbi concludit poſt ius tertio acquiſitum, vt hic mediante inueſtitura dñm conſentire non poſſe, allegando Canones, & Innoc. in c. cũ conſuetudinis de conſuetu. & not. in l. nec auus. C. de emancip. lib. & alia, vt ibi. & idem voluit Cur. conſ. 1. poſt tractat. de feu. mihi, 8. col. in prin. vbi concludit, ꝙ quando agitur de præiudicio concedentis tantum, tunc talis concedens expoſt facto ẽt ex interuallo poteſt conſentire. alleg. Ant. de Butr. poſt Innoc. vt ſupra, idem tex. in c. cũ iure. in fi. de elec. text. in l. 1. §. prodeſt. 2. rñſo. quorum legatorum. l. filius. §. fin. & ibi Bart. de procu. & idem Cur. de feudis. 4. par. 2. reg. 2. dubitatione. in car. 49. 1. col. ver. Secundò cadit neceſſaria dubitatio. & idẽ Iacobin. de feu. doctor Sabaudiæ, mihi car. 18. 2. col. n. 19. vbi concludit, ꝙ vbi agitur tm̃

3 de præiudicio dñi conſentientis, vt hic Sereniſſimi Imperatoris, ſufficit conſenſus expoſt interueniat, allegando Feudiſt. in d. c. 1. & bene. de prohib. feud. alien. per Feder. tex. in l. in concedendo. in fin. de aqua plu. arc. ſecus vero, vbi ius iam eſt in alium tranſlatum.

4 ¶Ideo in præſenti caſu Sereñ. Imperator nõ poſſet, ſtante inueſtitura facta, vt ſup. quia inquit Bal. in prælud. feud. 10. col. ꝙ ex vi inueſtituræ, ſeu donationis transfertur vtile dñium abſq; alia traditione actuali. alleg. cle. auditor. de reſcrip. l. bene à zenone. de quadrien. præſcrip. no. in c. inter dilectos. de fide inſtrum. Alex. cõſ. 186. 2. part. Bal. in l. fi. in prin. de conſtit. prin. & Bal. in c. ad audientiam. de reſcr. & idem Bal. & Aluar. in c. 1. quid ſit inueſtitura. vbi ex inueſtitura Imperatoris, cũ verbo, aſſignamus, vel per æquipollentia, dñium dicitur tranſlatũ, adeo, quòd non eſt neceſſaria alia poſſeſſio facti; Et idẽ ex clauſula, ex certa eius ſcia; ſolita apponi in inueſtitura, ex qua dñiũ dicitur tranſlatum ex contractu Principis; & ſic inueſtitura ſine alia traditione, Ang. in l. officium. in fi. de rei ven. C. & idem quia videmus, quòd eſto millies, nunc Imperator conſentirèt, cũ aliter nõ valeat, vt ſup. Tamen inueſtitura Illuſt. Dñorum noſtrorũ, cũ anterior tempore præferretur. ita Bal. in tit. de pace conſtan. in ver. poſſidebant. & eſt tex. in d. l. in concedendo. de aqua plu. arc. idẽ tex. in c. 1. qui ſuc. tene. idem tex. in l. labeo. §. 1. fam. h. herc. idem Bal. in l. 1. 1. col. de cõſtit. prin. & idem voluit Bal. in l. 2. 3. not.

5 C. de legi. vbi habetur quòd ſi Princeps, vt in caſu noſtro Sereñ. Imperator, concedit caſtrum vni, ſi poſtea ſecundo loco concedit alteri, non valet ſecunda conceſſio. idem text. in l. ſi qua loca. C. de fũ. & ſal. rei pub. lib. 11. idem Pau. de Caſt. & Fulgoſ. in d. l. 2. & idem Roma. cõſ. 298.

6 Circa præmiſſa. Et ratio, quia fides in Imperatore debet magis, q̃ in alijs ſeruari. l. inter claras. C. de ſum. Trin. & fide cath. Nec Princeps, fortiùs Imperator pebet aliquem circũuenire, uel decipere. l. 1. in fi. C. de ijs qui ven. æta. impet. ne iniuria ab eo oriatur, à cuius Maieſtate iura naſcũtur. l. meminerint. C. vñ ui. Immo ſuã

7 Seren. Maieſtas in executione inueſtituræ prædictæ tenetur poſſeſſionem tradere, nec liberatur præſtando intereſſe. tex. & ibi notant omnes in c. ſi facta. ſi de feu. fuer. controu. inter dom. & agn. Si ergo tenetur tradere, ergo ſua Maieſt. nõ debet, nec poteſt præiudicare conſentiendo, ſeu validando conuentionem primã. Et ſic ex his infertur cõcluſio, videlicet, neceſſariò talem conuentionem eſſe nullam,

lam, vt ſup. & conſenſum non debere, nec poſſe interuenire; & ſi interuenerit (quod non putatur) cum ſit Imperator iuſtiſſimus, non præiudicaret, quia poſterior tempore attenta totali nullitate contractus, vt ſupra dictum eſt.

¶ Nec eſt in conſideratione, ꝙ retrotrahi poſſit, quia fictio non poteſt operari,
8 vbi ceſſat æquitas; vt hic in tertij præiudicium, ſtante inueſtitura, de qua ſupra. Idem cũ non ſit actus pendens à conditione caſuali reſpectu conſenſus Imperatoris, licet potius ꝑtatiua. Bar. in l. ſi his qui pro emptore. 5. q. prin. de vſucap. & ẽ text. in c. ſi pro te. & ibi not. de reſcrip. in
9 6. ꝙ vbi actus pendet à uoluntate tertij, & ſic ut ualiditas à uoluntate Imperatoris in caſu noſtro, nunq̃ trahitur retroualiditas ex habilitate ſuperueniente, ſed tantũ attẽditur tẽpus ualiditatis interueniẽtis, & ſic in caſu noſtro tempus conſenſus Imperatoris interueniẽtis attẽderet. Ergo inueſtituræ conceſſæ, ut ſup. Illuſt. Ducibus Mant. ſcilicet Duci, & Duciſſæ præcedunt aſſertum conſenſum, & ſic conſenſus non poterit operari ualiditatem in præiudicium Illuſt. inueſtitorum: ergo talis conuentio tanq̃ nulla non erit in conſideratione per rationes, & iura, de quibus ſupra.

10 ¶ Secundò dico, ex cõtractu prædicto nullum ius eſſe cauſatũ prædicto Illuſt. Dño Duci Sabau. quia non reperio iure cautũ maritum poſſe acquirere uxori. per not. cõiter, ĩ l. ſtipulatio iſta. §. alteri. de uerb. obl. Et tantomagis, cùm hic non haberet Theodorus facultatem diſponendi, ut ſup. dixi. Ita quòd ex actu liberalitatis, ſeu dñij finituri in alium, alteri ſtipulati potuerit. ut not. per Pau. de Caſt. in d. §. alteri. in 4. & 5. fallẽtijs. & idem in l. donationes. in §. eiuſmodi. ff. de dona. & in marito eſt deciſio Alberic. in l. 1. C. per quas perſon. nobis acquir. in fin. ubi dicit maritum non acquirere uxori etiam in materia emphyteoſis, uel feudi. per not. in c. conſtitutus. de procur. Non obſtante §. emphyteoſim. auten. de non alien. quod reliquit indeciſum, in l. multũ, in prin. ſi quis alteri, uel ſibi; licet Pau. de Caſt. in l. ſi. eodem tit. aliter referat, & male. & idẽ Salyc. in d. l. multũ. 3. oppoſ. Adeo, ꝙ nullum ius eſt acquiſitum illi, niſi mediante ratificatione. per no. in l. mater. de rei vẽ. l. 1. C. de fur. de qua ratificatione in caſu noſtro deberet conſtare facta per eandẽ D. Violandã. Si ergo non conſtat, ergo dñium, nec aliquod ius dicitur cauſatũ, per not. in d. l. multum, & in d. §. alteri. & ſic ipſi Comiti non eſt acquiſita, quia noluit. Item & quia non interfuit, quia poſt mortem. item nec vxori fuit acquiſita, vt omnes in d. l. multũ. Si ergo virtute contractus prædicti, nullum ius cauſatum eſt prædictis; ergo nec Illuſtri agenti; multũ ad hoc facit quod no. per Præpoſ. & alios, in c. 1. de frat. de nouo benef. inueſti. vbi ad hoc, vt quis alteri acquirere poſſit ſtipulando, requiritur ꝙ interueniat conſẽſus dñi, quia ratione dñij exiſtentis penès eũ non poteſt alteri acquiri. per not. vt ibi. & idem no. in d. §. alteri. & idem in l. ſi mihi, & Titio. de ver. obl. Sed cũ hic dñi inueſtientis non interuenit conſenſus; ergo ceſſat ius cauſatum virtute conuentionis ꝑdictæ, cùm non ſit actus factus à dño, qui conſentiendo conuentioni prædictæ, ſibi potuit præiudicare. Et hoc eſt quod voluit Pau. de Caſt. in d. l. ſi. ſi quis alteri, vel ſibi; & per conſequens ceſſat acquiſitio, & ius in agentem, ſeu Illuſtr. Dñm comparentem.

11 ¶ Nec dicatur rõne dotis, ſeu augumenti hoc ceſſat, per not. in l. Gaius, ſol. mat. & per Pau. de Caſt. in d. §. alteri. 6. fall. quia aliud eſt, an ipſa vxor viuat, & agat: & hic non eſt caſus noſter, ut ibi, aliud eſt, an alij agant, & negatur; vt per Alex. conſ. 19. in his, quę in themate. ver. nunc capio ſecundũ dubium. 4. part. Item conſ. 13. et 96. ſecundo dubio. 4. col. 1. parte. idẽ no. in l. ſi pro te. C. de do. promiſ. ultra quod etiam requiſitũ fuiſſet, vt dictus Aymon cederet actionem Violandæ prædictæ ad hoc, vt ſtipſo prædicta, ſeu ius cauſatum ex ea prodeſſet agenti. ita Bal. de dote, car. 47. 9. fallen. ſeu 8. ubi concludit, ꝙ marito acquirente nomine vxoris, ceſſio requiritur, per no. in l. filiofamilias. in §. ſi. ſol. mat. & per not. in l. ſi conſtante. §. ſi

vir.in fi.l.dotalem.l.ſi verò.uer. ſed ſi eo. tit.ſol.mat. quia iura perſonalia non ac-
12 quiruntur de perſona ad perſonam,ſine ceſſione,ut ibi. Et cũ iſta ſit cõmunis cõcluſio,per not.in l.poſſeſſio.§.& ſi poſſeſſio de acquir.poſſ.aliàs §.fi.& not.in l.pe. C.de neg.geſt.& not.in d.§.ſi ſtipulet. aliàs §.alteri.& in l.quæcunq;.de act. & oblig.& in l.huiuſmodi.in prin.de leg. 2. & in l.damni infecti,de damn. infect. & ſic ex non ceſſione ceſſat ius in perſonã dicti agentis.

¶Minus conſiderari poteſt, q̃ dñium aliquod habeat,quia ceſſat, ut ſupra dixi conſenſus dñi. Ideo contractus nullus, & dñlum nullum dicitur cauſatum per no. in d.c.1.de prohib. feud.alie. per Feder. & per ſupradicta.

13 ¶Confirmatur hoc ẽt in titulo dotis,quia iure eſt cautum; q̃ feudũ in cauſam dotis dari non poteſt ſine conſenſu dñi per patrem. gloſ. eſt in c. imperialem. & ibi oẽs Feudiſt.de prohib.feu.alien. per Feder.idem glo.in c.1.§. donare. & ibi eſt tex.ibi.Nec in dotem dare,qualiter olim feu.alie.pot.& ibi Iac. de Bel. Nicol. de Neapol.& Bal.& idem Bal.in c.1.titu.de inueſtitura,quã Titius accepit; & eandẽ concluſionem voluit Iac.de ſanct. Geor. qui eſt doctor approbatus in illis partib⁹ Pedemontanis, qui dicit,quòd licet aliqui Doc.tenuerint aliter,diſtinguendo, an æſtimatũ,vel inæſtimatum; tamen ipſe dicit,quòd in ſecreto iuris,gloſas prædictas putat dicere veritatem: & hoc in dicto tract.de feud.in gl.in ver. Ita etiam quòd ipſi uaſalli,car.16.n.17. uer. rurſus quæro ſi ualeret. fortiùs dicit allegando Dños de Rot.concl.198.incip. Item q̃d pater, quòd licet datio fieret, non dura-
14 ret, niſi pro uita ipſius uaſalli,& ſic pr̃is. per no.in c. nuper.de dona.inter uirũ, & uxo.idem And.de Iſer.in c. 1. 3. col. qui ſucc.tene. per not. in d.c. nuper. ſi ergo pactũ,ſeu conuentio ſit,ut eo mortuo ſine filijs maſculis, filia & ſui habeant, & ſic iſta collatio fit poſt eius mortem , ergo nulla; quia eo mortuo , quo tempore data etiã ualiditate,ceſſat capacitas,ergo in caſu noſtro tanto fortiùs conſenſu dñi non interueniente. eandem concluſionẽ voluit Cur.in trac.de feu. 4.part. princip. 4.q.41.car.2. & 3.& 4.col. vbi approbat eandem concluſionem Rot.q̃ ſi pater de feudũ in dotem filij,non valebit, niſi eo viuo. allegando Innoc.& alios,in d.c.nuper. And.de Bul.& Scriben.in c.quæ in ecleſiarum,de conſtit.vbi Ioan.And.& Fely.&alij.idem glo.Hoſti.& Ioan.And.& alij,in c.2.de feudis.& licèt Cur. vbi ſup. teneat licentiã dñi non eſſe neceſſariã,tã communis concluſio Doct.vt ſup. eſt cõtra: & idẽ latiſſimẽ Iaſ.in auten. res, quæ cõia de leg.in 2.not.ver an aũt res prohibita alienari, ubi concludit per patrem dari poſſe eo viuo tantum,non aũt q̃ poſſit eo mortuo ſine licentia dñi,allegando infinitas deciſiones ad hoc. Et ideo cùm in caſu noſtro poſt mortem ſit hæc conuentio,ergo valere non poteſt.idem Præpoſ.in d §.donare. ubi idem cõcludit,niſi de fructibus. & eandem concluſionem voluit Ang.in conſ.321.fi.col. in feudo, niſi de conſenſu dñi. & eandem concluſionem voluit Fely.in d.c. quæ in Ecclarum,mihi 27.col.in d.glo.in ver. nec feudum.ubi ſaltẽ dari non poteſt in dotem, niſi ad vitã ipſius dantis. Et ſic cũ in caſu noſtro pactum, ſeu conuentio ſit, ut eo mortuo ſine filijs ſit in dotem datio, ſeu conſtitutio; ergo conuentio nulla.

¶Hoc confirmatur rõne, quia ſi viua filia patre mortuo feudi alienatio eſt nulla, quanto fortiùs in caſu noſtro erit nulla,reſpectu Illuſt.Dñi petentis,cũ eſto q̃ iſte Illuſt.deſcenderit ab ea, non poteſt habere,nec conſequi finita linea Paleologorũ,cũ ipſe non ſit de linea Illuſtriſs. Dñorum Montisferrati, & ſic de cõpræhenſis in inueſtitura Paleologorum; Ergo finita linea tanq̃ non compræhenſus, non poteſt ſuccedere, & conuentio eſt nulla: immò dictus Aymon,nec eius hæredes ad eorũ beneficium dicta conuentione uti poſſunt, viua etiam dicta Violãda, mortuo Theodoro prædicto,& linea finita. ut Doct.vbi ſup.& Cur. ubi ſup. 4. q.in fin. uer.

15 ¶Cõfirmatur etiã iſta concluſio; quia in materia feudi titulus requiritur ad tranſ-

ferendum

ferendum ius in eo.per not.in l.Lucius.ff dona.& in l.fi.eo.tit.& in terminis feudi Aluar. in c.Titius. pen.col. vlt. no. ſi de feud.fue. controu.inter dom.& agnat.& ad hoc vt dñium transferatur,requiritur traditio actualis, ſeu per viam conſtituti, not.in l.traditionibus.C.de pac.not.in l. ſi ager. vbi Bart.de rei ven. In caſu igitur noſtro videamus quis titulus ſit, & habilis ad transferendũ dñium. Et cùm in caſu noſtro titulus dotis ſit conſtitutus, Dico,ꝙ licet in perſonam Dñæ Violandæ conſtante matrimonio, ſeu ſoluto, talis titulus conſiderari poſſit, licèt ſoluto matrimonio ſit dubitatio. vt Paul. de Caſt.in l.1.C.vnde vir,& vxor. poſt Bal. reprobando opin. Nicol. de Matarel. & Aret.in rub.ſol.mat. vt Iaſ.latè in d.l. 1. 5.& 6.col.mihi.ver.& per iſtam deciſionem.& idem Iaſ.in rub. ſolut. mar. in 1. lectu.n.4.cum ſequen. Tamen poſito, ꝙ ſit conſiderabilis titulus ſoluto matrimonio,iſtud procedit; & ita loquuntur oẽs reſpectu ipſius mulieres,& ſic Dñæ Violandæ non exacta dote,licèt exacta,ſit ſecus; vt ibi latè Iaſ. nu. 10. ſeu exacta per alium ad beneficium mulieris: ſed reſpectu hæredum,vt vſq; in perſonam iſtius Illuſt.Ducis, non reperio iure cautum, ꝙ dos incipiat eſſe,ſtante conditione,de qua in pacto: quæ conditio cũ non fuerit purificata viua dicta D.Violanda, ergo in perſonam iſtius oriri,ſeu cauſari hic titulus non põt, quia ceſſat ratio matrimonij veri; quæ eſt viuo marito, & ficti ſtante in viduitate: vt Doct.ubi ſupra, & conſideratio matrimonij futuri. prout loquitur Iaſ.vbi ſup.in d.rub. & ideo uerificatur tex.in d.l.3.de iure dotiũ.cũ matrimonium nullo modo conſiderari poteſt,nec præſens,nec futurum, nec præteritum,quia mortua, & tantò magis in perſonã iſtius Illuſt.Ducis per tot grad' conſiderati. Et ideo cũ ceſſat ratio matrimonij,ceſſat & titulus dotis. d. l. 3. de iure dot. Cùm ergo non ſit titulus conſiderabilis,ergo ceſſat dñij tranſlatio.

¶Nec obſt.quòd dicatur in augumentũ dotis; quia & in augumento non inſpicit' tps ante,ſed tempus,quo ipſum augumẽtũ fuit purificatum,& ſic peruentum,nõ ante. ita Saly.in terminis,in l.ſi coſtante. in ver.ex verbo.C.de dona.ante nup.& idẽ voluit Alber.Bru.doctor ipſius Illuſt. dñi,in materia augumenti,mihi 11.car. 8.fallen.vbi conſideratur tempus purificati augumenti, non aũt vt trahatur retro; & ideo in caſu noſtro, ſtante purificatione tantum nunc. Ergo cũ nunc dicatur conſtitutum,trahi nõ poteſt retro. Idẽ & tanto fortiùs,quia cũ ampliùs dici non poteſt dos,vt ſup.ergo nec augumentum dici poteſt; quia ſi ceſſat titulus dotis,ceſſat & titulus augumenti,arguendo de vno ad aliud.l.proinde ſi ſeruũ. ad legem aquil.l.Lucius,la 2. §.Paulus reſpondit.vbi Bart.poſt Iac. de Are. de admini. tut.Iſtis ſic ſtantibus,ſequitur titulum nõ eſſe habilẽ,nec conſiderabilẽ ad dñium transferendũ. Si ſic, ergo ceſſat remediũ reale,qđ cõpetebat ipſi Illuſt.Dño,ergo.

¶Confirmatur & iſta cõcluſio, quia ſtãtibus verbis,prout ſtant, negari non poteſt conditionalem eſſe hanc conuentionem,& caſualem,ſcilicet ſi contingeret decedere ſine filijs; quo caſu viuo Marchione Theodoro, dñium quoquomodo in ipſam Violandam non poteſt dici eſſe tranſlatũ; quia non eſt conuentio in diẽ incertã conſtituta, ſed ſub conditione ſi deceſſerit ſine maſculis, vt ſup. Et ideo cõditione pendente ceſſat dñij trãſlatio. vt ſup.ita omnes poſt Bar.in l.ſub conditione de ſolu.Socin.in.l.1.§.ſi vir.fin.col. de acquir.poſſ. Ergo ſequitur quod cum viuo Theodoro, nullũ ius ſit cauſatum; quod ſi volumus dicere dñium aliquo
16 modo cõſiderari poſſe,nunc neceſſe eſt, quod conſtet Illuſt.Dños noſtros fore,& eſſe hæredes ipſius Illuſt. Theodori, non aliter,per not.p mod.Iaſ.in l.ſi quis ſi Titius.de verb.obl.in l.ſi decem cũ petiero. eo.tit.in §.ex conditionali,de verb. obli. & omnes in l.1.C.de act.& oblig.& in §. poſt mortem.inſtitu.de inutil. ſtipul.nec dici poteſt, ꝙ contractus purè ſit factus, & dñium ſit tranſlatum,licèt executio ſit poſt mortem collata. ut latè Socin.conſ. 53.6.col. ver. tertio confirmatur. prima parte. Quia immò nedũ effectus, ſed &

ſubſtantia contractus,ex qua dñium trãſ ferendum eſſet,collata eſt poſt mortem, & ſub conditione, quæ viuo Theodoro non eſt purificata, nec purificari potuit; & licèt nunc fortè purificetur, tamẽ non eſt apta transferre dñium.

17 ¶Quod ſi fortè Illuſt.Sabau. Dux intentare vellet perſonalem actionem contra Illuſt. D.Duces, tanq̃ teneãtur ad tradẽdum virtute conuentionis, adhuc obtinere non poſſet,quia probandũ eſſet, ꝙ eſſent hæredes paciſcentis.per no. in l.1. C.vt actio.ab hæred. & contra hæredes. & ibi omnes quod non puto fore probatũ,nec poſſe probari: ergo ceſſat nedũ iᵒ reale,ſed etiã perſonale,quia talis obligatio incipiens ab hærede,dicitur hæreditaria ratione conuentionis ꝓcedẽtis à defuncto. Et ideo,cũ ſit hæreditaria, nõ tenetur niſi pro ea parte, ꝑ qua eſt hęres, & non vltra; quia dicitur extraneus ſi nõ hæres: ergo ceſſat obligatio,& in eorum præiudiciũ ceſſat etiam acquiſitio dñij. Bar.in l.continuus.§.fi.1.q. de verb. obl. Iaſ.poſt Bar.& Pet.in §.cato.ver.53.eod. tit. Et ideo nõ cõſtito,quod ſint hęredes, immò poſito,quod negat̃, D.Duciſſa eſſet hæres; quia hæres Illuſt.D.Io.Georg. qui D. Io. Geor. non apparet,ꝙ fuerit hęres Theodori,tamen quia Illuſt. D. Duciſſa eſt hæres cum beneficio inuentarij,negarẽ grauari potuiſſe.vt gl.in l.fi.§. incomputatione, de iure delib. communiter Feudiſt.in c.1.an agn. vel fil. Dec. conſ.185.& 395.Et quia hæc eſt cõmunis concluſio,non inſiſto in hoc. & ſi ꝓſupponimus hoc feudum eſſe hæreditarium cũ Illuſt.comparens non ſit hæres, vtiq; non eſſet capax iſtius feudi.vt And. de Iſer.mihi,c.1.an agn.vel fil. Bar. in l. eum qui.de interdict.Salyc.in l.ſi manumiſſis. C.de liber.& eorum liber. Bar. in l.ut iureiur.§.ſi liberi, de oper. liber. Alex.conſ.19.quinta parte.

16 ¶Nec aliqua etiam poſſeſſio poteſt dici, ꝙ fuerit tranſlata,ſicut nec aliquod dominiũ,vt ſup.dixi.

¶Nec prodeſſet conſtitutum,ſi fortè interueniſſet; quia cùm dictus Theodorus conſtituerit poſt eius mortem,& ſic cõſtitutum fuerit collatum in tempus, quo non poterat poſſidere;& conditionaliter vt ſupra, ideo nihil operatur. Alex. in l. quamuis.§,fin.de acquir. poſſ. Alex. cõſ. 82. 2.parte.pen.col.idem conſ.81. 5.col. ver.ex his.3.parte. idem Iaſ.in l.quotiẽs, de rei vend. 5.fallen. ubi latiſſimè. Si ergo ceſſat dñij tranſlatio ratione prædicta; Item ſi ceſſat ius perſonale, vt ſupra, ergo ceſſat & ius reale,& poſſeſſorium, vt hic, ideo agi non poteſt.

¶Ego Ludouicus Maynoldus, Iur. V. D. ita dico, & conſulo, In quorum fidem ſubſcripſi,& ſolito meo ſigillo ſigillaui, ſaluo ſemper &c.

CONSILIVM XXXIIII. EXCELLENTISS. D. Nicolai Aliprandi Senatoris Mantuæ.

DOMINVS ADSIT.

CONSVLVI diebus ꝓximè elapſis Ducẽ Sabau. oĩnõ excludendũ plutibus rõnibus oſtẽdentibus,prætẽſa fędera,laudũ,donationes, ĩueſtiturã, & adhęrentias nulla,& nullas; metu ẽt factas, aut facta,& deſcendentibus non poſſe nocere. Modo venit in mentem quærere, an data validitate ſupradictorum omnium, & ꝙ euncta ritè, & rectè proceſſerint, an adhuc illis in ſuo robore, ſtantibus bona donata,debeant remanere Illuſt.D. Duciſſæ Mant.ſi tamen illa in feudum vult recognoſcere ab Illuſt.D. Duce Sab. Et

1 prima facie videt̃ dicendũ,ꝙ nõ. Primò, quia fęmina non ſuccedit in feudo.c.1.§. & quia vidimus.qui feud.dar.poſ.c.1.de feu.fœm.& habet̃ c.1.§.fi.de eo,qui ſibi, & hæred.

& hæred. ſuis maſc. & fœmin. c. 1. quæad. feud. ad fil. perti. quare videtur, ꝙ Illuſt. Dña Ducilla non poteſt ſuccedere.

2 ¶ Item nec Illuſtr. D. Dux Mant. immò multò magis debet prima facie excludi, quia non eſt de domo, ac agnatione Palæologorum. Quare cũ ipſe non deſcendat à ſtipite, qui fuit prima cauſa acquiſitionis feudi, non eſt aptus ad ſuccedendum in feudo, quinimmò reuertitur ad dñm, & ſic ad Ducem Sabau. c. 1. de feu. ſuc. c. 1. ibi, vel aliqua regali & c. prout eſt pñs; de feu. March. c. 1. §. & quia vidim⁹. & ibi latè not. de his, qui feu. dare poſ. & ita videtur concludere Illuſt. D. Dux Sabau. in eius libello; & eius concluſio videt ſatis manifeſta ꝑ ſupradicta, eo, quia Dux Sabau. inueſtiuit Ioannem pro ſe, aſcendentibus, deſcendentibus, & collateralibus agnatis. Dux autem Mant. licet inueſtitus de Marchionatu Montisferrati, nõ eſt huiuſcemodi, quia non eſt agnatus, vt ſatis notũ eſt, per conſequens intentio eiuſdem Illuſt. D. Ducis Sabau. videtur optimè fundata. Reſiſtit enim Illuſt. Dñis Ducibus Mant. natura feudi, vt ſup. item reſiſtit inueſtitura, quæ potiſſimè attenditur in feudis. Bal. in c. 1. in fi. de duob. frat. à cap. inueſt. & per eundem Bal. in c. 1. §. denique. quæ fuit prima cauſa benef. amit.

3 ¶ His non obſtantibus, in contrarium eſt veritas. ſi enim ſupponimus, vt ſupponit pars aduerſa, ꝙ Marchio Io. Iac. potuerit Marchionatum ſmembrare, potuit ſmẽbrare ea lege, vt dimembratũ ſuæ dignitati ſtatim vniret; quia rei ſuę quiſq; põt apponere quã legem voluerit. l. 1. §. ſi cõ-

4 ueniatur. ff. depoſiti. l. legem. C. de pact. & in re ſua quilibet eſt moderator & arbiter. l. in re mandata. C. mandati. l. non vſq; adeo. ff. ſi quis à parent. fuer. manu. hoc aũt eſſe actum ſatis conſtat ex prætenſis capitulis per partem aduerſam ꝓductis, per partem (vt dicitur) contractis de anno 1432. 13. Februar. ſuper quibus fuit iudicatum, ſeu laudatum per Oratores Ducis Mediol. vt patet eorum laudo. Vnde millies, ꝙ donatio fuerit ſimplex, ex quo tamen proceſſit neceſſitate prætenſorum capitulorũ, & laudi lati, nulla alia præſumetur liberalitas, niſi tantum, quantũ apparuerit expreſsè de liberalitate expreſſa, prout videtur apparere reſpectu Clauaſij, & reſpectu certorum aliorũ locorum explicitè, vt dicitur, reſer-

5 uatorum; quia neceſſitas omnem liberalitatem excludit. l. rẽ legatam. in fi. C. de adimen. leg. l. ſi quis. ff. de dona. inter vir. & vxor. cum alijs adductis, per glo. in d. l. rem legatam.

¶ Præterea ſi licuit Io. Iac. ſmẽbrare, eadem ratione licuit Duci Sabaud. vnire, quia contrariorũ eſt eadem ratio. inſtit. de

6 his, qui ſunt ſui, vel alie. iur. per gl. in rub. & ibi latè per Iaſ. C. de acquiren. poſ. & idẽ operatur oppoſitũ in oppoſito, quod propoſitum in propoſito, in l. fin. §. ſi filius. & ibi per Bar. ff. de lega. 3.

7 ¶ Et ſi pars aduerſa facit fundamentũ ſuper poteſtate Imperatoris adhibita in diſmembrando; prætendit enim Maximilianũ, & Carolum præſentem conſenſiſſe diſmembrationi, de qua re latè dixi in præcedenti conſil. Et nos iuſtè ſupponimus, ꝙ idẽ Imperator, qui cõſenſit tali ſmẽbrationi, conſenſerit etiam vnioni: quia dicitur, ꝙ approbat inueſtituram, & in inueſtitura eſt ipſa vnio, vnde omnia approbare videtur, quia qui approbat inſtrm, approbat & cætera contenta in ipſo inſtrumento. cle. 1. de procur. facit l. cùm quærit. ff. de adminiſt. tut. vbi Bar. & alij.

8 Non eſt autem dubiũ Imperatorẽ plura diuerſa poſſe vnire; vt eſt tex. in §. illud. in auten. vt iud. ſine quoquo ſuffraga. & voluit Rayn. quem refert Alber. in l. quotiens. C. de pcib. impera. offer. quos Ray. & Alber. ſequitur, ac refert Marti. Laud. in trac. de prin. concl. 10. incip. Papa, vel Imperator & c. & in Imperatore vltra d.

9 §. illud non eſt dubium, quia eſt dñs mũdi. & in l. de præcario. ff. ad legem rhod. de iact. ſicut etiam omnis difficultas ceſſat in Papa vniente beneficia, cùm ſit dominus beneficiorum omniũ; vt dixit Petr. de Perug. in ſuo tract. vnionis, in 4. c. princ. in prin.

10 ¶ Et in propoſito talis vnio fuit facilis aliquibus reſpectibus, quia Marchionatus per

per dimẽbrationem factam erat turpis, ꝙ turpitudo eſt regulariter. cã prohibitionis alienãdi, & dimembrandi. ſm̃ Bal. in vſib. feu. de quo facit mentionem Mart. Laud. in cap. 1. qui feud. dar. poſ. & de quibus per Iaſ. in vſib. feu. n. 77. ergo vnio eſt cauſa ſuæ pulchritudinis; & per conſequens faciliter concedenda.

11 ¶ Secunda ratio, quia omnia de facili redeunt ad ſuã priſtinam naturam. l. ſi vn⁹. §. quod in ſpecie. ff. de pac. quam ad hoc adducit Alber. in ſuó dictionario. in ver. pro natura verbi prin. ad naturã &c. primordialiter aũt illa loca erant marchionatus, vt ſatis notum eſt, & cogitur vtraque pars fateri; ergo faciliter redeunt.

12 ¶ Tertia ratio, quia vniuerſalia, & collectiua faciliùs augentur, & vniuntur, quã res ſingulares, puta dom⁹, & fundus; marchiã enim, ſeu marchionatus eſt termin⁹ collectiuus. iuxtà doctr. Bal. in l. fin. in prĩ. C. de iure delib. quia vnicum verbũ eſt aptum compræhendere plura, prout mar

13 chionatus Montisferrati, qui compræhendit plures ciuitates, plura caſtra, plures villas, & tamen ſolus marchionatus eſt. ꝙ autem collectiua faciliùs vniantur, hoc pro expedito habet Bru. in tract. de augu. in 5. prin. concl. col. 5. ibi prædicta concluſio non tm̃ procedit; & ſic march. tanꝗ terminus collectiuus, eſt facilis ad recipiendum augumentũ, & vnionem.

14 ¶ Et licet vniones poſſint fieri pluribus, præſertim tribus modis. vt tract. Pet. de Vbald. in ſuo tract. vnionis. in 2. princ. c. col. 1. & 2. tamen in propoſito non refert id quærere; quia, & ſi inter vnũ modum, & alium poſſint dari diuerſi effectus; tñ ad effectum, quem quærimus, verba ſatis ſunt clara, & explicita.

¶ Dicunt enim capitula in primis, ꝙ ſit inſeparabilitas, propterea inter dignitatem, ſolumque dñium dicti marchionatus, & huiuſcemodi feudum; ſicq; capitalis, & vniuerſalis ſucceſſor in dicto marchionatu huiuſmodi feudũ ſemper habeat &c. quæ eadem verba repetuntur in ipſa inueſtitura.

¶ Satisq; etiam congruè dicere poſſum⁹ iſta bona, ſeu iſtud feudum applicatum Marchionatui; quia Marchio vniuerſalis eſt ille, qui debet habere iſtud feudũ. Nam inconuenit, ꝙ magis dignum tra

15 hat ad ſe minus dignum. l. fin. C. de peti. hæred. l. præcipimus. C. de appel. c. quod in dubijs. de conſecr. eccleſ. Conuenit ẽt, Marchio, Ioan. Iac. qui vel ſponte, vel coactè, vel validè, uel inualidè alienauerit terras de Marchionatu, quòd id fecerit cũ minori diſpendio ſuæ dignitatis, quã ſit poſſibile. iuxtà l. cũ de indebito. de ꝓba. & alia, de quibus ſupra.

¶ Ex prædictis ſequitur concluſio firma, ꝙ cũ inter feudum Ducis Sabaud. de terris donatis ſit auctus Marchionatus, & ſeu illud feudũ ſit vnitum Marchionatui, ꝙ nulla ſpes ſubſiſtit feudum illud poſſe deuoluere ad dñm, propter lineam finitam; quia Ioannes fuit inueſtitus pro ſe, & deſcendentibus, aſcendentibus, & collateribus, agnatis Mõtisferrati Marchionibus; & tale feudum ſtatim fuit vnitũ, & applicatum Marchionatui, qui Mar

16 chionatus nunꝗ decedit, etiam ꝙ decedant Marchiones. Dignitas enim Marchionatus eſt ad inſtar animæ immortalis; & iſta ſemper viuit, ſicut anima ratio

17 nalis. Marchiones verò ſũt ad inſtar corporis, quod eſt mortale, & ille Marchionatus eſt quodã in abſtracto, vt vtrunq; voluit Bal. in l. unica. §. excepto. uer. vel ibi eſt nouum feudũ. C. de cadu. tol. & ſic in hoc regnum differt à rege, & Imperium ab Imperatore, & Epiſcopatus ab Epiſcopo, Epatus enim non moritur. c. 1. ibi, qui Epiſcopale ius tueatur, ne ſede uacan. & dixit Aluar. in c. 1. §. unde põt. col. 2. uer. nota hic caſum. de alien. feu.

18 ¶ Sequitur & alia concluſio, ꝙ ad quemcunq; accedat marchionatus, accedit & feudũ vnitum, ſeu applicatum marchionatui: quæ concluſio probatur ex doctr. Bar. in l. ſicũ venerit. §. ſi nuda. ff. de pign. act. ubi voluit, ꝙ ſi prouincia adijciatur Regno, in omnibus regulatur prout ipſum Regnũ, eo, ꝙ Regnum eſt quid vniuerſale, immò iudicantur ad paria: vt dicit Alex. in addit. ad Bar. in d. §. nuda. in addit. quæ incip. qñ prouincia. in fi. allegat l. etiam. C. de iure dot. cùm ibi not. & pro-

propterea Bal.in c.imperialem. §. præterea Ducatus,de prohib.feu.alien.per Fe-
19 der.dicit,ꝙ ſi marchibni cōceduntur caſtra; illa efficiuntur de marchionatu in tantū,ꝙ diuidi non poſſūt, ſicut nec ipſa marchia: quæ concluſio probatur ex illis multis,quæ adducit Bru.in ſuo tractat.de augul.in 5.concl. principali. qui licet ad prædictam regulam commodet nonnullas fallentias,nulla tamen ex illis eſt,quæ faciat contra concluſionem noſtram.

20 ¶ Ad propoſitum facit tex.in cle.frequēs. de exceſ.Prælat.vbi Eccleſia vnita alteri ampliùs non dicitur ipſa vacare,eo,ꝙ incorporata eſt in alia,quæ vacat per mortē Prælati,ꝙ eſt illa,cui facta eſt vnio.facit c. 1.ne ſed.vac.& ita per hæc iura concludit D.Pet.de Peruſ.in ſuo tract. vnionis. c.1.in prin.

21 ¶ Hinc vltra prædicta voluit Bal.in c.generali. in fi.ſi de feu. fuer. controu. inter dom.& agn.ꝙ ſi feudum eſt ſeparatū à caſtro,ꝙ vendito caſtro non intelligitur venditum feudū; & ſic Bal. voluit, quòd ſi feudum eſt vnitū caſtro,ꝙ feudum vadit ad illum,cui caſtrū applicatur.& glo. quam no.ibi Alua.in 3.col. ver. nota ſecundum &c.in c.1.§. ex eadem. de lege Corra.voluit,ꝙ ſi feudum eſt applicatum vniuerſitati, puta curiæ, ꝙ feudum abſolutè tranſit cum curia,etiam illis caſibus, quibus feudū per ſe non poſſit tranſire.

22 ¶ Hinc etiam dixit Præpoſ. quòd ſi Eccleſia eſt feudataria alicuius, ſi quidē vnitur alteri Eccleſiæ,illi alteri applicatur feudum, tanquàm contineatur in ſe Eccleſia feudataria. ita dicit Præpoſ.in c. 1. §.& interim.col.vlt.ver. quid ſi vna Eccleſia. de lege Corrad.

23 ¶ Facit quod voluerunt Bal.poſt Odofr.& pace conſtan.qui voluerunt, ꝙ ſi vacante Regno Siciliæ,Papa inueſtit de pluribus Comitatibus Regni;à quibus habuit fidelitatem,ꝙ creato Rege,tales Comites ſequunt Regē,ſicut membra ſequuntur caput: ita etiam in propoſito, cū hoc feudum rerum prætenſè donatarum ſit membrū inſeparabile marchionatus, hęc membra,& hæc iura iura ſequuntur caput,& ſuum fontē. Et hoc dictum Odof. & Bal.refert,& ſequitur Marti.Laudē.in tract.de Princip.concl.51.hoc idem voluit Matth.de Afflict.in deciſ. Neap. deciſ.282.orta lite &c. 7.col.ver.quarto mō &c. vbi Baronia Draconis fuit deuoluta ad Regem,in qua Baronia erant duo feuda deuoluta,& Rex inueſtiuit vnum de dictis feudis,& alium inueſtiuit de Baronia; fuit ibi quæſitum,an illi duo feudatarij deberent ſequi ſuum Baronem, an Regē. & quia feuda erant de baronia,nō obſtante ꝙ illa vacaſſet,& feuda fuiſſent conceſſa per Regem, ex quo tamen erāt de Baronia, debent ſequi Baronem. alleg. Bal.in cap.1. quid ſit inueſtitura. & And.in c.1. ex quib.cauſis feud.amit.

¶ Item feudū applicatur eccl̃æ, nec redit ad dn̄m per mortem Prælati, verùm potiùs tali caſu Eccleſia dicitur ſemper viuere,vt dictum eſt ſup.

¶ Et hoc præcipuè verū eſt in Illuſt. Dña
24 Ducisſa,in qua concurrunt omnia, quia eſt de deſcendentibus Io.Iac.& de collateralibus Ioan. & eſt agnata,& inueſtita
25 de marchionatu,fœmina enim retinet iꝰ agnationis.§.ſunt aūt.& ibi glo. in ver. itaq; vnitæ.inſtit.de legi.agna.tute. etiam ſi eſſet nupta.iuxta ea,quæ latè dixit Felyn.in c.nouit.col.1.& 2.de iud.& per Alex.in l.cū quędā puella. ff.de iuriſd.om. iud. & quo ad agnationem res non habet dubium.

26 ¶ Nec obſt.ꝙ intelligatur de agnatis maſculis,quia ſic expoſtulat natura feudorū; quia iſtud feudum non fuit ſimplr̃ conceſſum ob gratiam,prout regulariter feuda conceduntur.ſm̃ Spec. in tit. de loca. §.nunc aliqua.ver.quarto.in fin. & ibi ꝑ Bal.in addi.ad Spec.in auten. ingreſſi. C. de ſacroſanc.Eccl.per Curt.in tractat. de feu.car.5.col.3. ver. vos addite. ſed fuit conceſſum, quia prius fuit donatum, vt concederetur in feudm,quò fit, vt ſimilitudinem habeat cū feudo ob pecuniam conceſſo; quo caſu in eo ſuccedunt, tam maſculi,ꝙ̃ fœminæ.ita Odofr.in ſumma. qui in feu.poſ.ſucced. & Bal.in c. 1. §. & quia vidimus.qui feud.dare poſ.cum alijs adductis per Cur.in d.tract.car.25. col. 3. ver.ſexto limitate.quam eandem cōcluſionem

ſionem dicit communẽ Deci. conſ. 390. col. 4. ver. capio ſecundam inueſtituram, in 3. vol.

Et iſtud eſt eò magis verũ, cùm infeudationi præceſſit prætenſus contractus capitulationis, & etiam laudum, & in contractibus, & ſententijs, & laudis, maſculinum concipit fœmininũ. prout in materia feud. voluit Alex. in conſ. 1. col. 7. ver. plus etiam attentari poſſet in 5. vol. vbi multa adducit, ad quem breuitatis cauſa me remitto.

¶ Et inquantũ Illuſtr. Dña Duciſſa Mãt. non eſſet in aliqua conſideratione, quod tamen falſum eſt per ſupradicta, & ipſa, & Illuſt. D. Dux Mant. haberentur, vt penitus extranei, indubitanter adhuc debent admitti, eò, ꝙ Dux, & Duciſſa marchiones ſunt montisferrati, & illud feudum eſt vnitũ, & additum marchionatui. Propterea ſequitur marchionatum, ad quemcunq; vadat, vt concludentiſſimè probatum eſt ſup. & dicti Illuſt. Dux & Duciſſa ſunt huiuſcemodi, vt patet in inueſtitura Cæſarea.

¶ Sed ſola difficultas ſupereſt, de qua ſup. ad aliam partem, videlicet, ꝙ per inueſtituram vocantur agnati, & D. Dux Mant. non eſt de agnatis: ad quod reſpõdetur, duæ enim rationis admiſſionis in propo-
27 ſito conſiderantur, quarũ prima eſt, ꝙ ſuccedunt agnati, deſcendentes, aſcendentes, vel collaterales: ſecunda ꝙ feudum ſit inſeparabiliter, & perennè vnitum cũ marchionibus. vnde millies ceſſat prima rõ, cũ tamen militet ſecunda, ob id non tollitur diſpõ. §. affinitatis. ubi glo. & Doc. in ſtit. de nupt. & in l. ſi vetri. §. fi. ff. de priuileg. cred. & bonus tex. in l. ſi lex eliaſcentia. ff. de hæred. inſti. quem tex. dixit meliorem de iure ad hoc propoſitum Iaſ. in l. cũ quidam. col. 3. verſic. breuiter. C. de impube. & alijs ſubſti. & in l. more. n. 18. ff. de acquir. hæred.

28 ¶ Plus dicitur, & iſta eſt plana ſolutio, ꝙ vbi perſonæ nominantur, & apponitur illis perſonis qualitas, illa qualitas ſola attendirur, nec inſpicitur perſona, quia pſona præſumitur appoſita propter qualitatem. Vnde ſufficit, quòd ſola qualitas ſubſiſtat, præſertim ſi pro conditione pſentis ſtatus congruit, perſonam illam denominari; vt eſt pulcher text. in l. tale pactum, in §. qui dotem. ff. de pact. ubi diſpoſitio collata in fratrem hæredem, qui ſperabatur eſſe hæres tempore diſpoſitionis, prodeſt alij hæredi, etiã quòd non ſit frater. Et propterea Pau. de Caſt. ibi, quem refert, & ſequitur D. Iaſ. ibi, col. 2. uer. nota primo. dicit hoc eſſe notandũ, quòd diſpoſitio collata in aliquem, reſpectu alicuius qualitatis, uendicat ſibi locũ in alio, in quem tranſit illa qualitas.

¶ Et iſte præciſè eſt caſus noſter, quia diſpoſitio fuit collata in deſcẽdentes, aſcẽdentes, & collaterales, agnatos, quia ad iſtos, habito reſpectu ad conditionem ſtatus illius temporis ſucceſſiuè ſpectabit marchionatus, nec ultra fuit cogitatum; quia non dubitabatur probabiliter, quòd eſſet de futura linea, ſtante, quòd Io. Iac. habebat tunc quatuor filios maſculos, Ioannem, Gulielmũ, Bonifaciũ, & Theodorum; unde quis cogitaſſet defecturam talem lineã? Propterea illa deficiente pter opinionem diſponentiũ, attenditur ſola qualitas marchionatus, non agnationis, ut eſt caſus, & deciſio in terminis ſupra dicta, quæ tollit omnem difficultatẽ. & propterea Bart. ibi in d. §. pater. ſummando illum text. dicit, quòd pactũ factũ uni, qui ſolus ſucceſſurus ſperabatur, pdeſt alijs præter ſpem ſuccedentibus: & dixit Bal. in 3. no. magis eſt ponderandũ appellatiuum, hæredibus, quàm propriũ nomen fratris; ita magis ponderandum marchionibus, quã agnatis.

¶ Et dixit Alberi. ubi ſup. in d. §. pater. qui doté. col. 2. uer. ſed dic, quòd ſi diſpoſi-
29 tum cõcernit ad officium, uel dignitatẽ appoſita perſona propria, & dignitate, attenditur magis ſucceſſor dignitatis, & nõ perſona; & ideo ſucceſſor in dignitate ſuccedit. Plus dicit, quòd ſi diſpoſitũ non concernit officium, uel dignitatẽ, ſed pſonam ipſam; & perſona non eſt cognita, quòd adhuc concernitur magis officium, & dignitas, q̃ perſona. Et propterea ſucceſſor in dignitate non attenta pſona admittitur, & uterq; iſtorũ eſt caſus noſter,

noſter,quia,ꝙ feudũ ſit applicatum Marchionatui, eſt honor Marchionatus, vt dixi ſup.allegand.Bal. & Marti.Laud. ac Iaſ.n.77.in vſib. feud. Item contrahẽtes non potuerunt habere affectionẽ ad naſcituros,quos non cognoſcunt, & maximè ad ſucceſſores,deficientibus deſcendentibus,agnatis. Propterea honor, & dignitas marchionatus præſumitur præcipuè conſiderata, eo maximè, quia quilibet cogitur non minuere ſuam dignitatẽ.vt per Bald.Mart.& Iaſ.in locis, quib⁹ proximè ſup. Ergo dignitas præſumitur, inquantum poſſibile ſit ſemper conſiderata, quia neceſſitas ſemper præſumitur habita in opinione.ſm Bar. & Doct. in l. Gallus.§.quidẽ rectè.ff.de liber.& poſth. & vulgata regula in neceſſitatibus nemo liberalis exiſtit.l.rem legatam.ff.de adimen.lega. Alia etiam adducit Alber.ibi, quæ poſſent adduci ad propoſitum; ſed quia non ſunt ita præciſa ad caſum noſtrum,ea omittere decreui.

30 ¶Et dicit Pau.de Caſt.in d.§.qui dotem. col. 2. ver.nota, ꝙ diſpoſitio &c. ꝙ diſpoſitio concepta in vnum caſum,vendicat ſibi locum in alio caſu; quãdo eſt veriſimile,ꝙ diſponens idem diſpoſuiſſet, ſi illum caſum cogitaſſet,ſed Io.Iaco. ex capitulatione fuit contentus donare, ita tamen, ꝙ Ioannes eius filius,& cæteri aſcendentes,deſcendentes,& collaterales agnati,& Marchiones inueſtirentur; & ita in executione dictorum pactorum, & pronunciamenti fuit factũ. Vnde nõ eſt veriſimile,ꝙ ſi Io.Iac.cogitaſſet deficientiam ſuæ agnationis,quã nullo modo debebat cogitare. quatuor enim filios maſculos habebat, Ioannem, Gulielmum, Bonifacium,& Theodorũ,vt etiam dixi ſupra, ꝙ voluerit dictam Marchiam ex toto expoliare, & dimembrare contra terminos iuris,quilibet enim pręſumitur bonus.l.meritò.ff.pro ſoc.

31 ¶Vltimò facit,quia poſito,ꝙ prędicta nõ eſſent concludentia,quæ tamen demonſtratiua ſunt; tamen adhuc dicitur,quòd ad minus non poteſt inficiari,quin poſſibilia ſint,ideſt,ꝙ inſtrumenta ita nõ poſſint intelligi. Qua data poſſibilitate, dicitur,quòd hæc eſt amplectenda,quia cũ Dux Sabau. ſit ille,qui fundat ſe in illis inſtrumentis,contra eum facienda eſt interpretatio.l.veteribus.ff.de pac.& ratio, quia probatio debet eſſe concludẽs. c. ꝑſentia.de proba.l.neq; natales.C.eod. eo maximè in cauſa tàm ardua,& tanti põderis, prout eſt præſens, quæ æquiparat criminali.l.propter litem.de excu. tuto. §.item propter litem.inſti.eo.c.frequens. de reſtitu.ſpol.in 6. per Bar. in l. admonendi.ff.de iureiur.& in criminalibus requiruntur probationes luce meridiana clariores.l.ſciant cuncti.C.de proba.

¶Et inquantum Illuſt.Dñi Duces mei indigerent præſenti conſilio, quo non indigent,per adducta in alio meo conſilio, poſſunt prædictas deciſiones deſcribi facere litteris aureis.

¶Ita vt ſup.conſultum,& cõcluſum eſt, dico,& cõſulo iuris eſſe,Ego Nicol. Aliprand.Iur.V.Doct.& Ducalis Mant.Senator,ſaluo ſemper ſaniori iudicio recti⁹ ſentientis; & in fidem præmiſſorũ manu ꝓpria ſubſcripſi,& ſolito ſigillo muniui.

¶Subſcriptio Mag.Dñi Ludouici Gozadini,ad conſilium ſupraſcriptum.

¶Placet mihi concluſio facta per Magn. & Excel.D.Conſulentem, quia meliùs, & legaliùs aliquis loqui nõn potuiſset: & ego alias priùs in conſilio meo, ædito in fauorem Illuſt.ac Excell. Ducis Mant. contra Illuſt.Ducem Sabau. tetigi illud fundamentum,quòd ſi diceremus valere donationem factam Duci Sabau. & infeudationem factam ab ipſo marchione montisferrati: tamen quia infeudatio facta fuit propter donationem, ideo Illuſt. Duciſsa eſt compræhenſa,& propter eã potuit inueſtiri etiam Illuſt.Dux.Mant. vt per Fulg.in ſuo conſ.4.vt latiùs dixi,licèt de alio fundamento vnionis factæ nõ fecerim mentionẽ,quod multum placet, & eſt iuridicum,& æquum. Et profectò dicere poſsumus de iſto Excell.D.Nicolao Aliprado,quod dixit diuus Hierony. de Origene adamancio; & ſi in cæteris ſuis ſubtiliſſimis conſilijs,& allegationibus

bus omnes aliõs Doct.ſuperauerit,in hac tamen cauſa Illuſt.Ducis, & Illuſt. Duciſsæ,contra Ducem Sabaudiæ, & cõtra Marchionem Salutij ſemet ſuperauit,& vicit. Et ideo idem dico,& conſulo Ego Ludouicus Gozadinus Iur.V. Doct. Comes,& Eques,ac Senator Bonoñ.In quorum fidem hic me ſubſcripſi,ſolitoq; ſigillo muniri iuſſi,ſaluo &c. L. D.O.

¶Subſcriptio Magnifici,ac Reueren. D. Raynaldi Petrutij.

¶Vt ſupra per Excellen. D. Nicol. malorem honorañ.conluſum extitit.Iuris eſſe arbitror de ſubſcriptione ſola nunc requiſitus,aliàs lõgiùs ſcripturus;Ego Raynaldus Petrutius Senenſis,Iur.V.Doct.& Miles,& in fidem propria manu me ſubſcripſi,& ſolito ſigillo ſigillaui, ſaluo ſẽper ſaniori conſilio. Ad laudem Dei.

¶Subſcriptio excel.D.Philippi Decij.

¶Et idem quod ſupra,arbitror eſſe de iure,Ego Philippus Decius Mediolan.Iur. V.Doct.& in fidẽ manu propria me ſubſcripſi, & ſigillum conſuetum appoſui, ſaluo ſemper iudicio ſaniori.
Ad laudem Dei omnipotentis.

CONSILIVM IN ORDINE XXXV.

Reuerendiſsimi D. Iacobi Symonettæ, nunc Cardinalis benemeriti.

CONSVLVIT nouiſſimè clariſs. V.I. Doctor Dñus Nicol. Aliprand. Ducalis Mantuæ Senator, ꝙ data ſine veri ꝑiudicio validitate prætenſorum fœderũ, laudi,donationis,inueſtituræ,& aliorum geſtorum inter Illuſtriſs.Amadeum, olim Ducem Sabau.ſeu eius filium primogenitum,& Ioan.Iac. Montisferrati Marchionem,& eius filiũ primogenitũ. Nihilominus bona donata,de quibus in ꝑſentiarum agitur penès Illuſt. Duciſſam Mant. remanere debere, ſi tamẽ illa ab Illuſtriſs.moderno Duce Sabaud.in feudum recognoſcere velit: quæ concluſio, vti non neceſſaria per alia,quæ pro parte Illuſtriſs.Duciſſæ prætenduntur: ita iuribus, & rationibus comprobata totam præſentis controuerſiæ materiã ſopire,& omnem dubitandi anſam tollere videt. Ideo requiſitus pro parte Illuſt. Dñi mei Ducis Mantuæ de huiuſmodi concluſionis ſubſcriptione,vt voto ipſius ſatisfacere aliqua ex parte valerem,non ſimplici ſubſcriptione contentus fui, ne fortaſſis temerè aliquid aſſeruiſſe viderer, cũ concluſio prima fronte inſpecta, nonnulla cõtraria habeat, quæ conſideratione digna ſunt,oĩbus tamen examuſſim penſatis,& maturè conſideratis, placuit cõcluſio Dñi Nicol.Doct. præſtantiſs.

¶Præſuppoſito igitur, ꝙ à tenore inueſtituræ non ſit recedẽdum. c.1.de duob. frat.à capit.inueſti. cum multis,de quib' cumulatè per Iaſ.in prælud.feud.col. 29. ver.quarta diuiſio.& conſ.114.ad obiecta.col.3.vol.1.conſ.1.col.2.in fine. in 3. vol.136.præſupponitur.col.4.vol.4.& alibi ſæpe,per Doct.ac etiam,ꝙ Illuſt.Duciſſa Mantuæ non ſit, nec de aſcendentibus,ſeu deſcendentibus Ioannis primo inueſtiti. videtur etiã dicendum, ꝙ nec ſit de collateralib' agnatis,quia vbi alias Illuſtr.Duciſſa dici deberet collateralis agnata. iuxtà text.in §.1. inſtit.de legit. agn.tute. & in §.1.inſtit.de legit. agnat. ſucceſ. Alex.conſ.5.circa prin. & melius conſ.89.circa primũ.col.penul.circa fin. vol.6.Tamen cũ videamur hic eſſe in materia ſtricta,appellatio agnatorũ com
1 præhendet ſolũ agnatos maſculos, non autem fœminas agnatas, vt videmus in

ſtatu.

ſtatutis. Nam ſi extat ſtatutum, q̃ agnati præferantur cognatis, intelligitur de agnatis maſculis, non autẽ fœminis. prout voluit Ana. conſ. 4. Viſis in ſecundo dubio. Dec. conſ. 309. Viſo. col. 2. 319. Præclariſſimè. col. 2. 495. Viſo. in fin. conſ.
2 Hinc etiam dicimus, q̃ in contractibus maſculinũ non concipit fœmininũ. Bar. in l. liberorum. col. 3. ff. de verb. ſig. Vnde ſi quis accipit emphyteoſim pro ſe, & filijs ſuis, intelligitur de filijs maſculis, nõ autem fœminis. Archi. in c. ſi quis ſuadente. 17. q. 4. Iaſ. in l. maritus. col. 2. C. de procur. in l. ſi quis id, quod. col. 5. ff. de iuriſd. omn. iud. & in l. 2. in 1 oô. col. C. de iure emphyt. in l. veteribus ff. de pac. Deci. late in l. fœminæ. col. 14. ver. in 2. q. ff. de reg. iur. Ita etiam erit dicendum in feudo, cũ feudum ſit contractus. per. Iaſ. in prælud. feu. col. 11. ver. quarto principaliter, & in ſpecie caſum noſtrum decidunt Pau. de Caſt. & Moderni, in l. ſed ſi hac. §. liberos. ff. de in ius voc. Dum dicũt, q̃ licet appellatione liberorum compræhendãtur tã maſculi, q̃ fœminę, & deſcendentes ab eis; iſtud verũ eſt, quando ſumus in materia indifferenti, & quæ conueniat vtriq; ſexui, ſecus ſi conueniat maſculis tm̃, vt in feudis. Vñ ſi aliquis acquirat feudũ pro ſe, & liberis ſuis, non cõpræhenduntur filiæ fœminæ, cũ fęmina regulariter non ſuccedat in feudo. vt ibi per eos, & per Iaſ. in d. l. ſi quis id, quod, col. 3. de qua deciſione late Præpoſ. in c. 1. §. & quia vidimus. col. 2. qui feud. dare poſ. Socin. conſ. 19. Pro deciſione. col. 2. ver. ſed tamen licet. vol. 1. Corne. conſil. 16. Aperta. col. 2. verſ. Quia reſpondetur. vol. 1. Cùm igitur Illuſt. Duciſſa non ſit de agnatis maſculis, ſequitur, q̃ nec ex iſto capite eſt de cõpræhenſis in inueſtitura; minus etiam dicitur de compręhenſis Illuſtr. Dux Mantuæ, cũ reſpectu Ioannis primo inueſtiti ſit pœnitus extrane⁹. Vnde feudum in omnem euentum videtur eſſe ad dominum, & ſic ad Ducem Sabaud. deuolutum. c. 1. §. & quia vidimus. vbi not. qui feu. dar. poſ. cum alijs. ſicq; de eo pro libito diſponere poſſit.

¶ Hæc ſunt in effectu fundamenta, quę prima facie inſpecta intentionem Illuſt. Ducis Mantuæ elidere videntur. Sed p̃miſſis, & alijs, quæ adduci poſſent, non obſtantibus, concurro in ſententiam clariſs. Dñi Nicolai Aliprandi, & eius concluſionem firmatam, tanq̃ de iure veriorem amplector, & tota intentio mea verſabitur circa tenorem inueſtituræ. Nam cùm ex ipſa clarè appareat, q̃ Illuſt. Duciſſa ſit de compræhenſis in ea. Ideò alia tanq̃ ad victoriam non neceſſaria, pro temporis qualitate, & anguſtia, ac mea mala valetudine prætermittam.

¶ Dico igitur, quòd licet conſiderata perſona Ioannis primo acquirentis, tanquàm principio, & ſtipite huiuſmodi acquiſitionis feudi, prout de neceſſitate cõſideranda eſt. ſecundum Bal. in c. 1. col. 2. de eo, qui ſibi, & hæred. ſuis maſcul. & in cap. 1. §. ſi vero. circa fi. de ſucceſſ. frat. vel de grad. ſucceſ. in feud. ipſa Illuſtr. Duciſſa non dicatur, nec de aſcendentibus, ſeu deſcendentibus Ioannis; dicitur tamen de agnatis tranſuerſalib⁹, quòd autem ſit de agnatis ſupra probatum eſt. Et quod dicitur, quòd debeat intelligi de agnatis maſculis, non autem fœminis veritati repugnat. nec talis reſtrictio in caſu noſtro fieri poteſt, quia præterq̃ quòd dicit Bal. conſ. 119. in 1. vol. refert, & ſequitur Iaſ. conſ. 17. Dñus
3 Ioannes. col. 3. vol. 3. quòd tenor inueſtituræ non eſt reſtringend⁹, ſed indefinitè interpretandus, vt verba ſonant; q̃d ita indefinitè in caſu noſtro, tam de agnatis maſculis, q̃ fœminis dicta verba ſint intelligenda, infraſcriptis demõſtratur.

¶ Primò enim conſiderandum eſt, quòd in caſu noſtro agitur de feudo ligio; ex tribus enim cognoſcitur, an feudum ſit
4 ligium. Primùm quando in eo iuratur alicui fidelitas, nulli alteri fidelitate reſeruata. Secundùm, quando in inſtrumento inueſtituræ expreſsè iſtud dicitur, quòd feudum ſit ligium. Tertiùm, quando principaliter vaſallus perſonam ſuam, & in conſequentiam etiam bona non feudalia ſubijcit poteſtati domini. In caſu autem noſtro ſi inueſtitura rectè inſpiciatur, omnia iſta tria concurrunt,

quæ ad conſtituendum feudum ligium
conſiderantur per Iaſ.in præl ud.feu. col.
31. verſ.ſeptima diuiſio. latè per Cur. in
tract.feud. in prima parte,in 8. principa-
li q.col.6. ver.5. ſub hac quinta ſpecie.
5 Et inter alios effectus iſtius feudi ligij,
vnus connumeratur per Iaſ. in locis ſu-
perius alleg. videlicet,quòd in eo ita ſuc-
cedunt fœminæ, ſicut maſculi. quod ſe-
quitur Deci. conſ.269. Conſultus. col. 3.
ver.Similiter,ſi eſſet feudum ligium. &
conſ.22. Proponitur. col.3. ver. ſimiliter
ſi feudũ ligium ſit inter quadraginta con
ſilia ſeparata,aſs 424. col.3.ſequendo nu
merum conſiliorũ. Cùm ergo in feudo,
de quo agitur ex natura ipſius, ita ſucce-
dant fœminę,ſicut maſculi; & appellatio
agnatorum tàm maſculos,q̃ fœminas cõ-
præhendat. vt per Deci. in ſimili, in l. 2.
col.pen. ver.decimo notañ.eſt. ff.de reg.
iur. Fiat ergo interpretatio indefinita,ita
quòd de proprietate ſermonis dicetur Il-
luſt. Duciſſa de compræhenſis in inue-
ſtitura,& hæc de plano procederent,ſtã-
te tali conſuetudine in illis partibus, ꝙ
fœminę in huiuſmodi feudis ligijs ſucce-
dant, ſecundum quod Curt. ex mente
Spec.& Alex.in dicto loco ita declarat.
Et vbi talis conſuetudo probari non poſ-
ſet,ex alio dicitur,ꝙ in iſto feudo ita ſuc
cedant fœminæ,ſicut maſculi.

¶Nam,vt ĩ inueſtitura apparet,præceſſit
prius donatio iſtarum terrarum,& loco-
rũ,facta per Ioan.Iac.& poſtea eadẽ die,
& loco fuit ſequuta de ipſis in Ioannem
6 primogenitum Ioan. Iac. inueſtitura; vn
de in iſtis contractibus eodem die, loco,
& inter eaſdem perſonas factis, præſumi-
tur vnus reſpectiuè ad alium factus. de-
clarat Fely. in c.paſtoralis. in prin.5.col.
de reſcrip. Corne.conſ.fin.1.vol.Iaſ. cõſ.
104. Renunciatio. 169. Duo teſtamen-
ta. col.2.vol.4. & Deci.conſ.245. In cau
ſa.col.3. verſ.quibus tamen non obſtan-
tibus. 279.placet. col.pen.in fin.336.col.
2. vol.2. Cùm ergo inueſtitura reſpectu
donationis præcedentis, cenſeatur eſſe
facta iam de huiuſmodi feudo, dicendũ
7 eſt, prout de feudo pecunia empto, in
quo ita ſuccedunt fœminæ, ſicut maſcu-
li. Odofre. Bal.& alij,relati per Iaſ.conſ.
152. Super feudo.col.2.vol.2. Deci. cõſ.
390.col.5.

¶Nec obſtat, ſi dicatur iſtud verum eſſe,
ſi pro iſto feudo nullum ſeruitium eſſet
præſtandum,prout dicitur in feudo em-
8 pto; quod tunc demùm tranſit ad fœmi-
nas,ſi pro eo nullum etiam ſeruitiũ præ-
ſtetur: prout ita declarat Cur. conſil. 50.
Memoriæ recolendæ. col. 5. verſ. Acce-
dentes ad primum,cum ſeq. col. memi-
nit Cur. iunior in tract. feudali. in tertia
parte. col.3 in 6. limita. Quia reſponde-
tur, quòd caſu quo illa opinio eſſet vera,
& Illuſtr. Duciſſa ratione ſeruitij præſtã-
di, non eſſet capax, & in ipſum Illuſtr.
Ducem eſſet inueſtitura facienda: quia
9 fœmina, quæ per ſe non eſt capax,effici-
tur ratione mariti ad ſeruitium præſtan-
dum capax. prout ita conſuluit Raphael
Fulg.conſ.4.cui ſe ſubſcripſit Raph.Cu-
ma.referens ita de facto ſeruatum fuiſſe
Paduę,& ſequitur Cur.in trac.feud. in 2.
par.q.6.prin.col.2. ver.non omitto tamẽ.
& in tertia parte, in 2. col. Quia non re-
fert,an ſeruitia per filios, an per generos
prę ſtentur. ſm̃ Deci.conſ.498. Viſo. col.
pen.ver. poſtremò.vol.3.
10 ¶Et quando ſupradicta dubitationem a-
liquam haberent, negari non poteſt,
quin iſta conceſſio fuerit facta ob bene-
merita Ioannis primo inueſtiti, vt ap-
paret ex proëmio ipſius inueſtiturę, ex
quo finalis ratio conceſſionis colligitur,
vt plura cumulat Barba. conſ.1. in prin.
in 3.vol. Iaſ. conſil.1. col. 5. in 1. volu.
Modò feudum conceſſum ob beneme-
rita inueſtiti tranſit ad fœminas. Cur. in
tracta.feud.car.13. col.2. ver.iſtam com-
munem concluſionem. Quę concluſio
11 verificatur hoc modo, quia videmus, ꝙ
in omni conceſſione remuneratoria sẽ-
per relaxatur iuris prohibitio. Hinc vi-
demus, quod licèt regulariter donatio
inter virum, & vxorem non valeat; ta-
12 men vbi eſt remuneratoria, tenet & va-
lida eſt. l. quòd autem. §. ſi vir. ff. de
don. inter vir. & vxor. Et licèt lex pro-
13 hibeat, ꝙ Pręlatus res Eccleſię non poſ-
ſit date,tamẽ ex dicta cauſa donare põt.

Liube-

l.iubemus nulli.& ibi Bart.Bal.& Pau.de Caſt.C.de ſac.ſanc.Eccl. c.relatum.& c.
14 cùm in officijs.de teſta.Item licèt donatio prætextu ingratitudinis reuocari poſſit,non tamen donatio,quæ eſt remuneratoria.glo.in l. ſi pater.§. fi. ff. de dona. Hæc,& multa alia adducunt Soci. conſ. 66.fruſtra plenitudini.vol.1.& conſ. 84. Accuratiſſimè.col.pen.vol.3. Barbà. côſ. 11.Illud offeram.col.4.vol.2.& conſ.2. in 1.col.in 3.vol.cum multis alijs,de quibus per Iaſ.in l.ex hoc iure.in 13.col. pſertim.in ver.nouus effectus.ff.de iuſti.& iur. & in l.ſi non ſortem.§.libertus. in 4. col.in ver. Septimus effectus. de condit. indeb.vbi in ſpecie,idem in feudo concludit. Vnde cũ hic ſimus in conceſſione remuneratoria iuris feudalis, rigor relaxari debet. ita,ꝙ licèt dicamus, quòd in conceſſione feudi fęminæ non ſuccedãt, illud verùm erit, vbi eſt conceſſio merè gratioſa , ſecus quando eſt remuneratoria per ſupradicta.
14¶Accedit,ꝙ dicta conceſſio ,tanꝗ ꝓpter benemerita facta,debet latè interpretari Alexan.in l.3.in princ.in 1.col.ver.ſecundo limita.ff.quod quiſq; iuris.ſequit Dec. conſ.269.Conſultus.col.1.vol.2.& conſ. 488.Viſo.col.vlt.verſ. ſed paucis.vol.3. li cèt ergo in feudo ſimpliciter conceſſo, feudum pro agnatis debeat intelligi de agnatis maſculis. Secus autem erit in feudo ob remunerationem conceſſo ; & ratio eſt,quia ille, qui capit ex remuneratione, dicitur ex quadam permutatione capere; & ſic potiùs ex cauſa onerosa, ꝗ lucratiua.Bal.ſingulariter in l.ſed ſi lege. §.conſuluit.ff.de peti.hære.per illum tex. refert,& ſequitur Barba.conſ.30. ſcribit. col.5.circa fin.vol.1.Iaſ. conſ. 73. Dubitatur.col.4. ver. confirmo optimè. vol.3. Vnde de iſto feudo dicendum eſt, vt de eo,ꝙ ex cauſa onerosa quæritur, in quo, vt ſupra dictum eſt,& fœminæ admittuntur. Ex his ergo tribus concludo,ꝙ Illuſ. Duciſſa,tanꝗ ſub illo verbo agnatis vocata,ſit de compræhenſis in inueſtitura. Et licèt ex pręmiſſis pateat clara reſponſio ad fundamenta contraria,tamen ſpecialiùs rñdendo, dico,ꝙ nõ obſtat illud, quod dicitur de ſtatuto,videlicet, ꝙ ſta-
15 tutũ excludens cognatos propter agnatos,intelligitur de agnatis maſculis; quia cũ tale ſtatutum ſpecialem in ſe habeat rõnem, videlicet,vt domus,& familia ꝑ agnatos conſeruetur, cũ huiuſmodi conſeruatio per fœminas fieri non poſſit, nimirum ſi de ipſis non intelligitur. Sed in caſu noſtro,alia eſt ratio conceſſionis,videlicet affinitas,& benemerita,& iſta æque tranſeunt in fœminas, ac in maſculos ; ideo verbum agnatis pariter de vtriſq; intelligitur,arg.tex.in l.pronunciatio. in princ.ff.de verb.ſign.
16¶Nõ obſtat,ꝙ dicitur, ꝙ in contractibus maſculinum non concipit fœmininum, quia reſpondetur, ꝙ de contractibus ad feuda non bene arguitur; vt abunde declarat Iaſ.in l.Gallus.§.inſtituens.in pen. col.ff.de libe.& poſth.in illa q. an appellatione filiorũ veniant nepotes in feudis. vbi concludit,ꝙ ſic,licèt aliud ſit in con-
17 tractibus,cũ in illis fiat ſtrictà interpretatio; & in feudis,vt in beneficijs Principis fiat latiſſima,& largiſſima.c.cùm dilecti. de dona.l.fin.de conſtit.Prin.& quòd in feudis fiat larga interpretatio, idem concludit Iaſ.in prælud.feud.in 10.col.poſtquã.poſt Bal.ibi in 5.col. concluſit,ꝙ feudũ innititur magìs gratiæ,ꝗ debito, & ideò gratia nuncupari poteſt, inferẽs ex hoc,ꝙ in eo debet fieri larga interpretatio.& allegat Bar.in varijs locis,Cal.de.verò conſ.1. de feu. vult,ꝙ ſicut ſurreptio ĩ
18 gratioſis vitiat ipſo iure gratiam.c.ad audientiam.ſecundo de reſcrip.ita vitiet ipſo iure conceſſionem feudalẽ;& ſequitur Fely.in d.c.ad audientiam.in 15.col. de reſcript.& D.Alex.in l.ſi mihi. & Titio. in 3.col.ff.de verb.oblig.poſt alios Doct. vult,ꝙ l.1.C.ſi liberali, imperia. ſoc. lib. 10.loquens in donatione ex mera liberalitate ꝓcedente,habeat locum in feudo, cũ de eo,vti de gratia iudicetur, & hoc multis alijs ſimilibus poſſit probari.
19¶Poteſt etiam reſponderi,prout dicetur in reſponſione ſequenti. Non ergo obſtat,quod dicitur,ꝙ feudum pro ſe,& liberis captum,intelligitur de liberis maſculis,non aũt fœminis,prout volunt de-

ciſiones in in prima parte alleg. quia ad
hoc fundamentũ, in quo tota intẽtio par
tis aduerſæ fundari poteſt, multipliciter
reſpondetur. Primò enim dicitur, quòd
illud eſt regulare, ſed fallit in feudo li-
gio. Item & ſecundò non habet locum ĩ
feudo ex cauſa onéroſa habito, in quibus
caſibus cũ ſuccedant fœminæ, ſicut ma-
ſculi pariter, de vtriſq; eſt intelligendũ.
Prædictæ autem deciſiones intelligũtur
in feudo, in quo tantum maſculi, & non
fœminæ ſuccedunt; quia cũ ex iuris di-
ſpoſitione fœminæ excludantur, verba
contrahentium debent intelligi ſm̃ iu-
ris diſpoſitionem. vt dicunt Doct. in lo-
cis prælleg.

¶ Vel & tertiò reſpondetur, ꝙ p̃dictæ de-
ciſiones habent locum in feudo ſimpli-
citer cõceſſo, in quo ſm̃ iura feudalia ſtri
20 ctã fit interpretatio. Nos autem ſumus in
feudo remuneratorio, quo caſu cũ in eo
fiat latior interpretatio, & regulæ iuris ꝓ-
hibitoriæ relaxentur, venient in iſto feu-
do non ſolũ maſculi agnati, ſed etiam fœ-
minæ. Et ideò iure meritò concluditur,
ꝙ Illuſt. Duciſſa ſit de comprænhenſis in
inueſtitura; & licet ipſa propter ſeruitia
præſtanda non ſit ipſius capax, fiet tamẽ
inueſtitura in Illuſt. Ducem eius maritũ,
vt ſupra concluſum fuit. Sicq; Illuſt. Dux
21 per Illuſt. Duciſſam eius vxorem illud
conſequetur, quod per ſe alloqui nõ po-
terat; & iſtud eſt rõne illius indiuiduæ v-
nionis inter vtrũq; exiſtentis, ad qđ p̃nt
adduci plura, quæ cumulat Felyn. in c. 1.
col. 4. & in c. cũ ex officij. col. 10. ver. ter-
tia concluſio, & col. 12. ver. ſexta conclu-
ſio. de præſcrip. Iaſ. in l. ſi emancipati. col.
3. ver. nota tu diligenter. C. de. colla. &
conſ. 112. col. 3. ver. Item illud ſtatutum.
volum. 4.

22 ¶ Quartò etiam loco ad obiecta clariùs
poteſt reſponderi, cũ enim hoc feudum
non ex mera, & pura liberalitate proceſ-
ſerit; ſed ex obligatione ex capitulis, &
laudo prouenientе, impropriè appellatur
feudum; cũ diffinitio feudi illi non con-
ueniat. de qua in c. 1. §. fi. in quibus cauſ.
feud. amit. Dicitur enim ibi, ꝙ ſit bene-
ficium, quod ex beniuolentia alicui dat.
& in c. 1. ad fi. de feu. da. inuic. leg. com-
miſſ. dicitur, ꝙ feudum eſt beneficiũ, qđ
amore dñi acquiritur. Hinc videmus, ꝙ
ſi beneficium acquiritur pecunia, impro-
priè dicitur feudum. vt per Bal. latè in l. ſi
qua. C. de propr. liber. etiam l. liberti. in
fin. col. in prin. C. eod. tit. cum multis, de
quibus per Iaſ. in prælud. feu. in 5. col. in
q. an feudũ vendi poſſit. vbi ex multis o-
ſtendit, ꝙ tale feudum non iudicatur, vt
feudũ, cùm feudi naturam excedat; & i-
deò videmus, ꝙ in feudo empto, & ſic ex
cauſa oneroſa, & non ex mera liberalita-
te procedente ex eo, ꝙ impropriè feudũ
ſit, ꝙ eo in fœmina ſuccedit. Ita forma-
liter arguit D. Alex. in l. vtrum. ff. đ verb.
obl. Bal. allegans, ita etiã arguit Iaſ. in cõſ.
152. Super feudo. in 2. col. multa allegãs.
Alibi etiã conſuluit idem Iaſ. in conſ. 57.
In cauſa mota. in 3. col. quòd cũ feudum
pecunia acquiſitum, cũ non ſit gratis con
ceſſum, ſit impropriè feudum, ꝙ iura feu-
dorum prohibentia vaſallum teſtari, cũ
de feudo proprio debeant intelligi, & nõ
improprio, nec ad caſus improprios extẽ-
di. vt per Bar. in l. iuſiurandi. §. ſi liberi. de
oper. liber. non habebunt locum in hm̃oi
feudo, immò vaſallus poterit de eo teſta-
ri, & ita limitari debet c. 1. de ſucc. feud.
idem quoq; Iaſ. conſ. 78. Redemptoris. in
3. col. vult, ꝙ ſi feudum eſt conceſſum a-
licui propter ſolũ pignus præcedens, cũ
non ſit gratuitum, quòd non ſit propriè
feudum, & ideo iura feudorũ in eo locũ
non habeant. quòd aũt feudum, qđ ali-
23 cui datur pro complemento; & ſic in exe
cutionem concordiæ præcedentis, vt eſt
feudũ, de quo agitur, dicatur concedi ex
neceſſitate, & non ex liberalitate, quia in
neceſſitatibus nemo liberalis exiſtit. l. rẽ
legatam. ff. de adimen. leg. eſt conſilium
Deci. 53. Diuino implorato præſidio. in
1. col. in ver. ſecundò hoc confirmatur.

¶ Ex prędictis igitur clarè patet, quòd in
feudo, de quo agitur, fœmina ſuccedit.

24 ¶ Quinimmò admiſſo fine veri præludi-
cio, quòd Duciſſa Mant. non ſit de com-
prænhenſis in inueſtituris, & præcedentes
inueſtituræ dicerent non ſolũ pro deſcẽ-
dentibus, & agnatis ſimpliciter, ſed etiã
adde-

addcrent maſculis. Dicitur, quòd his nō obſtantibus, Illuſt. Duciſſa propter benemerita pr̄is, ſeu prædeceſſorum potuit in ueſtiri, ſiue feudum ſit antiquū, ſiue nouum. Nec quiſpiam de huiuſmodi inue ſtitura facta pro filia, propter benemerita patris, aut prædeceſſorum iuſtè cōqueri poteſt, ꝙ ſibi præiudicetur, ex quo ius concedit hoc, & permittit. Ita in terminis abundè conſuluit Lud. Bolognin. pro filiabus inueſtitis, ꝑpter benemerita patris, & ſuorū, in conſ. ſuo 1. in 9. col. in verſ. ſecundò principaliter moueor. vbi alleg. duos tex. ad hoc. & 13. col. in verſ. ex quo infero. Et pro fœminis fuit iudicatum per venerandum Collegium Mediolaneñ. cui cauſa per Illuſtr. Ducem Mediolani commiſſa fuerat.

¶Quare, cū ex præmiſſis appareat, quòd Illuſt. Duciſſa ſit de comprænhenſis in inueſtitura, ac etiam de optimo illius iure conſtet; ſatis liquet, quòd Illuſt. Dux Sabau. debeat in petitis ſuccumbere: & ideò ex prædictis concurro in ſn̄iam præſtantiſſimi D. Nicolai.

¶Et ita iuris eſſe dico, & conſulo ego Iacobus Symonetta Piſaureñ. Epiſcopus, Sanctiſſimi D. N. Papæ Refendarius, ac inter ſac. Palat. cauſarum auditores locumtenens &c.

CASVS IN TERMINIS CONTRA DVCEM Sabaudiæ, mutatis nominibus.

MAGNIFICI Comites Monruelli, eleganti vocabulo à Cæſare Augusto appellati Principes Imperiales: inter numero multa priuilegia nominatim meruerunt à diuis Imperatoribus Illuſtrari. Quia Comitatus ipſe ab antiquiſſimis temporibus, non ſolū pro maſculis fuit collatus, ſed etiam pro femellis in infinitum. Et multis ciuitatibus, & oppidis, non tàm ipſis comitibus, ꝗ ipſi Comitatui, & Principatui additis. Comitē, qui antiquiſſimis temporibus præceſſit, & eius deſcendentes in dicto Comitatu, & terris, vt ſup. auctis, diui Principes poſuerunt in locū eorū, nihil in ſe retinentes, niſi dn̄ij ſuperioritatē, & fidelitatem Imperio debitam.

¶Caſſantes pro infectis volentes haberi de imperialis poteſtatis plenitudine oīa alienata ad diminutionem prædicti comitatus, & dictarum terrarum. Ita, vt nec conceſſio per ſuperiores Principes in contrarium fiēda ſit alicuius roboris, vel momenti. Comitatus ipſe peruenit ad magnanimum D. Carolum deſcendentē ex recta linea à cæteris Dn̄is Comitibus, qui dicta priuilegia obtinere meruerant. In cuius perſona per conceſſionem ſupremi Principis dictus comitatus cum vniuerſis ſuis dn̄ijs in feudum fuit confirmatus.

¶Hoc dn̄io per eiuſmodi conceſſiones, & per tanta tempora ita iuſtificato; Accidit, vt ſubortis accerrimis bellorum, & guerrarū diſcriminibus inter potentem ligā Borgiæ, & Illuſt. Ducem Aliſtriæ; Idem Carolus comes Monruelli inciderit in ſuſpitionem non leuem ipſi Duci Aliſtriæ. Ita, quòd in his guerris idē Dux Aliſtriæ, quandoq; lædere cęperit, & terram dicti Comitis currere, quaſi fouentē partem ligæ prædictæ Borgiæ; & demùm propter ſuperuenientiam hyemis, gentibus armorum ſe recipientibus ad propria logiamenta ex vtraq; parte; motus fuit idem Dux Aliſtriæ ad de nouo mittendū ſuas gentes armorum ad obſeſſionē dicti Comitatus, & dictis D. Comitis. Cuius impetum, dum videretur aliqualiter ſuſtinere Dux Bagariæ ſocer dicti Ducis Aliſtriæ, & cognatus dicti Comitis, impatiēs tam longę moræ, cupiens ad optatum ꝑuenire, qui iterum ſe nōn detexerat, eundem Comitem diffidauit. Et vtroq; Duce impetum faciente, idem D. Comes in

terris ſuis exiſtens, pacem ſibi oblatam parte dicti Ducis Bagariæ, in actu dictæ diffidātiæ acceptauit,& elegit,in ipſiusq́; fraternitate firmā ſpem,& pleniſſimam fiduciam habens,non ſecus de eo,q̃ ſe ipſo confidens;publicis litteris ſe ipſum Illuſtresq́; eius conſortem,& filios eidem recommendauit, ſuppliciter deprecādo quatenus pacem in dicta diffidantia ſibi oblatam,eidem Dño Comiti largiri vellet. Quod vt habiliùs præſtare valeret, &,vt ipſi D.Duci notum ſit, quòd idem D.Comes erga eum in ſolita fide, confidentia,ac dilectione perſiſtit,dedit, & cõceſſit eidem plenam,& largā bayliam đ bonis ſuis diſponere,& ordinare ad eius beneplacitum. Et quòd de omnibus debatis,& guerris vigentibus inter ipſum, & D.Ducem Aliſtriæ, Idem D.Dux Bagariæ poſſit finem imponere, tàm de iure,q̃ de facto,prout ei meliusvidebitur,& placuerit,cõcedendo ſuper præmiſſis omnibus largam & plenā bayliam,& omnimodam poteſtatem cũ promiſſione de non contraueniendo his, quæ ordinauerit; & quòd perpetuò gratum cùm effectu habebit,& pro ſecuritate attendendi remiſit eidem Duci Bagariæ omnia loca,caſtra,& fortilitia ſua; omnesq́; ciuitates,villas,& terras ſuas,omnesq́; vaſallos adhærentes,& recommendatos in manibus q.M. D. A.Mareſcalli Bagariæ,recipientis nomine dicti Ducis Bagariæ.

¶ Quibus locis ita repoſitis, (exceptis dũtaxat his, quæ occupata fuerant per Ducē Aliſtriæ,) ſub ſaluoconductu dicti Mareſcalli,verſus D.DucemBagariæ,idem D. Comes cũ ſuo primogenito greſſus dixerit; et tandem ipſe Dux Bagariæ aſſerens in Aliſtria cum D.Ducē Aliſtriæ, ad quē tam ipſe,quam dictus D.Comes legatus ſuos transmiſerant pro componenda pace,ipſi paci non patuiſſe locum, ſed quòd onus huiuſmodi pacis idem Dux Aliſtriȩ inſolidum remiſit eidem Duci Bagariæ, quod idem fecit idem D.Comes. ¶ Idem Dux Bagariæ ſuper omnibus guerris, & differentijs inter ipſos tres Principes vertentibus,declarauit de cætero vigere bonam pacē,perpetuum amorem,&intimā dilectionem. Ita quòd oēs offenſæ, & dānorum illationes ab illa die in antea ceſſare debeant, omnesq́; cuiuſlibet ipſorũ vaſalli ſubditi adhærentes,& recommendati inuicem conuerſari,& rerũ quarumcunq; commertia exercere. ¶ Fertur tamen,quòd durante dicto pacis tractatu, quo toto tempore dñi Comes, & primogenitus fuerunt in terris,in manibus,&in fortia dicti dñi Bagariæ Ducis; ipſi Principes,& ipſe dñs primogenitus,certa inierunt pacta,de quorum tenore certa non habetur ſcientia. ¶ Poſtq̃ ipſo dñoComite Pariſijs, & ipſo dño primogenito in Nulbergh profectis. Iterum continuata guerra inter Ducem Aliſtriæ, & Borgienſes, tandem ipſi Borgienſes, & Dux ad fœdera pacis deuenerunt, & nominatim fuit actum,quòd Dux occupata Comiti reſtitueret,quod & fecit. ¶ Redijt ergo Comes ad proprios lares, non minꝰ ſperans,& Ducem Bagariæ reſtituturum terras ſibi recommendatas. ¶ Cũ autem Illuſt.Prīceps primogenitꝰ Bagariæ Ducis, citra Roliũ flumen accederet in propriā eius terrā, primogenitus dicti Comitis,iuſſu eiuſdem Comitis in proprias terras dicti Principis obuiam acceſſit, &, vt ſeſe reciproca neceſſitudine viſitarēt, cũ ſit fratres patrueles,& inſimul per plures dies fuerunt. ¶ Sed tandē diſruptis habenis pudoris,& honeſtatis,ſepulta omni charitate, Idem Illuſt.primogenitus Comitis, iuſſus fuit de mandato dicti Dñi Principis locumtenentis generalis patris ſui perſonaliter detinere, & in carcerem ire, & ſic cum effectu factum fuit.

¶ Et ex alio latere caſtra iuſſit poni circa locum Nulbergh,qui iterũ tunc regebatᷣ nomine dicti dñi Comitis, quo oportuit ipſum dñm Comitem (plus timentem in filium detentum,q̃ in ſeipſum; & quia idem ſuus cognatus magnam partē terræ ſuæ iterum occupatam tenebat: & quia ita eſſe voluntatis Ducis Aliſtriæ firmiter intelligebat) per euidentem impreſſionē coactum,licēt graui infirmitate detentũ, cũ Oratoribus Aliſtriæ Bagariam accedere; & ſicut pridem cognatus ſuus medius erat pacis,& arbitrator inter inter ipſum

Dñm

D.Comitem ex vna,ac eoſdē Duces partibus ex alia. Ita nunc Dux Aliſtriæ fact⁹ fuit mediator, & arbiter inter ipſos cognatos; & ſic compromiſſum in Oratores Aliſtriæ factum fuit amplū, & largū. ¶Et in executionem eorū arbitramenti dñsComes iuſſus fuit omnem ſuā terram doniam,feudatā, & retrofeudatam, quā habebat vltra Rolium donarē dicto eius cognato, necnon & omnia alia loca ſibi occupata per Ducē Aliſtriæ, & reſtituta. ¶Et hæc tā vi dicti arbitramenti, q̃ vnius magni cumuli beneficiorum per ipſum D.Comitem à dicto D.Duce Bagariæ receptorum, vt prætenditur, maiori remuneratione dignorum,cū promiſſione de non contraueniendo per ſe,vel ſuos,&cū alijs multis cautelis.¶Et idem D.Bagariæ Dux iuſſus fuit de ipſis talibus donatis inueſtire iure feudi primogenitum dicti D. Comitis,&ita factum fuit.¶Exceptis inſigni oppido Nulberg,ac locis,A,b,c, d, e, f,g,h; quæ loca idem Dux Bagariæ in ſua plena poteſtate retinuit, prout & iterum hodie tenet. ¶ Et prædictam infeudationē fecit cū multis vinculis, & inſolitis obligationibus; & inter alia, ꝙ omnes vaſalli,cōitates,ſubditi,adhærentes,&recōmendati eiuſdem feudi pñtes,& futuri q̃, primū parte dicti D.Ducis,& ſuorum requiſiti fuerint, ipſe dñs primogenitus,vel ſui promittent,iurabunt, & ſe efficaciter obligabunt de ſeruando, & nunq̃ cōtrafaciendo promiſſis per ipſum dñm primogenitū in dicta inueſtitura, ac per prædictos eius ſucceſſores promittentes. Quinimmò ſi contingeret quandocunq; in futurū dictum dñm primogenitum,&ei⁹ prædictos ſucceſſores guerrā contra dictos Dños Ducem,& Principē facere,ſeu eis debitam obedientiā non præſtare; ſe obligabūt totis viribus reſiſtere dicto dño primogenito,& ſuis contrafacientibus. Immò ipſis Dñis Duci, & Principi aſſiſtere,& ꝙ tales vaſalli in retrofeudo talia tenētes in renouatione cuiuſlibet dñi, & vaſalli, tales obligationes,& ꝓmiſſiones erga dictum D.Ducem renouare teneantur. ¶Voluerunt quoq; ipſe Dux,& Princeps ex vna parte,& ipſi D. Comes, & filius ex alia, ꝙ ſub conſimili feudo fidelitate,& homagio,intrent,veniāt,moueantur,& ſubſiſtant omnes aliæ ciuitates,caſtra,villæ,& alia quæcunq; dñia, q̃ per ipſos D.Comitem,& filiū; & omnes ab eis deſcendentes tam natos, & naſcituros,tàm citra flumen Rolium, q̃ vltra quolibet acquirentur,ita teneri, intrari, ſubſiſti,compræhendi,& recognoſci debeant,in bona forma &c.¶Saluo,ꝙ ſi per alios Dños,ad quos ſpectant,q̃ Romanorū Imperatores tales ciuitates,&caſtra,in feudū darentur,illæ in huiuſmodi feudo, & homagio nō cedant,niſi prout hoc ꝓcederet de voluntate ipſorum Dñorum Comitis,& filij,aut ſuorum.¶ Fuit etiam conuentū,ꝙ prædicti Dñi Dux, & Princeps teneantur, & debeant bona fide in quibuſcunq; licitis, & poſſibilibus dicto D.Comiti,& ſuis aſſiſtere,tàm in præmiſſis ex memorata guerra per dictum Ducem Aliſtriæ occupatis recuperandis, q̃ in illis,& alijs, vt ſupra acquirendis. In præmiſſis tamen homagio, & adhærentia cedentibus. ¶ Fuit quoq; iuſſum per ipſos compromiſſarios; & ita obſeruatū, ꝙ reliqua patria comitatus citra Rolium ſita eſſet in perpetua adhærentia ipſi ſuo cognato; & de ipſa faceret pacē, & guerram pro eo,& ècontra promiſit ipſe Dux Bagariæ in terris adhærentiæ, & quo ad ipſas terras tueri, & defendere ipſum D. Comitem,& ſuos, ab omni vi, violentia, iniuria,& opa facti. ¶Quodq; & in renouatione Ducum,& Comitū renouabitur dicta adhærentia. ¶Et ꝙ in qualibet mutatione ipſorum,omnes cōitates, vaſalli adhærentes,& recommendati ipſius adhærentiæ pñtes, & futuri ſolēniter iurabunt de ſeruando,& nunq̃ contrafaciendo ipſi adhærentiæ. Quinimmò,ſi cōtingeret præfatum D.Comitē,vel eius ſucceſſores guerram facere contra dictū D. Ducem,vel ſuos, aut debitam adhærentiam ſibi non ꝓſtare; his caſibus, & quolibet ipſorū, vt & quando ſup. promittēt, iurabunt,& obligabūt ſe totis viribus eidem DñoComiti,& ſuis fideliter reſiſtere. ¶Et aduertē,quia iſta adhærentia cū ꝓmiſſionibus antedictis,cauſatur ob id, quia

quia idem D.Dux reſtituit liberaliter ip-
ſi dño Comiti, loca plurima, quæ, vt aſſe-
ritur, fuerunt parta, id eſt quæſita per ip-
ſum Ducem, in guerra, quam mouit di-
cto dño Comiti, licèt conſtet de oppoſi-
to. ¶ Et hæc omnia fuerunt acta in Baga-
ria fortia, & poteſtate dicti dñi Ducis Ba-
gariæ, tractantibus oratoribus Aliſtriæ
Ducis, ut ſup. ibi extantibus inermibus,
& imbellibus, de anno 1435. ¶ Adiecto
pacto inter ipſos cognatos, & dictum pri-
mogenitum, quòd prædicta pacta cũ cer-
tis alijs, hic non expreſsis promitteren-
tur, iurarentur, emologarentur, & atten-
di deberent per Magnificos Vgonẽ, Al.
& Be. ipſius etiam dñi Comitis liberos,
& quoſcunq; alios ab ipſis d. Comite, &
prædictis omnibus eius liberis deſcendẽ-
tes, q̃primum adulti fuerint.

¶ Et ſi attendatur ſucceſſus rerũ geſtarũ
cũ qualitatibus, & quibus temporibus, &
ad cuius partẽ fuerint interpoſitæ diffidã-
tiæ contra ipſum Comitem, & cũ qua in-
duſtria fuit oblata conditio pacis, quibus
medijs fuerit obtentum ipſum Comitem
poſt repoſitã eius terram in manibus di-
cti Ducis Bagariæ; & deinde ſe ipſum, &
eius primogenitũ recipere in poteſtatem
ipſius Ducis, & ibi paciſci, donare, & cũ
tot diuerticulis, & cõicationibus de vno
Duce ad alium; ipſum Comitẽ libertatẽ
ſua priuare, & ſuos, & ſe ſubijcere dicto
Duci abſq; eo, q̃ de tali præda vnum nu-
miſma remanſerit ad vtilitatẽ dicti Du-
cis Aliſtriæ. Palam eſt, & efficaciſſimum
argumentum, q̃ ipſe Dux Bagariæ fuerit
cauſa principalis, & auctor dictarum im-
preſſionum; vt ad effectum dictæ ambi-
tioſæ ſuperioritatis, ad quam cum tot di-
uerticulis, inhoneſtatibus indirectè la-
borauit, perueniret.

¶ Reuerſo Comite, vná cũ eius primoge-
nito ad propria. Idem primogenitꝰ adhuc
patre viuente, cũ publicè non auderet ꝑp
metum, potentiam, iuramenta, & alia, de
quibus ſup. proteſtatus fuit. & ita rogatũ
inſtrumentum, q̃ vbi contingeret per ſe,
vel alium fidelitatem, vel aliud ſignum
obedientiæ facere dicto Duci Bagariæ,
vel cuilibet eius ſucceſſori, id faceret eo-
dem metu, & non ſponte, nec animo prio-
ra geſta conualidandi, vel confirmandi;
quæ dignoſcuntur eſſe nullius momẽti,
cũ tunc eſſet captiuus, & in caſtro dicti
Ducis arreſtatus perſonaliter de manda-
to ipſius Ducis, & per exercitum eius.

¶ His ita abſolutis proponitur fuiſſe pactũ
iam defuncto Illuſt. D. Carolo inter mo-
dernum Ducem Bagariæ, & agentes no-
mine Dñi Comitis nouiſſimè defuncti; q̃
ipſe D. Dux Bagariæ eſſet ipſi q. Dño Co-
miti inter alia auxilio, & conſilio, loca
Sirimbergh, & Villac conquirendi,
& quòd in nullo ei eſſet impedimento,
quo minus conquireret. ¶ Quinimmo, ſi
caſu ad eius manus, & potentiã peruení-
rent, ea ipſi dño Comiti remitteret, & re-
laxaret. ¶ Temporis ſucceſſu ſe obtulit
ſors per mortem D. Ducis Aliſtriæ, dicta
loca conquirendi; ad quod non tantũ ei
D. Comiti, D. Dux Bagariæ non fuit au-
xilio, ſed immò impedimento. ¶ Quinim
mò plus, & loca Sirimbergh, & Villac ad
eius manus peruenta relaxare recuſauit,
& omiſit, licèt fuerit in ſua poteſtate ita
relaxãdi. ¶ Quid vltra? & circa alia mul
ta idem D. Dux pacta, & conuentiones nõ
ſeruauit, præſertim circa adeptionem ci-
uitatis Spiræ tempore antedicto, contra
dicta pacta. ¶ In pleriſq; alijs etiam, pacta
non ſeruauit, immò cõtra fecit, vt aſſu-
mendo cauſas ſuorũ recommendatorũ,
vt dicebat contra ipſum D. Comitem, et
pro his, quæ ſunt citra flumen Rohũ, vbi
ſaltem neutralis eſſe debebat. Itẽ in de-
negando iuſtitiam ipſi Dño Comiti. ¶ Itẽ
in nõ reſtituendo Polletum cũ terris ſuis
in dicta guerra per Ducem Aliſtriæ oc-
cupatum, ipſi D. Comiti infeudatum di-
cto dño primogenito, licèt ad manus di-
cti Ducis Bagariæ perueniſſet. ¶ Item in
non reſtituendo fidelitatem Altecumbę,
eo tpe occupati cũ terris ſuis per Ducem
Aliſtriæ, licèt peruenerit ad manus dicti
Ducis Bagariæ: & hæc, quo ad feudum.

¶ Quo aũt ad adhærentiam in non defen-
dendo D. Comitem in terris dictæ adhę-
rentiæ à gentibus armigeris dicti Ducis
Aliſtriæ, ab obſidione trium locorũ dicti
Comitis, & ab earum incurſibus in patria
Mon-

Monruelli,& in alijs pleriſq; capitulis, q̃ ſpecificabuntur,cùm fuerit opportunū; & ſm̃ præmiſſa; & in præmiſſis ita fuit ꝓceſſum eodem fere perſeuerante metu tàm ſatis maioris potentiæ Ducis Bagariæ,q̃ timore iuramenti prædicti D. Comitis,nouiſſimè defuncti, q̃ timore iuramenti cōitatum,& vaſallorum compræhenſorum in prædictis inueſtitura,& adhærenria. Item propter alia multa mūdi agibilia,&noua ſuperuenta dñia,nouaſq; confederationes: Adeo,ꝙ ipſi nouiſſimo Dño Comiti,nunq̃ paruit locus, & tempus tantam prouinciam aggrediendi.

¶ Nunc autē ipſo Illuſt.D.Comite nouiſſimè vniuerſæ carnis viam ingreſſo, iure ſucceſſorio feudorū,& mortalitatis à diuis Romanis Principibus,& ab antiquiſſimis parentibus, & progenitoribus Magnifici D. Vgonis filij q. dicti D.Caroli Comitis,& fratris germani dicti Comitis nouiſſimè defuncti,Comitatus,&Principatus Monruelli, licèt multū tenuis viribus, & potentia diminutus cū omnibus ſuis iuribus, vt in inueſtituris imperialibus,prærogatiua genituræ,& vi antiquiſſimæ conſuetudinis magnanimæ caſatæ Monruelli,ad dictum D.Vgonem primo genitum nunc dicti q.D.Caroli iure meritò peruenit,& delatus eſt. ¶ Quem idē Princeps repudiata hæreditate fraterna, & abſtentione facta ab hæreditate paterna, feudum dicti Comitatus auitum, & proauitum,& in infinitū ſurſum verſus, q.initij progenitorum non eſt memoria; acceptauit,ita liberum,ita franchum, & optimū,ſicut vnq̃ fuerit,etiā quo ad perſonam magnanimorū progenitorū ſuorum aui,proaui,& attaui, apud quos fuit immediatè recognitus,& inueſtitus à ſupremo Principe,& non ab aliquo alio inferiore,nec per modum inueſtituræ, nec per modum adhærentiæ.

¶In terminis,de quibus ſup. ita ſtāte caſu,dubitatur an modernus Comes Illuſt. D.Vgo pro dicto ſuo Comitatu, & Baronia cum vniuerſis ſuis dñijs recognoſcere teneatur,& ſufficiat ſupremum Principem,& non alium inferiorem.

¶Ad cuius dubitationis determinationē dubia infraſcripta ſe offerunt decidēda.

¶Primò,an pacta donationis inueſtituræ, & adhærentiæ, de quibus in caſu, meto iure valeant, vel non.

¶Secundò, an attenta fraternæ hæreditatis repudiatione, & hæreditatis paternæ abſtentione,nullius ſint roboris in ꝑiudicium meri ſucceſſoris in comitatu, & non hæredis.

¶Tertiò,an vbi alias mero iure valerent, ſaltē tanq̃ meticuloſæ reſcindi mereātur.

¶Quartò, cùm ab earum origine meticuloſæ depræhendantur,an ex continuato tempore ſubiectionis, & actibus repetitis, de quibus in caſu, metus ipſe dici poſſit purgatus, vel non.

¶Quintò,an prȩſuppoſito impræiudicialiter,ꝙ ab eorum origine,mero iure valuiſſent. Item vel ideo valerent, quia nouiſſimè defunctus Princeps viueret, vel modernus eius eſſet hæres,& nullus metus in condendis pactionibus interueniſſet,vel ſi interueniſſet,purgatus eſset.Cū tamen Illuſtr.Dux Bagariæ pacta dictarū inueſtituræ,adhȩrentiȩ, & alia conuenta ipſis q.Dñis Comitibus non ſeruauit, ꝓpter quæ vaſallus cadit à iure ſuo, ita & pariter dominus pari felonia ceciderit à proprietate,ſi quam habuit.

¶His enim diſcuſſis, principalis quȩſiti apparebit determinatio liquida,an videlicet Imperij,vel alterius,Illuſt.modern9 Comes,vaſallus remaneat, & quem in dñum recognoſcere debent, & an loca per ipſumDucem retenta ſint ipſiComiti reſtituenda.

¶Quia prima dubitatio ex caſu elicita ꝑgnās eſt,aduertat dñs Conſultor, ꝙ Comitat9 eſt dignitas Regalis,& indiuidua.

¶Item,an bellū diffidatum inter inferiores à ſupremo Principe dicatur iuſtū, & quȩ requiruntur ad hoc,vt dicatur iuſtū.

¶Itē,an capta in tali bello,efficiantur accipientiū,et ſi eſſent de feudo Imperiali.

¶Item quia ex caſu conſtat, ꝙ diffidato Comite Carolo ſtatim ſe, conſortem, liberos,& terram ſuam repoſuit in manibus Ducis Bagariæ. An per talem remiſſionem dicatur Dux Bagariæ terramComitis lucri feciſſe,tanq̃ in bello, & iuſto

quæſitam quantumcunq; feudalem Imperij,vel qa Comes viã pacis elegit,guerram euitans,dicatur receſſum à tractatu guerræ,vt in bello,ſiue iuſto,vel iniuſto nullo modo poſſit dici quæſita.

¶Item,vel attento modo remittendi, & remittentis intẽtione,quæ fuit, quia non minus habebat Comes terrã ſuam ſecuram in manibus Ducis Bagariæ,quã proprijs: quam intentionem Dux non ignorauit,& nihil dicendo circa hoc, dictam terrã acceptauit;cui magis ſit ſtandum, an dicto Comiti deponentis,non autem donantis,vt in bello quæſita? an vero aſſertioni ipſius Ducis aſſerentis ea in bello quæſiſſe,& attẽto, quòd Comes in hoc non contradixit,cùm eſſet in fortiã ipſius Ducis,an dicatur magis metu,& per impreſſionem tacuiſſe,quã ſponte?

¶Item,an attentis tractatibus cum Duce Aliſtriæ ſuper componenda pace, & ipſius compoſitionis remiſſione facta in Ducem Bagariæ, dicatur receſſum ab omni guerra,& lucris guerræ?

¶Item, an virtute poteſtatis datæ Duci Bagariæ potuerit ipſe Dux in ſuo facto proprio ita arbitrari,&aſſerere ſe terram in bello quæſiuiſſe?

¶Circa ſecundam dubitationem principalẽ aduertat dñs Conſultor, ꝙ licèt nouiſſimo moderno Comiti ex latere,idest propter mortem fratris vltimò defuncti, dictus Comitatus ſit delatus; tamen attẽto,ꝙ iam feudũ,& hęreditas paterna erãt ſimul coniuncta,& vnita in perſona fratris Comitis vltimò defuncti; an modernus Comes,qui eſt frater, hæreditatem paternam,quã reperit vnitam cũ feudo, in perſona dicti fratris,poſſit abinuicem ſeparare,& hæreditatem paternã repellere,& feudum acceptare: & videtur intrepidè,ꝙ ſic, quia iſta non eſt ampliùs hæreditas paterna immiſcione enim facta in perſona fratris defuncti, hæreditas paterna perdidit nomen, & incepit eſſe hęreditas fraterna.l.qui ſe patris,cùm ibi not.C.vnde liberi.l.1.§.veteres.ff. de acquir.poſſ.cum infinitis ſimil.

¶Circa tertiam dubitationẽ aduertatur. primò ad diffidantiã Ducis Bagarię contra Comitem Carolũ,an poſſit dici iuſtus metus inter inferiores à Principe: & quia Dux Bagariæ ſatis potentior erat ipſo Comite, pſertim illis terminis,quibus Dux Aliſtriæ ipſi Comiti inimicabatur; cuius Comitis terra tota poſita eſt intra fauces dictorum Ducum.

¶Item,& hic erit aduertendũ,quis fuerit auctor ex ipſis Ducibus dictæ impreſſionis,& ſi rerum geſtarũ ſeries conſideratur,quia aliquantiſper remiſſo Duce Aliſtriæ iterum gentes ſuæ proſiluerunt cõtra ipſum Comitem, & hoc eodem tempore diffidando ſe detexit Dux Bagarię, & recepit totam terram Comitis ſibi recommendatam, ac perſonas Comitis, & filij, & in terra dicti Ducis exiſtentes pacti fuerint,prout proponitur; & ipſe Dux Bagariæ pacem pronunciauerit in proprijs laribus,poteſtate ſibi per partes data; et hæc omnia ſucceſſerint ad fauorẽ, ad vtilitatem, ad præeminentiam ipſius Ducis Bagariæ,ſi licitũ eſt arguere ab effectu,omnes tales impreſſiones,diffidantiæ,& totus iſte tractatus ex lõginquo cõſideratus proceſſit ab ipſo Duce Bagariæ, & horũ omnium auctor fuit; quod ex eo patet,quia filius Comitis,vt affinis viſitãdo Principem filium dicti Ducis Bagarię, & in proprijs terris ipſius Ducis, ipſum in carcerauit,terram ſuam obſędit,nunq̃ dimiſſum, donec prędictæ conuentiones, donationes, inueſtituræ, & cętera pacta, de quibus in caſu,fuerunt concluſæ,& cõcluſa, licet ſub interuentu oratorũ Ducis Aliſtriæ ẽt exiſtentiũ in fortia dicti Ducis Bagariæ; cũ apud ipſum Ducem Aliſtriæ ex pdictis ita geſtis non remanſerit vnum iota. quæ ſubtiliter coniecturata cũ alijs ex caſu reſultantibus, palam eſt inconuincibiliter concludi dictorũ metus,impreſſionũ guerrarum,& aliorũ mediorum,per quæ peruentũ fuit ad ſubiectionem dicti Comitis,& ad occupationem ipſorum locorũ,dictum Ducem Bagariæ fuiſſe Principem capitalem,& auctorẽ; ideo circa præ dicta aduertẽdũ cenſeo,propter tex. in l. metum.in §.ſed licèt vim.ff.qđ met. cau.

¶Circa quartã dubitationem, attento ꝙ maioris potentiæ metus in Duce Bagarię

ſemper

ſemper fuit ſuper caput dicti Comitis, & dubitatio intelligentiæ circa hoc intra Duces Bagariæ, & Aliſtriæ, qui eſt in medio poſitus intra dictos Duces. Et quia Comes ita iurauerat. Et quia veriſimiliter dubitabat de perditione vniuerſarũ ſuarum fortunarũ. Et quia Dux Bagariæ partem non modicam terræ ſuæ iterum occupatam tenebat. Et quia tàm communitates, q̃ vaſalli locorum, quæ ſibi remãſerant, iurarunt, vt in caſu proponitur; ꝑfectò dicitur idem metus ſemper continuatus, nec vnq̃ fuerit purgatus.

¶Quinta dubitatio ſatis prægnãs eſt & ſe.

CONSILIVM XXXVI. IN ORDINE, Excellentisſimi D. Mariani Socini veteris, ſuper caſu præcedenti.

OMNIPOTENS DEVS adſit, & Spiritus ſanct⁹ illuminet intellectũ. Quoniam præſens conſultatio grauẽ materiam cõtinet, ideo cautiùs in ea ẽ procedẽdum. vt in c. vbi periculũ. de elec. lib. 6. Ideo de tanta re non ſegnius agendum eſt. 7. q. 2. c. fi. ſed diligenter facienda inquiſitio. 42. diſtin. c. quieſcamus. 61. diſt. c. miramur. & maiori cura conſulendũ. l. 1. §. 2. ff. de carbo. edic. & diligentiùs res examinanda. C. de appel. l. aditos. C. de proba. l. fi.

¶Quare, vt ad ipſius conſultationis deciſionem debito ordine procedamus. Præmitto in primis, ꝙ ex ijs, quæ ſuperius narrantur, in puncto clarũ eſt, prædictũ feu-
1 dum prædicti Illuſt. Comiti Caroli in ꝑſona ipſius fuiſſe feudum paternũ, & antiquum. Cũ non à prædicto Comit. Caro-
2 lo quæſitum fuerit, nec etiã à patre, immò à ſuperiorib⁹ ſuis, Auo, proauo, ſeu abauo, ergo feudum paternum, & antiquum. vt eſt tex. expreſſus, in c. 1. §. 1. de gradi. ſuc. in feu. & c. 1. de natu. ſuc. in feu. & vtrobique per Iac. de Belui, & per Iac. Alua. & Doct. feudum enim paternũ ſtrictè dicit, quod à patre quæſitum eſt, largè verò, qđ ab aliquo ex ſuperioribus, etiam vltra patrem acquiſitũ eſt, vt ab auo, proauo, abauo, & tritauo, attauo, quod etiã largè antiquum appellari poteſt, ſed ſupra attauũ non appellatur paternũ, ſed propriè appellatur antiquũ, ſicut ab attauo ſupra aſcendentes non hñt ſpeciale nomen, ſed maiores appellant, l. iureconſultus. §. quinto gradu. ff. de grad. traditur per Bal. in proœmio feu. & ibi per Iac. Alua. ver. ſexto eſt diuiſio. not. Bal. in l. 1. in prin. ff. de rerum diui. verſ. quarto quæro. vbi dicit, ꝙ feudũ paternum dicitur, qñ per nomina ſpecialia poteſt dinumerari, vt à patre auo, proauo, abauo, attauo, abinde ſupra dr̃ antiquum. appellat etiã Bal. ibi antiquũ, quod proceſſit ex ſucceſſione progenitorum, & deriuatur in ſucceſſione. facit l. emancipationem. §. fi. ff. de ſena. & l. diui fratres. pen. rub. ff. de iure pat. & idẽ Bal. c. 1. §. hoc quoq;, de his, qui feud. dar. poſ. & c. 1. q. teſtes ſint neceſſarij. Hoſt. in sũma, in tit. de feudis. §. qualr. ver. nouum.

¶Hoc præmiſſo, dico, ꝙ pacta, & conuentiones, & compromiſſum, & lauda, & ratificationes factæ per præfatum Comitẽ Carolũ, & ipſius filios non potuerunt, nec pñt præiudicare Illuſt. Co. Iac. filio prædicti Co. Caroli. ¶ Hæc autem concluſio probatur pluribus fundamentis.

3 ¶Primò præmitto, quia licet filius nõ poſſit repudiata hæreditate paterna feudum retinere. vt in c. 1. an agna. vel fil. & c. filius, de capit. qui cur. ven. in vſib. feu. licèt contrarium ſenſerit. Spec. in tit. de feu. §. 2. ver. 37. & pleriq; alij, & argumenta ꝓ hac opin. ſint fortiſſima, qm̃ filius ſuccedit in feudo titulo proprio, & ſingulari ex donatione, ſeu beneficio dñi; non autem

titulo vniuerſali,ſeu hereditario:quia feudum à cæteris bonis ſeparatur, & nõ poteſt poſſideri,niſi beneficio dñi; Et ideo
4 non venit in petitione hrẽditatis.vt tradit in l.item videndum.§.fi.ff.de peti. hære.
5 & alia poſſent plura pro hac opin.adduci argumenta,propter quã cauſam Io.And. in addi.Spec.ad d.ver.37.dicit, hanc viã eſſe brocardicam. tamen text. prædicti tit.ideſt an agnatus.& d.c. filius. de capi. qui cur.ven.expreſsè volunt,ꝙ filius paternũ feudum repudiata hæreditate paterna retinere non põt, quamuis agna-
6 tus hoc facere poſſit. ¶Sed aduertendũ, ꝙ hoc mihi videtur procedere in feudo paterno à patre quęſito,ſecus in feudo q̃ſito ab auo,proauo,& alijs ſuperioribus, in quo videtur licitũ eſſe filio paterna repudiata hęreditate feudum retinere; qm̃ tale feudum non ex patris,ſed aliorũ prouiſione filius acquirit, quod non eſt in feudo paterno,quod filio ex patris prouiſione quæritur. ¶Et hanc opin.expreſsè tenet Io.And.in c.1.de feudis. ſuper glo. fi.& ad eam ſe remittit Iac. de Aluar. in c.1.an agna.& etiã ad no.per Io. And. in regula non debet aliquis.de reg. iur. lib. 6. ¶Et iſta videtur eſſe ſatis æquã opin.& ſm̃ prędictam opin. vtraq; opin. Brocardica ſaluatur hoc modo, videlicet, ꝙ ſi feudũ eſt paternum,hoc eſt à patre quæſitũ,filius non poſſit repudiata hæreditate paterna illud retinere,ſec9 ſi antiquũ; quia auitum,& aliorum ſuperiorum: ſm̃ quam opin.ſequitur, ꝙ prædictus Illuſt. D.Comes Vgo potuit repudiata paterna
7 hæreditate feudũ acceptare. ¶ Sed poſito,quòd hoc nõ poſſet per hanc viam, tñ per aliam viam feudũ prædictum ad ipſum pertinere videtur: quia cũ per abſtẽtionem factam ab hęreditate paterna eſſet priuatus pro parte ſua feudo paterno, & quæſitum fuerit integrè alteri confratri ſuo,filio p̃dicti Comi. Caroli,& mortuo nouiſſimè fratre eiuſdem Illuſt. Co. Vgonis delata hæreditate ipſius fratris, & feudo prædicto ad ipſum,indubitanter eſt dicendum,quòd prędictus Com.Vgo potuit fratris ſui hrẽditate repudiata feudum ipſum acceptare.vt d.c.1.an agnat. vel fil.& d.c.filius,de capit.qui cur.vend. & eſt optimus tex.in c.fi.ſi de feu.fue.cõtrou.vbi eſt tex.ꝙ licet vnus fratrum, ad quos feudũ peruenerit,repudiauerit fratri ſuo feudum, fratre poſtea moriente, poteſt repudiata,vel nõ habita fratris hæreditate feudum acceptare. ¶Ex quibus concluditur, ꝙ prædictus Illuſtr. Comes Vgo non adita patris, aut fratris hæreditate habere poteſt, & legitimè tenet di-
8 ctum feudum antiquũ. ¶Non obſtant p̃dicta pacta,promiſſiones, & iuramenta, factæ,& præſtita per præfatum Co.Carolum: qm̃,cùm prædictum feudum nõ ſit nouum,nec ab ipſo Co.Carolo procuratum,acquiſitũ,& prouiſum, pacta ipſius filijs,& ſucceſſoribus prædictis in feudo
9 præiudicare minimè potuerunt. Nam in huiuſmodi feudo alienatio patris,quã faceret etiam cum conſenſu dñi,non præiudicat feudo vaſalli.vt not.gloſ.3.in c.1. §.hoc quoq;.de ſuc.feu.& ibi per Bal. & in c.1.§.ſi clientulus.de feu.alie.& in c.ſi vaſallus culpam. ſi de feu.fuer.contro. & per Iac.Alua.c.1.§.deniq;.quę fuer.prim. cau.benef.amit.concl.18.& Iac. Ardi. c. 1.quib.mo.feu.alie.& And.de Iſern. c.1. quo temp.mil.inueſt.vbi etiã agnatis nõ p̃iudicatur in feudo antiquo.& Bal.quæ olim feud.alie.pot.§.pen.tenent Iaco. de Bella.And.de Iſer.Pet.& Iac.Ardi.in ru-
9 bricella, qñ feu.reuert.ad agna.¶Et ratio eſt in promptu,quia cũ tale feudum antiquũ non fuerit quæſitum filijs,& agnatis opera patris,aut agnati,non debet ipſius facto,pacto,cõuentione, aut alienatione ſine filiorum, aut agnatorum conſenſu poſſe ipſis filijs,aut agnatis pręiudicari.vt in reg.id,quod noſtrum, d. reg. iur.lib.6.
10 ¶Vnde dicimus,ꝙ de alieno largiri ſpecies furti eſt.l.is qui.C.de fur.faciunt etiã no.in c.1.in fi.de cap.Conra.& in c.Titi9.
11 ſi de feu.fue.controu.¶Vnde nec per delictum vaſalli,niſi ſit cõmiſſum in dñm, nec per maximam capitis diminutionẽ præiudicatur filijs, aut agnatis in huiuſmodi feudis.vt legitur,& not.in d. c. 1. §. deniq;.quæ fuer.prima cau.bene.amit.& Bal.c.1.§.ſi verò.quæ olim feu.alie.pot. ¶Ad prædicta concluſionem, & magis proxi-

proximè ad propoſitum noſtrum facit; quia, licèt vaſallus poſſit feudũ alteri infeudare, etiam ſine dñi voluntate. vt in c. 2. §. ſimiliter. de lege Conra. tenet glo. in c. 1. §. præterea. de capi. Conra. & Bal. in d. §. ſi vero. & ibi Iac. Alua. & glo. c. 1. de ꝓhib. feu. alien. per Lotharium. & per Bal. in l. voluntas. C. de fideicom.

12 ¶ Talis tamen infeudatio non præiudicat filijs nõ hæredibus, vel agnatis, niſi viuẽte vaſallo, qui infeudauit. ſm̃ Spec. in tit. de feu. §. qm̃. verſ. 38. & glo. 2. Bal. & Iac. Aluar. in c. 1. §. 1. per quos fiat inueſtit. & ĩ c. 1. §. deniq;. quæ fuer. prima cauſ. beneſ. amit. ver. 46. concl. Et ſic patet ex prædictis, ꝙ recognitio facta per præfatum Illuſt. Comitem Carolum nõ potuit pręiudicare filijs ſuis non hæredibus, niſi viuẽte eo (inquantum prædictæ cõuentiones factæ fuiſſent abſq; aliquo metu; minus ergo præiudicant, ex quo factæ fuerunt ꝑ
13 metum, vt infra ſubijciam). ¶ Facit, quia ſicut nõ poteſt in teſtamento diſponere, vt poſt mortem ſuã pręiudicetur filijs, vel agnatis, qui propter conuentiones antiq. feudi ad ipſum petendum admittuntur.
14 c. 1. in prin. de ſuc. feu. Quinimmo nec ꝓ anima ad pias cãs diſponere poteſt. vt in c. 1. §. donare qualiter feu. olim alie. pot. & c. 1. poſt prin. de prohi. feu. alien. Nec
15 etiã in dotem dari. ar. d. §. donare. tenet etiã Io. And. in addi. Spec. in tit. de loca. §. nunc aliqua. ver. 109. ¶ Nec ob. c. nup. ff. donat. inter vi. quia, vt dicit Io. de Imo.
16 in c. ex parte. de feu. illud debet intelligi durante vita eius, qui dedit in dotẽ, ergo longè minus debet poſſe per inueſtituras inter viuos, quæ trahũt ſecũ vires ſuas põ eius mortem ad tollendum iura agnatorum. arg. ff. de don. cau. mor. l. ſi aliquis. & l. Senatus. §. ſi quis. facit ad prædicta l. ꝑ peto. §. prædium. ff. de leg. 2. & ibi per Pet. de Bella. & quod tradunt glo. & Bart. in l. filiusfam. §. diui. ff. de leg. 1. & Bart. in l. ꝑ hærede. §. ſi quis tñ. ff. de acquir. hęred. in hærede alienante rem prohibitam alienari, quæ eo viuente reuocari nõ poteſt: dixi latè in rub. de cau. poſ. & propriè in primo trac. artic. 5. q. 5. in membro. de re prohib. alie. per teſta. fac. 13. ¶ Et ad idem etiam faciunt not. in auten. res, quæ. C. cõia de leg. & ibi per Dy. Cy. & Doct. & quod no. in l. cùm pater. §. libertis. ff. de lega. 2. & in auten. de reſtit. & ea, quę parit. §. quamobrem, dixi in d. q. 9. ver. nono fallit. Et etiam in terminis noſtris tenuit Andr. de Iſer. c. 1. §. 1. per quos fiat ĩueſt. & ibi Iac. de Aluar. dicentes, quòd
17 proximior, ad quem ex conuentione feudum peruenturũ erat poſt mortem vaſalli, qui infeudauit, admittitur ad reuocationem. facit l. qui tabernas. ff. de contrahen. emp. factũ enim patris in feudo antiquo filijs non præiudicat. l. 3. ff. de interdic. & releg. & per no. per glo. & Doc. in l. adoptiuum. in fi. ff. de in ius voc. & in l. emãcipata. in fi. ff. de don. licèt ſecus ſit in feudo nouo. c. 1. de alie. feu. pater. & in c. 1. de eo, qui interfec. ſta. cum ſim. Et
18 ideo dicunt, quia nouum feudũ à prouidentia patris, antiquum verò non à patris, ſed prædeceſſorũ, & maiorum ſuorũ prouidentia, ad filios peruenire debet. c. 1. de ſucc. feud. facit, quod not. Bal. c. 1. de vaſal. decrep. ætatis.

¶ Faciunt etiã no. per Bal. c. 1. §. præterea. quæ fuit prima cauſ. beneſ. amit. & in c. 1. ſi vaſallus. feu. pri. vbi ſequens ſententiã
19 Spec. dicit, quòd licèt in publicatione bonorum propter delictũ vaſalli veniat feudum; tñ non venit, niſi pro tpe, quo vaſallus viuit. ¶ Nec enim filij, vel agnati, ad quos feudum deuoluendũ eſt, debent eſſe melioris conditionis, q̃ eſſent ſi pater, vel agn. non deliquiſſet; quare eo mortuo reuocare pñt. c. 1. in fi. de capi. cõrad. faciunt no. in l. fi. ff. de bon. dam. & l. ſi filium. C. de bon. præſcripto. & qđ not. in c. felicis. de pęn. lib. 6. & l. 3. de iur. pat. & quod nõ. in l. 3. de interdic. & relega. Factum enim, vel dictũ patris non debet nocere filio in tali feudo antiquo. vt d. c. 1. ſi vaſal. feud. priua. ſit. & ibi per Bal. & c. 1. §. inſuper ſi filius. de prohib. alie. feu. facit lex 3. §. ſi emancipatus, de contrata-
20 bu. Cũ tale feudum, vt ſuperiùs dictum eſt, nõ ex prouiſione patris, ſed munere, & prouiſione prædeceſſorum ad filios, & agnatos peruenire debeat. Vnde voluit Hoſti. in c. fi. de reb. Eccl. non alien. quòd

alienatio patris filijs præiudicare nõ poſ-
ſet. ¶ Ad quod etiam accedant no.ꝑ Dy.
in c.non debet alteri,de reg.iur. lib.6.
21 ¶ Ex prædictis ſuperuacua videtur quæ-
ſtio ſupra formata,quæ quæritur, vtrum
ratione metus peti poſſit, ꝙ prædicta pa-
cta,& conuentiones reſcindãtur. Ex quo
enim ſup. oſtenſum eſt,dicta pacta,& cõ-
uentiones non obeſſe huic Illuſt. Co. V-
goni, ſuperuacua videtur eſſe prædicta
quæſtio.vt in ſimili dicit text.in c.paſto-
ralis,de reſcrip. ¶ Sed vt ſatisfiat q̃renti,
& quia confert ad prædictam deciſionẽ;
& eius fortificationem: Ideo dico, quòd
prædictę conuentiones, tanquam pactę
per metum, qui caderet in conſtantem
virum,venitent reſcindendę per actio-
nem,quod metus cauſa. Nam,cũ narreẽ
22 primogenitum prẹfati Illuſtr. Comitis
captiuatum, & carceratũ fuiſſe prodito-
riè à dicto primogenito Ducis Bagarię:
meritò dicta captura, & carceratio facta
de filio primogenito non minus videtur
conſiderari, q̃ ſi ipſe pater fuiſſet capti-
uatus,& carceratus.vt eſt tex.in l.iſti qui-
dem.§.fin.ff.quod metus cauſa.ubi text.
23 formaliter,& ſinglr̃ dicit. Nihil ĩtereſt,
in ſe quis veritus ſit,an in liberis ſuis; cũ
pro affectu parentes magis in liberis ter-
24 reantur. Ad idem facit c.cum locum.de
ſponſa. et metus parentum dicitur eſſe
metus filiorum.vt l.1.& ibi Bal. & Doct.
C.ſi rec.prouinc.traditur l.fi.C.de ſponſ.
facit l.1.§.quę honorandę.ff. qua re.act.
non da. ¶ Quare ob tale metum, & vt fi-
lius à dictis carceribus relaxaretur, factę
fuerunt conuentiones,pacta,recognitio-
nes,& promiſſiones prędictę,& iuramen
ta ſuper ipſis appoſita,& ſic non tenent.
25 ¶ Quoniam contractus, & oblĩones factę
cũ eo,qui retinet captiuatum in proprio
carcere iniurioſè,& indebitè,prout deti-
nebatur prẹfatus primogenitus Comitis
non tenẽt ad vtilitatem ipſius detinentis
effectualiter,ſed per actionem qđ met.
cauſa veniunt reſcindendę.vt l.qui in car
cere.ff.quod met.cã.vbi hanc concluſio-
nes tenent oẽs Doct. ¶ Facit c. accedens.
de procura.& ibi hoc tenet expreſsè D.
meus Abb.Sicu.tenent Io.And. D.Anto.
& ſentit Abb.Sicul.in c.cũ locũ,de ſpon-
ſa.& ſentit in c.dominus,de ſecun. nupt.
26 ¶ Quinimmò voluit Bal. ſingulariter in
tit.de pace conſtan. ſuper verbo pactio-
nes,ꝙ contractus cũ dñis terrarum cele-
brati per metum ipſo iure non teneant:
27 Et de iuramento per metũ extorto,quòd
ipſo iure non teneat eſt tex. expreſſus in
c.1.§.item ſacra puberum,de pac.iur. fir.
& ibi hoc tenent Bal.& Doct.facit, quod
not.in l.iſti quidem.ff.quod met.cauſ. &
c.venerabilem.de elect.& in c.ad audiẽ-
tiam,quod met.cauſa. Vnde licèt regu-
lariter,quæ fuerĩt per vim,vel metum fa-
cta,ipſo iure teneant, ſed veniant reſcin-
denda,vt l.2.& 3.C.quod met.cã.cũ alijs
vulgatis,tamen in caſibus prædictis me-
tus ipſo iure annullat contractum. Cũ er-
go metus carceris,& vinculorum ſit iu-
ſtus met⁹,vt l.qui in carcere. ff.quod me.
cã. & traditur per Doct.in c.cũ locum.de
ſpon.& c.accedens.de procur. & l. ſi per
vim.C.quod me.cã.& in c.Abbas, eo.tit.
28 Quinimmò metus, ne quis ducatur ad
carceres,etiam per iudicẽ videatur iuſt⁹,
vel ad tribuendam actionem quod met.
cau.vt quidam voluerunt,uel ſaltem, vt
ſubueniatur iudicis officio, ut alij volue-
runt,vt traditur in l.non eſt uerisimile.ff.
quod met.cau. Et ſic indubitatum ſit ꝑdi-
ctam captiuitatem,& vincula, & carce-
rationem induxiſſe iuſtum metum: Et
29 cum metus filiorum cauſet iuſtum metũ
in parentibus: Et cum contractus factus à
carcerato ad vtilitatem eius, qui detinet
in carcere,veniat reſcindendus per act.
quod me.cauſa, vel ſit ipſo iure nullus,
quando ſit cum dño detinente, ad ip-
ſius dñi propriam utilitatẽ,vt uoluit Bal.
ſequitur clariſſima concluſio,quòd com-
promiſſa prædicta, conuentiones, ratifi-
cationes,promiſſiones, iuramenta,pęna-
rum adiectiones,& cętera huiuſmodi ve-
niebant reſcindenda per act. quod met.
cã.vel ipſo iure non obligauerunt. ¶ Et
ſic patet ex prædictis non obſtare, ſi quis
diceret,quòd ꝑdictum compromiſſum,
promiſſiones, conuentiones, ratificatio-
nes,&c. fuerunt factæ cũ patre non car-
cerato,quia immò etiã cum ipſo carcera-
to.

to. Et poſito, ꝙ cum ſolo patre, non rele-
uat, quoniam, vt dictum eſt, timor, & me-
tus vinculorum, & carceris filij dicebatur
eſſe in patre, vt ſupra demonſtratum eſt:
30 ¶ Nec obſt. ꝙ prædicti Illuſt. Comes Ca-
rolus, & eius primogenitus, poſtq̃ ipſe pri
mogenitus exiuit carcerem, non recla-
mauerunt, & à promiſſionibus, & obliga-
tionibus non receſſerunt, propter qđ vi-
deatur purgatus metus. vt eſt tex. in l. cũ
te. C. quod met. cauſa. & traditur in cap. 1.
quod met. cã. facit c. ad id. de ſponſa. &
quod ibi not. in c. de illis, infi. de deſp. im-
pub. & qđ not. in c. ſignificatum. & in c.
cũ virum, de reg. & l. ſi per vim. C. quod
31 met. cau. ¶ Quoniam ad hoc reſpondet,
ꝙ hoc eſt verum, niſi duraret, ſeu perſe-
ueraret metus, prout præſupponitur, ſeu
narratur in terminis noſtris; quia tunc li-
cet ceſſet illa qualitas met⁹, videlicet, car
ceris, tamen inſtabat alius metus poten-
tiæ, aut timoris: Et ideò obſeruantia, ſeu
implementum non præiudicat. tex. eſt a-
pertus in c. 1. quod met. cã. vbi de hoc eſt
tex. not. & ſingularis. ¶ Faciunt not. in c.
ſignificauit. de eo, qui dux. in mat. quam
pol. per adul. nam tunc procedit illa regu
la à primordio tituli poſterior formatur
euentus. l. 1. C. de impo. luc. deſcrip. & l. ſi
filius. §. hæres. ff. de leg. 2. & l. huic ſcriptu
ræ. & l. ait lex. & l. ita vulneratus. ff. ad le-
gem Aquiliã. cũ ſim. no. Bal. in l. cũ te. C.
quod me. cã. vbi dicit, ꝙ quãdo durat ea-
dem potentia metus, vt tyranni potentia;
& licet fiat ſolutio promiſſi per metum,
poteſt fieri repetitio. vt l. fulcinius. §. 1. ff.
quibus ex cau. in poſ. ea. & d. c. 1. quod met.
cã. & l. nam & ſeruus, in prin. ff. de neg.
geſt. & maximè propter præſtitum iura-
mentũ propter periurij metum. vt voluit
32 Bal. poſt Pet. & Cy. in d. l. cũ te, faciũt no.
in c. debitores. de iureiur. facit bon. tex. &
ibi no. doct. maximè Henric. Boich. in c.
ad audientiam. quod met. cauſa. & quod
33 tradit Archid. 15. quæſt. 6. cap. 1. ¶ Ad
quod iuramentum iſte Illuſtr. Comes,
etiam ſi hæres eſſet, ratione periurij non
obligatur, ut in c. veritatis. de iureiur. Nã,
vt dicit Bar. & refert, & ſequitur Bal. in d.
l. cũ te, ſatis eſt, quòd poſſit ſubeſſe alia
34 cauſa, q̃ approbationes voluntariæ eorũ,
quæ facta ſunt per metum.
¶ Vnde dicit Bar. in d. l. pen. ff. de condit.
35 ob turp. cau. ꝙ ſi quis per metum vendit,
recipiendo poſtea precium voluntariè,
non approbat contractũ; quia videtur vel
le recipere, vt ſibi prouideat contra illũ,
qui metum intulit; & ita dicit intelligen
dam l. 2. & 3. C. quod me. cã. ¶ Inſtabant
enim talia, quæ mentem tenebãt, ſeu ter-
rebant. ſm̃ glo. Ioan. And. & Doct. in c. ad
audictiam. quod met. cauſa. ¶ Propter qđ
& proteſtatio præcedens, quæ in termi-
36 nis ſup. narratis præceſſit, emanauit, plu-
rimum operatur tex. & glo. in d. c. 1. quod
37 met. cauſa. 31. q. 2. c. Lotharius. Proteſta-
tio enim, quæ eſt contraria facto, iuuat ꝓ-
teſtantem, ſi eſt veſtita iuſta cauſa; vt d.
c. 1. & traditur per Doc. in c. cũ Mod. de
conſtit. per Legiſtas. in l. non ſolũ. §. mor-
te de noui oper. nuncia. ff. dixi latè, in cle.
gratiæ. de reſcript. & traditur cle. 1. de ꝓ-
38 cura. ¶ Quinimmò dicit ſingulariter In-
noc. ꝙ ſola proteſtatio abſq; metu iuuat
proteſtantem, etiã ſi nullus metus inter-
ueniat, vel minus iuſtus, q̃ proteſtatio de-
clarat animum, & tollit præſumptionẽ ab
ipſo facto, vel actu. vt dicit Inno. in d. §. qđ
metus cauſ. & ſequitur Ioan. de Imol.
38 ¶ Et ſic etiam ex prædictis patet, ꝙ ſuper-
uacua vt quinta quæſtio; qua quæritur,
vtrum præſuppoſito abſq; præiudicio ve-
ritatis, ꝙ compromiſſum, promiſſiones,
pacta, & conuentiones fuiſſent factæ abſq;
aliquo metu, & ſic ab ipſo initio valuiſſet,
vel poſito, ꝙ ab initio metus interueniſ-
ſet, & facto, ac voluntate ſequenti fuiſſet
purgatus; Vtrum ex eo, ꝙ Illuſt. Dux Ba-
gariæ pacta dictarũ inueſtituræ, adhæren
tiæ, & alia conuenta, ipſis q. dñis Comiti-
bus non ſeruauit. nã ex ſuperioribus pa-
tet, quòd ſuperuacua videtur hæc inqui-
ſitio, & examinatio.
¶ Sed tamen ẽt ex hoc capite præfatus Il
luſt. Comes Vgo, attentis prædictis pro-
miſſionibus, & obligationibus, ad quas
Dux Bagariæ ex parte ſua tenebatur præ
dicto Comiti, non ſeruatis, & non adim-
pletis, pari ratione prædictus Illuſtr. Co-
mes ad præmiſſa per eum facta, ſeruanda
minimè

minimè tenetur. Hæc enim eſt regula generalis, ꝙ quotieſcunque contractus ſunt vltro, citroq; obligatorij, ꝙ ad hoc, vt alter poſſit agere vigore contractus, d3 bet primò contractum adimplere ꝓ parte ſua, ſiue loquamur in contractibus in-
39 nominatis. vt l. ex placito. C. de rerum pmu. & l cũ proponas la 2. C. de pac. traditur l. 1. eod. tit. ¶ Siue loquamur in trãſac.
40 l. ſiue apud acta. C. de tranſac. ſiue loquamur in contractibus nominatis, & bonæ
41 fidei. vt l. Iulianus. §. offerri. & l. qui pendentem. ff. de act. empt. l. quæro. §. inter locatorem. ff. loca. & l. fi. de reſcin. ven. ſi-
42 ue loquamur in contractibus ſtricti iuris, qualis eſt ſtipulatio, vt traditur in d. l. cũ proponas. Siue etiam loquamur in obla-
43 tionibus, quibus iuramentum acceſſit. vt no. in c. 3. & c. ſicut, il 3. de iureiur. ſiue etiã
44 in vltimis voluntatibus, in quibus anteq̃ aliqs agere poſſit ad id, qđ ſibi ſub cõdit. relictũ eſt, debet adimplere, ſi ab ipſo adimpleñ. eſt; & ſi eſt factum affirmatiuũ, debet illud adimplere ĩ forma ſpecifica, vt l. 3. & quaſi per totum. ff. de condi. & demon. & l. cũ ſeruum. ff. de ver. ob. Et ſi
45 conditio eſt negatiuè concepta, debet pſtari cautio mutiana, ſi pendeat ex poteſtate ipſius debẽtis adimplere, vt late traditur in l. mutianæ. ff. de condit. & demõſ.
¶ Cùm ergo præfatus Illuſt. D. Dux Bagariæ prædicto Illuſt. Comiti non ſeruauerit ea, ad quæ tenebatur, pari ratione nec Comes tenetur illi ſeruare, vt dictis iuri-
46 bus. Et quia frangenti fidem, fides non eſt ſeruanda, vt d. l. cũ proponas, & dictis iuribus. & l. de pollicitatione. C. de don. ante nupt. facit c. quia fruſtra. de reg. iur. lib. 6. & ibi gl. & c. 3. & c. ſicut. de iureiur. dixi in c. conſtitutus. de iniurijs. ¶ Et ma-
47 gis proximè ad materiam noſtram feudalẽ proponitur, quia circa ſeruationem fidei, & promiſſorũ dominus, & feudatarius, ſiue vaſallus iudicantur à pari. vt in c. 1. §. ſed nec alia, quæ fuer. prim. cauſ. be-
48 nef. amit. Nam in iuramento fidelitatis ſemper ſubintelligitur tacita conditio, ſi dñs ſeruauerit fidem vaſallo: vt traditur in c. 1. in fi. de forma fidel. & ibi gl. & doc. maximè Iac. Aluar. facit l. ſi ex falſis. C. de tranſact. Vnde ſi dñs ſuam fidem nõ ſeruat, nec ſibi ſimiliter fides ſeruanda eſt. vt d. l. cùm proponas. & 25. q. 2. c. agathoſia. ¶ Et ſic patet, ꝙ iuramentum fidelitatis, non eſt ſeruandum à vaſallo, ſi ſibi fides non ſeruatur. vt dicit Iac. in d. c. 1. in fi. de noua form. fidel. aſſignãs rationem, quia dñs tenetur ad eandem fidelitatem vaſallo, ad quam tenetur vaſallus dño; cùm ad paria iudicentur, & mutuam fidem ſibi reddere debeant; vt dicit text. in c. 1. in fi. de noua fid. for. vbi dicitur, ꝙ in feudis fides hinc inde ſeruari debet. Et
49 quòd qui fidem non præſtat, ſeu non ſeruat, eam ſperare non debet. & ibi glo. & Doct. facit quod no. glo. in c. 1. in fi. per quos fiat inueſti. idem etiam nota. in c. 1. §. fi. per quos fiat inueſtit. ¶ Et ex prædictis patet, quòd præfatus Illuſtr. Comes Vgo remanet ſimpliciter vaſallus Imperatoris, & non Ducis Bagariæ: Et ſimiliter patet ex prædictis, quòd ea, quæ poſtea in puncto ſubiunguntur, ſtantibus prædictis deciſionibus, tanquã ſuperflua ſunt omittenda. Laus Deo.

¶ Vt ſupra per me concluſum eſt, dico iuris eſſe, Ego Marianus Socinus Senen. vtriuſq; iuris Doct. & ſacri Conſiſtorij aduocatus, & Comes, & in fidem ſubſcripſi, ſolitoq; ſigillo ſubſignaui.

Laus Deo omnipotenti.

CONSILIVM XXXVII. EXCELLENTISS. *D. Hieronymi Lucen. & D. Io: Baptiſtæ Albriſij.*

1 CLARVM eſt in iure, ꝙ poſſeſſoriũ iu-
dicium, priusq̃ peri-
torium cognoſci, &
terminari debet, vt
cognoſci valeat, quis
actor futurus ſit, &
quis reus, & vt poſſeſſor cõmodis poſſeſ-
ſionis, de quibus in §. commodũ, inſt. it. de
interdic. & l. fi. C. de rei ven. frui poſſit, &
ſciri, cui onus probandi incumbat. iuxtà
l. qui accuſare. C. de eden. & c. ex litteris,
2 de proba. Id enim ordo iuris requirit, vt
habetur in l. ordinarij. C. de rei vend. vbi
declarant Doct. & maximè Alber. & in l.
incerti. C. de interdic. & in §. retinendæ.
3 inſtit. de interdic. atq; ideò propoſitis per
Illuſt. D. Duces Mãt. poſſeſſorijs iudicijs,
non debuit, aut de iure potuit petitorium
admitti ad hoc, vt priùs cognoſceretur qs
actor, & quis futurus eſſet reus. vt decla-
rat etiam D. Abb. in c. 2. col. 2. ver. con-
cludo ergo de cauſa poſ. & propriè. Nam
vt dicit Abb. in c. cũ ſuper. eod. tit. pendẽ-
tia poſſeſſorij impedit accumulationem
petitorij; idq; pro parte Illuſt. DD. Ducũ
Mant. à principio petitum, & ſemper ꝓ-
4 teſtatũ fuit. Sed fortiùs etiã, ſi petitorium
fuiſſet inchoatum, poteſt poſſeſſoriũ in-
tentari, & ſuſpendi petitorium iudicium.
tex. vbi doct. maximè Abb. in c. paſtora-
lis. col. 10. ver. tertius intellectus. de cauſa
poſ. & propri. & ibi Abb. col. 11. ver. item
5 video, loquitur in terminis de remedijs
adipiſcendæ poſ. Et hæc procedunt etiã
examinatis teſtibus, etiã ſi ſuper illis fue-
rit diſceptatum. vt declarat Abb. in d. c.
2. de cauſa poſſ. & propriè. in d. c. paſtora-
6 lis. in vlt. col. vbi concludit petitorium ꝑ
poſſeſſorium ſuſpendi poſſe vſque ad cõ-
7 cluſionem ĩ cauſa: quinimmò etiam vbi
ſuper vtroq; iudicio ſimiliter eſt proceſ-
ſum, etiã ex proprio officio poteſt iudex
retardato petitorio, iudicare ſuper poſſeſ-
ſorio, etiã poſt receptas ſuper vtroq; pro-
bationes. tex. vbi Doc. maximè Abb. in d.
c. 2. de cã poſ. & propriè. & vult Alex. cõſ.
8 98. vol. 5. Et dixit Iaſ. in l. naturaliter. §. ni-
hil cõc. ff. de acquir. poſ. n. 180. ꝙ quando
prius conſtat de poſſeſſorio ẽt ſi ſimul fue-
rit ſuper petitorio proceſſum, debet prius
9 poſſeſſorium expediri. Ex quibus apertè
patet in caſu noſtro dubium nõ eſſe, quin
iudices poſſint, immò debeant poſſeſſo-
rium, de quo liquet terminare, reſeruata
cognitione petitorij, vt potè altiorem in-
daginẽ, longius examen, & magnam tẽ-
poris longitudinẽ requirentis; vt ex qua-
litate petitionum, exceptionũ, & reſpon-
ſionũ multitudine, competentium facto-
rũ; qui proponuntur antiquitate, multitu-
dine capſorum, inſtrumentorũ copia, &
qualitate cauſarũ, magnitudine, teſtium
examinatorũ, & examinandorũ multitu-
dine, & numero ferè infinito, & eorũ fu-
tura reprobatione, ſcripturarũ producta-
rum, & veriſimiliter ꝓducendarum ma-
gnitudine, varietate, & multitudine, ex-
ceptionibus, oppoſitionibus, ac aſſertis ap-
ꝑſonibus, quæ quotidie fiunt, & occurrũt,
& fieri fortè poſſent, liquido apparet. Ac-
10 cedat ad hoc, ꝙ pro integritatis ipſius ſta-
tus defenſione non poſſidentes, Illuſt. D.
Duces nõ ſatis inſtructi eſſe poſſunt, quo-
niam iura, quæ in diuerſis locis, & penès
varias perſonas exiſtunt, quorum aliqua
quotidie magno tamen cum labore, ac
exacta diligentia reperiuntur niſi longo
tempore, & poſt adeptam poſſeſſionẽ ha-
bere, & deducere non poſſunt. quæ, cùm
ſint maximi, & irreparabilis præiudicij,
11 ſua tẽpora requirunt; cũ tamen ad poſſeſ-
ſionẽ hæredi, & inueſtitis tradendã ſum-
maria cognitio ſufficiat, vt infra dicetur.
12 Et hoc tantò magìs fieri debet, quia ſem-
per pro parte ipſorũ Illuſtr. Ducum peti-
tum, & continuè in omni actu proteſtatũ,
& repetitũ fuit, vt priuſq̃ ſuper petitorio

cognoſceretur, ſuper poſſeſſorio referat,
& iudicaretur; quæ ꝓteſtatio ſemper re-
medium ſuſpenſiuum conſeruauit. vt eſt
doctr. Doct. in c. ex conquæſtione. de reſt.
13 ſpo. Nec aliter etiam Cæſaris reſcriptum
intelligendum fuit, quia licèt mandet in-
formationes ſuper vtroq; recipi, recipit
tamen iuris ordinem; vt priùs ſuper poſ-
ſeſſorio cognoſcatur; & referatur præci-
puè, cũ de eo priùs cõſtet. vt declarat Iaſ.
in l. cauſas, vel lites. C. de tranſact. & in l.
14 pen. ff. de iuſtit. & iur. q autem Illuſtr. D.
Ducißa, vt hæres debeat conſtitui in poſ-
ſeſ. patet, quia hæres ſiue ex teſtamento,
ſiue ab inteſtato põt propria auctoritate a-
dipiſci poſſeſſionem omniũ, quæ in bonis
defuncti tempore mortis reperiuntur. l.
non eſt dubium. C. de lega. l. cùm hære-
des. ff. de acquir. poſ. Bar. in l. fi. col. 6. C. de
edic. diu. Adr. toll. & ibi Deci. col. 2. Bar.
in l. 2. C. quando & qui: quarta pars deb.
lib. 10. Innoc. in c. in præſentia. de proba.
Aret. in §. quadrupli. col. 26. ver. quæro,
an aliquis. inſtit. de act. & ideò Bal. in au-
ten. licentiam. col. 1. ver. ſi verò bona. C.
de Epiſc. & Cler. dicit, q vniuerſalis ſuc-
ceſſor ſiue ex teſtamento, ſiue ab inte-
ſtato habet facultatem occupandi, quę ad
ipſum ſpectant, & ab alio non poſſiden-
tur; & alleg. Innoc. in c. cùm in officijs.
de teſta. qui dixit, quòd hæres poteſt ap-
prehendere poſſeſ. non ſolũ poſſeſſorum
per defunctum, ſed etiam omniũ, quæ in
eius bonis reperta ſunt.
15 ¶ Non igitur debet hæres per iudicẽ im-
pediri, quin poſſit poſſ. adipiſci, immò ſi
id, quod propria auctoritate facere ſibi p-
mittitur, vult per officiũ iud. adipiſci, non
debet ſibi denegari: vt dicit Bal. in d. l. fi.
col. 2. ver. ſecundo caſu. C. de edict. diui
Adr. tol. Alex. conſ. 131. in 4. vol. Iaſ. in l.
2. col. 3. ad fi. ſub n. 113. C. de iure emph.
16 & alibi ſæpe doct. Cùm igitur iudex, qui
poſſeſſionem ſequeſtrauit, cognoſcat D.
Ducißam eſſe hęredem, & propterea de-
bere poſſidere bona in bonis defuncti re-
perta, eodem nobili officio, quo poſſeſſio
nem ſequeſtrauit, ipſam debet in poſſeſ-
ſionem conſtituere, ſicut qñ plures con-
tendunt ſe eſſe poſſeſſores, conſtito, quis
poſſideat; vt habet per Abb. in c. 2. col. 5.
ver. venio ad ſecundũ. de ſeq. poſ. & fruc.
& in c. examinata. col. 4. de iudi. & ibi Bar
ba. n. 62. col. 2. & Bal. in l. quidã extima-
uerunt. ſi cer. pe. Cur. latißime in conſ. 60
Innoc. in c. in præſentia. de proba. Vbi ẽt
17 concludunt, q ſufficit ſummaria cogni-
18 tio. Itaq; cũ in præſenti cauſa nullus poſ-
ſideat, niſi iudex, cuius poſſeſſio non de-
bet parti præiudicium gñare, nec tollere
priuilegia, & facultates ſibi de iure com-
petentes, ſed ſolũ prohibere, ne quid in-
iuria fiat: vt declarat Abb. in c. examina-
ta. col. 4. de iudi. & ibi Barba. n. 63. col. 2.
ver. dicit tamen Ioan. And. & ver. & licèt
iudex, null⁹ eſt, qui impedire debeat, aut
poſſit, quin hæredi poſſeſſio concedatur,
& hæres poſſeſſionem ſibi à iure permiſ-
19 ſam adipiſcatur; quinimmò, ſi alius poſ-
ſideret, poſſet hæres per interdictũ quo-
rum bon. Saly. & alij in l. 2. C. eod. Spec.
in tit. de teſta. § nunc videndum. in prin.
20 quod locum habet etiã in feudalibus, ẽt
in hærede fœmina, quæ aſſerit ſe in eo
poſſe ſuccedere, vel quouſq; diſputatur,
an ſit feudum: vt apparet ex conſ. Deci.
390. col. 6. ver. & primò intentio. & in cõſ.
424. col. fi. & Bru. conſ. 1. & Campeg. in
2. inter conſilia Bru. ad quæ nos breuita-
21 tis cauſa remittimus. Nec in hoc reme-
dio eſt legitimus contradictor, qui nitit
iure altiorem indaginem requirente. l. fi.
C. quorũ bon. Bart. & alij. l. 2. C. de edict.
diui Adr. tol. & firmant ſupràſcripti Doc.
in ſuis prædictis conſilijs, & ſupra demõ-
ſtratum eſt, aſſerta iura competentium
longißimam, & altißimam requirere
indaginem.
22 ¶ Præterea; quòd ſine dubio ipſi Illuſtr.
Dñi Duces iugales debeant per Cæſar.
Maieſt. in vacuam poſſeßionem immitti
probatur; quia cùm ſua Maieſt. ipſos in-
ueſtiuerit, tenetur poſſeſſionem vacuam
inueſtitis tradere. c. 1. §. fi. de nou. for. fi-
del. c. fi. facta. ſi de feud. fuer. controu. Al-
uar. & Præpoſ. in cap. 1. col. 2. verſ. intel-
ligas tamẽ, quod ſit inueſtitura. Et eo ca-
23 ſu præſentata inueſtitura, non abolita,
nec cãcellata, debet poſſeßio tradi inue-
ſtito ad inſtar remedij l. fi. C. de edict. di-

ui Adr.tol.& eodem modo non admittuntur exceptiones,& contradictiones requirentes altiorem indaginẽ: vt declarãt Aluar.& Præpoſ.in c.1.§.inſuper.de pro-
24 hib.feu.alien.per Feder.Quod in fortioribus terminis,quando contra alium, qui poſt inueſtiturã poſſeſſionem adeptꝰ eſt, agitur pro adipiſcenda poſſeſſione occaſione iueſtituræ,voluit deciſ.Regni 299. & ꝙ non admittatur eo caſu exceptio dominij; ſed cũ in caſu noſtro poſſeſſio ſit penes Cæſarem,qui inueſtiuit, nulla ſupereſt dubitatio,ꝙ poſſeſſio inueſtitis tradi debeat,reſeruata cognitione aſſertorũ iurium,quæ alij prætendere poſſunt.

25 ¶Non obſt.ꝙ allegatur,quòd ſunt fortilitia in ſtatu,quæ ſunt difficilis recuperationis per limitationem, quã tradit Paul. de Caſt.in l.2.C.de edic.diui Adri.tol. & in l.ſi de vi.ff.de iudi.& per Alex. & modernos,in l.naturaliter.§.nihil cõe. ff. de acquir. poſ. quia illa limitatio loquitur, qñ poſſeſſor,contra quem agitur poſſeſſorio hoc obijcit. Sed quando agitur de facultate conceſſa hẽdi poſſeſſionem appræhendendi, aduerſario præcipuè non poſſidente, nec quando inueſtiens vult tradere poſſeſſionẽ penes ſe exiſtentem inueſtito,non loquuntur Doct. allegati; & ratio diuerſitatis eſt manifeſta, qa tertius non eſt legittimus contradictor, qñ nec ipſe poſſidet,nec poſſeſſio eſt vacãs; vt habetur per Doct.& maximè per Felyn.in c.veniens il 2.de teſtib.& Socin.in conſ.106.col.fi.ver.quinto, & vlt. vol. 4. & ſic in his caſibus ſumus extra limitationem Doct.Ergo ſub generali regula ꝑ ea,quæ habentur in l.1. ff.de regul. iur.

26 ¶Pręterea in facto negaŕ, quòd ſint fortilitia difficilis recuperationis, ſi Cęſar voluerit.

27 ¶Tertiò,illa limitatio Paul.de Caſt.limitatur,quando petens,vel poſſidens caſtra illa,& fortilitia ſubeſt Principi,vel Regi, qui iudicium habet ſuper petitorio, arg. eorum,quę volunt Guil.de Cunio.Alber. Ange.& alij,in l.2.ff.qui ſatiſd.cog.ita in terminis Claud.de Sayſel.in d.l.naturalr, §.nihil cõmune,in 3.col.ff.de acquir.poſ. ſequuntur moder.Floren.repetentes ibi, ſub n.12.& concludunt Excell. Doct. D. Pet.Paul.Pariſius,D.Ludo.Gozad. & D. Auguſt.Berous, ac etiã totum famoſiſſimum,ac Excel.Bonoñ. Collegiũ in conſilijs,quæ penes nos exiſtunt,& oſtendẽ-
28 tur. Et certè in præſenti caſu magnitudo potẽtiæ Cæſaris,& ſubiectio,& fides Dominorum Ducum Mant.omnem remouent ſuſpitionem,pro quo facit, quòd de homine perſpectæ fidei,voluit Albe.in d. l.2.ff.qui ſatiſda. cog.

Hieronymus Luceñ.
Ioan.Baptiſta Albriſius.

CASVS IN TERMINIS CONTRA ILLVST. Ducem Sabaudiæ, ſequitur vt infra.

ILLVSTRISSIMI Marchiones Mõtisferrati eleganti vocabulo à diuo Cęſare Auguſto appellati Principes imperiales, inter numero multa priuilegia nominatim meruerunt ab Imperatoribus illuſtrari; quia Marchionatus ipſe non ſolũ pro maſculis fuit collatus,ſed etiã pro fœminis in infinitum; & multis ciuitatibus, & oppidis,non tã ipſis Marchionibus, ꝙ ipſi Marchionatui,& Principatui additis Marchionem,qui antiquiſſimis tẽporibꝰ præceſſit, & eius deſcendentes in dicta Marchia,& terris,vt ſup. auctis,diui Principes poſuerunt in locũ eorum,nihil in ſe retinentes,niſi dñij ſuperioritatem, & fidelitatem Imperio debitã,caſſantes & ꝑ infectis volentis haberi de Impeṛialis po-

teſtatis plenitudine, omnia alienata, ad diminutionem prædictæ Marchiæ, & dictarũ terrarum, ita vt nec conceſſio per ſupremos Principes in contrarium ficda ſit alicuius roboris, vel momenti. Marchia ipſa peruenit ad Illuſt. Principẽ D. Io:Iac.deſcendentem ex recta linea à cęteris Dñis Marchionibus, qui dicta priuilegia obtinere meruerant, in cuius perſona per cōceſſionem ſupremi Principis Sigiſmundi dicta Marchia cum vniuerſis ſuis dñijs in feudum fuit confirmata. Hoc dñio per huiuſmodi cōceſſiones, & per tanta, multa, ac plurima tempora ita iuſtificato; accidit, vt ſubortis accerrimis bellorũ, & guerrarũ diſcriminibus inter potentẽ ligã Venetorum, & Illuſt. D. D. Philippum Mariã Ducem Mediol. &c. idem D. Io. Iac. Marchio Montisferrati, inciderit in ſuſpitionem non leuem ipſi D. Duci Mediol. ita quòd in his guerris idem D. Dux Mediol. quãdoq; lędere ceperit, & territoriũ dicti Marchionis currere, quaſi fouentem partẽ ligæ prædictæ Venetorum; & demũ propter ſuperuenientiã hyemis, gentibus armorũ ſe recipientibus ad propria logiamenta ex vtraque parte, motus fuit idem D. Dux Mediol. ad mittendum de nouo ſuas gentes armorũ ad obſeſſionem dictæ Marchiæ, & dicti D. Marchionis; cuius impetũ, dũ videretur aliqualiter ſuſtinere, Illuſtriſs. Dux Sabau. ſocer dicti D Ducis Mediol. & cognatus dicti Marchionis impatiens tam longæ morę, cupiens ad optatum p̃uenire; qui iterum ſe non detexerat, eundem Marchionem diffidauit, & vtroque Duce impetũ faciente, idem D. Io. Iacob. Marchio in Tridino exiſtens; pacem ſibi oblatã parte dicti Ducis Sabaud. in actu dictæ diffidantiæ acceptauit, & elegit, in ipſiusq; fraternitate firmam ſpẽ, & pleniſſimam fiduciam hñs, non ſecus de eo, q̃ de ſe ipſo confidens publicis litteris ſe ipſum, Illuſtresq; eius conſortẽ, & filios eidẽ recōmendauit ſuppliciter deprecãdo, quatenus pacẽ in dicta diffidãtia ſibi oblatam, eidem D. Marchioni largiri vellet; quod, vt habilius præſtare valeret, & vt ipſi D. Duci notum ſit, ꝙ idem D. Marchio erga eum in to... ac dilectione, perſiſtit, dedit, & concemt eidem plenã, & largam bayliam, de bonis ſuis diſponere, & ordinare ad eius beneplacitũ; & ꝙ de omnibus debatis, & guerris vigentibus inter ipſum, & D. Ducem Mediol. idem D. Dux Sabau. poſſit finem imponere, tã de iure, q̃ de facto, ꝑut ei melius videbitur, & placuerit, concedendo ſuper præmiſſis omnibus largã, & plenam bayliam, ac omnimodã poteſtatẽ, cum promiſſione de non contraueniendo in his, quæ ordinauerit, & quòd perpetuò gratum cũ effectu habebit; & pro ſecuritate attendendi remiſit eidem Sabau. Duci omnia loca, caſtra, & fortilitia ſua; omnesq; ciuitates, villas, & terras, omnes vaſallos, adhærentes, & recommendatos in manibus q. Magnif. D. Manfredi de Salutij mareſcalli Sabaud. recipientis nomine dicti Ducis Sabau. Quibus locis ita repoſitis (exceptis duntaxat his, quæ occupata fuerant per D. Ducem Mediolan.) ſub ſaluoconductu dicti Mareſcalli, verſus D. Ducem Sab. Idem Dñs Marchio, cũ D. Ioanne ſuo primogenito greſſus direxit; & tandem ipſe Sabaud. Dux aſſerens in Mediolano, cũ Dño Duce Mediolani, ad quem tàm ipſe, q̃ dict͛ D. Marchio, legatos ſuos tranſmiſerant pro componenda pace, ipſi paci non patuiſſe locum, ſed ꝙ onus huiuſmodi pacis idem D. Dux Mediolani inſolidũ remiſit eidem D. Duci Sabaud. quod idem fecit, idem D. Marchio. Idem Dux Saba. ſuper omnibus guerris, & differentijs inter ipſos tres Principes vertẽn. declarauit, de cætero vigere bonam pacem, perpetuũ amorem, & intimam dilectionem. Ita ꝙ omnes offenſæ, & damnorum illationes ab illa die in antea ceſſare debeant, omnesq; cuiuſlibet ipſorum vaſalli, ſubditi, adhærentes, & recōmendati inuicẽ conuerſari, & rerum quarumcunq; commertia exercere. Fertur tñ, quòd durante dicto pacis tractatu, quo toto tempore D. Marchio, & primogenitus, fuerunt in terris, in manibus, & in fortia dicti D. Sabau. Ducis, ipſi Principes, & ipſe D. Ioan. primogenitus certa inierunt pacta, de quorum

rum tenore certa non habetur ſcientia. Poſtq; ipſo D.Marchione Venetias, & ipſo D.Ioanne eius filio Clauaxium profectis: Iterũ continuata guerra interD.Ducem Mediol.& Venetos, tandem ipſi Veneti,& D.Dux ad fœdera pacis deuenerunt,& nominatim fuit actum, quòd dñs Dux occupata Marchioni reſtitueret, qđ & fecit; Rediit ergo Marchio ad ꝓprios lares, non minus ſperans,& Ducẽ Sabau. reſtituturum terras ſibi recommẽdatas. Cũ autem Illuſt.Princeps Pedemontium primogenitus Ducis Sabau.citra montes accederet in propriam eius terrã, primogenitus D.Ioannes, iuſſu Dñi Marchionis patris ſui, in proprias terras dicti Principis obuiam acceſſit, vt ſeſe reciproca neceſſitudine viſitarent, cũ ſint fratres patruelles, insimul per plures dies fuerunt. Sed tandem diſruptis habenis pudoris,& honeſtatis, ſepulta omni charitate; idẽ Illuſt.D.Ioannes iuſſus fuit de mãdato dicti D.Principis locumtenentis generalis patris ſui, perſonaliter detineri,& in carcerem ire,& ſic cũ effectu factum fuit. Et ex alio latere caſtra iuſſit poni circa locũ Clauaxij, qui iterum tunc regebatur nomine dicti D.Marchionis. Quo oportuit ipſum D.Marchionem (plus timentẽ in filium detentum, q̃ in ſe ipſum : Et quia idem ſuus cognatus magnã partem terrę ſuæ iterum occupatam tenebat : Et quia ita eſſe voluntatis D.Ducis Mediol. intelligebat) per euidentem impreſſionem, coactũ, licèt graui infirmitate detentum, cũ oratoribus dñi Ducis Mediolani, Taurinum accedere: & ſicut pridem cognatus ſuus medius erat pacis,& arbitrator inter ipſum D.Marchionem ex vna, ac eoſdem Duces partibus ex alia, ita nunc D. Dux Mediolanus facti fuit mediator, & arbiter inter ipſos cognatos,& ſic compromiſſum in Oratores Mediolani factũ fuit amplum,& largũ,& in executionem eorũ arbitramenti, D.Marchio iuſſus fuit omnẽ ſuam terram doniam feudatam,& retrofeudatam, quã habebat vltra Tanagrum,& vltra Padũ, donare dicto eius cognato; necnon & omnia alia loca ſibi occupata per D.Ducem Mediol. & reſtituta,& hæc tàm vi dicti arbitramenti, quã vnius magni cumuli beneficiorũ per ipſum D.Marchionem à dicto D.Duce Sabau.receptorum, vt prætenditur maioris remunerationis dignorum, cũ promiſſionibus de non contraueniendo per ſe, vel ſuos,& cum alijs multis cautelis:& idem D.Dux Sabau. iuſſus fuit de ipſis talibus donatis inueſtire iure feudi D. Ioannem primogenitũ dicti D.Marchionis, & ita factum fuit, exceptis inſigni oppido Clauaſij, locis Septimi, Brandicij, Montanarij, Sancti Benigni, Lombardonij, Fleti, Eugeniæ,& Azelij, quæ loca idem Dux Sabaud. in ſua plena poteſtate retinuit, prout & iterum hodie tenet; Et prædictã infeudationem fecit cũ multis vinculis, & inſolitis obligationibus: Et inter alia, ꝙ oẽs vaſalli, cõitates, ſubditi adhærentes,& recommendati eiuſdẽ feudi præſẽtes,& futuri, q̃primũ parte dicti D.Ducis Sab.& ſuorũ fuerint reqſiti, ipſe Dñs Io.vel ſui ꝓmittent, iurabunt,& ſe efficaciter obligabunt de obſeruando,& nunq̃ contrafaciendo promiſſis per ipſum D. Ioannem in dicta inueſtitura, ac per prædictos eius ſucceſſores promittentes. Quinimmò, ſi contingeret qñcunq; in futurum dictum D.Ioan.& eius prædictos ſucceſſores guerram contra dictos Dños Ducem,& Principem facere, ſeu eis debitã obedientiã non præſtare, ſe obligabunt totis viribus reſiſtere, dicto D. Ioanni, & ſuis contrafacientibus; immò ipſis Dñis Duci,& Principi aſſiſtere, & quòd tales vaſalli in retrofeudo talia tenentes,& renouatione cuiuſlibet dñi,& vaſalli, tales obligationes,& promiſſiones erga dictum D.Ducem Sabau. renouare teneantur. Voluerunt quoq; ipſi Dux Sabau. & Princeps ex vna parte,& ipſi D.Marchio Montisferrati,& filius ex alia, quòd ſub conſimili feudo fidelitate, & homagio, intrent, veniant, moueantur,& ſubſiſtãt, omnesq; aliæ ciuitates, caſtra, villæ,& alia quæcunq; dñia, quæ per ipſos Dños Marchionem,& Ioannem, & oẽs ab eis deſcendentes iam natos,& naſcituros tã inter Padum,& Tanagrũ, quã alibi in tota Lombardia à ciuitate Placentiæ, & Ri-

paria

paria Abduæ citra, quolibet acquirentur, ita teneri, intrari, ſubſiſti, comprehendi, & recognoſci debeāt, in bona forma &c. ſaluo, q̄ ſi per alios dños, ad quos ſpectāt, q̄ Romanorum Imperatores, tales ciuitates, & caſtra in feudū darentur, illæ in huiuſmodi feudo, & homagio non cedant, niſi prout hoc ꝓcederet de voluntate ipſorum Dñorum Marchionis, & Ioannis, aut ſuorū. Fuit ēt conuentum, q̄ prædicti Dñi Dux, & Princeps teneantur, & debeant bona fide, in quibuſcunq; licitis, & poſſibilibus dicto D. Marchioni aſſiſtere, tā in præmiſſis ex memorata guerra, per dictum D. Ducem Mediol. occupatis recuperandis, q̄ in illis, & alijs, vt ſup. acquirendis, in præmiſſis tamen homagio, & adhærentia cedentibus. Fuit quoq; iuſſū per ipſos compromiſſario, & ita obſeruatum, q̄ reliqua patria marchionatus Montisferrati intra Padum, & Tanagrum ſita eſſet in perpetua adhærentia ipſi ſuo cognato, & de ipſa faceret pacem, & guerram pro eo; & econtra promiſit ipſe Dux Sabaud. in terris adhærentiæ, & quo ad ipſas terras tueri, & defendere ipſum D. Marchionem, & ſuos, ab omni vi, violentia, iniuria, & opera facti; quodq; & in renouatione Dñorum Ducū, & Marchionum renouabitur dicta adhærentia, & q̄ in qualibet mutatione ipſorum, oēs communitates, vaſalli, adhærentes, & recommendati ipſius adhærentiæ præſentes, & futuri ſolēniter iurabunt de ſeruando, & nunq̄ contrafaciendo ipſi adhærentiæ: quinimmò ſi contingeret præfatum D. Marchionem, vel eius ſucceſſores guerrā facere contra dictum D. Ducem, vel ſuos, aut debitā adhærentiam ſibi non præſtare, his caſibus, & quolibet ipſorum, vt & quando ſupra, promittent, iurabunt, & obligabunt, ſe totis viribus eidē dño Marchioni, & ſuis fideliter reſiſtere.

¶ Et aduerte, quia iſta adhærentia cū promiſſionibus antedictis cauſatur ob id, q̄a idem dñs Dux Sab. reſtituit liberaliter ipſi dño Marchioni loca Pomarij, Burgi ſācti Martini, Montiscalui, Montismagni, ſancti Damiani, Caliani, Pontiſturæ, Mōtisbelli, & Sabiani; quæ, vt aſſeritur, fuerunt parta, ideſt quæſita per ipſum Ducē in guerra, quā mouit dicto dño Marchioni, licèt conſtet de oppoſito.

¶ Et hæc oīa fuerunt acta in Taurino fortia, & poteſtate dicti D. Ducis Sabau. tractantibus oratoribus Ducis Mediol. vt ſupra ibi extantibus inermibus, & imbellibus de anno 1435. Adiecto pacto inter ipſos cognatos, & dictum D. Ioannem, q̄ prædicta pacta cum certis alijs hic nō expreſſatis, promitterentur, iurarentur, emologarentur, & attendi deberent ꝑ Illuſt. Gulielmum, Bonifaciū, & Theodorum, ipſius ēt Dñi Marchionis liberos, & quoſcunq; alios ab ipſis Dñis Marchione, & prædictis omnibus eius liberis deſcendentes, q̄primum adulti fuerint.

¶ Et ſi attendatur ſucceſſus rerū geſtarū, cum qualitatibus, & quibus temporibus, & ad cuius partem fuerint interpoſitę diffidantiæ, contra ipſum D. Marchionem, & cum qua induſtria fuit oblata conditio pacis, quibus medijs fuerit obtentum ipſum Marchionē poſt repoſitam eius terrā in manibus dicti Ducis Sabau. & dein de ſe ipſum, & eius primogenitum recipere in poteſtatē ipſius Ducis; & ibi pacifici, donare, & cum tot diuerticulis, & cōicationibus de vno Duce ad alium, ipſum Marchionē libertate ſua priuare, & ſuos, & ſe, ſubijcere dicto Duci, abſq; eo, quòd de tali præda vnum numiſma remanſerit ad vtilitatem dicti Ducis Mediolani. Palam eſt, & efficaciſſimū argumentum, quòd ipſe Dux Sabau. fuerit cauſa principalis, & auctor dictarum impreſſionū; vt ad effectum dictæ ambitioſæ ſuperioritatis, ad quā cū tot diuerticulis, & inhoneſtatibus indirectè laborauit, perueniret.

¶ Reuerſo Marchione, vnà cum eius primogenito ad propria: Idem primogenitꝰ adhuc patre viuente, cū publicè non auderet propter metū, potentiam, iuramenta, & alia, de quibus ſup. proteſtatus fuit, & ita rogatum inſtrm̄, quòd vbi contingeret per ſe, vel alium fidelitatem, vel aliud ſignum obedientiæ facere dicto Duci Sabau. vel cuilibet eius ſucceſſori, id faceret eodē metu, & non ſpontè, nec aīo priora geſta conualidandi, vel confirmādi;

di, quę dignoſcuntur eſſe nullius momẽti, cũ tunc eſſet captiuus, & in caſtro dicti Ducis arreſtatus perſonaliter de mandato ipſius Ducis, & per exercitum eius.

¶ Poſtremò Illuſt. D. Dux Sabau. vt eius nequiter ſupra geſta, quibus poſſet, iuris vinculis corroboraret, voluit, q̃ Illuſt. D. Io. Iac. Marchio faceret ſupradictas conuentiones, & obligationes &c. ſubſcribi per Illuſt. eiuſdem filios Gulielmum, Bonifacium, & Theodorũ, qui D. Marchio durante eadum cauſa timoris, ne in maiora diſcrimina ſtatus, & perſonæ incurreret, morem geſſit tunc Illuſtr. D. Duci Sabau. & formã ſubſcriptionis miſit prædictis ipſius filijs, qui iuſſu paterno, ob nimiamq; reuerentiam illius, & ob metum Illuſt. D. Ducis Sabau. ſe prædictis conuẽtionibus, & obligationibus, ſm̃ formam ſibi tranſmiſſam; & iuſſum paternũ ſubſcripſerunt, vt fertur, quãuis moris nõ eſſet, vt ſe ſubſcriberent ipſi filij contractibus, & conuentionibus prædicti Illuſtriſ. eorum genitoris, ex quo de facili anim' (eius pace dictum ſit) Illuſt. Ducis Sabau. detegi poteſt. iuxtà not. in l. 7. coniuncta glo. ff. de condi. inſti.

His ita abſolutis, proponitur fuiſſe pactũ iam defuncto Illuſt. dño Io. Iac. inter modernũ Mucem Sabau. & agentes nomine Dñi Ioannis Marchionis nouiſſime defuncti, q̃ ipſe D. Dux Sabau. eſſet ipſi q. dño Marchioni inter alia, auxilio, & conſilio, loca Baſſignanæ, & Valentiæ cõquirendi, & q̃ in nullo ei eſſet impedimento, quominus conquireret, Quinimmò ſi caſu ad eius manus, & potentiam perueniret, ea ipſi Dño Marchioni remitteret, & relaxaret. Temporis ſucceſſu ſe obtulit ſors per mortem D. Ducis Philippi Mariæ dicta loca conquirendi. Ad quod non tantum eidem dño Marchioni, D. Dux Sabau. non fuit auxilio, ſed immò impedimento: quinimmò plus & Valentiam, & Baſſignanã, ad eius manus peruentas relaxare recuſauit, & omiſit, licet fuerit in ſua poteſtate ita relaxãdi. Quid ultra? & circa alia multa idem Dux pacta, & conuentiones non ſeruauit, præſertim circa adeptionem ciuitatis Alexandriæ, tempore antedicto, contra dicta pacta. In plerisq; etiã alijs pacta non ſeruauit, immò contrafecit, vt aſſumendo cauſas ſuorum recommendatorũ, vt dicebat, cõtra ipſum D. Marchionem, et pro his, q̃ ſunt inter Padum, & Tanagrum, vbi ſaltem neutralis eſſe debebat. Item in denegando iuſtitiam ipſi D. Marchioni. Item in non reſtituendo Spignum cũ terris ſuis in dicta guerra p Ducem Mediolani occupatũ, ipſi dño Marchioni, infeudatum dicto D. Ioanni primogenito, licèt ad manus dicti Ducis Sabau. perueniſſet. Item in non reſtituendo fidelitatem Cremolini, eo tp̃e occupati cum terris ſuis per Ducem Mediol. licèt peruenerit ad manus ipſius Ducis Sab. at hæc quo ad feudum. Quo autem ad adhærentiam, in nõ defendendo dñm Marchionem in terris dictæ adhærentiæ, ab Illuſt. D. Carolo de Gõzaga ab obſidione Fraxineti, Valmachæ, & Cerri, & ab eius incurſibus in patria Montisferrati; & in alijs plerisq; capitulis, qui ſpecificabuntur, cũ fuerit opportunum. Et ſm̃ præmiſſa, & in præmiſſis ita fuit proceſſum, eodẽ ferè perſeuerante metu tã ſatis maioris potentiæ Ducis Sabau. q̃ timore iuramenti prælibati dñi Marchionis nouiſſimè defuncti, quã etiam timore iuramenti communicatũ, & vaſallorum compræhenſorum in prædictis inueſtitura, & adhærentia. Itẽ propter alia multa mundi agibilia, & noua ſuperuenta dñia, nouasq; confederationes, adeo q̃ ipſi nouiſſimo dño Marchioni nunq̃ patuit locus, & tempus tantam prouinciam aggrediendi.

16 ¶ Mirandum eſt, ꝙ Dec. dixerit, quòd in dignitatibus quocunq; titulo teneantur, fœminæ ſuccedere non poſſint, cũ tamen idem Deci. & legendo, & conſulendo cõtrarium tenuerit. Nam in l. fœminæ. circa prin. ff. de reg. iur. dicit, quòd fęmina iure hæreditario iuriſdictionem exercere poteſt, & iſtis ĩ dignitatibus ſuccedere. & refert ibi Ang. in l. cũ prætor. §. fi. ff. de iudi. dicere vidiſſe Reginam Ioannã ſedentem in ſolio Regali, & proferentem ſnĩam contra illos de Baſſo. Idem dicit Deci. conſ. 269. Conſultus. col. 1. circa prin. vol. 2. & conſ. 468. Superiori anno. col. pen. ver. 3. non obſt. & 498. Viſo. col. 6. vol. 3. & in iſtis locis Deci. plura allegat, inter quæ adducit not. per Doct. in c. ſignificauit. de reſcrip. quare iſta confirmant opin. Dñi Nicol. ꝙ iſtud conſilium non emanauit ex propria ipſius Decij officina. Non enim fuiſſet immemor Decius aliorũ, quæ alibi dixiſſet, nec ita varius in allegando, no. per Doct. in c. ſignificauit. de reſcrip. & vltra alleg. per Dec. in dictis locis, quòd fęminę in iſtis dignitatibus ſuccedãt, vult expreſſè Bal. quem ſuperiùs retuli. in l. 1. ff. de Sena. dum dicit, quòd ſi filia Regis Franchorum non ſuccedit in Regno ex rationabili conſuetudine Franchorũ &c. ſentit ergò, quòd ſecus ſit de iure, tenet ẽt Imo. poſt alios ꝑ eum relatos in c. dilecti. in glo. 2. de arbi. vbi exemplificat in prophetiſſa Delbora, quæ populum iudicabat; ponit etiam aliqua ad materiam Ioannis de Selua. in tract. ſuo de benef. in ſecũda par. q. 5. col. 2. verſ. & ex his infertur 212. & ad not. p Bal. & alios, in c. ſignificauit. de reſcript. patet reſponſio ex his, quæ dicit Deci. in locis ſuperiùs allegat. vbi pro contraria parte eadem not. alleg.
¶ Hoc ſtante, quòd fęminæ in iſtis dignitatibus ſuccedere poſſint, nõ expedit nũc examinare; prout cumulatiſſimè exami-
17 nauit hic D. Nic. An in iſtis dignitatib⁹ ſuccedatur iure primogenituræ; nam, cũ, vt ſuperiùs dixi, Marchionatus Montisferrati legittimè fuerit trãſlatus in familiam Paleologam, remanet ſemper in dictam familiam, & eius deſcendentes trãſmiſſibilis, cuius familiæ Illuſtr. Marchio Salut. non dicitur eſſe. & ideo non obſt. tex. in c. licet. de voto. vbi Regnum de primogenito ad ſecundumgenitũ transfertur, quia ideo iſtud eſt, quia ibi nullus erat proximior. In caſu autẽ noſtro ſecus eſt, & hoc modo verificatur dictũ Inno.

relatum

relatum per Abb.in c.dilecti,col.3. de arbi. dũ dicit, quòd ſoror ſuccedit, ſi frater non extat in Comitatu; quod dictum laudus ſequuntur Moder. Vltramõta. in dicto tract.de primogenitura.q.19.lib.1.

18 ¶ Non obſt.ẽt dum Dec. dicit, ꝙ ex quo tempore mortis Ioannis erat acquiſitũ, & præſcriptum ſub maſculis ex longiſſima conſuetudine, cuius initij memoria non erat in contrarium, quæ habet vim priuilegij. Ideo non potuit in præiudiciũ deſcendentium maſculorũ Aledrami aliquid fieri, quia reſpondetur, quòd ſi ante mortem Ioannis ſemper in Marchionatu ſucceſſerũt maſculi; ideo illud fuit, quia non euenit caſus, in quo extaret fœmina proximior maſculis, poſtea autem, cùm euenit caſus mortis Ioannis, quia Violantides proximior alijs agnatis maſculis erat: ideo ex iuris diſpoſitione, & forma conceſſionis Ottonis, ipſis prælata fuit, per iura in princ. allegata. Præterea, licet ius per mortem Ioannis alijs deſcendentibus maſculis Aledrami fuiſſet quæſitum, tamen in illo iure per negligentiã eorum potuerunt & deſcendentes, & Illuſt. Marchio ſibi præiudicare. per text. in §. Titiùs. ſuperius allega.

19 ¶ Non obſt. etiam, dũ dicitur, quòd illa verba ad vtriuſq; ſexus familias, poſita in conceſſione Ottonis, intelliguntur ordine ſucceſſiuo, ita quòd primò cenſeantur vocati maſculi, & illis ceſſantibus vocentur fœminæ. c.1.§.quin etiã Epiſcop. vel Abb. cum alijs in conſ. alleg. Et ideo cũ in caſu noſtro extent maſculi, videlicet, Illuſt. Marchio dici non debet, quòd Illuſtriſ. Ducißa, tanꝗ vocata veniat. Et iſtud ſm̃ Deci. non ſolùm procedit in feudo, ſed in emphyteoſi; & etiam in allodialibus iſtarũ magnarum dignitatum ꝑ iura, & auctoritates, quæ allegantur.

20 ¶ Quia reſpondetur, quòd ſuppoſito vera eſſe omnia præmiſſa, de quorum tamen veritate alij Conſulentes diſputant, & varias ad fundamentum præmiſſum ſolutionis accommodant; tñ ex ſupradictis patet realis, & vera reſponſio, quòd cùm (vt ſuperius dictũ eſt) Marchionatus legitimè, tam ex iuris diſpoſitione, ꝗ ex conceſſione Ottonis in Violantidem, & eius deſcendentes, & ſic in alienam familiam tranſlatus fuerit, remanſit in dictam familiam, & eius deſcendentes vtriuſq; ſexus perpetuò tranſmiſſibilis. Et ideo, licèt reſpectu deſcendentium maſculorũ ex dicta familia Paleologa, quãdiu maſculi fuerunt, fœminæ non fuerint admiſſæ per iura, per Deci. allegata; tamẽ ceſſantibus maſculis ex dicta familia, nihil obſt. quo minus Illuſtr. Dña Ducißa admitti debeat, nec Marchio Salut. cũ ſit ex aliena familia, in caſu noſtro eſt ampliùs in conſideratione. Et ideo, licèt olim Illuſt. Ducißa per Bonifacium fratrem, & Io.Georg. patruum excluſa fuerit, tamen ceſſantibus illis, & omnibus alijs de dicta familia Paleologa, Illuſt. Ducißa admitti

21 debet. Et hoc modo dictum Aluar. in c. 1.§. ſi Capitanei. col.2. ver. & ſupradicta ſunt valde notanda, de feudo Marchiæ, dũ vult, quòd in ſucceſſionibus magnarum dignitatũ mortuo vltimo Comite, ſiue Rege ſine hærede, ſuccedunt quicunq; agnati, etiam ſi cẽteſimo ſint gradu, retorquetur contra Decium in primis; quia in caſu noſtro non eſt verum dicere, quòd Io. Georg. vltimus Marchio Montisferrati, cuius Illuſt. Ducißa eſt hæres, deceſſerit abſq; hærede: quia cũ non ſimus hic in feudalibus, appellatio hæredis cũ ſit vniuerſalis, ita comprehendit maſculos, ſicut fœminas. l. hæredes appellatione omnes ſignificari. ff de ver. ſig. Item quia hoc important illa verba, vtriuſq; ſexus, quæ verba faciunt, ꝙ etiã, quòd eſſemus in feudalibus; tamen ceſſantibus maſculis, debeat Illuſtriſ. Ducißa admitti per iura, per Deci. alleg. Itẽ & ſecundò dictum Aluar. non poteſt ad caſum noſtrũ adaptari, quia non eſt verũ dicere, quòd in caſu noſtro ſint aliqui agnati maſculi vltimi Marchionis defuncti: & ſi illi extarent, illi eſſent admittendi per dictum Aluar. non aũt Illuſt. Marchio Salu. qui de aliena familia eſſe dicitur. Ergo ex omni capite Illuſtr. Ducißa ad Marchionatum admitti debet. Dum

22 poſtea Deci. incipit tractare verba conceſſionis, quo intelligantur, & maximè

illa

illa verba,ad vtriuſq; ſexus familias, an potiùs ſint referenda ad res, q̃ ad perſonas,& poſtmodum verba conceſſionis in multa alijs partibus ponderat: Ego quia non vidi verba conceſſionis,cùm nõ fuerint ad me tranſmiſſa,circa eam non inſiſtam; ſed remitto me ad ea, quæ plenè D.Nicol. Conſultor ſcripſit.

23 ¶ Ad illud etiã,quod tangit Deci. quòd licet in feudis non ſuccedatur vltra ſeptimum gradum.c.1.§.hoc quoq;.qui feud. dar.poſ.quod illud ſit verum in tranſuerſalibus, ſed ſecus ſit in deſcendentibus, quia illi in infinitũ ſuccedunt.voluit Bal. in c.1.§.ſi Capitanei.de feu.March.quod etiã habet locum in allodialibus magnarum dignitatum,vt per eoſdem ibi;& ſic videtur dicendum, ꝙ ex quo Marchio Salu. aſſeritur eſſe de deſcendentibus Aledrami, quantocunq; gradu remotiſſimo veniat ad Marchionatum admittendus; quia vltra D. Nicol. Conſulentem, qui plenè diſputat de illo dicto Bal. in d. §.ſi Capitanei. reſpondetur ad iſtud fundamentum patere ſolutionem ex præmiſſis, quia poſito, ꝙ opin. Bal. & aliorũ foret vera,ꝙ in iſtis magnis dignitatibus marchioni vltimò decedenti deſcendentes agnati quocunq; gradu remotiſſimo forent,vocarentur ad ſucceſſionem; Tamen in caſu noſtro marchio Salut.vocari non poteſt: quia ſi requiritur, ꝙ vltimus decedat ſine hærede,non eſt verum dicere,quòd in caſu noſtro vltimus marchio deceſſerit ſine hærede, cũ reliquerit Illuſt. Duciſſam, quæ ex forma conceſſionis Ottonis cũ reſpiciat vtriuſq; ſexus deſcendentes, dicitur eſſe de compræhenſis in conceſſione. Præterea & ſecundò,cùm à tanto tpe citra,cuius initij memoria hoĩm nõ extat, marchionatus in familiam Paleologam tranſlatus fuerit,iſti familiæ,ſaltem rõne præſcriptionis ita longisſimæ, quæ habet vim priuilegij,l.hoc iure.§.ductus aquæ,ff.de aqua quoti.& æſti.& prout hoc modo arguendi vtitur in ſimili Dec.conſ.85.col. 2.& non alteri debet. Fruſtra ergo marchio Salut.ad ius,à quo ita lungo tempore excluſus fuit,& quod in aliam familiã tranſlatum fuit,petit ſe admitti,cũ minimè mutanda ſint, quæ certã interpretationem habuerunt,vt ſæpe iſto argumẽto in hoc conſ.Deci.vtitur.

24 ¶ Dum poſtea Deci.diſcuſſit, quomodo illa verba, hæredibus,poſita in conceſſione Ottonis capiantur; Ego quia conceſſionem non vidi, prætermittam ea conſultò; vnum tamen non omitto. Nam, dũ Deci.vult,quòd intelligendo illa verba hæredibus pro deſcendentibus, non ſit neceſſarium,quòd vtraq; qualitas cõcurrat,videlicet,quòd ſint & deſcendentes,& hæredes; ſed ſufficit,quòd tantum ſint deſcendentes,quia vltra allegata per D.Nicol. hic dico,quòd magis latè contrarium conſuluit idem Deci. conſ.185. In cauſa iſtorum.vol.1.& conſ.396. Qm̃ ex facto.col.4.verſ.ſecundò,in dicta prima inueſtitura. vol.2.& 445. In caſu ad me tranſmiſſo.col.3.in fi.ver.& ſm̃ communẽ.vol.3.contrarium etiam tenet Matthęus de Afflic. deciſ. Regni 112. Inter Dñam Laurã.col.1.in fi.Cur.iunior.cõſ. 1.Facti contingentia.col.4. ver. ſecundã itaq; facio. Et ad propoſitum iſtud poſſunt videri multæ auctoritates allegatę p Io.Ant.Alex. conſ. 18. Videretur prima fronte.vbi conſuluit in fortioribus terminis, videlicet, qñ dicitur pro hæredibus maſculis,dato,ꝙ tantum venient deſcendentes, tamen ita demùm veniunt, ſi erunt hæredes,ibi alleg.multa. Et dicit, ꝙ Deci.qui contrarium conſuluit,dixit contra cõem; & dum ipſe ad oſtendendum, quòd iſta opin.contra Deci.ſit verior,adducit illam rõnem,quòd feudum ſimpliciter ſumptum, videlicet non facta mentione de hæredibus,nec de filijs, tranſit ĩ

25 filios,ita demũ,ſi ſint hæredes.& alleg. ibi concor.Iſta ratio ante eum fuit Curt. iun.conſ.3.Placet mihi.col.2.in prin. vbi melioribus auctoritatibus comptobat,& conſ.138.Habita.col.5.ver.& iſtud comprobo. ſicq; à fortiori hoc dicendum eſt, vbi dictio,hæredibus, in inueſtitura eſt expreſſa.& idem dixit ipſe Io.Ant.conſ. 84.vbi cõſuluit in feudo ſuſcepto pro ſe, & ſuis,vt ẽt intelligatur, ꝙ deſcendentes ita demũ admittantur,ſi fuerunt hẽdes.

¶Ex præmiſſis patet rñſio ad coniecturas Decij, quibus nititur ſaltem per eas ſuadere contrarium; tamen quia vnicuique ſatis apparere poteſt ex ſupradictis ſublatas fore, ideo omitto ad eas particulariter reſpondere.

¶Patet etiam rñſio ad aliud fundamentum, dũ dicit, quòd illud, quod dicitur, ꝙ quis debet eſſe hæres, & quòd aliter non admittatur, intelligitur vbi poteſt, ſecus autem vbi non fuit delata hæreditas. & al leg. Alua. & alios, quia ſi bene auctoritates ſup. alleg. videantur, neceſſarium eſt ad hoc, vt deſcendentes admittantur, ſint hæredes. Nec eſt in conſideratione, an poſſint, vel non, prout etiam optimè confutat D. Nico. maximè in caſu noſtro, vbi extat Illuſt. Duciſſa deſcendens, & hęres, & quæ ex forma conceſſionis Ottonis eſt de compræhenſis in ea, prout totiens dictum fuit ſupra.

¶Per hoc etiam patet rñſio ad ſeptimã reſponſionem Decij, dum vult, quòd poſito, quòd vtraq; qualitas requiratur, tñ intelligitur hoc ordine ſucceſſiuo; vt pri-
26 mò ad deſcendentes hęredes deferatur; ſecundò ad deſcendentes non hæredes: quia cùm in caſu noſtro Illuſt. Duciſſa ſit deſcendens, & hæres; ergo debet pręferri Marchioni aſſerto deſcendenti, non hæredi; nec eſt verum, quod dicit Deci. Nã ſi illa verba hæredibus poſita in conceſſione Ottonis, intelliguntur de deſcendentibus hæredibus, ſm̃ communem intelligentiam ſup. relatã, extendere illa ad deſcendentes non hæredes, eſſet in præiudicium dñi directi. & ideo extẽſio fieri non poteſt, & eſt contra mentem omnium Doctorum ſupra relatorum.

¶Ad octauam, & vltimam reſponſionẽ Decij, patet reſponſio ex his, quæ voluit Cur. iun. cõſ. 3. Placet mihi. vbi latè in ſimilibus terminis conſuluit contrariũ, ex quibus ſumitur rñſio ad dicta Decij.

27 ¶Et dum poſtea Deci. nititur probare, ꝙ Marchioni Franc. venienti ex iure ſuo, non obſt. præſcriptio, quantumcunque cõtra alios agnatos forſan decurſa foret; quia cũ hactenus Marchio non fuerit in aliqua negligentia, immò fuerit impeditus agere, ſuccedit regula, quòd non valenti agere non currit præſcriptio. l. 1. in fi. C. de anna. excep. & alijs fundamentis ſuam intentionem Decius comprobat, quibus omnibus optimè, & copioſè per D. Nicol. fuit rñſũ: quibus additur, quòd poſtq̃ Aluar. in c. 1. §. hoc quoq; notandũ. de ſuc. feu. quæſiuit, an contra naſcituros poſſit opponi de præſcriptione poſſidentium, & concluſit, quòd non; limitat illã concluſionem duobus modis; primam limitationem latè proſequitur D. Conſulens, ad quem me remitto. ponit aliam, & ſecundã, niſi agnati poſtea nati reperiantur conſenſiſſe tacitè, vel expreſſè. p not. in c. 1. §. Titius. ſi de feu. ſue. controu. In caſu autem noſtro Marchio Salut. paſſus fuit manere Marchionatum Montiſferrati in familia Paleologa, quia & tempore Bonifacij, & Io. Georgij anno, immò annis pluribus tacuit. Ergo dicitur præſcriptioni decurſę conſenſiſſe, quia cum ſimus inter prætenſos deſcendentes Aledrami, lapſus anni erit ſufficiens ad excluſionem Marchionis. per glo. in d. §. Titi⁹. vbi Bal. And. de Iſer. & Præpoſ. Iaſ. conſ. 7. Vertitur controuerſia. col. 4. ver. ſeptimo facit. vol. 3. & conſ. 159. colu. 2. vol. 2. Nec obſt. prætenſa ignorantia marchionis, quia ad hoc optime per D. Conſulentem circa principium cõſilij reſpõ-
28 detur. Item & ſecundò dicitur, ꝙ caſu, quo marchionatus Montisferrati dicatur in feudum conceſſus; dicitur eſſe feudũ hæreditarium propter illa verba; & hæredibus ſuis, vt ſuperius latè defendimus. ſi ergo Marchio ad marchionatum d͡bet venire, oportet, ꝙ veniat, vt hæres ſuorũ prædeceſſorum, qui præſcriptioni cõſenſerunt, & contra quos decurſa fuit; ſed facto eorum, Marchio vt hęres, contrauenire non poteſt, etiã ſi confecerit inuentarium, vt voluit Alexan. conſ. 19. col. 4. volu. 5. & alibi, prout eum refert Deci. conſ. 208. col. 3. vol. 2. ergo ſequit̃, quòd præſcriptio contra prædeceſſores decurſa ſibi non noceat.

¶Præterea hic tractatur de lapſu 225. an-
29 norum, quibus marchionatus Montiſferrati ſemper in domo Paleologa fuit; lapſus

ſus autem tanti teporis, habet vim priuilegij l.hoc iure.§.ductus aquæ.ff.de aqua quoti.& æſti. c.ſuper quibuſdam. §. præterea.de verb.ſig. & hoc Deci. fatetur: poteſt autē Imperator per priuilegium ſuū fœminam, & ex ea deſcendentes inueſtire in præiudicium agnatorū, quibus feudū ex forma prioris inueſtiturę debetur, vt per plura concludit Cur. iunio.cōſ. 1.& conſ.138. Decci.conſ.498. Viſo. col. 9.ver.poſtremò dato.vol.3. Albert. Bru. conſ.1. in 2.arr. Ergo ex lapſu tanti temporis præſumetur Violantidē, & ex ea deſcendentes per priuilegiū inueſtitos, etiā excludendo agnatos, quòd potuit p Principem fieri. Cū ergo Marchio Salu.& ſui ex priuilegio præſumpto ſint excluſi, nō poteſt nunc ad ius, à quo remotus fuit, admitti; & hoc modo tolluntur omnia adducta per Deci. quia non excluditur Marchio ex negligentia ſua, aut ſuorū, ſed ex priuilegio Principis præſumpto, quod p ipſum concedi potuit, vt ſuperiùs dixi.

30 ¶ Et ex hoc patet ſolutio ad illud, qđ dicitur, q̃ præſcriptio quantumcunq; longiſſima, non procedit cum mala fide, & q̃ quia principium fuit violentū, & doloſū, nō potuit Theodorus de dicto Marchionatu inueſtiri; quia dico, q̃ iſtud præſumptum priuilegiū omnia prædicta excludit; præterea, vt dicit Iac.de ſancto Geor. in tract.de homagijs.col.4. circa fi. in p̄ſcriptione tanti temporis &c.non eſt curandum nec de bona, nec de mala fide.

¶ Ex qua infertur etiam ſolutio ad fundamentum Decij, dum vult, quòd poſito, q̃ foret decurſa præſcriptio, quòd nihilominus cōcedenda foret reſtitutio ex capite ignorantiæ, per dictum Bar.in l. 1.

31 §.ſi quid autem propter.ff.de itin.actuq; priua. cum alijs alleg. quia reſpondetur, quòd Marchio non eſt excluſus à Marchionatu negligentia, ſeu pręſcriptione, ſed excluditur ex priuilegio præſumpto ex curſu tanti temporis &c. Aduerſus qđ non reperitur, nec legitur, quòd detur reſtitutio, & iſta ſolutio eſt realis.

32 ¶ Præterea dicitur, quòd licet ſint variæ opiniones inter Doctores, an aduerſus præſcriptionem 30. annorum detur reſtitutio, de quibus per Socin. per D.Conſulentem allegatū. Tamen aduerſus pręſcriptionem quadraginta annorū, quòd non detur reſtitutio iſtam dicit veriorē, & communem opin. ipſemet Dec.conſ. 375. Iuridicam.volum.2. de qua opinione, ſi quis vult videre multa cumulata, videat Io. Ant.Alexan.col.97. Circa præmiſſam. col.2.verſ. ſed in caſu noſtro difficultatem facit: multò ergo fortiùs erit dicendum, quòd non detur reſtitutio aduerſus præſcriptionem 225. annorum: & ad propoſitum noſtrum idem Deci. in d.conſ.373. circa fin. dixit vnum bo-

33 num verbum, videlicet, quòd ex lapſu decem annorum, & multò fortiùs 30. p̄ſumitur bona fides, à fortiori ergo dicendum erit ex lapſu 200. annorum, & vltra; & cùm præſumptio ſit pro nobis, incumbet aduerſarijs onus probandi malam fidem, quòd non creditur poſſe probari, vt alij conſulentes dicunt.

34 ¶ Circa verò reſponſiones, quas dat particulariter Dec.ad fundamenta p parte Ill. Iuſt.DD.Ducum Mant.adducta, quia ex præmiſſis rńſio patet; ideo non inſiſtā. Vnum tamen nō omittam, dū Deci. vult ad materiam, §.ductus aquæ. q̃ illud, qđ ibi dicitur de præſcriptione tanti tpis, q̃ habeat vim priuilegij, vt habeat locum reſpectu dñi, non autē reſpectu agnatorum naſciturorum habentium ius queſitum ex contractu, quibus dñs præiudicare non poteſt; quia ad iſtud fundamentū reſpondetur ex conſilijs ſuperiùs alleg. videlicet, ex conſilio Curt.1.ex conſ.Bru. etiā ptimo, & eiuſdem Decij 498. col.7. ex quibus colligitur, quòd immò Impe-

35 rator præiudicare poteſt agnatis, quāuis eis ius eſſet quæſitum ex contractu inueſtituræ; immò ex dictis ibidem per eos colligitur, quòd in caſu iſtius conceſſionis factæ per Ottonē Aledramo, non erat ius quæſitum ipſis agnatis ex contractu ipſo conceſſionis: & ideo faciliùs potuit derogari, vt ibi per eos.

36 ¶ Dum dicit Decius, quòd remediū præſcriptionis dicitur eſſe impium remediū, vera eſt diſtinctio conſulentiū; quia aut loquimur de præſcriptione cū mala fide, & vera

& vera eſt opinio Decij; aut de præſcriptione cum bona fide, & tunc contrariũ eſt veriùs, prout ita poſt alios diſtinguit Fely.in rubr.de præſcript.col.1.at nouiſſimè ibidem Mod.idem concludunt,col.4.vbi latè. Cùm ergo præſupponatur præſcriptionem à Paleologis factam, cũ bona fide proceſſiſſe, vt ſuperiùs dixi, non eſt dicendum, quòd talis præſcriptio dicatur remedium impium.

37 ¶Ex præmiſſis patet reſponſio ad illud, quod dicit Dec.circa inueſtiturã Theodori, dum vult, ꝙ in ea non potuit Imperator ꝑiudicare alijs deſcendentibus Aledrami, quibus erat ius quæſitum ex conceſſione Otronis, & ꝙ nulla inueſtitura potuit præiudicare moderno Marchioni: quia reſpondetur, ꝙ poſito, quòd de voluntate Principis conſtet in derogando iuri quæſito alijs deſcendentibus, quòd opin.Decij per conſilia ſuperiùs alleg.eſt falſa; & tantò magis in caſu conceſſionis Ottonis, ex qua depræhenditur, quòd d̄ſcendentibus maſculis non erat ius quæſitum ex forma conceſſionis, ſed tantum ex diſpoſitione iuris, vt ex dictis per Doc. in dictis conſilijs colligitur; & idẽ poteſt reſponderi ad illud, quod dicit Deci. de inueſtitura Vinceſlai, cum derogatione iuriũ deſcendentium ab ipſo Aledramo, quia potuit fieri per ſupradicta, dum tamen de certa ſcientia Principis conſtet.

¶Circa ſnĩam arbitramentalem, tranſactiones per Deciũ allegatas, recognitionem caſtrorum, & alia quæ per Decium adducuntur, non inſiſto, cũ potiùs in probatione facti conſiſtant, & quatenus factum probaretur, prout per Decium narratur, ita fuit plenè per D. Nicol. ſatisfactum, vt nullus ſcrupulus iudicare habenti relictus eſſe videat, mihi ſufficit à principalioribus fundamentis Decij primum cõſilium per me æditũ defendiſſe, in quo manẽtibus adhuc argm̃tis nr̃is illęſis de bono iure Illuſt.Ducum demonſtraui.

¶Et ita, vt ſupra concluſum eſt, iuris eſſe dico, & conſulo, Ego Iacob. Symonetta Piſaurẽ.Sanctiſſimi D.N.Papæ referendarius, & inter ſacri Palatij cauſarum auditores locumtenens &c. In cuius rei fidem me propria manu ſubſcripſi, & ſolito ſigillo ſubſignaui.

CONSILIVM XL. EXCELLENTISS. D.Hieronymi Lucen. & D.Io:Baptiſtæ Albriſij.

NVLLA profectò poteſt exoriri hæſitatio, quin iudicium poſſeſſorium pri⁹ terminari debeat, ſuſpenſo, & retardato petitorio, quandoquidẽ tam in principio, quàm in medio, & vſq; in hunc diem agentes pro Illuſtr.Mant.Ducibus poſſeſſorium tantũ intentauerunt, expreſsè proteſtantes exceptiones aduerſantium concernentes iura ꝓprietatis, quoquo modo admitti non debere, maximè ad impediendũ, ne priùs iudicium poſſeſſoriũ terminaretur, quod tanq̃ iuri conſonũ Illuſtriſſima Illuſtris, & Reuerenda, ac multũ Magn. Dñationes Veſtræ, in earum declarationibus obſeruarunt, & admiſerunt; exponentes, quòd licet admitterent exceptiones concernentes iura proprietatis, nihilominus non intendebant alicui partium
1 præiudicare, quin ſemper ordo iuris obſeruaretur; quibus ita præmiſſis, veriſſima, & cõis extat doctorũ concluſio, quòd quando poſſeſſoriũ fuit per alteram partem intentatum, licèt per aduerſam partem opponantur exceptiones concernentes iura proprietatis, ſed de eis notoriè non conſtat, vt poti requirentes altiorẽ indaginem, ſunt refellendæ, & reijciẽdæ, neq; debẽt retardare, q̃n poſſeſſio tradat, cui de iure tradẽda venit; vt in interdicto adipiſcẽdę cõcurrunt oẽs ſcribẽtes in l.fi. C.de edic.diu.Adri.tol. & in l. naturaſr.

§.nihil

§.nihil cõe.ff.de acquir.poſ.& diffuſiùs ĩ
2 alijs allegationibus dictum fuit. quibus
addimus pulcherrimum conſiliũ Pau.de
Caſt.277.quia per primũ.in 1.vol.vbi di-
cit,ꝙ ſi poſſeſſorium intentetur ante litẽ
conteſt. ſuper petitorio,caſus eſt indubi-
tatus, ꝙ poſſeſſorium ſuſpendit petito-
rium partis aduerſæ,& ſuper ſolo poſſeſ-
ſorio proceditur.& eſt caſus in c.ex con-
queſt. de reſti. ſpol.& dicit ibi Paul. de
3 Caſt.ꝙ nullus reperitur,qui contradicat,
& ſic caſus noſter eſt indubitatus; qui-
nimmò quatenus ſuper vtroq; pronun-
ciaretur vna,& eadem ſñia,talis ſententia
eſſet iniqua; vt concludunt Canon. in c.
cùm dilectus. maximè Cal.de cauſa poſ.
& proprie.& Paul.de Caſt.in l.1.C.de ap
pella. & Barb. conſ.38. 1.vol.
4 ¶Secunda concluſio qñ fuit intentatum
poſſeſſorium,& petitoriũ,tunc quando ď
poſſeſſorio tantũ liquet,debet iudex ſu-
per poſſeſſorio pronunciare,ſuſpenſo, &
retardato petitorio. ita tenet Alber.& pō
cũ Moder. in l.incerti. C.de interdic.vbi
Alb.in 2.còl.vet.ſecundo principali mẽ-
bro, dicit,quòd quando fuit intentatum
poſſeſſorium,& petitoriũ,ſi liquet de poſ
ſeſſorio,tantummodo iudex pronuncia-
bit poſſeſſionem tradendam eſſe,pendẽ-
te iudicio proprietatis, in quo procede-
tur expòſt,& apparebit , an poſſeſſio re-
manere ſibi debeat: & ita tenent omnes
Canon.in præalleg.c.ex conqueſt.ď reſt.
ſpol.& eſt tex.& ibi not.Canon.in c. pa-
ſtoralis. de cauſa poſ. & propr. vbi dicit
5 Pau.de Eleaz.ꝙ quouſq; liquet de cauſa
ſemper poſſeſſorium poteſt intentari, &
6 ſuſpendit petitorium; & in ſpecie dicit ,
quòd poſt aperturam teſtium,&diſputa-
tionem habitam,poteſt ꝓcedi ſuper poſ-
ſeſſorio; neq; tunc dicitur liquere de cã,
cũ non ſit renunciatum probationibus ,
cùm poſſint produci inſtrumenta,& alia
7 iura; neq; tex.in c.cũ dilectus, contradi-
cit ſuperiùs adductis,quia ibi poſſeſſoriũ,
& petitorium fuerunt ſimul intentata,&
tractata ſine aliqua proteſtatione , & de
vtroq; iudicio liquebat: vt ibi per omnes
Scriben: ſecus verò in caſu noſtro , quia
poſſeſſorium fuit ſolũ intentatum ex par
te agentium Illuſt.Mant.Ducum, & fuit
proteſtatum exceptiones concernentes
iura proprietatis admitti non debere ; ꝗ
proteſtatio reſeruat remedium ſuſpenſi-
uum,vt in alijs dictum fuit; & non liquet
de iuribus in petitorio; quia pñt ſemper
produci inſtrumenta,& iura,& profectò
ſingulis diebus nobis afferuntur priuile-
8 gia,& alia iura illius ſtatus, & ex his ne-
ceſſarium apparet poſſeſſorium à peti-
torio diuidi debere.iuxtà text.in l.incer-
ti. in verbo oportere. Immò nunq̃ fue-
runt vnita poſſeſſorium ,& petitorium,
ſtantibus proteſtationibus in proceſſu
factis,& declarationibus dominationum
veſtrarum.

Hieronymus Luceñ.

Ioannes Baptiſta Albriſius.

CONSILIVM XLI. MAGNIFICORVM DD. *Hieronymi Lucenſis, & Joan. Baptiſtæ Albriſij.*

LIcet ex aliàs dedu-
ctis ſatis appareat per Il
luſt. Reueren. Illuſt.
ac multum Magn. Do-
minationes veſtras Cę-
ſareæ Maieſt.referri ď-
bere poſſeſſoria iudi-
cia; quibus Illuſt.Duces Mant petunt ſi-
bi poſſeſſionem decerni,& concedi,eſſe
cæteris præferenda,& ſuper illis in eorũ-
dem fauorem referendum, reſeruatis a-
liorum iudicijs,& petitionibus; Quia tñ
nõnulla in cõtrarium videntur adducta,
vt omnis penitus hæſitatio tollatur , illis
1 omnibus reſpondere decreuimus.In pri-
mis itaq; quia fuit per nos dictum ex for-
ma Cæſareæ commiſſionis, non eſſe ſu-
blatum iuris ordinem,& debuiſſe,& de-

ſitotij,dummodo non eſſet dictio taxatiua,adhuc etiã poſſeſſorium commiſſũ videretur; vt in terminis declarat Ant. ꝺ But.& Abb.in c.paſtoralis.de cauſa poſ. & proprie. Et ita etiam ſentit expreſſe Cæſarea Maieſt.in his litteris nouis,in quib' mandat videri,an opus ſit poſſeſſorium à petitorio diſiungere,ꝗ fieri non poſſet, ſi intentari non potuiſſent; cũ priuatio habitum præſupponat,l.decem. cum ſimil. ff.de verb.oblig.Ita ẽt ipſę Dñationes veſtræ in ſua prima ordinatione declarauerunt,mandantes iura deduci,tàm ſup petitorio, ꝗ̃ ſuper poſſeſſorio præſentibus partibus,quæ tacitè non reclamando approbauerunt; & ſic patet ipſam commiſſionem poſſeſſoria compræhendere, & per conſequens ex ſupra dictis iuris ordi-
10 nem ſeruari debere. Nec declaratio D. V. obſtat,quia licèt ordinent ſuper vtroq; iure produci, tamen reſeruant ordinem iuris in referendo,vt patet in ea; ex quib' reſtat prima noſtra cõcluſio firma,quòd iuris ordo ſeruari debet.

Secundò,dũ dicebamus, ꝗ non poterant dici in caſu noſtro,cumulata iudicia poſſeſſoria cũ petitorijs,licèt ipſi Sabaudienſes,& Salutiẽſes petitoria intentauerint, & fortè poſſeſſoria; & dicatur etiã,ꝗ ex parte Ducum Mant.fuerit petitorium intentatum,vt in reſponſionibus fuit obie-
11 ctum. Ideo pro confirmatione dictorum per nos,eſt aduertendũ,quod d.cumulatio fit tantum duobus modis, vt declarãt Doct.in c.paſtoralis.de cauſa poſ. & proprie.in c.2.de ord.cog.& in d. l. naturaſr. §.nihil cõe. aut.n. actor proponit vtrũq;, vt in terminis c.paſtoralis.ꝺ cauſa poſ.& propr.aut actor vnum proponit, & reus aliud cũ in terminis c. ex conqueſtione. de reſtit.ſpol.& ſi actor vtrũq; proponit, tunc abſq; dubio facultatis ſuæ eſt ſuſpẽdere quandocunq; petitorium, & ꝓcedere ſuper poſſeſſorio; ſi verò actor vnũ proponit,& reus aliud,& eo caſu orit' aliqua difficultas,an lite conteſt. poſſit ſuſpendi petitorium, in quo articulo Bar. in d.§.nihil cõe.ſentit,ꝗ cũ ſapiat recontentionem,non debeat ſuſpendi, in quo tamen per Doct.ibi cõiter reprobatur; & ideo cõis eſt ſententia,quòd poſſet ſuſpẽdi vſq; ad concluſionem in cauſa,de quo
12 infra ſuo loco dicemus. Et proteſtatio ſ' ſuſpenſionis conſeruat,vt etiã infra dicetur. Sed pro nunc dicimus non eſſe propriè cumulationẽ in caſu noſtro, quia in præſenti caſu Dux Sabau.non eſt reus, à quo nos poſſeſſionem petamus; ita quòd proponendo petitorium, poſſit oriri cumulatio,nec illa quaſi reconuentio: de qua dicit Bar.in d.§.nihil cõe.cũ nec nos ab ipſo petamus,nec ipſe à nobis, ſed oẽs à Cæſarea Maieſt.petimus: vnde nõ poſſunt dici cumulata remedia,ſed diuerſo-
13 rum diuerſæ petitiones,ſuper quibus ꝓcedi debet ſm̃ regulas iuris; vna eſt l. qui prior.ff.de iudi.& ſm̃ hanc Illuſt.D. Duces fuerunt primi,qui egerunt; ideo pti' eorum cauſa expediri debet, vt declarat Abb.in d.c.ex conqueſtione. & latiùs in c.2. de ordi.cog.vbi dicit in diuerſis petitionibus ſeruari regulam d.l. qui prior.
14 Alia eſt regula,ꝗ de quo priùs conſtet, primò debet expediri,vt voluit Alber.in l.incerti.C.de interdic.& Iaſ.in d.§.nihil cõe.n.180.qui loquuntur etiam qñ ſunt
15 cumulata remedia: Et profectò in caſu noſtro,cũ remedia per nos intentata ſint ſummarijſſima,vt declarat Cur. in conſ. 60.poſt Doc.in l.ſi.C.de edic.diu. Adri. tol.& Innoc.in c.in præſentia,de probat. & per doc.in d.c.1.§.inſuper. de prohib. feu.alien.per Feder. aliorũ verò petitiones ordinariũ requirant ꝓcedendi modum,non eſt dubiũ,quòd priùs ſuper noſtris poſſeſſorijs,de quibus tam apertè liquet,debeat iudicari; Et ex his tollunt', quæ ex aduerſo ſunt dicta. Primò, quòd Illuſt.Dux Sabau.vtrũq; cumulauit,quia quo ad eius iudicia per ipſum cumulata ipſe poteſt,ſi vult ſuſpendere petitorium; ſed quo ad noſtra,non dr̃ facta cumulatio,vt dictum eſt,cũ non ſimus inuicem actores,& rei; & ideo ſunt diuerſæ petitiones. Nec obſt.quod dictum fuit,nos ẽt petitorium, & poſſeſſoriũ cumulauiſſe, quia,vt apparet, petitorium non fuit cumulatiuè propoſitum: ſed,vt diuerſa petitio,&cũ proteſtatione non cumulandi, nec impediendi relationem in poſſeſſo-

rio,

rib; immò fuit proteſtatum, quòd quæ-
cunq; cõcernentia petitoriũ, deducebã-
tur non aĩo cumulãdi petitorium cũ poſ-
ſeſſorio, ſed iuſtificandi poſſeſſorium, &
vt impedimenta aliorum petentium tol-
lerentur, à qua proteſtatione non fuit vn-
16 quã receſſum. Sed poſito, q; eſſent cu-
mulata per nos, & ſic ab eadem parte, poſ-
ſet etiam per nos quandocunque petito-
rium ſuſpendi, vt ſup. fuit dictum: & cùm
de poſſeſſione priùs conſter, priùs ſuper
eo eſt iudicandũ, vt etiam ſup. fuit dictũ.
& voluit Alexan. in conſ. 117. col. 1. ver.
& ſi conſtat. vol. 2. Ex quibus appatet nõ
obſtare aliquam cumulationẽ, quin pri-
ſit ſuper poſſeſſorio referendum.
17 ¶ Quòd ſi eſſemus in caſu, in quo cumu-
latio aĩs nocere potuiſſet, quin ſuſpendi
poſſet petitorium; tamen diximus, quòd
in caſu noſtro proteſtatio noſtra, quam
ſemper præmiſimus, conſeruauiſſet no-
bis ius ſuſpenſiuum, per glo. communi-
ter à Doct. approbatam in c. ex conque-
18 ſtione. de reſt. ſpol. Ad quod fuit dictum
quòd fuerat à tali proteſtatione receſsũ,
& ei præiudicatum per proceſſum ad vl-
teriora, & per oppoſitiones exceptionũ
peremptoriarum, per quæ in iudiciũ pe-
titorium conſenſum videtur: & quando
facta ſunt contraria proteſtationi, tollit
proteſtatio per ea, quæ habentur in l. nõ
ſolũ. §. morte. ff. de oper. no. nunc. & in c.
cũ M. de conſtit. Sed ad hoc facilis eſt re-
19 ſponſio, quia quando proteſtatio nõ ten-
dit ad tollendum ipſum factum, ſed ad
declarandum animũ; factum non tollit
proteſtationem, & proteſtatio conſeruat
ius proteſtantis: ita in terminis declarat
Alex. in conſ. 128. in 4. vol. & in caſu no-
ſtro proteſtatio non venit ad tollendum
actum, ſed ad declarandum mentem. nõ
enim vult proteſtatio quòd ea, q̃ fiunt,
ſint infecta; ſed q; ex ipſis actis oriri po-
terat alius effectus, videlicet conſenſus,
quòd ſimul cognoſcerentur, proteſtatio
declarat mentem, quod non intendit cõ-
20 ſentire cumulationi; & ideo, cũ tendat
ad iuris ſui conſeruationem proteſtatio,
non tollitur per factum, ſed ius cõſerua-
tur: iuxtà doctr. Bar. in d. §. morte. & tex.
eſt optimus in l. qui in aliena. §. fi. ff. de
acquir. hære. cum gloſ. in ver. fallens. ad
qđ facit tex. in l. ſi ita ſcriptum. ff. de leg.
1. & in l. ſi quis in principio teſtamenti. ff.
de leg. 3. vbi proteſtatio declarat volun-
tatem, & ſeruatur, licet bis legauerit, &
ſic factum videatur diuerſum à proteſta-
tione, ex quo etiam ſequitur, quòd re ve-
ra actus non eſt incompatibilis cum pro-
teſtatione, prout loquitur Bart. in d. §.
morte: & declarat ibi Iaſ. n. 14.
21 ¶ Præterea, cũ hæc proteſtatio ſit decla-
ratiua cõſenſus, & voluntatis, & fuerit fa-
cta in iudicio, acta contraria non tollunt
proteſtationem. ita declarat Felyn. in c.
cũ, in col. pen. ver. fallit ſecundò. de con-
ſtit. & apparet per doct. Innoc. in c. Cuma-
na. de elec. quia proteſtatio, quòd nõ in-
22 tendit in iudicem conſentire, non tollit
per actus corã iudice factos; ſed in termi-
nis, quòd proceſſus in petitorio factus põ
proteſtationem non cumulandi, nõ tol-
lat ius ſuſpenſiuum. eſt tex. in ſup. alleg.
c. ex conqueſtione. de reſtit. ſpol. vbi li-
cet mulier mandante iudice petitorium
proſequuta fuerit; tamen quia proteſta-
ta eſt, conſeruauit ſibi ius ſuſpenſiuum.
qui tex. nõ poteſt eſſe magis in terminis
in caſu noſtro, quia mandato D. V. Iudi-
cum etiam affirmantium, ita habere in
mandatis à Cæſare, fuit proceſſum in pe-
titorio, & nos ſemper proteſtati ſumus, &
ideo ius ſuſpenſiuum nobis conſeruatum
23 fuit, pro quo facit, q; voluit Io. And. poſt
Hoſt. in c. cumana. in 2. col. de elec. quòd
vbi actus non pendet à libera voluntate
proteſtantis, ſed contra voluntatem, pro-
teſtatio non tollitur per actum contrariũ;
quorum auctoritatem dicit ſequendam
Fely. in d. c. cũ M. col. pe. ver. fallit tertiò.
24 Et qđ dixit Fely. in c. ſignificauerunt, de
teſt. in fi. quòd id, qđ fit de mandato iu-
dicis non inducit renunciationem iuris
ſui; ex quibus ſequitur, quòd et ſi eſſem'
in caſu, in quo eſſent aliter iudicia cumu-
lata, itaq; impediretur ſuſpenſio petito-
rij; tamen, ſtante proteſtatione, fuit ius
25 ſuſpenſiuũ reſeruatũ. Et hoc tantò cla-
rius, cũ et ipſe D. V. in ſua ordinatione re-
ſeruauerunt expreſſè ius prælationis poſ-
ſeſſorij,

ſeſſorij,quæ proteſtatio, & reſeruatio ius ſuſpenſiuū reſeruauit; vt apparet ex cōſ. Socin. 43. vol.4.

26 ¶ Sed quicquid ſit,etiā quòd eſſent iudicia ſimpliciter cumulata, adhuc vſq; ad concluſionem,in cauſa diximus poſſe petitorium ſuſpendi; vt habetur per Anto. de But.Innoc.Abb.& Pau.de Eleazar.in c.paſtoralis.de cauſa poſſ.& proprie. qui loquuntur etiā publicatis dictis teſtium. & Pau.de Caſt.conſ.277.incip. Quia per primum. vol.1. qui dicit ita tenere oēs, Alberi.in d.l.incerti.C.de interdic.Iaſ.in d.§.nihil,cōe.n.180.& tantò magis, cùm priùs de poſſeſſorio appareat,vt p Iaſ.ibi.

27 ¶ Ad quod fuit primò dictū ex aduerſo,ꝙ in præſenti caſu dici poteſt in cauſa concluſum,attento,ꝙ pro parte Ducis Saba. fuit petita concluſio in cauſa,& ſic renūciatum probationibus, qui eſt effectus cōcluſionis in cauſa formulis verborū ſub-

28 latis. Sed profectò cū in c. paſtoralis, ad excludendum ſuſpenſionem,requiratur concluſio in cā,non poteſt dici ex ipſa vnius Ducis Sabau.voluntate concluſum: tunc enim dicitur concluſum,qn̄ neutra partium poteſt ampliùs aliquid producere,nec vlteriùs partes ad id admittuntur; vt declarat Ant.de But.in d.c. paſtoralis.col.2.de cauſa poſ.& proprie. & ſic non vnius petitio,ſed vtriuſq; partis concurſus,& iudicis mandatum requiritur, nec eſt enim in poteſtate vnius partis im-

29 pedire,ne alij audiantur. Et tantò magis in caſu noſtro,in quo ſtatus cauſę hoc nō patitur.iuxtà doct.Ant.de But.in d.c.paſtoralis.col.2.per tex.in c.ſtatutū.§.pen. de reſcrip.in 6. Quinimmò nec etiā ipſe Illuſt.Dux Sabau.ſimpliciter concluſionem in cauſa petit,ſed ſeruatis ſeruādis. Secundū ordinationem autem præcedētem,multa tempora ad probandum, & producendū ſuperſunt, quibus non renūciauit: & ſic non vult cōcludi in cauſa,& fortiùs,vt ex proceſſu apparet, poſt talem petitionem voluit teſtes examinari facere,& de nouo inducere,& ſic à petitione receſſit; vnde non poteſt dici cōcluſum in cauſa,& ſic poteſt ſuſpēdi pe-

30 titorium. Secundò fuit reſponſum talē ſuſpenſionem non debere admitti, cùm iam publicatis teſtibus de cauſa liqueat; & licèt poſſent teſtes reprobari, tamen ꝑ hoc non dicitur de cauſa non liquere,vt eſt dictū Fely.in c.ſignificauerunt,de teſti.Sed hæc etiam rñſio non ꝓcedit,quia ſi doctr.Fely.ita ſimpliciter intelligeret, eſſet contra omnes ſupraſcriptos Doct. volentes,ꝙ etiam publicatis teſtibus, &

31 eorum dictis percunctatis,tamen adhuc poſſet ſuſpendi petitorium: vnde dictū Fely.intelligi debet,quando nihil cōtra probationes, verū,nec coloratum deducitur,quod obſcurare poſſit probata, & deducta,quod probatum ſit,vel probandū. ita Ant.de But.in d.c.paſtoralis.col.6 & ideò ipſemet Fely.in eodem c.ſignificauerunt,dixit in 2.col.quòd vbi per partem aliquid allegatur, contra iura ꝓducta,quod obſcuret probata, non dicit̄ li-

32 quere de cauſa. ſed in caſu noſtro cōtra aſſerta probata non ſolū colorata,ſed vera adducuntur,vt eſt nullitas contractuū ex natura rerum, ex defectu conſenſus ſuperioris,propter vim,& metum, & cōtra aſſertam conſuetudinem: quam nix eſt probare,iuris præſumptionem, & regulam pro contraria conſuetudine; quā probauiſſe putamus,certè non poteſt dici de cauſa liquere,maximè cū iuris præſumptio,& regula ſit contra deducta, vt

33 per Fely.in d.loco. Et cū tempus ad opponēdum probationibus non ſit elapſū, non poteſt dici liquere,cū poſſint multa opponi:ut dicit Ant.de But.in d.c. paſtoralis.col.7.& ſic apparet,vel quia remedia non ſunt cumulata,vel quia proteſtatio conſeruauerit ius,vel quia ſumus ante concluſionem in cauſa,poſſe poſſeſſorium diuidi à petitorio,& ſuper eo iudi-

34 cari. Et tantò magìs,cum de eo priùs liqueat, vt dictū eſt, quo caſu ſuper eo eſt omni caſu priùs iudicandum, vt ſup. diximus.& text.eſt in c.ſuborta,de iudi. & ibi Felyn. not. & ideò dixit Alberi. in d. l. incerti. C. de interdic. col. 2. ver. 2. principali membro, quòd ſi actor probauit de poſſeſſione, & de eo liquet, iudex pronunciabit, ſibi poſſeſſionem adiudicando, etiā pendente iudicio petitorio,

rio, in quo poſtea procedetur, & appare-
bit an res ſibi remanere debeat, vel non.
35 fortiùs voluit Abb. in c. eũ dilectus. de cã
poſ. & propri. col. pen. ver. aut fuit lata ꝑ
reo, quòd lata ſententia petitorij ſuper vtroque, &
ſuſpenſa ſententia petitorij per appella-
tionem, non retardabitur executio ſen-
tentiæ ſuper poſſeſſorio.

36 ¶ Hoc etiã demonſtrauimus ex ipſis lit-
teris Cæſareis nuper directis D.V. fieri d̄-
bere; quia concurrunt omnia ea, propter
quæ diuidi debere cõſiderat ſua Maieſt.
non ſolùm alternatiuè, vt in litteris, ſed
copulatiuè; nam ob partium interceſſio-
nem, id eſt interuentum quorũ petitiones
longitudinem tpis requirunt; & ſunt etiã
multi, & multa, & varia petentes, & va-
rijs remedijs, & ex varijs cauſis, ob ma-
gnitudinem cauſæ, quę de ſe notoria eſt,
vel ob ſubiectam materiam, cũ agatur de
magno ſtatu, vel ob proceſſuũ ipſorum
magnitudo conſideretur, qui erunt fortè
vltra decem millia foliorum, & ob legit-
tima impedimenta; quia producenda sũt
iura, reprobandi teſtes, opponendum ꝓ-
ductis titulis, qui adhuc non ſunt viſi, nec
habiti culpa agentium pro Duce Sabau.
qui nunq̃ illa penès notarium relinquere
voluerunt, vt ex fide notarij apparet. Itẽ
quia pro parte Ducis Sabau. noua petitio
facta eſt, reſpectu inſtrumenti dotalis, ſu-
per qua non ſunt factæ probationes, im-
mò fortè nec lis conteſt. & deniq; tot ꝓ-
ducta, & producẽda, & percunctanda, vt
non poſſit iudex, niſi longo interuallo, ẽt
ſi ſit vnus, ne dũ tot, cauſam petitorij co-
gnoſcere. vnde clarum eſt, ꝙ tam citò ex
37 pediri non poteſt, quæ dictio, cito, licèt
alias intelligatur infra 30. dies, ſm̃ glo. &
Ang. in auten. de mẽſ. ord. cler. prout re-
fert Bru. in 3. parte ſui trac. in verbo cito,
qui pro hoc alleg. tex. in l. vẽdicari. C. de
pen. tamen vt puto debet intelligi ſm̃ ſu-
biectam materiã, id eſt tam cito, ſicut poſ
ſeſſorium expediri deberet. arg. eorum,
quæ dicit Soci. in conſ. 31. col. 5. ver. arbi-
tror etiam. vol. 1. vbi ſi cauſa pendens
non poteſt expediri inter patronos infra
tempus conceſſum patronis, poteſt ſupe-
rior prouidere, & dicitur tunc in longum
cãm trahi, quando non expeditur infra
tempus datũ patronis ad præſentandum.
& tex. eſt in c. ſi verò. de iure pat. ſic igiť
in propoſito nõ dicitur poſſe citò fieri, qđ
non poteſt fieri infra tempus expediendi
38 poſſeſſoriũ, quod in caſu noſtro eſt ſum-
mariſſimum, vt ſup. dictum eſt: & expe-
diri debet per sũmarias informationes,
vt patet ex dictis per Cur. latiſſimè d. cõſ.
60. & Doc. in d. l. fi. C. de edic. diui Adr.
tol. & Inno. in d. c. in pñtia. de probat. &
ideo non eſt veriſimile, ꝙ petitorium or-
dinarium poſſit pariter expediri, vt con-
ſiderauit Are. in d. §. nihil cõe. & Bologn.
39 ibi in vlt. col. Debet etiam cenſeri non
poſſe citò fieri, ſm̃ regulam, quę habet, ꝙ
concernentia petitorium non impediant
poſſeſſorium, niſi de eis incontinenti poſ
ſit conſtare, & ſtatim liqueat. vt habetur
in d. l. fi. C. de ed. e. diu. Adr. tol. & in d. c.
paſtoralis. de cauſa poſſ. & propri. & per
Doc. in d. §. nihil cõe. quòd eũ in caſu no-
ſtro ſit ſup. oſtenſum nõ procedere, quia
non liquet, ergo nõ dicitur citò fieri poſ
ſe, maximè cùm magnitudo cauſarum,
& multitudo plurium partium, interuen
tus, & cauſæ ſtatus, longitudinem tẽporis
requirat, quæ Cæſarea Maieſtas vult con
ſiderari. Ex quibus ſequitur, cũ S. Maie-
ſtas à D.V. petat informari, an propter p̃-
dicta ſit poſſeſſorium diuidendum, D.V.
referre debere eſſe neceſſariò diuiden-
40 dum, quia neceſſariò dicitur fieri, quod
fit lege mandante 23. q. 6. ex his Alber. in
dictionario, in ver. neceſſitas. ſicut ẽcon-
tra dr̃ non poſſe fieri, quod fit lege pro-
hibente. Ideo videmus, quòd interdum
dicitur neceſſarium, id eſt conueniens c.
noſce. 76. diſt. vnde neceſſariò eſt facien
dum, quod eſt faciendũ pro conſeruatio-
ne iuſtitiæ; & iudex, quod pro iuſtitia fa-
cit, dicitur teneri ad faciendum: vt habe-
tur in l. 1. poſt glo. in ver. põt. ff. de iuriſd.
om. iudi. eſt. n. neceſſitas cauſatiua, ꝓ cõ-
ſeruanda iuſtitia, licèt non præciſa, argu.
eorum, quę hñr in l. fi. ff. de ſepara. bon. c.
ſacris. extra quod met. cã. Alber. in dictio-
nario. in ver. neceſſitas. & ideo text. in l.
incerti. C. de interdict. dicit oportere pri
quæſtionem poſſeſſionis decidi, & ſic v-
tatur

citur verbo neceſſitatem importante; &
licet ſm Alber.ibi,& Paul.de Eleaz. in c.
paſtoralis. de cauſa poſſ. & propriet. va-
leat proceſſus,ſi ſecus fiat,tamen nõ eſt,
quin per hoc fiat iniuſtitia,ita vt appella-
ri poſſit.vt per Doct.in c. ex conqueſtio-
ne,de cauſa poſ.& propri.& per Barba.in
conſ.38.& ideo pro iuſtitiæ conſeruatio-
ne, neceſſariò prius poſſeſſoriũ expedi-
ri debet: & ita D.V.referre debent.
42 ¶ Nec obſt.qđ per D.Salutiẽſes his litte-
ris fuit oppoſitum,quòd tale reſcriptũ nõ
valet,vt pendente lite impetratum,in au
ten.in medio litis non fieri ſacras iuſſio-
nes; vbi Bar.& Ange.col.8.quia ille text.
loquitur,vt patet in eo,qñ impetratur re-
ſcriptum quomodo debeat iudicari,non
autem qñ Cæſar ipſe iudicaturus vult de
iuſtitia informari,nec per illum tex. tol-
litur conſultatio, nec reſcripta excitãtia
iudicem,vt patet ex text.& dictis Docto.
ibi,& vt ſup.oſtenſum eſt; id etiã erat de
iure faciendum. Apparet igitur ex præ-
miſſis D.V.referre debere ſuæ Cæſareæ
Maieſtati poſſeſſorium diuidi debere à
petitorio,& prius expediri: Nec obſtant
aliqua,quæ in contrarium adducta ſunt:
43 & primò ꝙ non debet poſſeſſorium ex-
pediri,quia ſunt in ſtatu fortilitia diffici-
lis recuperationis, quia de hoc latiſſimè
dictum ſit in conſilijs æditis ſuper poſſeſ-
ſorio; & in alijs allegationib⁹,quibus ad-
di poteſt,quòd Claudius ibi allegatus in
indiuiduo,loquitur in caſu noſtro,quan-
do poſſeſſio petitur ab ipſo Rege,& Prin
cipe ſuperiore, & eo caſu dicit talem op-
poſitionem non obſtare.
44 ¶ Nec etiã obſt.quod fuit dictum,nõ de-
bere diuidi poſſeſſoriũ ob timorem ſcan
dalorũ; quia licet,qñ plures contendunt
ſe poſſidere,vel volunt poſſeſſionem adi
piſci,ob timorem ſcandali, poſſit iudex
poſſeſſionem auocare,quouſque cogno-
ſcat,vel quis poſſideat, vel cui ius cõpe-
tat adipiſcendæ poſſeſſionis: tamen vbi
ẽt per ſummarias informationes ſibi cõ-
ſtat in ſuo caſu quis poſſideat, & in ſuo
caſu,quis habeat ius adipiſcendæ poſſeſ-
ſionis,debet poſſeſſorem conſtituere;ita
dicunt oẽs ſup.alleg. videl.Cur.in d. cõſ.
60.Inn.in c. pñtia,de proba.& Bal.in d.l.
45 fi.C.de edic.diui Adri.tol.nec vbi de iu-
re poſſidentis,vel in ſuo caſu poſſidere d-
bentis conſtat,eſt iuſta cauſa denegandi
ius,& recedẽdi à tramite iuris, ꝙ allegetꝰ
cominatio ſcandalorum: vt dicit Bal.in
l.æquiſſimum.ff.de vſufruc.Iaſ. in l. qui-
dam æſtimauerunt.col.3.ver. iſta regula
fallit.ff.ſi cer.pet.Io.Ant.Rub.in reper. §.
nihil cõe.n.24.vbi ad hoc plura allegat:
Præterea cũ negetur periculum ſcanda-
li,non ſtatur aſſertioni iudicis,nedũ par-
tis: ita Soci.in conſ.96.col.5. ver. prætc-
46 rea ex quo.vol.1.Nec quãdo iudex ipſe
poſſeſſorem conſtituit, debet allegari ti-
mor ſcandalorũ: nemo enim eſt præſu-
mendus tã temerarius, qui iudice cã co-
gnita,decernente cui ſit tradenda poſſeſ-
ſio,velit reſiſtere.ar.l.meritò. ff? ꝓloc. &
ſi quis eſſet,vt dicunt doct.in locis ſupra
alleg.eſſet per ſuperiorẽ, per vias, & re-
media iuris coërcendus,& profectò ſi nõ
putant doct. timenda ſcandala poſt co-
gnitionem iudicis, multò minus debent
eſſe in conſideratione Cæſare tradente;
aliàs etiam cognito petitorio,non poſſet
executio fieri.
47 ¶ Diximus inſuper non ſolũ D.V.referre
debere poſſeſſorium diuidendũ eſſe,ſed
etiã cui potiſſimum eſſet poſſeſſio cõce-
denda; nã aliàs illa verba lrarum vnâ cũ
conſilio,& ſnĩa veſtra eſſent penitus ſine
effectu operãdi,ſatis enim petierat,vt ſi-
bi ſignificarent; an eſſet diuidẽdum per
illa verba; ꝙ ſi animaduerterint tã citò
fieri nõ poſſe,eaq; rõne neceſſarium vi-
deatur diuidi poſſeſſoriũ,de eo nos mo-
neatis; ex quibus verbis apparet,ꝙ man-
det ſibi referri,an diuidi debeat, & ꝑ illa
verba quærenti eſſet ſatisfactũ,vt igiť illa
verba vná cũ conſilio, & ſnĩa veſtra ali-
quid operentur; neceſſariò debent intel
ligi,quòd cõſiliũ, & ſnĩam eorum petat,
cui ſit poſſeſſio tradẽda. Verba.n. ita in-
telligi debent vt operenť, non aũt vt ſint
ſuperflua.l.ſi qñ.de lega.1.c. ſi Papa, de
priuil.& dixit Bal.in rubr. C.de cõtrahẽ.
empt.q.9. quòd omne verbũ in diſpõne
debet intelligi appoſitũ cũ miniſterio o-
perãdi.facit dictio,ſnĩa,de cuius natura ẽ

48 rem decidere.l.1.ff.de re iud.l.decē.ff.de arb. Hoc ēt oſtendunt alia verba litterarum,vt pro rei qualitate prouidere poſſimus,quæ verba cū cauſam finalē importent,vt patet ex conſ.Soci.251.vbi in pluribus locis vult,quòd ſi fiat inhibitio alienationis,vt in deſcēdentes res perueniat, dicitur prohibitio cū cauſa, quæ importat per illa verba,vt remaneant &c.oſtēditur mentem Cæſaris fuiſſe,vt tañ moneretur vnà cū conſilio,& ſnīa,vt prouidere poſſet; ſed nequaq̄ poſſet ſua Maieſt.puidere,niſi ſciret etiā cui eſſet poſſeſſio concedenda. Ex quibus concludit non ſolū per D.V.eſſe referendum poſſeſſorium diuidi debere,& priùs decidi, ſed etiā cui ſit poſſeſſio concedenda.

49

50 ¶ Qua concluſione ſtante,clarum eſt,per ea,quæ & in conſilijs,& in alijs allegationibus dicta ſunt,poſſeſſionem Illuſt.Ducibus Mant.eſſe concedendam; quia D. Duciſſa,vt hæres debet conſtitui in poſſeſſione,& vterq; iugalis ex inueſtitura, quæ ne idem repetamus videnda in conſilijs,& alijs allegationib⁹ relinquemus, ex quibus etiam apparebit reſponſio ad nonnulla; quæ dicta fuerunt contra hanc concluſionem.

51 ¶ Nam inquātū fuit dictum,quòd in feudalibus hæres non admittitur ad poſſeſſionem ſi ſit fœmina, ſi conſtat eſſe feudū,& in præſenti caſu ipſamet D. Duciſſa confeſſa eſt eſſe feudū; ergo nō debet mitti in poſſeſſionem. ita habetur in c.1. §.inter filiū.ſi de feu.fuer.controu.maximè quando nō adducitur aliqua colorata cauſa,prout videtur non poſſe adduci in
52 caſu nr̄o, cùm Dn̄a Duciſſa non ſemel tantū,ſed bis excluſa fuerit,& ſic non ſit habilis ad ſucceſſionem in feudo.§.quin etiam Ep̄m,vel Abb.cum ſimil. ſatis ſuperq; ex dictis in conſilijs apparet reſponſum,quia fuit probatum fœminam hære-
53 dem admitti ad poſſeſſionem feudi,ſiue neget eſſe feudū,ꝙ quo ad poſſeſſiones, & prædia,& etiam aliqua loca negat D. Duciſſa,licèt fateatur de compræhenſis in inueſtituris, in quibus tamen etiā occaſione melioramentorū hæres habere debet retētionem, ſiue fateatur,& dicat ſe habilem,& fuerunt inter alia allegata conſilia decidentia caſum noſtrum Dec. 424.Bruni primū,& Campeg.inter conſilia Bruni ſecundū; quibus addi poteſt, quòd quæcunq; ſit fœmina,ſi neget feudum,vel dicit ſe habilē,debet eſſe in poſ-
54 ſeſſione per dicta in conſilijs,pro quibus eſt deciſio Iac.de Belui.in d.§.inter filiā, qui dicit,rationem,quare filia ponitur in poſſeſſione,eſt,quia eſt de iure hæres. in auten.de hæred.ab inteſt.in prin.& hęres præſumitur dn̄s,ſicut defunct⁹.l.ſiue poſ-
55 ſidetis.C.de proba.quæ rō conuenit omnibus hæredibus, nec dici poteſt in caſu nr̄o nihil colorati allegari, cū allegetur, Primò ꝙ in hoc feudo conſueuerunt ſuccedere fœminæ etiā excluſæ,ſeu deſcendentes ab eis,maſculis non extantibus,vt fuit in Theodoro filio Violātidis,per fratrem excluſæ. Secundò,quòd cum,vt cōpræhēſa in inueſtituris,fuerit per Cęſarē admiſſa,& inueſtita,potuit,& poteſt ſuccedere; ſed non ſolū coloratæ,ſed etiam veriſſimæ cauſæ ſunt,de quibus ad adducta in conſilijs nos remittimus; ſed inquātum diximus debere ipſos Illuſt. iugales in poſſeſſione cōſtitui,vti inueſtitos, qua inueſtitura oſtenſa debet poſſeſſio tradi,
56 vti oſtenſo teſtamento fuit oppoſitū nō reperiri iure cautū,quòd propter inueſtiturā datur poſſeſſoriū remedium:ideo debet cū cæteris petitorijs terminari, cū ex inueſtitura perſonalis actio detur vaſallo contra dn̄um,vt tradat poſſeſſionem.

57 ¶ Ad quod ex dictis doctorū,quos allegauimus, patet reſponſio,videlicet, in c.1. §.inſuper,de ꝓhib.feu.alie.per Fede. vbi Aluar.& Præpoſ. expreſsè dicunt illud remedium, per quod inueſtitur à dn̄o patet poſſeſſionis traditionem eſſe adipiſcēdæ poſſeſſionis,& ad inſtar remedij l. fi. C.de edict.diu.Adri.tol.& ſummariū, & in quo ſine libello proceditur; & non admittuntur exceptiones concernentes petitorium,& altiorem indaginē requirentes,ſed oſtenſa inueſtitura poſſeſſionem
58 eſſe traditā. Nam id,quod fuit dictū nō eſſe poſſeſſorium remediū, quia non eſt interdictum,fuit oīnò contra multa iura. Nā interdicta,vt dictū eſt, ſunt actiones præto-

prætoriæ, vltra quas multa remedia traduntur poſſeſſoria, vt remedium l. ſi coloni, remediũ.c.ſæpe, remedium capituli reintegranda: vt patet in ipſis iuribus, & multa congerit Soci.in repe. l. rem quæ
59 nobis.in 1.q.ff.de acqui. poſ.in ſpecie remedium l.fi.C.de edic.diui Adri.tol. cui hoc remedium petendi ab inueſtiente poſſeſſionem, Doct.dicunt eſſe ſimile, eſt remedium apidiſcẽdæ, vt per omnes ibi;
60 & tamen non eſt interdictum, ſic igitur remedium c.1.§.fi. de noua form. fidel. & c.ſi.facta, ſi de feu. fuer. controuer. eſt remediũ poſſeſſionis adipiſcendæ ſimile remedio in l.fi.vt dicunt dicti Doct.& Aluar.& Præpoſ.in c.1.col.2. ver.intelligẽs tamen quid ſit inueſtitura. Ex quibus ſequitur poſſeſſionem ipſis Illuſt. D. Ducibus eſſe tradendam, & ita per D. V. eſſe referẽdum fieri debere, reſeruatis aſſertis cæterorum iuribus; & ita eas pro ipſarum iuſtitia, & æquitate facturas confidimus. Laus Deo.

Hieronymus Luceñ.
Ioannes Baptiſta Albriſius.

CONSILIVM XLII. MAGNIFICI, ET Excell. D. Ludouici Gozadini.

IN CHRISTI nomine, Am̃. In hac cauſa Illuſtr.Dñi mei Ducis Mant. cõtra Illuſt. Sabaud.Ducem, & Marchionem Salutij; videtur prima facie, ꝙ partes iudicũ ſint referre Cæſareæ Maieſt. debere expediri petitorium ſimul cum poſſeſſorio, non autem ſeparatim, videlicet, priùs in poſſeſſorio, ſuſpenſo petito-
1 rio. Et primò, quia licèt Dux Mant. proteſtatus fuerit ſe velle tantum in poſſeſſorio procedi; tamen quia receſſit ab huiuſmodi proteſtatione, propter factũ proteſtationi contrarium, dicitur vtrũque intentatum; vt eſt deciſ.Do.de Rot. deciſ.250.in nouis.in tit.de cauſ. poſ. vbi hoc clarè dicitur. Sed poſt proteſtationẽ intentatum eſt etiam petitorium, ergo &c. quo caſu ſnĩa debet fieri ſuper vtroque.vt eſt tex.in c.1.de cauſa poſſ.& proprie.vbi dicitur, ꝙ ſub vno, eodemq́; iudicio debet petitorium, & poſſeſſorium
2 terminari. Secundus eſt tex.in c.cũ dilectus.de cã poſſ. & proprie. vbi dicitur, ꝙ cùm ſimul poſſeſſorio, & petitorio eſt actum, vtrumq; vna ſententia debet terminari, licèt in pronunciatione ſit poſſeſſorium præmittendum, in executione tñ debet proprietas præualere.
2 ¶Tertiò facit, quia ſpeciale eſt in poſſeſſorio recuperandæ, ꝙ per eum ſuſpendat petitorium, & hoc in odium ſpoliantis. tex.eſt in cle.1.de cauſa poſ. & proprie. vbi dicitur licere, nedũ petitorium, ſed poſſeſſorium intentare, ſubdit tex. & in ſpoliantis odium, ante cauſæ concluſionẽ ſuſpendere petitoriũ, & in ſolo poſſeſſorio procedere; ſi ergo eſt ſpeciale in odiũ ſpoliantis, ergo in contrarium eſt ius cõe. arg.l.ius ſingulare.ff.de legi. l. quæ propter neceſſitatem.ff.de reg.iur.cum ſim. ſed per Illuſt.Ducem Mant.non eſt intẽtatum poſſeſſorium recuperandæ, quia nunq̃ poſſedit, ſed poſſeſſorium adipiſcendæ, ergò cũ ceſſet odium ſpoliantis, nõ potuit ſuſpẽdi petitorium, ſed ſub vna eademq́; ſnĩa debet vtrumq; terminari.
4 Quarto, adduco Abb.in c.1.de reſti.ſpol. in prima glo.vbi clarè facit magnã differentiam inter interdictũ recuperandæ, & adipiſcendæ. Nam in primo non admittitur reus volens probare de dñio, ſecus eſt in interdicto adipiſcendæ. & ibi Abb.aſſignat vnam rõnem, quia illud interdictum vnde vi eſt magis priuilegiatum propter odium ſpoliantis, & in fauorem ſpoliati: quia non videtur cõſentaneum, vt ſpoliatus contendat vt actor, &

reus in petitorio admittatur; qui volut ſibi ius dicere, cũ ex hoc ſit maxime puniendus; aliàs daretur materia ſpoliandi alios; ſed in alijs interdictis ceſsat iſta ratio, quia ęquũ eſt, vt dñus, qui non eſt in culpa, poſſit ius ſuum probare. ita Abb. ergo cũ ſimus in interdicto adipiſcendæ; non potuit ſuſpendi petitorium.

5 ¶Quinto, adduco eundem Abb. in c. ex conqueſtione, de reſtit. ſpol. in ver. quo ad ſecundũ dubium. an poſseſsoriũ, vbi dicit, ꝙ in odium violenti poſseſsoris, ſi intentatum eſt petitorium poſt litem cõteſtatam, vſque ad concluſionem in cauſa, ſi intentetur poſseſsorium, ſuſpẽditur petitorium; ergo ſecus eſt in alijs, vt dixi, arguendo à ceſsante ratione.

6 ¶Sexto adduco eundem Abb. in c. ad vltimum. col. fi. de cauſa poſs. & propri. vbi facit differentiã inter interdictum recuperandæ, & adipiſcendæ. Nam in primo non auditur reus volens probare de dñio, in ſecundo ſic. not. gloſ. in c. 1. & in c. 1 litteris. de reſti. ſpol. Doct. in l. naturaliter. §. nihil cõe. de acquir. poſs. & in l. ſi de vi. ff. de iudi. not. in l. rem, quæ nobis. ff. de acquir. poſ. ergo ſequitur, quòd in iſto interdicto adipiſcendæ intentato, quòd aduerſarius auditur in petitorio; & ſic non ſuſpenditur per poſseſsorium.

7 ¶Septimo dicimus ſolũ petitorium debere cognoſci per iudices delegatos à Cæſare, quia per Cæſarem tantum commiſſum fuit petitorium, nõ autem poſseſsorium. Nam loquitur de prætendentibus

8 ius in Marchionatu, vel locis poſſeſſis; ſed

9 poſſeſſio non eſt ius, ſed quid facti. iuxtà not. in l. 1. in princ. ff. de acquir. poſ. ergo cui non adaptantur verba legis, nec eius diſpoſitio, l. 4. §. totiens. ff. de dam. infec.

10 cum ſim. Præterea, dũ dicitur de locis poſſeſſis, excluditur poſſeſſorium adipiſcendæ, quod præſupponit nunq̃ agentẽ eo interdicto poſſediſſe. iuxta not. in l. naturaliter. §. nihil cõe. ff. de acquir. poſ. er-

11 go &c. Nec obſt. ſecundum reſcriptum impetratũ à Cæſare, quia non valet, cùm pendente lite fuerit impetratum; vt not. in auten. in med. lit. non fie. iuſſ. col. 8.

12 ¶Præterea data validitate reſcripti, licèt dicatur, ꝙ debeāt iudices referre, an diuidendum ſit poſseſsorium; non tamen dicitur, ꝙ debeant referre, cui debeat poſseſſio concedi: ergo de hoc nihil referre debent, quia omiſſum eſt arg. l. cõmodiſſimè. ff. de lib. & poſth. & reſcriptum potiùs debet eſse ſuperfluum, quã quòd alteri præiudicet. not. in c. cauſam, de reſcrip. Moder. in c. 1. eo. tit.

13 ¶Octauo alia ratione non potuit peti ſuſpendi petitorium per poſseſsorium, ex quo fuerunt publicatæ atteſtationes, quo caſu dicitur liquere de cauſa: Nam licèt teſtes poſſint reprobari, tamen non per hoc dicitur non liquere de cauſa. Felyn. in c. ſignificauerunt. de teſtibus.

14 ¶Nono etiã ex alio non debet diuidi poſſeſsorium à petitorio, ſed vtrumq; debet expediri propter ſcandalũ: nam propter talem timorem poteſt iudex poſſeſſionẽ ad ſe auocare, quouſq; cognoſcat, cui ius competat; nam timore ſcandali fit id, qđ aliàs non fieret, Spec. in tit. de inqui. §. quã autem, no. in cle. 1. de off. ord. c. non poſ. 13. q. 4. Alex. conſ. 1. vol. 2. & quòd hinc ſuſpendatur poſseſsorium, ponit Ant. de But. in c. ex parte. col. vlt. de reſt. ſpol.

15 ¶Decimo ex alio apparet impediri poſseſsorium, quia quotiens in loco ſunt fortilitia, difficilis recuperationis nunq̃ diuiditur poſseſsorium, ſed vtrumq; cognoſcitur. Paul. de Caſ. in l. 2. C. de edic. diui. quẽ ſequuntur oẽs Mod. ibi, Alex. & alij, in l. naturaliter. §. nihil cõe. ff. de acquir. poſ.

16 ¶Vndecimo, in iſto interdicto adipiſcendæ poſseſſionis, habet locũ exceptio dolo facis, quia petis, ꝙ reſtituturus es. ita glo. in l. 2. C. de edic. diui. quam ſequunt omnes Doct. vt ibi per Alex. & Modern. facientes differentiam inter interdictum recuperandæ, quod competit ſpoliato, & interdictum adipiſcendæ. Nam in primo non habet locum illa exceptio dolo facis in odium ſpoliantis, quia ſpoliatus ante omnia eſt reſtituendus. l. ſi quis ad ſe fundum. C. ad legem iul. de vi. & in toto tit. de reſt. ſpol. ſecus in ſecundo interdicto, Doct. in d. l. naturaliter. in §. nihil cõe.

17 ¶Duodecimo, licèt agnati non habeant impedire fęminam mitti in poſseſſionẽ. per

per tex.in c.2.ſi de feud.fuer.controu.inter dom.& agna.tamen quando apparet de iure eorum, tunc poſſunt impedire; ita dixit And.de Iſer.in d.c.2. & Aluaro. ibi,& Præpoſ.Alex.& Mart.Caraciol.

18 ¶Decimotertio, ex alio non videtur Illuſt.Duciſſam Mant.debere mitti in poſſeſſionem, quia ipſa faſſa eſt, eſſe feudũ, & fœmina non eſt habilis ad feudũ; vt. in c.1.§.inter filiam.ſi de feu.fuer.controu.

19 ¶Decimoquarto, etiã ſi eſſet cognoſcendum in poſſeſſorio, tamen Dux Sabaud. videtur habere potiora iura, & ſic ipſe debet mitti in poſſeſſionem vigore l. ſi. C.de edic.diui. Quia Illuſt. Dña Blança filia Illuſtr. Marchionis Gulielmi ſenioris, qui poſſedit totum ſtatum Montisferrati, in ſuo teſtamento Illuſt. D. Ducem Sabaud. modernum hæredem inſtituit; ideo debet mitti in poſſeſſionem.

20 ¶Decimoquinto, ex alio debet admitti prædictus Illuſt.Dux Sabau.ex quo tanquã dñs feudi,& Marchio Montisferrati, vt vaſallus cũ mortuus ſit ſine heredibus maſculis, admittitur dictus Sabaudię Dux, vt dñus,& penès eum manſit ciuilis poſſeſſio, quo caſu naturalis poſſeſſio, q̃ erat penès feudatarium, conſolidata eſt cũ ciuili.& ad eam conuolauit, docti.eſt Bal.in l.2.q.46.ff.de rerũ diui. Abb.in c. cùm veniſſent, in ſecundo not.in 2.col.d̃ reſtit.ſpolia. Ideo, vt poſſeſſor debet pręferri Duciſſæ Mant.quæ nunquã habuit, nec habet poſſeſſionem.

21 ¶Quibus non obſtantibus, indubitanter dico clariſſimum eſſe in iure cõtrariam partem fore veriorem, videlicet, debere ſolũ referri, & pronunciari in poſſeſſorio, non autem in petitorio,& in eo Illuſ. Ducem Mantuæ,& Illuſt. Duciſſam obtinere,& mitti debere in poſſeſſionem. Et primò nemini dubium eſt in iure, q̃ ſm̃ iuris ordinem præcedere debet poſſeſſorium,& priùs cognoſci, q̃ petitoriũ; vt cognoſcatur, quis ſit actor,& quis reus, vt poſſeſſor releuetur ab onere probandi,& tale onus agenti incumbit. iuxtã l. q̃ accuſare.C.de eden. vt not. in l. incerti. C de inter.& in l.ordinarij.C.de rei vẽd. not. in l.edita. C.de eden. Alex.in l.nulli prorſus. C.de iudi.

22 ¶Secundò, non ſolũ hoc eſt de iure ciuili, ſed etiã de iure canonico; vt declarat Abb.in c.cũ ad ſedẽ, extra de reſtit.ſpol. glo.in c.paſtoralis. in verbo poſſeſſorio. de cauſa poſ.& proprie. idem Abb. in c. ex conqueſtione, de reſtit.ſpol.& in c.exhibita.de iudi. vbi dicit, q̃ priùs diſcutit̃ poſſeſſorium, Ioan. And.ab omnibus approbatus, in c.ad vltimum.in princ.de cã poſſ.& proprie.ver.in glo.vltima, ibi incerti; qui formaliter dicit, q̃ orta poſſeſſionis,& proprietatis lite, lis poſſeſſionis priùs diſcutitur,& deciditur, vt demùm exigantur probationes ab eo, qui victus fuit de poſſeſſione. Idem tenet Henricus Boich.in alleg.c. paſtoralis. de cau. poſ. & proprie. quæ verba eius formaliter refero, diſtingue, aut vult redire de petitorio ad poſſeſſorium adipiſcendæ, vel recuperandæ, aut anteq̃ ſit concluſum in cauſa petitorij,& tunc poteſt ſuſpẽſo petitorio recurrere ad poſſeſſorium, vt hic, & in c.ſignificauerunt.de teſti.l. cũ fundum.§.fin.ff.de vi & vi arma.ita ille.

23 ¶Tertio, adduco Bar. communiter ab omnibus approbatum.in d. §. nihil cõe. in ſexta combinatione, vbi vult, q̃ quando vnus proponit poſſeſſorium, & alius petitorium, tunc quodcunq; ſit poſſeſſorium, ſemper de eo primò cognoſci. allegat glo.in l.certi.C.de interdic.& in ſpecie dicit procedere in interdicto adipiſcendæ, ratione ordinis: ſed cùm Illuſtr. Dux Mant.intentauerit expreſsè poſſeſſoriũ,& Illuſt.Dux Sabau.petitoriũ, d̃bet cognoſci in poſſeſſorio adipiſcendæ.

24 ¶Quartò, adduco eundem Barto.in d.§. nihil cõe.in ſeptima & vltima combinatione; quòd quotiens proponit vterque poſſeſſorium,& petitorium, tunc ratione ordinis iudiciarij debet p̃cedere poſſeſſorium. ergo dato, quòd vterq; vtrũque intentauerit, tamen poſſeſſorium p̃cedere debet. facit text.in c. ex conqueſtione. de reſtitut.ſpol. quòd ſi vnus agit petitorio, alius poſſeſſorio, ſuſpenditur petitorium.

25 ¶Quinto,& fortiùs quando intentatum eſt petitoriũ, poteſt vſq; ad concluſionẽ

in

in cauſa intentare poſſeſſorium, & ſuſpenditur petitorium.text.eſt in c.paſtoralis.de cauſa poſ. & propriet. qui text. parificat poſſeſſorium recuperandæ, & poſſeſſorium adipiſcendæ.

26¶Sexto,etiã ſi fuerint publicatæ atteſtationes ſuper petitorio,& diſputatione ſuper illis habita; nondum facta cõcluſione in cauſa,habet locum ſuſpenſio petitorij.Innoc.in d.c.paſtoralis,hoc expreſsè tenet, refert,& ſequitur Ioan. And. & Abb.ibi,col.fin.allegat.c. cũ dilectus. de fide inſtrum. & aſſignat rationem, quia adhuc poteſt fieri probatio per cõfeſſionem,& inſtrumenta; & ſic cauſa non eſt adhuc tàm liquida,q̃ diffiniri poſſit: ſequitur Paul. de Caſtr. in conſ. 4. incipi.

27Quia per primũ: quanto fortiùs procedet hoc in caſu noſtro;quiã opponitur contra teſtes Ducis Sabaud. Item quia ex parte Ducis Mant.multa ſunt producenda inſtrumenta,& priuilegia,& opponitur cõtra iura aduerſarij: ergo dicamus ſuſpendi petitorium,ſed ſm̃ Doct.in loco allega quando probationibus facti, & iuris eſt renunciatum, tunc ſecus eſt.

28¶Septimo,hæc in fortiorib' terminis locũ habent in caſu iſto,quia ſemper Illuſ. Dux proteſtatus fuit procedendum fore in poſſeſſorio. Ideo illud tm̃ debetvenire in iudicio, de quo actum eſt, & illud non venit, de quo actum eſt neveniret.ita dicit text. clarus in c.cũ eccleſia ſutrina. §. verũ.de cauſa poſſeſ.& proprieta. glo. & Doct.in c.ex conqueſtione.de reſtit. ſpolia.not.in d.§.nihil cõmune.& qui intentato poſſeſſorio,ſi auderſarius intentauit petitorium,& pars excipiat,ceſſat petitorium; tenet deciſioRegni Neapol.in deciſ.98.incip.Pulchrum eſt dubium.Abb. in c.fi.de ordi.cogni.

29¶Octauo dato,quòd petitorium per Ducem Mant.eſſet intentatum,tamen ſemper potuit ſuſpendere illud, & redire ad poſſeſſorium. ita Doct.in d. §. nihil cõe. & quòd poſſit ſuſpendi petitorium vtriuſque partis per proteſtationem partis tenent Domi.de Rot.deciſ.250.incip.ſi ſuſpendẽs.in tit.de cauſa poſ.& proprie.in nouis.immò pluries poteſt ſuſpendi.Exẽ-

30plum,aliquis in principio cauſæ ſuſpendit petitorium vna, & eadem inſtantia, poſtea in medio litis reuocat huiuſmodi ſuſpenſionẽ,& procedit in petitorio,ante verò concluſionem iterum ſuſpendit petitorium, & dico poſſe fieri. ita iudicatũ fuit per omnes Dños de Rot.vt in deciſ. 382.incip.fuit dubitatum.in tit. de cauſa

31 poſ.& propri. in nouis; & licèt loquatur in ſpolio,& ſic in interdicto recuperãdæ, tamen idem eſt in poſſeſſorio adipiſcendæ,quia in hoc parificantur; vt eſt tex.in d.c.paſtoralis. de cauſa poſ.& proprie.& ita dicit Henricus Boich. ibi, & infra dicam. Licet ergo fuerit intentatum petitorium,per Ducem Mant. quod non eſt verũ,tamen potuit intentare poſſeſſoriũ, anteq̃ ſit concluſum in cauſa,ſuſpẽſo petitorio: quantò ergo fortiùs hoc ꝓcedet, quando vtrumq; eſt intentatum, vt ſolũ velit in poſſeſſorio procedere; ſed multò fortiùs,quando ab initio ſolum poſſeſſorium intentauit, proteſtando tantùm in eo velle procedere.

32¶Nono dato,qđ tamen nõ eſt verum, q̃ ſimul in vtroq; actum ſit, videlic.in poſſeſſorio,& petitorio; ſi tamen conſtet de poſſeſſorio tantum,iudicabitur ſuper eo, non autem in petitorio. ita dixit Io.And. & D.Abb.in d.c.paſtoralis.in ver.ad tertium. qualis debeat eſſe exitus,alias ſententia in 2.mẽbro principali, vbi dicunt, ſi tantum conſtat in poſſeſſorio, iudex tunc pendente petitorio,pronunciabit in poſſeſſorio: ita etiam declarant Henric. Boich.& Ioan.de Imo. in c.ad vltimũ. de cauſa poſ.& proprie. vbi dicunt, ſi ſimul actum eſt ſuper vtroq;,ſimul eadem ſententia terminantur, ſi de vtroque liquet; ſi non liquet in petitorio, pronunciatur in poſſeſſorio tantum, ſuſpẽſo petitorio. Idem Imo.& Anch.in c. . de cau. poſ.& proprie.Hoſti.in d.c. ad vltimum. dicens,q̃ ſi non liquet in petitorio eo ſuſpenſo,expeditur poſſeſſorium:idem tenet Innoc. Abb.Fely.& omnes,in c. ſuborta.in prin.de re iud.qui dicũt, quòd ſicut pars ſuſpenſa, petitorio primitus intetato, cum poſſeſſorio poteſt proſequi poſſeſſorium; ita iudex,cui priùs conſtat

de

de poſſeſſorio, ſuper illo poteſt ſtatim pronunciare, dilata quæſtione petitorij; ſed in caſu noſtro conſtat de poſseſsorio, etiã reſpectu vtriuſq; partis; nõ tamen in petitorio propter multa, & multa, quæ veniunt diſcutienda, & probanda, vt proteſtatum eſt pro parte Illuſt. Ducis Mant. & pleniſſimam cauſæ cognitionẽ tale iudicium expoſuit, ſed poſseſsorium ſummarium tñ: vt per Doct. in locis allegatis, & not. in l. fin. C. de edic. diui. ergo ſolùm in poſseſsorio eſt pronunciandum.

33 ¶ Decimo, licèt differẽtia ſit inter interdictũ recuperandæ rõne ſpolij, & interdictũ adipiſcendæ, videl. Quia in primo nõ admittit exceptio dolo facis, quia petis, quod es reſtituturus, & ſic non auditur reus opponens petitorium. tex. eſt in c. 1. de reſt. ſpol. ſecus eſt in interdicto adipiſcẽdæ; vt no. glo. & Doct. in d. c. 1. & doct. in c. litteras eod. tit. glo. in c. ſuper cauſa 2. q. 5. tamen in interdicto adipiſcendæ illud procedit, ſi incontinẽti ſit parat᷑ docere de iuribus ſuis; ita dicunt omnes in locis ſup. alleg. Doc. in d. §. nihil cõmune. & in l. rem, quæ nobis. ff. de acquir. poſ. doct. in l. fin. C. de edic. diui. & in l. 2. eod. tit. Bart. in l. ſi. C. quorum bon. & in l. ſi de vi. ff. de iudi. Pet. de Anch. in conſ. 145. incip. In prædicta quæſtione. ver. & ſi dicatur. Et in feudis, quando fœmina vult mitti in poſſeſſionem, non admittuntur agnati, quando incontinenti non ꝓbant; ita not. Doct. in c. 2. ſi de feu. fuer. contro. inter dom. & agn. videlicet And. de Iſer. Aluar. Præpoſ. Alexan. Martin. Carac. &

34 dicitur incontinenti fieri, qñ non requirit altiorem indaginem, & quãdo poteſt expediri infra illud tempus, infra qđ poſſeſſoriũ expediretur, ſi talis exceptio oppoſita non fuiſſet. ita Bar. in l. ſi is à quo, in princ. ff. vt in poſſ. legat. idem, l. 4. §. cõdemnatum. ff. de re iudi. & in extrauag. ad reprimen. in verbo ſummariæ. idem tenet Saly. & Moder. in l. 2. C. de edic. diui. dicentes, ꝙ iudex debet conſiderare, an de exceptione poſſit cõſtare infra tẽpus, infra quod iudex habet examinare, quid ſit mittendus in poſſeſſionẽ: & dicit Salyc. quem ſequuntur Moder. ibi, ꝙ ſi iam cognito, quòd hæres eſſet in poſſeſſionem mittendus, etiã ſi poſseſsor opponeret aliquam exceptionẽ, non eſſet audiendus, niſi tunc in promptu haberet probationem, & ſtatim ꝓduceret: ſed in caſu noſtro non põt dici, quòd iura petitorij Ducis Sabau. poſſint expediri infra illud tẽpus, quo debet declarari, an Dux Mãt. debeat mitti in poſſeſſionem, quia tale iudicium adipiſcendæ eſt ſummarium, vt not. omnes in locis allegatis; & multa ſunt diſcutienda in iure, & in facto, ergo nullo modo Illuſtr. Dux Mãt. debet impediri, qa Illuſt. Duciſsa eſt hrs.

35 ¶ Vndecimo, corroboratur in fortiorib᷒ terminis; nam dicunt Scriben. omnes in d. l. 2. C. de edic. diui. quòd poſseſsor conuentus in interdicto adipiſcendæ, ſi incontinenti non eſt paratus docere de iuribus ſuis in petitorio, vel non poteſt eo tẽpore expediri, ſuccumbit; quanto fortiùs hoc habebit locum contra Ducem Sabau. qui non poſſidet. Item Bart. in d. l. fin. eod. tit. col. antepen. in ver. quãdoꝗ qui venit ad contradicendum. in ſua diſt. in prin. vult, quãdo quis venit ad contradicendum, ne quis in poſſeſſionẽ mittatur, ſi poſſidet, non impeditur cognitio ſummaria; aliàs ſecus, quanto fortiùs habebit locũ in aduerſario non poſſidente.

36 ¶ Duodecimo, adduco Bart. ab omnibus approbatum ĩ d. l. fin. C. de edic. diui. col. pen. in ſua diſt. qui vult, quòd anteꝗ̃ ſit data licentia ingrediendi poſseſſionem in interdicto adipiſcendæ; ſi comparet tertius, qui dicit ſe poſsidere, ideo aduerſarium non eſse mittẽdum in poſseſsionem, tunc ſi oſtendit ſimilem titulũ petentis; videlicet, aliud teſtamentum eiuſdem defuncti, tunc impeditur ſummaria cognitio; & agendum eſt iudicio ordinario, ſi verò allegat alium titulum, tunc non impeditur ſummaria cognitio: ſed in caſu iſto Dux Sabaud. non allegat titulũ ſimilem ab eodem defuncto, ſed val de diuerſum, quia non dicit ſe hæredem vltimi defuncti Marchionis, ergo &c. & tantò magis procedit, quia iſta habẽt locum aduerſus poſseſsorem, fortiùs aduerſus non poſseſsorem; & ſi dicatur, Bar. loquitur

quitur quando eſt ſcriptus hæres in teſtamento; quia dico eſse eandem rationem in iſto interdicto adipiſcẽdæ, quod ſummariam habet cognitionem.

37 ¶ Decimotertio, quotiens quis opponit, & dicit quem non eſſe in poſſeſſionem mittendũ, & incontinenti probat, puta quia diceret illud teſtamentum, propter quod petit mitti in poſseſſionem, eſse reuocatum per poſterius, in quo ſe aſserit ſcriptum eſse hæredem; & illud ſtatim produceret, tunc impedit miſſionem in poſseſſionem, ita glo. & Doct. omnes in allegata l. 2. in prin. C. de edic. diui. & declarant ibi Mod. Papieñ. Quanto fortiùs hoc habebit leuiùs in Duee Mãt. qui petit ſe mitti in poſseſſionem, & cõtra Ducem Sabau. impedientem, & allegantẽ titulum, videlicet, donationes factas prędeceſsoribus ſuis, & eos in feudum dediſſe Marehionibus Montisferrati, probat reuocationes factas per Imperatores, de
38 de quibus latè in alijs conſilijs meis dixi; & licet habuerint aduerſarij poſtea inueſtituras, & confirmationes, tamen nullas, quia de metu, & vi, & annullationibus nulla fuit facta mentio. Item oſtendit renunciationes factas per Illuſtr. Dñam Blancam filiam Marchionibus Gulielmi ſenioris; ergo nullo modo debet impediri mitti in poſseſſionem Dux Mant.

39 ¶ Decimoquarto dicẽdum eſt, quòd reſcriptum Cæſareæ Maieſt. committendo cãm iudicibus, comprænhendit nedùm petitorium, ſed etiam poſseſsorium: quia quando cauſa ſimpliciter eſt commiſsa, tunc agitur ſuper vtroq;, videlicet, poſſeſsorio, & petitorio, quia vtrumq; dicit eſse commiſsum: tex. eſt in c. 1. de ſeqſt. poſs. & ibi no. D. Abb. dicens, quòd quando cauſa eſt commiſsa ſimpl̃r propter cõnexitatẽ cauſarum, agitur ſuper vtroq;, & dicit ibi eſse caſum; & in hoc omnes concordare, ſubdit, quòd talis connexitas non operatur, vt ſimul de his cognoſcatur; ſed ſeparatim cognoſcitur, & ꝓnunciatur, & dicit in illo tex. hoc ꝓbari, refert, & ſequitur Iaſ. in d. §. nihil cõmune. col. fi. in prin. ver. item, vbi cã ſimpliciter eſt cõmiſsa, & Anto. de But. in c. paſtoralis, alleg. ſed vltra Abb. & Iaſ. adduco Dños de Rot. deciſ. 396. incip. ſi committatur cauſa. in tit. de cã poſ. & proprie. in nouis; addo etiã glo. in c. ad vltimum. in glo. 1. de cauſa poſ. & proprie. not. in apoſt. ad D. Abb. in vlt. apoſt. in c. 2. de cã poſ. & proprie. addo Cardi. in cle. 1. ĩ prima oppoſ. de cauſa poſ. & propr. ꝙ quando commiſſio eſt facta ſimpl̃r, intelligitur de vtroq;, videlicet de petitorio, & poſſeſſorio, addo etiam Abb. in c. cùm ad ſedem, de reſtit. ſpol. vbi dicit, ꝙ quando eſt commiſſum petitorium, & poſſeſſorium, pars poteſt intentare ſolũ iudicium poſſeſſorium, & dicit ita tenere glo. ibi, & ꝙ videtur probari ibi in tex. & meliùs in d. c. 1. de ſequeſt. poſſ. & fruc. & ſubdit, ꝙ commiſſio facta ſuper vtroq;, non alterat priuilegium poſſeſſorij, quin poſſit primò intentari, & ratio, quia reſcriptum ſemper debet reduci ad ius cõmune; vt not. in c. cãm quæ, de reſcrip. & idẽ tenet And. Barb. in apoſt. ad Abb. in d. c. cũ ad ſedem. in ver. quod ſic. Fely. in c. ſignificauerunt, de teſti. in princ. qui dicit, ſi Princeps mandat procedi in petitorio, & poſſeſſorio, reſtringitur, vt procedatur in poſſeſsorio, ſuſpenſo petitorio, quia reſcripta interpretantur ſecũdũ ius cõmune. c. cauſam quæ, de reſcrip.

40 ¶ Decimoquinto, in poſſeſsorio adipiſcẽdæ agenti non opponitur exceptio, concernens defectum tituli, nec admitti debent. tex. eſt in c. cũ olim. de cauſa poſ. & propri. & ibi no. Innoc. & Abb. & alij, & hoc, quia apparet apparenter titulus coloratus, & iuſtus, ſed in caſu noſtro Illuſ. Dux Mant. & Illuſt. Ducifsa, oſtendunt inueſtituras antiquas, & modernas; ergo nõ põt per aduerſarium opponi exceptio nullitatis, & defectus, & ſi exhibeat aduerſarius etiam inueſtituras, & donationes, dicitur annullatas, & reuocatas per Imperatores, quæ euidentiſſimè apparẽt, quia per metũ, & nouæ conceſſiones ſunt nullæ, quia non fit in eis mentio de illis reuocationibus, vt latiſſimè dixi in conſilijs. Item ei non competit interdictum adipiſcendæ, vt infra dicam, quòd nullo modo in petitorio debet audiri, quin iu-

dicetur

dicetur in poſseſſorio.

41 ¶Decimoſexto, q omninò Illuſtr. Dux Mant. debeat mitti in poſseſſionẽ, oſtenditur, quia multa concurrunt, quorum vnum ſufficeret. Nam Illuſtr. Duciſsa, tanq̃ hæres, habet interdictum quorum bonorum, quia eſt hæres ab inteſtato. l. 2. C. quorum bonor. & poteſt mitti in poſſeſsionem etiã excluſis agnatis, & habet locum tex. in c. 1. §. inter filiam. ſi de feu. fuer. controu. inter dom. & agna. non ſolùm ex teſtamenro, ſed etiam ab inteſtato; ita oẽs Feudiſt. ibi Andr. de Iſern. Aluar. Alexan. Deci. in conſ. 22. in vol. quadraginta Conſiliorum. idem Alexan. in c. 1. in prin. de controu. int. maſc. & femi. Bro. in conſ. 83. In cauſa miſerabili. Campeg. in conſ. 11. inter conſilia Bru. concurrit aliud, quia ipſa ſuccedit ex inueſtituris antiquis, vt latè dixi in conſilijs æditis in petitorio, in qbus data eſt ptãs hſdibus, & ſucceſſoribus ingrediendi propria auctoritate: quo caſu ipſa poteſt poſſeſſionem ſaltem vacãtem ingredi, iuxtà not. in l. 3. C. de pign. ergo iudex debet eam ei relaxare, vt no. in c. examinata. extra de iudi. & in c. 2. de ſeq. poſſ. & fruc. Item, & tertiò, quia ipſa, & Illuſt. Dux Mantuæ ſunt inueſtiti à Cęſare moderno, ideo poſsũt ingredi poſſeſſionem, & tenetur Imperator eis poſſeſſionem tradere. iux. no. in c. 1. §. fin. de noua for. fidel. not. in c. 1. de prohib. alien. feud. per Feder. quanto fortiùs iſta procedunt in caſu nr̃o, tot concurrẽtibus, profectò nullus habens conſcientiam contrarium diceret.

42 ¶Decimoſeptimo, conſiderandum eſt, prout optime conſiderarunt D. Hieronĩ. Lucen. & D. Ioan. Bapt. de Albri. q non ſumus propriè in materia cumulationis, de qua per Doct. in §. nihil commune. cùm non appareat, quis ſit reus, cùm vnuſquiſq; admittatur ad petendum, ſed ſũt diuerſorũ diuerſæ petitiones, & ideo qui prior probauit in poſſeſſorio, debet admitti. l. qui prior. ff. de iudi. Abb. in c. ex conqueſtione. de teſt. ſpol. & in c. 2. de ord. cogni. & requirit ſummariã cognitionẽ, vt dictum eſt, nec aduerſarius põt intentare illud poſſeſſorium, non ex teſtamẽto Illuſt. D. Blancæ, per remediũ. l. fi. C. de edic. diui. quia illud habet locũ tantum in bonis poſſeſſis per dictam D. Blancam, tẽpore eius mortis; vt eſt text. clarus in d. l. fin. de edic. diui. Item quia tollitur illud remediũ ex longiſſimo tẽporis curſu, cùm iã ſit elapſum tempus 50. annorũ. tex. eſt clarus. & not. omnes Doct. in d. l. fin. quæ exceptio præſcriptionis impedit litis ingreſſum, & dicitur litis finitæ. Bart. in l. 1. §. fi. ff. ad Tertul. & in l. emptio. C. de long. temp. præſcript. Fely. in rubr. de præſcrip. Item quia D. Blanca excluſa fuit, renunciatione iurata. c. quamuis. de pac. in 6. ergo &c.

43 ¶Decimooctauo, q non poſſit pronunciari in petitorio, ſed ſolũ in poſſeſſorio, patet, quia tituli, qui ſunt producti ex parte Ducis Sabaud. non potuerunt per agentes pro Duce Mant. videri; culpa Ducis Sabau. qui nunq̃ illa inſtrumenta
44 voluit relinquere penès notarium: nam requiritur, q non ſolũ producantur, ſed penès notarium relinquantur, & q fiat copia deſcribendi: tex. eſt in l. 1. ff. de eden. no. in l. edita. C. eo. cum ſimil. & q fieri debeat editio inſtrumentorũ, de qbus fit mentio in libello, ponit Innoc. & alij in c. 1. de proba. ergo cũ ſteterit per eum, non põt dici conſtare de petitorio; ideo ſolũ poſſeſſoriũ terminabitur, cùm culpa ei' nõ potuerit expediri petitoriũ.

45 ¶Decimonono, quo ad Marchionẽ Salur. obſtat exceptio pſcriptionis in poſſeſſorio; vt eſt text. clarus in d. l. fi. C. de edic. diui. ſed ille eſt exclus' ſpacio 200. annorum; ergo &c. dixi in alijs cõſilijs.

46 ¶Non obſtant allegata in contrarium. Et primò non obſtat, q licèt fuerit proteſtatum ſolũ velle intentare poſſeſſorium, tamen fuit à tali proteſtatione receſſum propter factum contrariũ proteſtationi: vt per Dños de Rot. in allegata deciſ. 250. Quia reſponderi poteſt, vt dicunt Excellentiſſimi aduocati Mantuani, q iſta eſt proteſtatio declaratiua conſenſus, & facta fuit in iudicio, ideo per acta contraria non tollitur; vt not. in c. cùm, M. de cõſtit. & talis proteſtatio nõ

venit ad tollendum illud factum,ſed ad declarandum. allegant Alex. in conſil. 128.vol.4.faciunt no. in d. §. morte. & proteſtatio,quæ pendet ab animo, præualet actui contrario.Bal.in l.vt debitũ. in prima oppoſ.C.de hære.act. & in tractat.ſciſma.col.13. & ideo dico, q̃ licèt fuerit oppoſitum exceptionibus peremptorijs,& etiam probationes ſint factæ ĩ petitorio,tamen iſta fiunt ad colorandũ
47 poſſeſſorium.argum.not.in l. rem,quæ nobis.ff.de acquiren.poſſ.not.in d.§.nihil cõmune.ergo non dicitur factũ omninò contrarium,& ſic nõ poteſt in iſto caſu habere locum deciſio Dñorum de
48 Rota. Vel & ſecundò reſpondetur, q̃ hoc fuit factum de mandato iudicum, vt dicũt prædicti aduocati; quo caſu coacti cum proteſtatione,non dicitur receſſum ab ea proteſtatione, & ius ſuſpenſiuum fuit conſeruatum ; nam quando
49 actus non dependet à libera voluntate proteſtantis,proteſtatio non tollitur, allegant Hoſti.& Io.Andr.in c.cõmune. de elect.ſequuntur Scrib.in d.morte.qđ non fuerit in caſu Dñorum de Rota.
50 Tertiò, licèt intentatum fuerit petitorium,tamen ſemper poſſunt redire ad poſſeſſorium,anteq̃ ſit concluſũ in cauſa: vt not.Doct. in d.c.paſtoralis.de cauſa poſſeſ.& proprie.vt dixi latè in quinto,ſexto,& ſeptimo fundamẽto, & pluries põt ſuſpendi petitorium: ita iudicatum fuit per Dños de Rot.deciſ.382.incip.Fuit dubitatum,in tit.de cauſ.poſ.& propri. dixi latè in octauo fundamento
51 huius partis. Quarto reſpondeo,dato,q̃ non obſtante ꝓteſtatione fuerit ad vlteriora proceſſum,& intentatum etiam petitorium,immò quod eſt forti',ab initio ſimul vtrumq; remedium intentatũ fuerit abſq; aliqua proteſtatione; tamẽ, quia ſolùm conſtat in poſſeſſorio, ideò in eo iudicari debet,ſuſpenſo per iudicẽ petitorio. Io. And.Abb.& alij,in c. paſtoralis. de cauſa poſ.& propr. Innoc.Abb. & Fely.in c.ſuborta. de re iud. Henric. Boich. Io.de Imo. & Pet.de Anchar. in locis alleg. in nono fundamento huius partis. & in iſtis terminis non loquitur
52 illa deciſ. Dñorũ de Rota. Præterea, & quinto,dicta deciſio loquitur,quãdo expreſsè intentauit petitorium,& ſumus in caſu claro,videlicet,quia expreſsè concluſit in petitorio,& illud intentauit, ſecus in caſu noſtro, quia & ſi proceſſum ſit ad vlteriora,tamen poteſt intelligi ad colorandum poſſeſſorium, & ita debet interpretari,ne videatur ſibi contrarius. arg.not.in l.quotiens.ff.de rebus dub.cũ
53 ſimil.Item quia non præſumitur, q̃ voluerit ſe incontinenti corrigere, argu. l. non ad ea.ff.de condit.& demon. Præterea,& ſexto,in quolibet actu ſemper fuit proteſtatum nolle intẽtare petitorium ; ideo ſaluum eſt ius ſuſpenſionis, vt not. per Bal.in l.pacta nouiſſima. C.de pac.
54 ¶ Ad ſecundum rñdeo, q̃ ſimul eadem ſnĩa terminatur poſſeſſorium, & petitoriũ.vt not.in d.c. cùm dilectus. de cauſa poſ.& propric.illud procedit, quãdo ita eſt actum per partes; ſed in caſu nr̃o non eſt ita actum,ſed ſemper proteſtatũ, vt ſolũ prius in poſſeſſorio cognoſcatur,ſuſpenſo petitorio,quo caſu ſolùm in poſſeſſorio pronunciatur,vt dixi in 1.2.3.&
55 6.fundamento. ¶ Secundò reſpondeo, etiam q̃ vtrũq; fuerit intentatum, tamẽ vſquequo fuerit concluſũ in cã, poteſt ſuſpendi petitorium,& rediri ad poſſeſſorium.text.eſt in d.c.paſtoralis.de cauſa poſ.& propri.dixi latè in 5. 6. 7.& 8.
56 fundamento.¶ Tertio reſpondeo, q̃ ẽt ſi vtrũq; fuerit intentatum,quod tñ non eſt verum, tamen quia ſolũ conſtat in poſſeſſorio,non adhuc in petitorio, ſolũ poſſeſſorium terminari debet. Doc. oẽs in d.c.paſtoralis, dixi in 8.fundamento huius partis. Quarto,quia culpa aduerſariorum, qui noluerunt edere, & copiam facere inſtrumentorũ ,nec voluerunt manere penẽs notarium : ideo ſolũ iudicabitur in poſſeſſorio,vt dixi in decimooctauo fundamento huius partis.
57 ¶ Nõ obſt. tertium,dum dicebatur ſpeciale eſſe in poſſeſſorio recuperandę in cauſa ſpolij,vt poſſit ſuſpendi petitoriũ. vt in cle.1.de cauſa poſſ.& propr. reſpõdeo idem eſſe in interdicto adipiſcendę, vt eſt tex.clarus in c.paſtoralis,de cauſa

poſ.& proprie. qui non poteſt cauillari. & ibi not. Doct. dixi in octauo fundamento huius partis; & vltra ibi dicta addo Alexan. idem tenentem in d. §. nihil commune. in prin. n. 3. & ad litteram, hoc dicit Abb. Henric. Boich. & alij, in d. c. paſtoralis. & Ioã. de Imo. ibi dicit hæc verba, nota diligenter non eſſe hic ſpeciale in poſſeſſorio recuperandæ, cùm idem ſit in poſſeſſorio adipiſcendæ, videlicet, quòd ante concluſionem in cauſa, ſuſpẽſo petitorio, poteſt tranſiri ad poſſeſſorium; & dicit nõ obſtare litteram, quòd ſit ſpeciale in odium ſpoliantis, hæc ille formaliter; non obſtat tex. in d. cle. 1. de cauſa poſ. & propriet. quia ſecundum gl. ibi eſt ſpeciale in cauſa appellationis, nõ autem loquitur in prima inſtantia, quia iudex appellationis tantum illud cognoſcere debet, ſuper quo appellatum erat.

58 ¶ Non obſt. dictum Abb. in c. 1. de reſtit. ſpol. n. 5. Quia benè facit differentiam inter interdictum recuperandæ, & adipiſcendæ; quia in primo eſt ſpeciale in odium ſpoliantis, vt non admittat reus, volens probare dominium etiam incontinenti, ſecus in interdicto adipiſcendę, ita propriè loquitur; ſed quando nõ habet ꝓbationes in prõptu, tunc dico poſſe ſuſpendi, vt infra dicam. Præterea loquit in poſſeſſore, reo cõuento, ſed aduerſarij nõ poſſidet, ergo &c. & ita procedit dictũ Ab. in c. ad vlt. col. fi. de cauſ. poſ. & pro.

59 ¶ Non obſtat Abb. in c. ex conqueſtione. de reſtitu. ſpol. quia Abb. non ſe fundat in illa ſola ratione, quòd ſit in odium ſpoliantis; nam dicit ſic, quæro, an poſſeſſorium habeat effectum ſuſpenſiuum, ſi intentatur poſt litem conteſta. dico, quòd ſic vſque ad concluſionem in cauſa, non in vim reconuentionis, quia illa non poteſt fieri per litem conteſta. ſed per viã conuentionis; quæ propter rationes prædictas, & in odium violentiæ facit ſilere petitorium priùs inchoatum, etiam ab aduerſario ſuper eadem &c. Præterea intelligitur etiam, ſi velit incontinenti ꝓbare, non auditur in odium ſpoliantis, ita propriè ſentit Abb. ibi, aliàs eſſet ſibi contrarius in his, ꝙ dixit in d. c. paſtoralis. & omnes tenent immò fatuum eſſet de hoc dubitare, cùm habeamus tex. clarum in materia ſuſpenſionis, parificantem interdictum recuperandæ, & adipiſcendæ, d. c. paſtoralis. Præterea Abb. loquitur, qñ priùs fuit intẽtatũ petitoriũ, nos loquimur qñ priùs poſſeſſoriũ, & ita patet rñſum ad 4. 5. & 6. fundamentum.

60 ¶ Ad ſeptimũ dico, ꝙ immò ex reſcripto Cæſaris omninò dicitur commiſſum vtrumq; quando ſimpliciter eſt facta cõmiſſio, vt latè dixi in tertiodecimo fundamento; non repeto, & nemini dubiũ, ꝙ verbum, ius, refertur non ſolũ ad petitorium, ſed etiã ad poſſeſſorium: nã doc. qui loquuntur, quando ius ſuperueniens poſt litem conteſt. profit, loquuntur etiã de poſſeſſorio; vt per Bal. in l. 1. C. de alien. iudi. mut. cau. fac. facit l. cùm res. & ibi Bart. C. ſi res alien. pign. dat. ſit. & omnes Doct. in d. §. nihil commune. & in alijs locis ſupra allegat. loquuntur de iure petitorij, & poſſeſſorij. & eſt text. in l. ſtipulatio iſta. §. ſi quis fortè. ff. de verb. oblig. ibi, ſi quis fortè, non de proprietate, ſed de poſſeſſione, vel vſufructu, vel alio iure controuerſiam fecerit &c. & eſt tex. in l. peregre. ff. de acquiren. poſ. vbi dicitur ius poſſeſſionis, ſed in terminis eſt deciſ. Innoc. in c. Epiſcopi. de reb. eccleſ. non alie. quòd ſi in reſcripto delegatorio Papæ dicatur, cognoſcas ſuper iure, quod habet Titius in tali re, intelligitur delegatum poſſeſſorium, immò dicunt ſolum poſſeſſorium delegatum; ſequitur Bal. in l. pen. col. pen. C. ſi à non compet. iud. & in l. ſi mulier. §. qui poſſeſſorem. ff. quod met. cau. & in l. ſi quis ad ſe feudum. col. 3. C. ad legem iul. de vi. Ant. de But. in c. 1. de cau. poſ. & ꝓpri. & licèt poſſeſſio ipſa, ſit quid facti, tamen ius ad poſſeſſionem, & remedia indubitanter ſunt ius, d. §. ſi fortè, & fatẽtur omnes in l. 1. ff. de acquir. poſſeſ. Et hoc etiam patet ex proceſſu, cũ iudices mandauerint iura deduci, tàm ſuper petitorio, quàm poſſeſſorio; patet etiam, quia expoſt Cæſar mandauit iudicibus per eos referri, an debeat diuidi petitorium à poſſeſſorio, cui dubiũ eſt venire

61 poſſeſſorium. Non obſtant illa verba đ
prætendentibus ius in Marchionatu, vel
locis poſſeſſis, quia intelligitur videlicet
in Marchionatu à Marchionibus, non
autem refertur ad partes; & eſt ſenſus, ꝙ
committit cauſã in prætendentibus ius
non ſolùm in ipſo Marchionatu, & di-
gnitate Marchionatus, ſed etiam in lo-
cis poſſeſſis in Marchionatu, & rebus.
62 Non obſtat illud ſecundũ reſcriptum nõ
valere pendente lite, quia optimè eſt re-
ſponſum per Excell. Doct. Mantuanos,
quia intelligitur de reſcripto contra ius,
iſtud eſt ſecundum ius, ergo &c. Non
63 obſtat, quòd reſcriptum illud, dicit, ꝙ
iudices referant, an debeat diuidi poſſeſ
ſorium à petitorio, non tamen dicitur,
quòd referant, cui debeat poſſeſſio con
cedi; quia dico, prout dixerunt Dñi Cõ-
ſulentes Mantuani alia verba, videlicet,
vná cum couſilio, & ſnĩa veſtra, oſten-
dunt, ex quo priùs dictum fuit eos iudi-
ces debere referre, an poſſeſſoriũ ſit di-
uidendum, quòd ne ſint ſuperflua ſequẽ
tia verba, cũ conſilio, & ſententia veſtra,
intelligitur, etiam ꝙ referant, cui conce-
di debet; & illa alia ſequenria verba, vi-
delicet, vt pro rei qualitate prou,dere poſ
ſimus: quæ verba oſtendunt cauſam fi-
nalem, vt certus ſit Cæſar, vt poſſit pro-
uidere, aliàs eſſent ſuperflua, contra l. ſi
quando. ff. de lega. 1. c. ſi Papa. de priuil.
in 6. & ſit interpretatio contra ius com-
mune, vt aliquid operentur; vt not. in l. 1
ff. de offic. eius, Moder. in c. eccleſiæ ſan-
ctæ Mariæ. de conſtit. col. 8. & in cap. 1.
de reſcript. col. 6. & in rubr. & in c. cau-
ſam quæ. eod. tit. per eodem Moder. in c.
ſuper eo. de offic. deleg. col. 2. ver. prædi-
64 cta concluſio: quòd licèt verba Princi-
pis improprientur, & reſtringantur, ne lę
datur ius tertij; fallit tamen, quando aliàs
dicta conceſſio nihil operaretur. Præte-
60 rea verba intelliguntur ſm̃ ſubiectã ma-
teriam, l. ſi vno. ff. loca. cum ſimil. ſed ſu-
biecta materia eſt, cùm conſtet de poſ-
ſeſſorio, debet ſuper eo iudicari: Ideo in-
telligitur reſcriptum, quòd referant, an
ſit iudicandum priùs in poſſeſſorio, &
66 quomodo. Non obſtat, quòd verba re-
ſcripti potiùs debent eſſe ſuperflua, quã
quòd tertio præiudicent, quia illud eſt
verum, quando eſt magnum præiudiciũ;
ſecus ſi modicum, vt in caſu iſto, quia &
ſi iudicetur in poſſeſſorio tantum, hoc
eſt modici præiudicij. vt per Bar. in l. 1.
C. quorum bonor. not. in l. fina. C. de e-
dic. diui. cum ſimil. ita declarant Mod.
in rubr. de proba. col. 19. & in c. 1. de
reſcrip. Soci. conſ. 124. col. 2. vol. 3. Præ-
terea & tertio, dico nullum eſſe præiu-
dicium, cùm ita ſit de iure communi, vt
quia priùs conſtet in poſſeſſorio, in eo
debeat iudicari, vt latè dictum fuit ſup.
67 ¶ Ad octauum, communis eſt omnium
Doctorum concluſio, ꝙ dummodo non
ſit concluſum in cauſa, & non poſſint fie-
ri probationes in iure, & in facto, ſemper
poterit ſuſpendi, etiam publicatis atte-
ſtationibus, vt dixi in quinto, ſexto, &
ſeptimo fundamento huius partis, non
repeto.
68 ¶ Non obſtat nonum, quia bene fateor,
quòd propter timorem ſcandali, quis po-
teſt ad ſe auocare poſſeſſionem; quãdo
dubitatur quis poſſideat, vel poſſidere đ-
beat; ſed quando certum eſt, cui debeat
dari poſſeſſio, tunc eſt ſecus, quia tunc
ei reſtituitur; vt latè per Cur. conſ. 60. I-
mol. in c. in præſentia. de proba. Bal. in l.
ęquiſſimum. ff. de vſufruc. quos allegant
prædicti Mantua. Bal. in c. 1. de ſequeſt.
poſ. & fruct. & in l. ordinarij. C. de rei vẽ.
& in l. fin. C. de ord. cogn. & in c. 2. de
vita, & honeſt. cleri. vbi dicitur, quòd
propter metum armorum nõ debet fieri
ſequeſtrum, nec recedi à tramite iuris,
niſi quando dubium eſt de poſſeſſore.
Præterea non eſt ſtandum iudici, nec al
teri aſſerenti ſcandali timorem. arg. not.
in l. ſi fortè. ff. de caſtr. pecul. not. in l. ſi
donatione. C. de colſ. & in ſpecie decla-
rat Soci. in conſ. 96. incip. Viſo proceſſu.
vol. 1. & in dubio non præſumitur, quòd
quis voluerit reſiſtere iuſtitiæ. arg. not.
in l. meritò. ff. pro ſocio. Areti. conſ. 23.
col. 4. Deci. conſ. 256.
69 ¶ Ad decimum reſpondetur, quòd illa
doctrina Bar. limitatur non procedere,
quando omnes litigantes ſunt ſub eodẽ
indice;

iudice; vt tenent omnes Moder. & Moder. in d.§.nihil cõmune. Secundò, fortiùs eſt dicendum in Imperatore Moderno Inuictiſſimo, & Dux Mant. eſt ei ſubditus, & feudatarius, qui ei iurauit fidelitatem: Ideo non præſumitur, quòd vellet reſiſtere, ſed ſolo verbo cedere, & ideo Paul. de Caſt. in d.l.2. C. de edic. diui. dicit, quòd licet ſit in loco munitiſſimo principalis, non tamen debet cõueniri fideiuſſor. Præterea Doct. in d. l. naturaliter. §. nihil commune. limitant nõ procedere, quando præſtaret cautionem idoneam. argum. not. per Alex. in l. fideiuſſor. §. fin. ff. qui ſatiſd. cog. Præterea nos ſumus in caſu, quo data eſt poteſtas hæredibus, & ſucceſſoribus ingredi liberè, & propria auctoritate, vt dictum fuit, ergo non poteſt impediri Illuſt. Duciſſa. arg. not. in l.3. C. de pign. & in iſtis terminis non procedit dictum Paul. dixi latiſſimè in conſilijs aliàs per me æditis.

70 ¶ Non obſtat vndecimum, quia fateor, quòd in hoc interdicto adipiſcendæ, habet locum exceptio dolo facis; quia petis, quod reſtiturus es, illud procedit quñ. incontinenti eſt paratus docere de iuribus ſuis, vt dicunt omnia illa iura; ſecus aliàs, vt dixi latè in decimo fundamento huius partis: Nam non potuit infra illud tempus, quo fuit expeditum poſſeſſoriũ expediri petitoriũ, vt ibi dixi, & in vndecimo, duodecimo, & 13. fundamento.

71 ¶ Ad duodecimum. & decimumtertium fundamentum, quia omnes Doctores in d.c.1. §. inter filiam, loquuntur quando agnati ſunt parati incontinenti docere, aliàs ſecus, qui tex. procedit, nedùm in filia, ſed in quocunque hærede, etiam extraneo. ita Deci. in conſil. 22. in vol. quadraginta Conſiliorum. & ſi iſta locum habent in agnatis, quibus non refricatur in dubium de agnatione, quanto fortiùs in caſu iſto, cùm negetur ius agnationis, id eſt agnatos eſſe. item tex. in §. inter filiam, procedit etiam, ſi appareret res eſſe feudales. per tex. in c.1. §. defuncto milite. ſi de feud. fuerit controuer. inter dom. & agnat. hoc tenet glo. in c. in tit. de controuer. inter maſcul. & fœmin. de benef. Alex. in l. fin. in fin. C. de edic. diui. Deci. in conſ. 22. allegato, Brun. in conſil. 1. Campeg. ibi conſil. 2. Item habet locum non ſolùm in hærede ex teſtamento, ſed etiam ab inteſtato per generalitatem d. §. inter filiam. & ita determinat Dec. in alleg. conſ. 22. & alij Feudiſt. vt latè dixi in conſilijs meis.

72 ¶ Ad decimumquartum dico, quòd immò apparet totum contrarium, aduerſarios ius non habere: nam, vt dixi aliàs in cõſilijs prioribus, donationes fuerunt annullatæ per antiquiores Cæſares, & inueſtituræ, quæ non faciunt mentionem de prædictis annullationibus ſunt nullę, & aduerſarijs non poteſt competere interdictum poſſeſſorium, obſtante præſcriptione; & quia renunciatum fuit per Illuſt. D. Blancam cum iuramento, cui non poteſt contraueniri: vt in c. quàmuis, de pac. lib. 6. nec poteſt peti reſtitutio in integr. per not. per Arch. Io. And. & Dom. ibi ſequitur Alex. conſil. 221. Viſa facti. vol. 2. & conſ. 42. Super præmiſſo. col. pen. vol. 1. qui dicunt, ꝙ etiã ſi maximam læſionem ſentiat, non reſtituitur. Curt. conſil. 43. ſuper contingentia. Præterea, & ſi poſſet reſtitui, dico, ꝙ procedit, ſi fuiſſet enormiter læſa, & eſſet magnus exceſſus. ita Paul. conſ. 207. Deci. cõſ. 118. ſatis eſt nota queſtio: ſed in caſu iſto conſiderando bona allodialia, detractis feudalibus, dos octuaginta millium ducatorum dicitur magna, vt fortè ſit vltra portionem ſibi tangentem; vel ſaltem non eſt læſa vltra dimidiam, ideo non poteſt venire contra; vt per Docto. in c. in præſentia. de probatio. & not. in auten. ſacramenta puberum. C. ſi aduerſus vendi. Imol. in c. cùm contingat. de iureiur. & ita omnes in hoc concordant, vt aliàs ſcripſi, ergo nullo modo poteſt audiri: Item tale remedium reſtitutionis non competit per lapſum quadriennij. l. fin. C. de temp. in integr. reſtit. c. 1. de reſtit. in integrum. lib. 6. Præterea, & ſi competeret, quod tamen eſt falſiſſimum, non impedit, quin mitti debeat Illuſt. Dux Mant. in poſſeſſionem. Abb. & alij, in c. paſtoralis. de cã poſ. & propri.

Ad

73 Ad vltimū dico eſſe falſum, quòd poſſeſſio naturalis, immò nec ciuilis ſit penès Ducem Illuſt. Sabaud. quia ipſe nō eſt dominus feudi, cùm illud fuerit per Imperatores reuocatum, & annullatum. Item quia inueſtituræ non faciunt mentionem de illis annullationibus, ideo ſūt nullæ; vt latiſſimè dixi aliàs in petitorio, non repetò. Præterea omnes, qui ſucceſſerunt in Marchionatu poſt Ioannem, recuſarunt velle inueſtiri à Duce Sabau: & præſtare ei aliquam ſuperioritatem, etiam per centum annos, quo caſu dicitur præſcriptum omne ius, immò ſpacio triginta annorum. vt per Bart & alios, in l. male agitur. C. de præſcript. 30. annorum. & in l. ſicut. & in l. comperit. & in l. omnes, eod. tit. & maximè hoc procedit in terminis noſtris propter titulum, & inueſtituras Cæſarum; ergo amiſſa fuit ciuilis poſſeſſio: vt per Bal. in l. 2. col. 3. C. de ſeruit. ver. tertio quæritur. not. in l. clàm poſſidere. §. qui ad nundinas. ff. de acquir. poſſ. Alexan. in l. ſi de eo. §. ſi fortè. ff. eo. quæ poſſeſſio ciui-
74 lis perditur per modicum tempus. not. Fely. latè in c. vigilanti. de præſcrip. etiā ſpacio decem annorum. Bal. in l. 1. C. de ſer. fugi. Corne. conſ. 16. vol. 2. & ſic nullam habet poſſeſſionem. Præterea dato, quòd ciuilis eſſet penès eum, tamen nō conuolauit naturalis ad ciuilem, quia Bal. loquitur quando finitum eſt feudū:
75 ita Bal. in d. l. 1. ff. de rerum diui. ſed in caſu noſtro non dicitur finitum propter maſculos, vt ad dominum reuertatur, quia Illuſt. Duciſſa Mant. ſub tali feudo eſt compræhenſa; quia dato, quòd va luiſſet talis infeudatio, quod eſt falſum, vt dixi, tamen quando feudum eſt em-
76 ptum, tranſit ad fœminas, quando eſt conceſſum ex cauſa oneroſa; Docto. in c. 1. §. & quia vidimus. qui feud. dare poſ. ſed cùm dicatur facta ex cauſa præcedētis donationis, & ſic ex cauſa remunerationis, propter donationem quod maius eſt, quàm emere: ideo veniunt fœminæ,
77 & maximè, quia appellatione deſcendētium ex proprio ſignificatu fœminæ cōpræhenduntur. Alexan. conſil. 160. vol. 2. latè dixi, in conſilio aliàs per me ædito in petitorio contra Ducem Sabaud. in decimonono fundamento. Tertiò, reſpondeo non eſſe veram doctrinam Bal. quia naturalis eſt quid facti, nec ipſa tranſit ſine appræhenſione; vt not. in l. 1. ff. de. acquir. poſſ. l. cùm hæredes. l. quemadmodum. ff. eod. tit. & ad l. quod ſi nolit, alleg. per Bal. dico benè procedere, quando quis eſt ingreſſus naturalem, abſente poſſeſſore; qui ſi dubitat ſe poſſe expelli, illa ſua ciuilis ipſo iure conuolat ad naturalem, quia ciuilis eſt quid iuris, & ſolo animo amittitur, quando naturaliter non poſſidet: ſed conuersò, quòd naturalis conuolet ad ciuilem, nō probatur, cùm naturalis habeat plurimum facti. dixi aliàs legendo in l. 1. ff. acquir. poſſ. reprobando Bal. Præterea,
79 & quartò, & ſi dictum Bald. eſſet verū, quod non credo, non procederet in caſu iſto, dato, quòd Marchio Montisferrati eſſet eius feudatarius, quia Marchio Ioan. Iac. ſolam naturalem habebat, ciuilis erat penès Cæſarem dominū. Scriben. in l. 3. §. ex contrario. ff. de acquir. poſſeſ. & in cap. 1. in fin. quibus modis feud. amit. ergo in Ducem Sabaud. nō potuit niſi naturalem transferre, cùm poſtea prædictus Dux Sabaud. conceſſerit in feudum Marchionibus illam naturalem, trāſtulit in Marchiones, & nulla remanſit penès Ducem Sabaud. ita doctr. Bar. & Alexan. in l. interdum. in fi. & l. quod meo. in princ. ff. de acquir. poſſ. qui dicunt, quòd ille, qui habet ſolam naturalem, vt eſt feudatarius, ſi alium inueſtiat, eam in eum transfert, & nulla penès eum manet; & ſic non ſumus in quæſtione Bal. dixi latiſſimè in conſilio meo allegato in cauſa poſſeſſoria, & pro hac parte eſt text. in c. 1. §. ſi defuncto milite. ſi de feud. fuer. controu. inter domin. & agnat. vbi filia præfertur in adipiſcenda poſſeſſione domino, qui dicit feudum ad ſe reuerſum. Non obſtat, quòd fœmina ſit perpetuò excluſa, quia reſponſum fuit per me in conſilio meo. Concludo approbando, & confirmando omnia concluſa

per

per Excellentiſſimos Doctores D.Hieronymũ Lucenſem, & D.Ioan. Bapt. Albriſium, partes iudicum eſse referre, pronunciandum eſse tantũ in poſſeſsorio, & in fauorem Illuſtr. Ducis Mantuæ, & Illuſt. Duciſsæ, propter tot, & tanta, quæ concurrunt in eorum perſonas æqua, iuſtiſſima, & iuridica.

LAVS DEO.

¶ Ita dico, & conſulo, Ego Ludouicus Gozadinus Iur. V. Doct. Bononieñ. in quorum fidem hic me ſubſcripſi, & ſolito ſigillo iuſſi muniri.

LAVS DEO OPTIMO.

FINIVNT ELEGANTISSIMA CONSILIA numero quadragintaduo, à diuerſis conſumatisſimis Iureconſultis adita, ad fauorem Illuſtrisſimorum DD. MANTVAE Ducum, pro ſtatu MONTISFERRATI conſequendo.

REPERTORIVM CONSILIORVM REDDITORVM PER MAGNIFICOS, ET EXCELLENTISSIMOS ITALIAE IVRECONSVLTOS:

IN FAVOREM ILLVSTRISSIMORVM DD. DVCIS, ET DVCISSAE MANTVAE, ſuper Statu MONTISFERRATI.

QVAE FVERVNT COMPILATA, ET EDITA PER Magn. Iureconſultum Ducalem Mantuæ Senatorem, D. NICOLAVM ALIPRANDVM.

ACTIONEM cui damus, multò magis damus exceptionem. Cõſil. 20. n. 167. f. 320

Actio vna ſi intentatur & probatur alia, corruit iudicium illud. conſ. 29. n. 3. & 4. Immò iudex debet tales probationes reijcere, ibi, n. 5. 420 & ſeq.

Actum validum quiſq; præſumitur uelle facere. conſ. 13: 3. par. n. 157. 225

Actus agentium non operantur vltra eorum intentionem. conſ. 24. n. 2. 359

Adeleſia fuit filia Ottonis ſecundi, nupta Aledramo. conſ. 13. iij. par. n. 102. & hæc fuit nupta non rapta. ibi, n. 103. 230

Additum, vide infra in ver. Agumentum.

Adiunctum reſtringit. conſ. 32. n. 2. 425

§ *Agnationem, quã adducit Marchio Salutiarum, idẽ Marchio debet probare. conſ. 6. n. 13.* 51

Agnatus qui ſcit alium eſſe inueſtitum, & tacet per annum, cenſetur renunciare feudo. conſ. 6. n. 124. 69 & latiùs in ver. Feudum. Item cõſ. 13. 1. par. n. 16. & ſic Marchio Salutiarum ſibi præiudicauit patiẽdo Violantidem per ſe, vel alium poſſidere; quæ Violantides erat agnata. Item quia etiam fœminæ cõprehenduntur & cognati, & ſic militat eadem ratio, ibi, eodem n. 16. 170. Item conſ. 11. n. 36. Item 38. 163

Agnatus ſemel excluſus, ſemper remanet excluſus, intellige durante cũ excluſionis. cõſ. 11. n. 7. 159 & ſupple infra in verb. Feudum. ſub rubric. de fœmina ſemel excluſa à feudo.

Agnatorum appellatione in materia feudali veniunt tantum maſculi. conſ. 35. n. 1. 440

Agnati ſi vocantur à ſtatuto, non cenſentur vocatæ fœminæ propter rationẽ ſtatuti. cõſ. 35. n. 15. 443

Agnati, ſupple plenè & de prædictis, & alijs, in verbo, Feudum, ſub diuerſis rubricis.

Conſuetudo dicitur non præſcriptio, ꝙ fœmina ſuccedat in feudis, & ꝙ Marchio induxerit, ꝙ deficientibus filijs de feudo diſponant; hoc enim mores reſpicit. n.33. 212

Conſuetudo magis ampliatur, quàm præſcriptio. num. 45. 214

Conſuetudo ſicut inducit primogenituram, ita et tollit: n.156. 225

Conſuetudo diù ſeruata, debet ſemper ſeruari: conſil. 15.n.17. 240

Conſuetudo interpretatur priuilegium, ſtatutum, et cæteras diſpoſitiones: conſ.39.n.13. & ſi talis conſuetudo, & obſeruantia non ſit præſcripta: n.14.f.477.

Conſuetudo, ſuper qua ſe fundat Deci, quæ erat inter Marchiones Montisferrati, & Saxones; & ſi videatur fundare intentionem Marchionis Salutiarum, tamen non fundat, quia nunquàm euenit caſus, ꝙ maſculi non extarent, nec aliqua conſuetudo apparet, ꝙ fœminæ vbi ſolę repertę ſunt, ꝙ fuerint excluſæ à maſculis: n.18. 478

¶ Continens non venit ſub contento: conſ.15.n.49. 243. Item conſ.17.n.23. 257

¶ Contingere eſt futuri temporis: conſ.29.n.27.f.414

¶ Contractus à principio ſunt voluntatis, expoſt facto neceſſitatis: conſ.20.n.215. 327

Contractu perfecto non poteſt ab eo diſcedi: conſ. 21. n.68. 338

Contractus plures vbi fiunt eadem die, & loco, vnus cenſetur reſpectiuè ad alium factus: conſ.35.n.6. f. 442

Contradictio eſt euitãda: conſ.13.prima par.n.4.f.168

Contrarietas Dñi Decij notatur, & arguitur: n. 20. f. 171

Contrariorum eſt eadem ratio: conſ.34.n.6. 435

¶ Cronicis an probetur oppoſitum famæ, quam allegat Marchio Salutiarum, circa eius deſcendentiam: conſ.6.n.45. 55

Cronicis productis per Ducem Mant. contra Marchionem Salutiarum, maximè credendum eſt auctoritate viri, qui erat D. Beneuenutus: n.46. 55

Cronicæ Dñi Beneuenuti Præſidentis, etiam ꝙ non ſint multum antiquæ, tamen multum probant, quia in eis multa reperiuntur, quarum veritas iuuatur inſtrumentis: n. 48. 55

Cronicæ recentes dum loquuntur de antiquis, an probent: n.48. 55

Cronicæ D. Beneuenuti Præſidentis, tollunt ſaltem præſumptionem, quæ oritur ex probatione famæ Illuſtriß. D. Marchionis Salutiarum: n. 49. 56

Cronicis creditur vbi de contrario non apparet. conſ.7. n.71. 88

Cronicis D. Beneuenuti creditur, licèt non ſint multum antiquæ, ſaltem ad præſumendum etiam vt transferatur onus probandi in contrariam partem: conſ.7.n.72. 88

Cronicis in antiquis ſtatur, & quæ Cronicæ probant Marchionem Salutiarum non eſſe de deſcendentibus Aledrami: conſ.8.n.62. 115

Cronicis an probet intentionem ſuam Marchio Salutiarum: conſ.9.n.97. 131

Cronicæ Supplementi Cronicarum, dum loquuntur de Aledramo, an probent, & dicitur, ꝙ non: conſ. 9. n.98. quia non allegant locum autenticum, & ſunt vana vox populi: ibi.n.99. nec eſt liber communiter approbatus: ibi, n.100. Item ab antiquo non eſt illi adhibita fides: ibi.n.101. 131

Cronicis tantum præſtatur, quantum auctoribus comprobatur: conſ.9. n.102. 131

Cronicis dicti Supplementi non præſtatur fides, quia falſæ, cùm dicant ꝙ Aledramus tunc non poſſidebat aliquid in Italico ſolo, cùm immò eſſet Marchio, & poſſideret acquiſita in Italico ſolo, vt in confeſſione Ottonis, & falſus in vno &c. conſil. 9. n.103. Item quia D. Beneuenutus Præſidens vir doctus, narrat rem aliter fuiſſe, videlicet nullum Thetem natum ex Aledramo: ibidẽ, n.105.f.132

Cronicis Dñi Beneuenuti Præſidentis, magis præſtandum, & credendum eſt, quia magis receptę propter grauitatem viri, tum quia plura iuuantur per autẽticas ſcripturas. Item quia cum dictis ſuis concordant actus ſequentes: conſ.9.n.107. 132

Cronica, ſeu hiſtoria Georgij Merulæ, habetur ꝙ Theodorus fuit infeſtatus à Marchione Salutiarum, non ex eo, quod prætenderet ius, ſed quia Marchionat[us] vacauerit: conſ.10. n.9. 148

Cronicis dicentibus de raptu Aledrami, non eſt credendum. conſ.10.n.10. 148

Cronicis præſtatur fides concurrentibus pluribus. conſ. 13.tertia par. n.181. primò ſi facta ſunt antiqua. Item ſi præſtita fuerit fides illis, dicto n. 181. Item ſi ſunt veriſimiles: n.183. Item ſi non conuincuntur de mendatio. n.185. Item ſi cætera habent, quę requiruntur in teſtibus, qui de auditu deponunt: n. 186. 227. & ſeq.

Cronicis Fr̃is Iacobi Philippi Heremitani, in ſuo Supplemento, dum loquuntur de Aledramo non eſt credendum; conſ.13.tertia par. quia primò ſunt recentes; ibidem.n188. & ſic non poteſt eſſe præſtita fides ab antiquis; ibidem, n.189. Immò nec præſtatur fides, n.190. & repræhenditur tanquàm falſus hiſtoriographus, congregatorq; ineptiarum; n. 191.

nec etiam illi credit Sabellicus: n.192. Item hic erat multum facilis, & Blondus eum ſummè corrigit; n.193. Item ſi cum excuſare volumus frater Iacobus non fecit Cronicam de Aledramo, eo quòd vellet ſibi credi; vtitur enim hoc verbo Aledramo, come dicono molti; *n.195. Item aſſerit falſa, dum dicit, Aledramum fuiſſe filium Ducis Saxoniæ; n.196. Item dicit Aledramum factum Marchionem de anno 985 cùm immò eſſet de anno 967 ibidem, n.197. Item deponit non veriſimilia, quæ nec puer crederet; n.198. Item non eſt credendum, quod mortuis parentibus ſi fuiſſet filius Ducis, quod non acceſſerit, ſeu conductus fuerit in patriam, & Ducatum: n.199. Item inconueniens eſt, quod Otto dediſſet Aledramum iuuenem pro præceptore eius filiæ, & ſi erat ſenex, quomodo veriſimile, quod filia Ottonis fuerit accenſa tanto ardore: nu. 200. Quinimmò Aledramus eo tempore erat ætatis maturiſſimæ; & in principio Imperij Ottonis non erat minoris ætatis annorum 38. n. 201. Item dicta Cronica fratris Iacobi Philippi, dum dicit, quod Imperator fecit Aledramum Marchionem cauſa narrata, eſt falſum; immò fecit priuilegium, quod habetur intuitu Adeleidæ coniugis, & Imperatricis, non quia gener; ibidem, n.204. Item dicit quod fuit factus Princeps Italiæ, quod tamen falſum eſt, n.205. Item cùm eſſet gener Imperatoris, cur non procurauit ducatum Saxoniæ, cùm eſſet vnigenitus: n.206. Item dicit, quod Marchia Montisferrati per mortem Ioannis deuenit ad Andronicum, n. 207. Item eſt & alia non veriſimilitudo, de qua per Sabellicum. ibi. n.208.* 228. *& ſeqq.*

Cronicæ fratris Iacobi, de aquis, clarè deprehenduntur de falſitate, & aliter non referam, quia ſatis leniter habetur; conſ.13.tertia parte: n. 209. vſque num.215. incluſiuè. 231

Cronica Raphaelis Vulterani, licèt ſint magis modeſtæ, tamen & ipſæ falſæ ſunt, vt clariſſimè demonſtratur: n.216. vſq; 220. incluſiuè. 232

Cronicis Sabellici in hac re non eſt præſtandum, quia & ipſe non dicit verū, prout per computationem tēporum demonſtratur, n.221. 232

Cronicis Reueren Dñi Beneuenuti, credendum eſt, eo quod conueniunt cum Cronicis Alemanis magnæ auctoritatis: n.222.223 & 224. 232

DECERNIMVS, *hoc verbum ſemper non importat noui iuris tranſlationem: conſ.24.n.8.et 9.* 359. *Item conſ.28.n.15. vbi declaratur proprietas verbi; & ſæpe ſtat pro verbo, Declaramus.* 408

¶ *Declaratio ſemel facta non reuocatur. conſ.19. numero 35.* 279

Declaratio facta per Imperatorem Modernum, ad petitionem Illuſtriſſimi Ducis Sabaudiæ. vide in verbo, Dux Sabaudiæ.

¶ *Delegatio ſi ſit dignitati, non attenditur conditio perſonæ, ſed dignitatis. conſ.20.n.34.* 300

¶ *Deſcendentiam adducens debet eam probare: conſil. 6.n.13.* 58

¶ *Determinatio eadem non debet diuerſo iure cenſeri: conſil.11.num.12.* 159. *Item conſ.13. prima parte, n.84.* 184

¶ *Dignitas poteſt eſſe feudalis, & non feudalis; conſil. 13. ſecunda par.n.22.* 190

Dignitas non tranſit in hæredes: conſ.17.n.24.f.257

Dignitas, vide ſup. in ver. Delegatio.

Dignitatibus millies poſita quis ſuccedatur vltra ſeptimum gradum, tamen non ſucceditur extante alio hærede, etiam fœmina proximiore, & ſic ad fauorem Violantidis, & Illuſtriſſimæ D. Duciſſæ Mant. conſ.39.n.23. 479

¶ *Dignum magis, trahit ad ſe minus dignum. conſ.34. n.15.* 436

¶ *Diſplicere non poteſt Marchioni Salutiarum, quod ſemel placuit; conſ.13. prima par.n.17.* 170

Diſpoſitio eadem non debet diuerſo iure cenſeri. conſil. 11. num.12. 160. *Item conſ. 13. prima par. num.84.* 184

Diſpoſitio intelligitur de habili perſona: conſ.26. ſecunda parte, n.12. & 13. 389. *& infra, Habilitas.*

Diſpoſitio intelligitur ſublata vbi ſublatum eſt ſuppoſitum. conſ.28.n.27. 410

Diſpoſitio concepta in vno caſu, an vendicet ſibi locum in alio, quando veriſimile eſt, quod diſponens, ita diſpoſuiſſet, ſi illum caſum cogitaſſet: cōſ.34.n.30. f.439

¶ *Diſſentire homines inter ſe eſt facile: conſ.15.n.27. fol.* 241

¶ *Diſtinguentes Doctores ſunt ſequendi; conſ.19. num. 23.* 278

¶ *Diuturnitas temporis ſola non facit præſumptionem, niſi iungatur cum poſſeſſione temporis longi. conſil. 6.n.34. vſq; ad numerum 39. incluſiuè; vbi talis temporis diuturnitas multum prodeſt poſſeſſori.* 53. *Item ſupple in ver. Fama.*

Diuturnitas temporis, ſupple inf. in ver. Tempus.

¶ *Doctoris dictum ad plus non valet, quàm auctoritas, quā allegat; conſ.13. ſecunda par. n. 67.* 196

Doctores vbi diſconueniunt, ſtatur dignioribus, niſi alij ſint duplo plures; conſ.19. n.22. 278

Doctores diſtinguentes ſequendi ſunt: conſ.19.n.23. fol. 278

¶ *Dolus & fraus, in quacunq; re ſemper cenſentur excluſi: conſ.16.n.40.* 250

Dolus præſumitur probato metu ex alia parte. conſil. 20. n.63. 303

Dolus præſumitur ex nimijs cautelis, & pactis inſolitis: conſ.20.n.64. 303

¶ *Dominus aperto ſibi feudo debet alium inueſtire: conſ.6. n.79.* 61

Dominus tenetur protegere vaſallum; conſ. 15. n.4. fol. 239

Dominorum abſentia populi non gaudent. conſilio 15. num. 24. 241

Dominorum pluralitate an populi gaudeant: conſ.15.

num. 25. 248

Dominus, ſupple plenè infra in ver. Feudum.

Dñio vtili, vel directo, non poteſt per Principem præiudicari. conſ. 16. n. 42. licèt vtile ſit de iure ciuili. nu. 43. 250

Dominium in antiquis probatur fama. conſ. 13. tertia parte. n. 165. 226

Dominium directum, vel vtile, non poteſt tollere Princeps: conſ. 21. n. 69. 338. Item inf. verb. Feudum, ſub rub. de gratia, & præiudicio in feudalib'.

Dominij vtilis natura inuenta eſt de iure ciuili, eius tamen effectus eſt de iure gentiũ. conſ. 21. n. 72. f. 339

¶ Donatio transfert omne dñium: conſ. 6. n. 86. 62

Donatio Ottonis Aledramo, an fuerit donatio, an feudum; ſupple ſup. abundantiſſimè in ver. Conceſſio, in pluribus locis, maximè in quibus ponuntur ſummaria conſiliorum.

Donatio potiùs præſumitur, quã feudum. conſ. 8. n. 35. fol. 110

Summarium Conſilij in ordine decimiſexti Almi Collegij Bononiæ. 247

DOnatio facta per Io: Iacobum Duci Sabaudiæ, videtur prima facie valere eo, ꝙ conceſſio Aledramo facta, fuit donatio, non feudum. conſ. 16. n. 1. & quatenus fuiſſet feudum, data fuit poteſtas alienandi; ibi. n. 2. & recognitio facta per Paleogorum, fuit de re propria, & propterea videtur non valuiſſe; ibi. n. 3. Item fuit confirmata per Maximilianum, cum clauſulis derogatorijs, in ampla forma. n. 4. In contrarium eſt veritas, ꝙ immò non valuerit, & facit quia Marchionatus Montisferrati eſt feudum, nec poteſt propterea alienari ſine conſenſu dñi; n. 6. & ꝙ ſit feudum probatur ibi. numeris ſequentibus. Item Dux Sabaudiæ fatetur eſſe feudum, vt in conceſſione Maximiliani: nu. 13. Item in libello; n. 14. Item Marchionibus Mõtisferrati non fuerunt per Ducem Sabaudiæ ſeruata conuenta: n. 15. Item quia non defendit vaſallum; n. 16. Item quia facta per metum. n. 18. Item quia fuit reuocata ab Imperatoribus: n. 22. nec fuit neceſſaria citatio; n. 26. Reſpondetur ad contraria primò per fundamenta ſup. deducta, pro Illuſtriſs. Ducibus Mant. Item & ſecundò, ꝙ non obſtat, ꝙ Paleologi recognouerint rem propriam, quia diuturnitas temporis operatur hoc, quia præſumitur verus titulus: n. 28. Non obſtat confirmatio Maximil. quia ſubreptitia non expreſſa metus qualitate: nu. 29. Item non præſumitur, ꝙ voluerit derogare tot priuilegijs Imperatorum; n. 32. Item in priuilegijs ſunt clauſulæ derogatoriæ ad futuras conceſſiones; n. 33. Item reuocatio donationis fuit motu proprio in hac parte, non ad poſtulationem partis; n. 35. Item reuocatio illa fuit fauorabilis, quia reduxit rẽ ad priſtinum ſtatum; n. 36. Confirmatio verò Maximiliani fuit odioſa, eo ꝙ nocuit tertio; n. 37. Item Princeps non poteſt actum metu factum confirmare; n. 38. quinimmò non potuiſſet in præiudicium Paleologorum, quibus erat ius quæſitum; nu. 39. nec dicatur ꝙ fuerit ex cauſa alienatum, quia talis alienatio fuit metu facta; n. 45. Item ſequutæ fuerunt declarationes Federici, & aliorum; n. 46. Itẽ fuerunt inueſtiti Marchiones Montisferrati; n. 47. Item non nocet Illuſtriſſ. Duciſſæ Mant. n. 48. quæ Illuſtriſs. Duciſſa poteſt venire per §. Titius; n. 48. fol. 247. & ſeqq.

Summa Conſilij in ordine decimiſeptimi, D. Auguſtini Beroi. 253

DOnatio facta per Io. Iac. Duci Sabaudiæ, & inueſtitura facta Ioanni filio Ioan. Iac. prædicti, videtur valuiſſe: d. conſ. 17. n. 32. maximè cũ fuerit approbata ab Imperatoribus; n. 33. Tamen in contrarium eſt veritas, quia inueſtitura facta Paleologis, cùm ſit de dignitate Marchionali, non dicitur mere hæreditaria, ſed ex pacto, & prouidentia &c. ergo Illuſtriſſ. Duciſſa Mant. ſuccedit, cùm non extant maſculi; n. 35. vbi diffusè; quapropter ſequitur, ꝙ Ioan. Iac. non potuit ipſi Illuſtriſs. Duciſſæ præiudicare; n. 37 vbi diffusè, vbi etiam Princeps non præiudicat non natis; n. 38. f. 259 & ſeq.

Summa Conſilij decimioctaui Dñi Nicolai Aliprandi. 268

DOnatio facta Duci Sabaudiæ, videtur valuiſſe eo, ꝙ donata non ſunt feudalia; & inquantum eſſent feudalia, fuit per Ottonem data facultas alienandi; conſ. 18. n. 4. & 5. tamen in contrarium eſt veritas, vt ibi latè n. 12. quia licèt non eſſet feudum tempore Aledrami, tamen erat tempore Paleologorum; d. n. 12. & hoc probatur n. 13. 14. cum multis ſequentibus, in quibus probatur, ꝙ licèt Marchionatus fuerit liber in Aledramo, tamẽ erat feudum in Paleologis. 269. & ſeq.

Summa Conſilij decimi noni Dñi Nicolai Aliprandi. 275

DOnatio facta per Io. Iac. Duci Sabaudiæ non valet, quia feudum nobile; d. conſ. 19. n. 12. Item quia in executione laudi nulli, & ſic ex cauſa, quæ nulliter ſubſiſtebat; ibidem, n. 59. Item quia alienatio de feudo eſt prohibita; ibi. n. 61. Item quia fuit alienata magna pars Marchionatus, & diminutus honor. Item fuit alienata tanquàm libera; n. 64. Item quia dñs non conſenſit; n. 67. Nec dicatur, ꝙ ſecutus eſt conſenſus Maximil. quia fuit ſubreptitius; n. 68. Item quia fuit facta alienatio in allodium, etiam ſi feudum fuiſſet factum; n. 69. Item nec reſeruata iura dñi; ibidem. Item ſubreptitia ex alio, quia falſum ꝙ Gulielmus, & Bonifacius conſenſerint ſaltem legitimè; n. 70. Item quia non fuit expoſitum, ꝙ ob id Marchia fuerit reddita multum turpis; n. 72. Item vltra ſubreptionem dicitur, ꝙ tam donatio, quàm cætera fuerunt reuocata. n. 73. & 74. Item maximè non valuit illa confirmatio Maximiliani, quia iam erat acquiſitum ius Gulielmo, cui demùm non potuit per Principem præiudicari; n. 76. Item maximè cũ ante Federicũ pro ſimilibus terminis alij Imperatores ita fecerint, prout Vinceſlaus Theodoro; n. 77. Item quia Maximil.

milianus met primò infirmauerat antedictam donationem factā per Ioan. Iaco. &c. n.79. nec requirebatur citatio in illa reuocatione facta per Federicū, & alios; n.80. Item declaratio Maxim. requirebat citationem; n.86. Item inquantum non fuiſſet reuocata donatio per Federicum, adhuc non potuiſſet donatio confirmari per Maximil. propter ius quæſitum ſucceſſoribus; n.87. vbi deciſio pulchra, clara, & in terminis; n.88. immò, qđ eſt plus, ſi ſucceſſor eſſet hæres, qđ eſt mirabile; n.89. Item non probatur, ꝙ Gulielmus, & Bonifaci⁹ fuerint hæredes nec patris, nec fratrum; n.90. Item donatio fuit metu facta, n.91. & ſupple infra in ver. Metus, vbi multa pulcherrima ad propoſitum. Item cū donatio fuerit facta propter bellum, facta pace, debet reſcindi, & bona reſtitui, cùm liberè ſine precio debuerit facere pacem, cū bellum eſſet iniuſtum; quo caſu id, quod eſt datum ob pacem faciendam, tanquā turpe datum debet reſcindi; n. 128. Item dicta donatio non nocuit deſcendentibus venientibus iure ſuo, & ex perſona ſua; n.129. & 130. vbi in feudalibus factum patris, non nocet filio; n.131. Item Imperator fuit in quaſi poſſeſſione inueſtiendi, quæ acquiritur etiam per vnicam actum; ergo iſte fructus iſtius quaſi poſſeſſionis debet ſeruari, quouſq; Dux Sabaudiæ non vendicauerit iſtam auctoritatem ab Imperatore. n.132. 276. & ſeqq.

Summarium Conſilij vigeſimi, quod eſt Dni Mariani Socini Moderni. 292

DOnatio facta per Ioan. Iac. Duci Sabaudiæ, videtur valuiſſe prima facie, eo ꝙ in donatione non fuit metus, vt apparet ex verbis inſtrumenti, in d. conſ. 20. n.6. Item videtur, ꝙ nullus potuerit eſſe metus, cū donatio fuerit facta in executione laudi; n.8. Item quia fuit renunciatum exceptioni metus; n.9. Item quia fuit purgatus, ſi quis ſuberat; quia obſeruauit exiſtens in patria; n.10. Item non obſtat, ꝙ eſſet feudum, quia negatur, eo ꝙ conceſſio Ottonis non eſt feudum; n.11. & ſi erat feudum, non erat proprium; n.12. quia conceſſa fuit facultas alienandi, n.13. Item quia fuit in executione laudi; n.15. Item Maximilianus confirmauit, & approbauit; ibi n.16. Item dicta confirmatio non poteſt dici ſurreptitia, quia facta motu proprio: nu. 17. Nec derogatio facta per Federicum, & alios obſtare videtur, quia illis fuit derogatum per Maximil. n. 18. Item nec fuit ad illam citatus Dux Saband. n.19 Item nec deſcendentium intereſſe conſideratur, ſtante ꝙ res fuerit libera, quia in re ſua &c. n.21. Item ſtante laudo, n.22. Item quia remuneratione beneficiorum; nu. 23. ſicut Prælatus intuitu beneficiorum &c. n.24. Item ſtante maximè diſpoſitione Maximiliani, qui mandat Gulielmo, vt præſtet homagium; n.25. Item ratificarunt Gulielmus, & Bonifacius, ergo eius, vel eorum hæredes, non poſſunt improbare; n.27. Nec obſt. quòd Gulielmus, & Bonifacius fuerint minores, quia iurauerunt; n.29. In contrarium facit, & eſt veritas, ꝙ immò donatio, & cætera ſecuta non valuerunt. & ꝙ immò Illuſtriſſ. Duciſſa Mant. ſuccedat, & ad illud feudum admittatur, faciunt multa; & primò quia feudum erat ligium, in quo fœmina ſuccedit; n.30. Item quia Marchionatus fuit conceſſus Paleologis, pro maſculis & fœminis: ibi. n.31. ergo agnatorum appellatione veniunt etiam fœminæ; nu. 32. Item quia habita fuit ratio dignitatis Marchionalis, quare refert tantum, ꝙ ſit Marchio, vel ſit maſculus, vel fœmina; n.33. Item quia per infeudationem factam per Ducem Sabaudiæ, fuerunt vnita Marchionatui, ergo penès quemcunque ſit Marchionatus, accedunt; n.35. Itē donatio fuit meticuloſa; n.36. de quo metu particulariter vide in verbo, Metus, cuius metus prætextu Io. Iacob. vt bellum iniuſtum euaderet iniuit capitula anni 1432 n.43. il ſecondo. Quam tamen Dux Saband. gratis concedere tenebatur, & ſi quid ob id accepit, id fuit in turpem cauſam; n. 44. Nec dicatur, ꝙ erat facta pax, quia de recenti facta, non facit ꝙ præſumatur pro inimico recenter amico. n. 59. maximè per retentionem bonorum præſertim Clauaſij; n.60 Item obſtat dolus Ducis Sabaudiæ, qui etiam præſumitur ex nimijs cautelis; n.64. nec metum tollunt clauſulæ, motu proprio, quia ex illis verbis, metus augetur; n.65. & ſicut metu, quis inducitur ad cōtrahendum, ita & ad apponendum illam clauſulā; n.66. & pariter reſpondetur renuntię metus; n.67. & non obſt. Io. Iac. & Ioannes aſſeruerint ſe eſſe in libertate, quia conſtito de metu, hoc multò magis auget metum; n.69. Item quia durabat cauſa metus; n.70. Item non præſumitur liber, qui eſt in territorio aduerſarij; n.71. prout erat Marchio Io. Iacobus, & filius, non obſtat ꝙ dictum ſit donationem factam ob merita, quia non creditur ſtante metu. n.72. Item vbi actus non valet niſi ſubſiſtentibus meritis, illa probari debent. n.73. Item quia illa donatio non fuit inſinuata, cum excederet quingentos aureos; n.74. Item non vidit an illa donatio ſit iurata, ſed poſito ꝙ ſit, eſt dubium, immò communis opinio, ꝙ donatio excedens quingentos aureos, non firmatur iuramento: n.76. & 77. Quinimmò aderant mala merita propter iniuſtum bellum, & carcerationem filij; n.78. non obſtat, ꝙ fuerit facta in executione laudi, & compromiſſi, quia de compromiſſo non conſtat; n. 79. & inquantum conſtaret omnia fuerunt meticuloſa; n.80. & illud laudum fuit factum ad cooperiendum fraudem Ducis Sabaudiæ, quod ſatis patet, quia nil aliud continet, q̄ capitula, & Marchio (vt quiſq; ſatis videt) omnia faciebat, vt extraheret filium ad ſe de manibus Ducis Saband. ibi. d. n.80. non obſtant ratificationes, quia audit fuiſſe factam proteſtationem; n. 82. & ꝙ etiam proteſtationes fuerint iuſtæ, apparet ꝓpter metum; n.84. Item metus ſatis probatur, immò durauit, & propterea non poteſt dici facta aliqua ratificatio; n.85. Item ſine voluntate, & approbatione Io. Iac. & Ioannes filius obſeruare con-

uenta

uenta pōtnerunt, ne inciderent in periurium. n. 87. & coniectura capitur ne qđ inuitè factum eſt ratificetur; n. 88. Item non poteſt dici facta ratificatio, ſtante iuramento ſubditorum, quos Ioan. Iac. iuſtè potuit timere. n. 90. Item Gulielmus, & Bonifaci⁹ tacitè, & expreſsè reclamarunt. n. 92. & 93. Item non valuit deficiente conſenſu Imperatoris dñi feudi. n. 94. qui nedum non interuenit, immò diſsenſit. n. 95. nec dicatur, ꝙ Io. Iacobus infeudauit, cùm immo iure proprio alienauerit in Ducem Sabaudię; ibi. n. 96. & quatenus infeudaſſet, non potuit, maximè quia maior pars ſtatus eſt alienata cū diformitate ſuæ dignitatis: ibi. n. 97. Item feudum Marchionatus non erat franchum, nec feudum franchum poteſt alienari. ibi. n. 98. & 99. Item non obſt. ꝙ bona eſſent libera in Aledramo, quia fuerunt feuda in Paleologis. ibi. n. 100. & fatetur omnes partes, ibidem. Nec obſt. ꝙ ſit feudum cum facultate alienandi, quia negatur, immò fuit conſtitutum feudum nobile &c. ibi. n. 101. non obſt. ꝙ ſint facta in executione laudi, quia nullū, & ſic nihil inde ſequitur. ibi. n. 102. & de nullitate, vide in verbo, Feudū, & in verbo, Compromiſſum. Item quia fuit præiudicatum Imperatori, quia non cogitur habere alium in vaſallum. ibidem, n. 109. Item in illis caſibus, quibus valet compromiſſum, non debet amoueri res à vaſallo. ibi. n. 110. Item cùm ambę partes eſſent vaſallę Imperatoris, ſi qua lis erat debuit coram Imperatore agitari. ibi. n. 112. Nec approbatio Maximil. quicq̄ valuit quia ſubreptitia: ibi. n. 114. maximè cùm contineat priuilegium: ibi. n. 115. vel etiam litteræ beneficiales: ibi. n. 116. De ſubreptione autem, vide in verbo, ſubreptio, vbi multa bona de hoc ad caſum noſtrū. Nec obſtat clauſula, motu proprio, prout habetur ſupra in verbo clauſula, motu proprio. Item non valuit talis motus proprius ſtantibus reuocationibus Imperatorum prius factis & geminatis: ibi. n. 149. de quibus ibi latè vbi de clauſulis derogatorijs; ibi. n. 151. Item in reuocationibus Federici, & aliorū, cùm fuerit neceſſaria citatio, vt ſup. in verb. Citatio. Item non valuit priuilegium Maximil. in præiudicium Marchionum Montisferrati, illis non citatis, in verb. Citatio. Itē conſenſus Maxim. Imperatoris non valuit, quia non potuit trahi ad donationem propter extrema inhabilia; & quia iam reprobata non potuit ſortiri effectum ex nunc, cū donans non eſſet in rerum natura, & ius iam eſſet acquiſitum alij. Item duo requiruntur, ſ. conſenſus Imperatoris, & voluntas vaſalli alienantis; ibi. n. 161. vbi latè & res non erat ampliùs integra; ibid. n. 162. vbi deciſio in terminis. Item poſito, ꝙ conſenſus Maximil. profuiſſet ex tunc, tamen in præiudicium tertij, cui medio tempore fuit ius quæſitum: ibi. n. 165. Item non valuit conſenſus Imperatoris, quia Io. Iacobus non potuit præiudicare ſucceſſoribus, etiam cū conſenſu dñi: ibi. n. 166. Nec dicatur, ꝙ non erat feudum, quia immò erat quicquid fuerat tempore Aledrami. Nec obſt. ꝙ fuerit executio laudi, quia reſponſum eſt ſupra, eo addito, ꝙ de compromiſſo non conſtat, quare non attenditur laudum, ſed approbatio ipſa: ibi. n. 169. Item fuit adeò ius quæſitum Gulielmo, & alijs, ꝙ Maximil. non potuit præiudicare; ibi. n. 172. Item non obſtant ratificationes Gulielmi, & Bonifacij etc. quia non conſtant: ibi. n. 176. non apparet enim, ꝙ ſua manu ſcripſerint, vel ſubſcripſerint: ibi. n. 177. nec eſt veriſimile cum eſſent impuberes: ibidem, nu. 178. Item non proprio, ſed paterno ſigillo ſignatæ: ibidem, n. 179. nec eſt longe à veriſimili, ꝙ pater, qui promiſerat, ab alio ſcribi fecerit: ibi. n. 180. nec probatur etiam comparatione; ibi. n. 181. & poſito, ꝙ conſtaret, fuerunt factæ ab impuberibus; ibi. nu. 182. nec iuramentum obligauit impuberes; ibi. nu. 183. Item fuerunt metieuloſæ; ibidem, n. 186. Itē fuerunt læſionis enormiſſimæ, n. 188. Item quatenus renunciaſſent, & renunciatio affeciſſet Gulielmum, & Bonifacium, tamen non affecit alios poſteriores; ibi. n. 193. Nec obſt. ꝙ ſint hæredes, & ſic videtur ꝙ non poſſint contrauenire; reſpondetur ꝙ donatio fuit nulla; ibi. n. 195. & 196. Item Gulielmus, & fortè Bonifacius, non fuerunt hæredes; ibi. n. 197. Et ſi dicatur, ſi non fuerunt hæredes, nō potuerunt habere feudum; reſpondetur ꝙ non licet Duci allegare hoc. ibi. n. 197. & 198. Item potuit Gulielmus repudiare hæreditatem fratris, & retinere feudum acquiſitū pacto, & prouidentia; ibi. n. 200. Item hæc ceſſant, eo ꝙ ſi non potuit Gulielm⁹ habere feudum, ergo erat deuolutum, & Federicus dedit ipſi Gulielmo, & ita ſucceſſerat; ibi. n. 201. Item Dux Sabaudiæ excluditur, quia non ſeruauit promiſſa; ibi. n. 202. 296. & ſeqq.

Summa Conſilij Dñi Gozadini, in ordine vigeſimiprimi. 330

D*Onatio facta per Ioan. Iacobum Marchionem Montisferrati, Illuſtriſſ. Duci Sabaudiæ, videtur valuiſſe, quia de re libera. d. conſ. 21. n. 1. quia conceſſio Ottonis fuit libera; ibi. n. 2. Item quia poſito, ꝙ eſſet feudum, eſt data facultas alienandi per Ottonem; ibi. n. 3. Item non obſt. ꝙ fuerit recognitū in feudum ab Imperatoribus, quia recognitio rei ꝓpriæ non valuit; ibi. n. 5. & quia poſt donationem Paleologi, fuerunt inueſtiti, quare ceſſante linea feudum reuertitur ad Dñm Ducem Sabaud. ibi. n. 7. eò maximè propter priuilegium Maximil. ibi. n. 8. in quo narrantur omnia, ibidem, n. 9. reuocando omnes conceſſiones &c. cum clauſulis in ampla forma. ibi. n. 11. In contrarium quia omnia iſta ſunt feudalia; ibi n. 12. vt infra in ver. Marchionatus. Itē Dux Sabaudiæ fatetur feudum. ibi. n. 16. & feuda non poſſunt alienari. ibi. n. 17. Item non valuit, quia meticuloſa. ibi. n. 18. & circa metum reſpicientia, vide in ver. metus. Item quia pater Ioan. Iacobus, & præſertim filius, erant incarcerati. ibi. n. 24. vt probatur, ibi. vt ſup. in ver. Carceratus. nec ratificationes dicuntur quæ factæ fuerunt ſubſiſtere eo metu, ac etiam metu periurij. ibi. n. 28. Item fuit contrauen-*

trauentum per Ducem Sabaudiæ, ergo Marchiones Montisferrati fuerunt liberati ab omni nexu, ſi quis erat: n.29. Item fuit caſſata per Federicum Imperatorem; ibi.n.30. & ibi regiſtrantur multa verba. Item & per alios Imperatores; ibi. Nec prodeſt Duci Sabaudiæ confirmatio Maximiliani, quia ſubreptitia; ibi. n.32. de qua re, vide inf. ver. Subſcriptio. & quia plura obſtabant. quo fi: vt non ſufficiat clauſula, non obſtante; ibi.n.37. Item priuilegia Federici ſunt mere motu proprio, ſecus Maximil. ibi.n. 38. & 46. & ſic priuilegium Federici eſt magis fauorabile: ibi.n.39. Item Duci Sabaudiæ obſtat clauſula derogatoria ad quæcunq; alia priuilegia; ibidē, n.41. & prout ſupra in verbo, Clauſula derogatoria. Item caſſatio donationis facit rē reuerti ad ſuā priſtinam naturam, propterea fauorabilis. ibi. n. 47. Item derogatio Federici habet cauſas ſpeciales annexas, Maxim. verò eſt generalim, & magis ſpeciale præfertur. ibi.n.49. Item oſtendit ꝙ Maxim. motus fuit, quia credebat donationem valuiſſe. ibi. n.55. Item confirmatio intelligitur de iuſtè poſſeſſis, ſecus de iniuſtè, prout erat donatio Ioan. Iac. put non erant donata. ibidem, n.56. Item obtenta iniuſtè præſumuntur per ſubreptionem. ibi.n.57. nec poteſt Princeps metu factum confirmare. ibi.n.58 Item in priuilegio Maximil. fuit expreſſa cauſa falſa, quæ eſt donatio, quæ non fuit donatio cū eſſet nulla ibi. n.59. Item clauſula, ex certa ſcientia, non operatur in notabile præiudicium tertij; ibi.n.61. Item non potuit Imperator præiudicare in feudo Marchionibus Montisferrati, cū eſſet ius quæſitum. ibi. n. 62. Item dñium vtile, vel directum non poteſt auferri per Imperatorem. ibi.n.69. Item inquantum valuiſſet, non poteſt nocere deſcendentibus, & ſic Illuſtriſs. Dñæ Duciſſæ, eo ꝙ feudum dicitur ex pacto, & prouidentia. ibi.n 79. Item poſito, ꝙ donatio, & infeudatio valerent, tamen cùm infeudatio ſit facta per Ducem Saband. March. Io. Iacobo &c. ſuccedit fœmina, quia non ex mera liberalitate inueſtiuit, ſed quia donauit. ibi.n.87. Nec ad priuilegia Federici, & aliorum, qui reuocarunt donationem, & cętera inde ſecuta, non fuit neceſſaria citatio. ibi.n.95. & in ver. Citatio. Nec obſt. contraria, quia in Aledramo bona erant libera, ſecus in Paleologis. ibi.n.98. Et poſito ꝙ eſſent libera, obſtitit metus. ibi. nu. 99. Nec obſt. facultas alienandi, quia fuit per metum. ibi. n.100. Item fuit receſſum ab ea propter infeudationem. ibi.n.101. quia feudum intelligitur conceſſum ſm̄ eius naturam. ibi.n.102. Non obſt. not. in in l. ſi rem aliquam. ff. de acquiren. poſſ. quia curſus temporis id operatur. ibi.n.104. Item recognitio facta per Marchionem non obſt. quia non valuit; ibi. n.105. Item non obſt. confirmatio Maximil. quia non valuit. ibi n.106. vbi penè omnia repetuntur, de quibus ſup. vide n.76. vſq; ad 90. f.330. & ſeqq.

Sũma Conſilij vigeſimiſecundi D. Alciati. 346

D*Onatio facta per Io. Iac. Duci Sabaudiæ non valuit, quia ſine conſenſu Imperatoris · d· conſ. 22.n.6. nec refert an talis alienatio facta ſit, aliquo quæſito colore compromiſſi. ibi. n.9. Nec dicatur ꝙ feudū eſt hæreditarium, & ideò Illuſtriß. Duciſſa dicitur eſſe hæres, & propterea non poſſe contrauenire &c. ibi. n.12. Quia reſpondetur, ꝙ donatio fuit per Federicum, & Maximil. declarata nulla, & ſic licuit contrauenire, ibi.n.13. etiam ꝙ fuerit iurata, ibidem, n.14. Nec obſt. confirmatio Maxim. propter ius quæſitum; ibi.n.15. Item prius confirmauit, & prior conceſſio attendenda eſt. ibi.n.16. nec clauſula, ex certa &c. quia etiam de plenitudine poteſtatis potuit præiudicare; ibi. n.17. Nec obſt. declarationi Federici, ꝙ Dux Sabaudiæ non fuerit citatus, quia pendebat à ſola eius voluntate; ibi.n.19. Item donatio facta eſt per metum, & iuramentum extortum metu remittendū eſt; ibi.n.20. & 21. Met⁹ autem probatur ex pluribus; ibi.n.22. cum ſequentibus; & de his vide latè in ver. Metus. Nec metus poteſt dici purgatus; ibi.n.36. & inf. in ver. Metus. Item quatenus donatio, & inueſtitura eſſent validę tamen ab illa inueſtitura non eſt excluſa Illuſt Duciſſa Mant. quia non eſt verum finitam eſſe lineam Io. Iac. cū ipſa extet; ibi.n.38. & ſi attēdimus conceſſionem factam Aledramo, eſt capax; ibi.n.39. vbi etiam apparet Violantidem ſucceſſiſſe. ibi. d.n.39. Item ſi priuilegio Paleologorum ſucceſſit, vterq; ſexus ſucceſſit; ibi.n.40. & idem ſi accipimus inueſtituram conceſſam Io. Georgio propter illa verba, hæredibus, & ſucceſſoribus; ibi.n.41. Itē ſi attendimus inueſtituram Ducis Sabaudiæ factam Ioanni, filio tunc Ioan. Iac. & adhuc Dña Duciſſa non excluditur, tum ex natura verborum, tum et quia fuit inueſtitura vnita cum dignitate Marchionali ibi.n.43. vſq; 45. incl. Item quia hoc feudum, Dux Sabaudiæ non conceſſit gratioſè, eo ꝙ eſſet ſuum, ſed conceſſit, eo ꝙ habuit, ita ꝙ concederetur in feudum, quò fit vt non dicatur propriè feudum, & fœmina ſuccedit; ibi. n.49. Nec obſt. ſi diceretur, ꝙ Paleologi interuerterunt poſſeſſionem Ducis Sabaudiæ non recognoſcendo, & ꝙ propterea cecidcrint à iuribus ſuis; vt ibi, n.51. quia reſpōdetur, ꝙ iuſta cauſa extitit; de qua ibi.n.53.54. & 55 Nec obſt. ꝙ Illuſtriſs. Duciſſa fuerit ſemel excluſa; ibi.n 56. quia verum eſt ab eadem hæreditate, non alia; ibi.n.57. & verba oſtendunt fœminam de iure ad feudum eſſe ſuſpensā. ibi. eod. n.57. Item licèt moderni allegent plura contra fœminam, tamen nō rectè allegant, ſed pauci ſunt qui verè teneant eā ſententiam. ibi.n.58. Item Iſerniæ ratio non mouet conſulentem in contrarium, vt ibi. n.59. Item quicquid ſit in alijs, eſt expeditum in propoſito, in quo vocantur collaterales ex inueſtitura Ducis Sabaud. fol. 346. & ſeqq.*

Summa Conſilij D. Nicolai Aliprandi, in ordine vigeſiminoni. 410

D*Onatio Io. Iac. Duci Sabaudiæ, ultra ſupra deducta, uidetur ualere, quia conſenſus Maximil. ac etiam Caroli, inquantum tamen Carolus conſenſiſſet*

ſiſſet, videtur ſortitus effectum ſtatim ꝙ obijt Ioan. Georgius, quia per eius mortem deuolutum eſt feudum ad Imperiũ, & ſic conſenſus Imperatoris tanq̃ rei propriæ, videtur tunc ſortitus effectum. De cuius tamen rei oppoſito conſtat in d. conſ. 29. vbi eſt vna pars principalis conſilij ſub n. 47. vſq; in finem. vbi de diuiſione Iſerniæ nam Maximil. quando conſenſit, conceſſit quod tunc non potuit propter ius agnatorũ illis tunc acquiſitum, nec etiam ſm̃ Iſern. idem conſenſus Maxim. valuit reſpectu ſui iuris, inquantum eſſet ſibi deuolutum; quia non voluit, cũ Maximil. ſm̃ eundem Iſer. voluerit tantum alienum nõ ſuum concedere. Item conſenſus Maxim. nõ nocet, quia caſus deuolutionis non venit tempore ſuo, ſed ſub Carolo quarto; nec conſenſus Caroli ſi quis interuenerit, nocet, quia non valuit, eo ꝙ non fuit conditionalis, ſed purus, vt dicitur ibi. n. 55. Non obſt. regula, qđ ſemel placuit, quia placuit reſpectu iuriũ Marchionum non propriorum. Item intelligitur placuiſſe ſi valide placuit. ibidem, n. 56. & 57. Item Imperator non tranſtulit in Ducem Mant. quod trãſtulerat in Ducem Sabaudiæ. ibid n. 58. Non obſtat deciſio Regia Neapolis. quia ibi Imperator conſenſit, & conſenſus habuit effectum, nimirũ ſi eius fiſcus non poteſt quicq̃, ſed in propoſito conſenſus nõ habuit effectum. ibi n. 59. Item conſenſus dñi præiudicat ſibi, in tantum ꝙ agnato non contradicente eo caſu, quo poteſt contradicere, nec dominus poteſt. ibi. n. 60. Item adducta in deciſionibus per eum allegatis non contradicunt. ibi. n. 61. 416. *& ſeqq.*

Summa Conſilij trigeſimiſexti D. Mariani Socini Senioris. 451

D*Onatio Io. Iac & cætera ſecuta an tenerent extat, d. conſ. 36. ꝙ non, vbi primò ſupponit. ꝙ feudũ, de quo agitur, fuerit paternum, & antiquum. ibi. n. 1. Item ꝙ filius poteſt habere feudum antiquum repudiata hæreditate. n. 3. Item ſi filius non poteſt habere feudum repudiata hereditate pr̃is, tamen poteſt repudiata hæreditate fratris, prout in propoſito. n. 7. Item venit dicta donatio etiam reſcindenda reſpectu metꝰ. n. 21. & multa de hoc vid. in ver. Metus. nec metus fuit purgatus per ratificationẽ. num. 30. tamen in propoſito non eſt purgatus, quia & ſi non ſubeſſet metus carceris, alius ſuberat, videlicet, potentiæ, & timoris. n. 30. & 31. Item non eſt ſeruanda donatio, & cætera, pro parte Marchionis Montisferrati, cũ ſibi ſeruatum non fuerit. num. 38.* 451. *& ſeqq.*

Summa Conſilij trigeſimioctaui. 466

D*Onatio, & cætera ſecuta inter Marchionem Io. Iac. & eius filium, & Ducem Sabaudiæ, non valent. d. conſ. 38. quia dñium, & fidelitas annexa Marchionatui. fuerunt reſeruata Cæſari. ibid. n. 1. Item vaſallus nihil poteſt diſponere ſuper fidelitate; quæ debetur Cæſari. n. 2. Item quia Marchio tenebatur ad ea, quę continentur ſub iuramento fidelitatis, q̃ inter alia ſunt duo, honor, & vtilitas; & hęc alienatio illa duo præcipuè reſpicit. n. 4. Item fuerũt omnia annullata per Imperatores. n. 6. Nec obſt. ꝙ feudũ Marchionatus ſit franchũ. n. 8. Item ꝙ Dux acquiſiuerit iure belli. n. 9. Itẽ ꝙ Dux Saba plures impenſas fecerit. n. 10. quia non eſt franchum, quin teneatur ad ea, quæ ſunt de natura iuramenti fidelitatis. n. 11. Item quia bellum non potuit præſtare iuſtũ titulum contra iura Imperatoris, & quæ debẽtur deſcendentibus. n. 13. Item fuit bellum iniuſtũ. n. 16. & ſupple in ver. Bellum. Nec obſt. ꝙ Dux mouerit bellũ, eo ꝙ voluit ſibi pacta ſeruari, quia Dux Sabaud. non fuit auctor pacis, ſed Dñi Veneti. n. 27. Nec impenſæ Ducis Sabaud. ſunt in conſideratione, quia voluntariæ, & quia introitus exercitus exceſſerunt impenſãs. n. 28. Itẽ dicta donatio, & reliqua fuerunt nulla in præiudicium deſcendentium. n. 34. Item quia facta ſine conſenſu Imperatoris dñi. n. 40. Item quia Princeps annullauit. nu. 41. Nec Dux Sabaudiæ poteſt dici ſpoliatũ, cũ ea quæ fecit, fecerit vtendo iure ſuo. n. 42. Itẽ dictæ donationi & reliquis obſt. metus. n. 43. & ſupple in ver. Metus. Item metus non fuit purgatus. n. 48. & ſupple in ver. Metus. Item quia Dux Sabaudiæ non ſeruauit ſeruãda, propterea nec illi ſeruandũ. n. 51. Nec obſt. ſubſcriptio Gulielmi, in cuius fauorẽ fuit factũ conſilium; quia reſpondet, vt in d. conſ. n. 52 ꝙ illa ſubſcriptio fuit ad actum principale nullũ. n. 52. Item ob reuerẽtiã paternam. n. 53. Itẽ Gulielmus ex pluribus ignorabat quid ageret. Item maximè propter impubertatem. n. 54. & 55.* 466. *& ſeqq.*

Summa Conſilij vigeſimitertij, Reueren. Dñi Symonettæ, nunc Card. benemeriti. 351

D*Onatio Io. Iacobi ſecuta poſt laudum non tenet, quia compromiſſum, & laudũ ſuper feudo non tenet. d. conſ. 23 n. 1. maximè quia nõ fuit compromiſſum tanq̃ de feudo, immò tanq̃ de re libera, quo caſu non ꝓcedit opinio tenentium contrarium. n. 7. Itẽ non præiudicat dño. n. 8. & 9. nec deſcendentibus. n. 10. Item poſito, ꝙ præiudicet, tamen præiudicat ad vitam vaſalli tm̃. n. 11. Item dicta donatio non tenuit cũ ſit prohibita. n. 13. & cũ fuerit facta prætextu laudi nulli, ipſa quoq; nulla eſt tanq̃ acceſſoria, & dependens. n. 14. Nec conſenſus Maxim. obſtat, licèt poſt ſequi poſſet, quia ſubreptitia & c. n. 15. Item conſenſus poteſt ſequi vbi diſpoſitio non eſt vitioſa ex alio, quã defectu cõſenſus; ſed in caſu noſtro eſt vitioſa ex alio, quia facta in executione laudi nulli. n. 16. Item conſenſus Maximil. ſecutus fuit poſt caſſationem factam per alios Imperatores, & fuerat ius alijs quæſitum. n. 18. & gratia primò obtenta præualet. n. 19. Item etiam ꝙ conſenſus interueniſſet ab initio, tamen non præiudicaſſet deſcendentibus, ſed alienantibus, & ratum habentibus tantum. n. 20. Non obſt. ꝙ conceſſio facta Aledramo non fuit feudum, quia Dux non poteſt hoc dicere cùm confiteatur in libello; etiam idem tenuit in inueſtitura facta Ioanni, dum reſeruat Imperatori,*

tori,& prout in ea. n.23. Item donatio, & cætera fuerunt meticuloſa, nec fuit purgatus metus.nu. 26. qui metus operatur, ꝙ non præſumitur, ꝙ confirmatio Maximil. ſe ad illam extendat tanquã illicitam. n.27. nec cõfirmat. Maximil. & Caroli, inquantum extant nocent, cũ primo oppoſitum fecerint. n.30. Item confirmatio ſucceſſit eo tempore, quo non viuebat Ioan. Iacobus, nec Ioannes filius, nec alij fratres Ioannis, quare non nocet. nu. 31. quod vltra doctrinam Iſerniæ confirmat alia deciſione Rotæ, qua dicit non reperiri meliorem deciſionem, licèt adſint etiam deciſiones Regni in alijs locis adductæ: & licèt Rota videatur ibi aliqualiter facere contra, tamen ipſe defendit. n.32. Item confirmatio Maximil. non poteſt nocere ſaltem vt feudo deuoluente, ꝙ incipiat habere effectum, vt per Iſerniam, quia deciſionem Iſerniæ confirmat. fol. 351.& ſeqq.

Summa primę partis Conſilij vigeſimiſexti, D. Rolandi à Valle. 365

DOnatio facta per Ioan. Iacobum Amadeo, videtur valuiſſe ſine conſenſu Cæſaris. d. conſ. 26. prima par. n.1. quia bona allodialia, de quibus liberè diſponitur. n.2. allodialia autem ſunt, quia conceſſio facta Ottoni eſt in allodium. n.3. cum ſequentibus. Item valuit virtute conſuetudinis, quæ videtur extare in patria, ꝙ feuda alienentur irrequiſito dño. n.17. cum ſequentibus. Item quia iam ſunt cẽtum anni, quo caſu videtur præſumi, ꝙ conſenſus Imperatoris interuenerit. n.26. Item quia videtur, ꝙ illud feudum fuerit liberum, & franchum, quod alienari poteſt. n.31. Itẽ videtur valuiſſe, quia conſenſerunt oẽs filij, qui potuerunt ſibi præiudicare. n. 35. Item conſenſit Imperator, & ſufficit ꝙ conſenſ⁹ dñi fuerit ſequutus. n.37. Item videt̃ dicta donatio valuiſſe, etiã non conſentientibus filijs, & deſcendẽtibus, cũ ſit feudum hæreditarium, ad quod non admittitur quis niſi ſit hæres. n.38. In contrarium, ꝙ immò non valuit, dñs Conſultor mouetur ex infraſcriptis: Primò quia dicta donatio fuit metu facta ꝑp incarcerationẽ Ioannis. n.43. Item timor amiſſionis oĩum bonor. n.45. & probatur per inſtrumẽta. n.47. Item per teſtes examinatos. n.49. Item per Cronicas Reueren. Beneuenuti. n.50. q̃ ſupraſcripta ſingula probant ſaltẽ ſimul iuncta. n.51. Item dicta donatio non validatur iuramento ſtãte metu. n.61. & quia nulla ipſo iure ꝑpter carcerem. n. 64. & ꝙ contractus fuerit ipſo iure nullus. n.65. Item quia feudi alienatio non valet ſine conſenſu dñi. nu. 69. Item quia metus circa iuriſdictionalia, prout in ꝓpoſito, ipſo iure annullat. n.70 Nec in propoſito poteſt dici purgatus, quia & ſi non eſſent ampliùs in carcere, tñ magna erat potentia Ducis. n. 71. & 72. vbi multa bona. Itẽ quia metu facta nunq̃ approbata cenſentur, ſi alia cauſa pôt coniecturari. n.73. Itẽ in propoſito metu ſeruabat iuramentum. Item timor populorũ, qui iurauerunt capere arma. Item proteſtatio. Item non valuit dicta donatio, quia per eam dignitas Marchionalis fuit reddita multũ exhauſta. n.77. Item non valuit dicta donatio, quia ſine conſenſu dñi. n.82. Non obſt. ꝙ conceſſio Ottonis fuerit allodium, quia potuit per Marchiones demùm in feudũ cognoſci, accipiendo inueſtituram etiam de re ſua. n.86. Item Dux Sabaudiæ fatetur eſſe feudum, propterea ceſſat omne dubium. n.88. Nec eſt verum, ꝙ extet aliqua conſuetudo alienandi in Monteferrato, quæ probari debet per allegantem. n. 90. immò debent probari qualitates conſuetudinis. n.91. quæ non fuerunt probatę, quia teſtes non deponunt de viſu actus, nec de actuum frequentia, nec probauit apparere de tacito conſenſu Imp. n. 92. Item teſtes nõ ſunt conteſtes in actibus, & tempore. n.93. Item & quia cõſuetudo debet eſſe præſcripta. n.94. Item, quia requiritur tm̃ temporis, ꝙ nõ ſit memoria in contrarium. n.95. & quomodo debeant deponere teſtes. n.96. Item ꝙ etiam non interrogati allegent rationem congruam. n.97. Item ꝙ fuerit inducta ſciente, & patiente Imperatore. n.98. Item ꝙ act⁹ fuerint facti eo animo, vt induceretur conſuetudo. n.100. nec obſt. præſumptio ex diuturnitate temporis, ꝙ dñs conſenſerit, quia vltra hoc requiritur ſciẽtia, & patientia dñi. n. 101. Item prædicta procedunt in dubio, ſecus in caſu claro. n.102. prout in propoſito vbi hoc reſpicitur; & in conſ. ibi. præſumptio enim antedicta non eſt iuris, & de iure. n.103. Non obſt. conſenſus Gulielmi, & aliorum, quia non cõſtat, ꝙ ſubſcriptiones ſint manu ipſorũ, & non habent ſubſtantialia, n.107. Item quia teſtes ſcripturas priuatas debent recognoſcere, & ſcriptũ priuatum ẽt ſi ſit ſigillatum. n.109. nec temporis diuturnitas facit in hoc ꝑſumptionem. n.110. Item conſenſus filiorum Io. Iac. etiam oĩum non nocet alijs deſcendentibus, prout fuit Gulielmus filius Bonifacij filius q. Io. Iac. n.111. Item quia conſenſus ſuper contractu nullo nõ valet. n.112. Item nõ valet, quia ignorabat. n.113. Item & fuit meticuloſa. n. 114. Nec obſt. confirmatio Maxim. quia fuit poſt ius q̃ſitum Gulielmo. n.115. eo maximè in propoſito, in quo in ſecunda conceſſione Maxim. non fuit facta mentio de prima infirmatione facta per pręceſſores, & ipſummet. n. 118. Item & eſt nulla, quia Princeps non confirmat vi facta. n.121. Item confirmatio Maximiliani eſt ſubreptitia, quia non narrauit, ꝙ donatio fuit violenta, & meticuloſa, propter carceres. n.122. nec obſt. clauſulæ, vt ibi. n.123. 124. 125. 126. 127. 128. & 129. Item quarto non valet confirmatio Maxim. eo quòd iam erat infirmata per Federicum, & ſic Maximil. non reperijt quid cõfirmaret, qui Federicus potuit infirmare. num. 130. maximè cùm eſſent clauſulæ derogatoriæ, eo maximè quia Maximil. ex poſt per ſuas litteras declarauit noluiſſe facere præiudicium Marchion. Montisferrati. n.131. & eo maximè cũ infirmatio donationis prædictæ fuerit facta pluries, & per plures Imperatores, & ſic præſumitur magis deliberata. ibi. n.133. Nec ad reuocationem dictæ donationis

facta

factæ per Federicum, & alios, fuit neceſſaria citatio: ibi n.133. non obſt. ꝙ feudum fuerit hæreditarium, & ſic ꝙ debeant eſſe hæredes, & per conſequens, ꝙ non poſſint contrauenire, quia ibi reſpondetur. 365 & ſeqq.

Donatio facta per Io. Iacobum Duci Sabaudiæ, & inde ſequuta, ſunt nulla: conſ. 27. n. 16. vbi repetit fundamenta in alijs conſilijs ædita, quæ aliter non in tabulo, cùm ſint iam omnia latè deducta in tabulis. 406

Donatio perfecta nec tolli, nec mutari poteſt: cōſ. 16. n. 41. 250

Donatio non eſt de generibus prohibitorũ, & transfertur dñium, vel vſucap. condictio ſufficit pactum, et fit pleniſſima interpretatio: conſ 18. n. 1. 268

Donatio ſi fit per Principem Titio, pro ſe, & filijs, & deſcendentibus, an ob id acquiratur ius filijs, & deſcendentibus; ita ꝙ in eorum præiudicium nihil fieri poſſit: conſ. 23. n. 26. 354

Item conſ. 26 prima par. n. 84. 376

Donatio cadit inter ſororios, quos nullo pacto tangit poteſtas: conſ. 18. n. 3. 269

Donatio præſumpta non transfert dominium etiam in Eccleſiam: conſ. 18. n. 9. 269

Donatio Principis moderata, valet, ſecus ſi immoderata: conſ. 19. n. 63. diffuſè, & Rex Franciæ non poteſt donare vnam de ciuitatibus Regni n. 64 nec Princeps donat regalia in præiudicium ſucceſſorũ: n. 65. & ſicut non poteſt ſubuertere, ita non poteſt minuere; & maximè reſpectu ſucceſſorum: n. 66. fol. 282. & ſeq.

Item conſ. 26. prima parte, num. 77. 375

Donatio vltra quingentos aureos, requirit inſinuationem: conſ. 20. n. 74. & aſſerenti merita ſubeſſe, non creditur: ibi. 305

Donatio non inſinuata, an firmetur iuramento: conſ. 20. n. 77. 305

Donatio à Principe facta, præſumitur donatio, & nō feudum, etiam de caſtro: vide ſup. in ver. Conceſſio, in multis locis, in quibus allegatur conſilium Oldrad 159. Ex præſenti.

Donatio facta per Principem abſq; reſeruatione, vel retentione, præter fidelitatem, & homagium, non dicitur feudum, ſed donatio: conſ. 26. prima parte, n. 7. 366

Donatione perfecta, nec tolli, nec adimi poteſt: conſ. 21. n. 64. 338

Donatio præſumitur vbi merita præceſſerunt: conſ. 21. n. 88. 341

Donatio facta Duci Saband. item & inueſtitura facta Ioanni Paleologo, per eundem Ducem, inquantum valuiſſent, tñ adhuc feudum non eſt apertũ Duci Sabau. quinimmò pertinet ad Duciſſã: vid. in verb. Feudum, ſub rubr. de feudi ſucceſſione per fæminam; vide in ſpecie, in conſ. 35. quod ſpecialiter fuit ſuper hoc factum; & videtur ꝙ immò non admittitur, quia natura feudi facit, ꝙ appellatione natorum veniant maſculi tantum, non fæminæ: ibi n. 1. In contrarium, quia feudum ligiũ, in quo fæminæ ſuccedit: ibi n. 4. & ꝙ ſit ligium probatur: ibi. eod. n. 4. Item inueſtitura præſumitur facta prætextu donationis, ergo æquiparatur feudo pecunia empto, ergo fæmina ſuccedit: ibi. n. 7. Item quia feudum fit ob merita, ergo fæmina ſuccedit; ibi. n 10. Item ex quo fuit vnita talis inueſtitura Marchionatui, tranſit in quemcunq; vadit Marchionatus; vt ibi. d ver. Feudum, ſub rubr. de feudi ſucceſſione per fæminam, ver Feudum, uidetur prima facie, cum ſequentibus. 440. cum ſeqq.

Donatio ex falſa cauſa, nulla eſt: cōſ. 23. n. 17. f. 353

¶ *Donec, eſt dictio ſuſpenſiua: conſ. 7. n. 122.* 99

¶ *Dos, an omnia dotis priuilegia ſint reſpectu hæredũ: conſ. 29. n. 42.* 415

Dos, ſeu dotis augumentum, an acquiratur mulieri per alium, & an hæredibus. Item an ſine ceſſione: conſ. 33. n. 11. 431

¶ *Duellum, vide in ver. Pugna.*

¶ *Duo ubi ſunt æquiparata, vid. inf. in uer. Equiparata.*

¶ *Dux, ſeu Duces Mant. ſolam iuſtitiam requirunt à conſultoribus: conſ. 1. n. 1. f. 3. Itē conſ 7. n. 1. f. 74*

Duciſſa Mant. ſucceſſit Io: Georgio in Marchionatu, vigore inueſtituræ Caroli quarti, factæ Ioanni etiam pro fæminis: conſ. 7. n. 115. 98

Duciſſa Mant. inquantum excluſio illam non afficeret, dicitur inueſtita ab Imperatore Carolo Quinto iure ſuo. conſ. 7. n. 124. 100

Dux, & Duciſſa Mant. inquantum Duciſſa non veniat iure ſuo, ambo ueniunt inueſtitura Caroli quinti, ad Marchionatũ Montisferrati, quia nullus alius Paleologus extat: conſ. 7. n. 125. 100

Ducum Mant. inueſtitura etiam de feudis uiuentis valuit, infra in uer. Inueſtitura.

Duciſſæ Mant. caſus eſt indubitabilis: conſ. 7. n. 146. fol. 103

Duces Mant. fuerũt meritò inueſtiti: cōſ. 8. n. 65. & uir meritò inueſtitur cum uxore: ibidem. f. 115

Duces Mant. fouent optimum ius ex inueſtituris, maximè in inueſtitura Caroli quarti, & alijs, nec ſequentes contrariantur illi, immò interpretantur ab ea. conſ. 9. n. 195. 144

Duces Mant. ius habent uirtute inueſtituræ Caroli quinti, qđ nullo modo pōt eneruari. conſ. 9. n. 209. f. 146

Duciſſa Mant. ſuccedere poteſt, ſtante conſuetudine, cùm nullus extet de deſcendentibus maſculis Gulielmi; uide ſup. in uer. Conſuetudo.

Dux Sabaudiæ fatetur Marchionatum Montisferrati eſſe feudum. conſ. 18. n. 23. 271

Ducis Sabaudiæ compromiſſum factum inter eum, & Io. Iacobum. uide ſup. in uer. Compromiſſum.

Duci Sabaudiæ donatio facta per Io. Iacobum, & omnia inde ſequuta an ualuerint, & plura alia de hac materia; uide ſup. in uer. Donatio.

Summa Conſilij D. Mariani Socini Iunioris, in ordine vigeſimi. 292

D*Vx Sabaudiæ an habeat iura in Marchionatu Montisferrati, eo prætextu ꝙ eſt hæres q. Dñæ*

